R 10265

ABBATIS
PANORMITANI,



IN TERTIVM DECRE-
TALIVM LIBRVM INTERPRETATIONES,

Virorum doctiſsi. accurato ſanè & vigili ſtudio, fideq; ſyncerrima nuperrimè recognitę, ab excellētiſsimiſq; Calchographicę peritię artificib. & operis, ſtudioſiſsimè & fideliſsimè excuſę: in quibus ſic ab vtriſq; inſudatum eſt: vt quæ hactenus Typis vulgò mandata fuerint, ſiue ad literam ipſam, ſiue ad eiuſdē obſeruationē ſuppletionēq; pertinerēt, eorū prorſus omiſſum quicq̄ videri nō poſsit.

ACCESSERVNT QVOQVE SVMMOPERE VTILES
ac neceſſariæ locorū Mehercle citra numerū, miſerè corruptorū, & in tàm egregio opere indignè ac perperàm etiāmū citatorū, hoc Aſteriſco præciſæ reſtitutiōes. Quarū ope ſumma ſecuritate quiuis in hoc altiſsimo Pōtificiæ diſciplinæ Pelago citra naufragiū enatare queat.*

Sequatur, modò non anteuortat, coclea.

LVGDVNI ad candentis Salamandræ inſigne in vico Mercenario apud Senetonios Fratres.

CVM PRIVILEGIO.

Anno 1547

Rubricæ huius uoluminis.

De
- Baptiſmo & eius effectu. fo. 128.
- Capellis monachorum, & aliorum religioſorum. fo. 235.
- Celebratione miſſarum, & ſacramentorum Euchariſtiæ, & duinis officijs. fo. 213.
- Cenſibus, & exactionibus & procurationibus. fo. 250.
- Clerico egrotante, vel debilitato. fo. 63.
- Clericis non reſidentibus. fo. 21.
- Clericis coniugatis. 17.
- Cohabitatione clericorum & mulierum. fo. 12.
- Commodato. fo. 101.
- Conceſſione præben. & eccle. non vacantis. fo. 79.
- Conſecratione eccleſiæ, vel altaris. fol. 260.
- Conuerſione coniugatorum. fol. 207.
- Conuerſione infidelium. fo. 217.
- Cuſtodia Euchariſtiæ, crifmatis, & aliorum ſacramentorum fo. 272.
- Decimis, primitijs, & oblationibus. fo. 180.
- Depoſito. fo. 102.
- Donationibus. fo. 130.
- Eccleſijs ædificandis, vel reparandis. fo. 276.
- Emptione & venditione. fo. 104.
- Feudis. 116.
- Fideiuſſoribus. fo. 123.
- His, quæ fiunt à maiori parte capituli. fo. 90.
- His, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli. fo. 83.
- Immunitate eccleſiarum & cœmiteriorum. fo. 279.
- Inſtitutionibus. fo. 65.
- Iure patronatus. fo. 237.
- Locato & conducto. fo. 109.
- Ne clerici vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceãt. fo. 296.
- Ne ſede vacante aliquid innouetur. fo. 82.
- Obſeruatione ieiuniorum.
- Parochijs & alienis parochianis. fo. 177.
- Pignoribus & alijs cautionibus. fo. 118.
- Peculio clericorum. fo. 137.
- Præbendis & dignitatibus. fo. 30.
- Precarijs. fo. 99.
- Presbytero non baptizato. fo. 272.
- Purificatione poſt partum. fo. 275.
- De Rebus eccleſiæ alienandis, vel non. fo. 93.
- Regularibus & tranſeuntibus ad religionem. fo. 195.
- Religioſis domibus. fo. 231.
- Reliquijs & veneratione Sanctorum. fo. 273.
- Rerum permutatione. fo. 113.
- Sepulturis. fo. 168.
- Solutionibus. fo. 127.
- Statu monachorum, & canonicorum regularium. fo. 225.
- Succeſſionibus ab inteſtato. fo. 165.
- Teſtamentis & vltimis voluntatibus. fo. 139.
- Vita & honeſtate clericorum. fo. 2.
- Vt eccle. beneficia ſine diminutione conferantur. fo. 92.
- Voto, & voti redemptione. fo. 129. 22 v.

Finis Rubricarum huius voluminis.

Præfatio in Tertium Librum Decretal.

ABBATIS PANORMITANI, IN TERTIVM DECR. LIbrum Interpretationes multò luculentiſsimæ, doctiſsi. uirorum obſeruationibus illuſtratæ, & à numero non dicendis fœdiſsimorum erratorum monſtris erepte atq; uindicatæ.



Præfatio in Tertium Librum Decretal.



Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio: vt oſtendam in volumine ordinẽ fuiſſe ſeruatũ: cõtinuãda eſt primò rubrica ad præcedentia: quæ p duo duobus modis cõtinuatur. & primò ſic. Suprà viſum eſt de iudicijs, & de eorum ſingulis partibus: ſed quia clerici debent ab eis quãtum poſſunt abſtinere (nam decet ſeruos Dei paruo incommodo à ſtrepitu iudiciorum eſſe quietos.

1 vt in c. j. ſ. de ſyndico) † & quoniam non ſolùm à iudicijs abſtinere debent: ſed vita & honeſtate fulgere: ideò poſt tractatum iudiciorũ ſubijcitur hęc rubri. Hæc tamen cõtinuatio non eſt multũ connexa cum præcedentibus. Vnde fortè ponitur ſecunda. ¶ Quia ſuprà viſum eſt de iudicijs: & iudices maximè clerici non debent eſſe in peccato, maximè cũ iudicãt. iij. q. vij. iudicet. Ideo poſt tractatum iudiciorũ, ſubijcitur qualiter clerici debeant ſe habere in vita & honeſtate: vt ſic vitent omnem maculam peccati. Aduerte tamen, q̃ in hac continuatione doctores ſimpliciter dicunt, q̃ exiſtentes in peccato nõ poſſunt iudicare:

2 quod nõ eſt ſimpliciter verum. Dic † ergo, quòd merito vitæ iudicare alios nõ poſſunt: ſed ex poteſtate officij ſic. Vide de hoc. iij. q. ij. c. ſi. & iij. qõ. vij. in gl. ſummæ. plenè per Inno. in c. ſciſcitatus. ſ. de reſcrip. & in c. cũ venerabi-

3 lis. de excep. Peccat † tamen iudex alium iudicando, ſi ipſe pecatora: vt in c. iudicet. & in c. grauibus. & in c. qui ſine. iij. q. vij. Et idẽ dic in ſacerdotib⁹, reſpectu fori pœnitẽtia-

4 lis. Peccãt † eñ, ſi exiſtẽtes in peccato, alijs pœnitẽtiã iniũgũt: licet abſolutio teneat. Debẽt eñ primò ſe corrigere ſaltem per contritionẽ, & poſtmodũ pœnitentiã alijs iniungere. & vide tex. cum gl. in ver. iudicandus. de pœ. diſ.

5 vj. c. j. glo. in. d. c. in grauibus. Et † vtrũ malorum ſacerdotum preces noceant, vel proſint illis pro quib⁹ fiunt. vide tex. cum gl. in. d. c. in grauibus. melius, vide. xlix. diſt. in ſum. ¶ Item adde & aliud, q̃ licet malus ſacerdos ita conficiat, ſicut bonus. j. qõ. j. multi. tamen facilius exaudiũtur boni ſacerdotes, quã mali. j. q. j. in. c. ipſi ſacerdotes. ¶ Cum enim ſunt interceſſores apud Deum: ſi diſplicent Deo, nedum nõ exaudiuntur: ſed potius Deũ ad iram prouocãt. vnde tex. not. in. d. c. in grauibus. dicit, q̃ ſi is qui diſplicet ad intercedẽdum mittitur: irati animus ad deteriora pro-

6 uocatur. ¶ † Et not. illum tex. perpetuò pro ambaſiatori-

a bus[a] deſtinandis: vt eligantur hi, qui ſunt beniuoli & accepti illi, ad quem mittuntur. Nam ſi diſplicent, redibũt ſine effectu: malus † tamẽ ſacerdos ex poteſtate officij etiã

7 prophetare poteſt: vt prophetauit Cayphas. Nã dicitur in euangelio prophetauit &c. Idẽ fecit Saul dum prophetauit Dauid perſequens. vide de prædictis bonũ tex. j. q. j. c. dictum. & c. prophetauit. Et vtrũ ſancti & boni ſacerdotes habeant ſemper ſpiritũ ſanctũ: an verò recedat ad tẽs: & quæ differentia fuit inter Sanctos & Chriſtũ reſpectu ſpirituſſancti. vide tex. in. c. quærẽdũ. de pœni. di. ij. ¶ Tertiò poteſt continuari & apertius: vt. ſ. in procœ. cõtinuatur. Nã in primo libro dixit de perſonis & officijs eorũ: in ſecundo de actibus hominum in iudicio: reſtat videre de actibus hominũ extra iudiciũ tam reſpectu clericorũ, quã laicorũ. Et quia clerici ſunt digniores laicis, primò hîc tractat in tertio de actib⁹ clericorũ: in quarto verò de actibus laicorũ. Tractaturus igit author in hoc tertio li-

¶ Ambaſiatorib⁹. Adde Alex. in. c. ad apoſtolicæ. in prin. j. de re iudic. in. vj.

SEB. SAPIA

a ¶ Ambaſiatorib⁹. Vide Corſe. in ſin. gula. ſuis in verb. ambaſiator. circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent ſummopere cauere, ne interueniant in iudicijs.*
2 *Iudices quando ſint in peccato mortali, non prohibentur iudicare ex poteſtate officij.*
3 *Iudex, qui eſt in peccato, magis peccat alios iudicando.*
4 *Sacerdotes, qui ſunt in peccato, magis peccant miungendo alijs pœnitentiam: licet abſolutio ab ipſis facta valeat.*
5 *Preces malorum ſacerdotum, an proſint, vel noceant illis, pro quibus fiunt. Et ibidem, quòd malus ſacerdos ita conficit, vt bonus.*
6 *Ambaſiatores debent eligi beniuoli illi, cui mittuntur.*
7 *Sacerdos malus ex officij poteſtate prophetare poteſt. Et ibidẽ, an ſancti & boni ſacerdotes ſpiritum ſanctum perpetuò habeant: an verò ab eis interim ad tempus ſecedat. & quæ differentia ſit inter Sanctos & Chriſtum, reſpectu ſpirituſſancti.*
8 *Clericorum appellatione, qui veniant.*
9 *Priuilegium conceſſum clericis comprehendit omnes clericos cuiuſcunque ordinis ſeu dignitatis ſint.*
10 *Epiſcopi non veniunt appellatione clericorum in materia odioſa: ſed ſecus in materia fauorabili.*
11 *Mixtum, an veniat ſub ſimplicibus. j. c. j. nu. 6.*
12 *Eccleſiæ parochialis appellatione, nõ venit illa, quæ eſt parochiata & collegiata.*

a ✠ SEB. SAPIA. ¶ Clericorum. Vide latè per Abba.in.c.iñ. in.j.not.ſ.de poſtul. præla.& quod no.idem Abb.in.c.non dubium. de ſent.excommuni. & in.c.cum tibi. j. de verbo.ſig. Feli.in.d.c.non dubium.in.ij.not.

b ¶ Ergo clericus. Adde eundem† conſi.vij.& q̃ in odioſis appellatione clericorum non veniant Epi, facit quod conſuluit Roma. conſil.clix.vbi voluit, q̃ in odioſis excluſis, nec mixtis appellatiõe Abbatis veniant monachi. Et vide qd̃ idẽ Roma.cõſuluit cõſil. ccccxviij. vbi iter alia dicit, q̃ diſpoſitio loquens de ſimplicib⁹, uõ debet trahi ad mixta: maximẽ cũ vna qualitas ſit dignior altera.

¶ Adde q̃ opi.d. 8 Abbat. ſecutus eſt a clariſsimus præceptor meus.d. Vincen.de peruſ. vulgariter de Fregio, aduocatus cõſiſtorialis in ſuo tract. vl.q.incip. in noĩe Ieſu Chriſti &c. vbi p. xvj. fundamenta tenet, q̃ in materia ſtricta & pœnali appellatione clericorũ, non veniant Epiſcopi Æneas.falco.

c ¶ Supra curam. 9 In contrarium videtur obſtare tex. in.c.ñ.iuncta rub. b j.decleri.nnn reſi. prout illũ tex. deducit dñs And.ſicul.in tract.de pſtã.Card.in.vij.q. Baſilica, cuipoſt eã reſpondet: vt ibi per eum.

✠ SEB. SAPIA. d ¶ Appellatione populi. Vide And. ſicu.ſ cle.ne roma c ni.§.ſanè.colũ.xij. de ele. & in.c.licet cauſam.col.v.ſ. de pba.& ibi an clerici veniant appellatione diſtrictuaſiũ: de quo etiam per Pau.de caſt.in conſi.clvij.inci.ad primũqueſitũ.ſ.j. parte.ſecundũ nouiſſimã impreſsionem.& per And. ſicu.in repe.rubri. 3 C.qui admit.colũ. vij.

e ¶ Clerici. Adde Roma.cõſi.clxxx.& ſing.ſuis.fo.xij.& ibi vide an veniãt appellatione prouincialium. An autem appellatione vniuerſitatis veniãt ſacerdotes, vide Oldra.conſilio xxij.

ZACHARIAS. ¶ Adde quod vo-

VT laici. ¶ Laici prope altare, vel in choro, dum officia celebrant, ſtare non debent: ſed cã orandi ire, vel accedere poſſunt. vel ſic generalius. Cũ celebrat, diuiſus debet eſſe clerus à populo. Tria ſunt dicta. Secundũ ibi: *ſed pars*. Tertiũ ibi: *ad orandum*. ¶ No.j.ibi: *laici*. q̃ alij ſunt laici: alij clerici Et dicunt laici, quaſi populꝰ: vt dicit tex.in.d.c.duo ſunt.xij.q.j. Hinc eſt, † q̃ appellatione populi[d], nõvenit cler:ꝰ nec ecõtrà. vt in.c.ſi ſnia.de ſen.excõ. li.vj.& p illũ tex.limitãdꝰ eſt.§. plebiſcitũ. infti.de iu.natu. gen.& ciui. vbi dicit, q̃ appellatiõe populi veniũt vniuerſiciues, ét cõputatis exiſtẽtibus in dignitate. Procedit etiã in his, qui ſunt eiuſdẽ ꝓfeſsionis: ſecꝰ in alijs, vt eſt tex.cũ gl. in.d.c.ſi ſnia.& hoc clarum in materia ſtricta. ¶ Quid aũt in materia priuilegiata, vt ſi priuilegiũ ſit cõceſſum Senẽ ſi populo: an cõprehendant clerici? ſtatis dubitari poſſet: ſed ꝓ parte affirmatiua facit tex.in.c.dilecti. cum materia ſua.de fo.cõpe.& qd̃ no. Bar.in.l j.ff.ad muni.& qd̃ no. in c.Rodulphꝰ.de reſcri. ¶ † Secũdò no. ibi: *ſecus*. Nã idẽ importat qd̃ circa. Et no.q̃ dicit qs ſtare ſecꝰ: qñ eſt quaſi cõtinuus: ſecus aũt, vbi aliquãtulũ remotꝰ. vñ ſtãs in choro, nõ dicit ſtare ſecꝰ altare: vt hĩc, qd̃ facit ꝓ ſtatutis. ¶ Not. iij. ibi: *quòd ſacra myſteria*. q̃ ſacramẽtũ celebratiõis miſſæ, dicit myſteriũ ex eo, qa habet recõditã virtutẽ. ſicut dicit ſacramẽtũ, quaſi ſacræ rei ſignũ. & vide de hoc tex. latiorẽ j.q.i. multi ét habet differẽtia iter miniſteriũ & myſteriũ. Nã myſteriũ idẽ ẽ, qd̃ ſacramẽtũ. miniſteriũ verò ẽ quod libet officiũ. pro hoc.c.cũ in cũctis.§. inferiora.ſ. de elect. 3 † No.ibi: *ſtare, vel ſedere*. q̃ differẽtia ẽ iter ſtare & ſedere. Quæ differẽtia iter iſta: habeẽ in.c.qd eſt hoc.l.dif.& i.c. Eps.xcv.dif. Nã ſtare dicit, q̃ nõ ſedet, ſtãs erectꝰ in pedibus. Et no.q̃ licitũ eſt q̃ q̃ in eccl̃ia ſedere, tpe tñ oratio nis debet qs ſtare, & nõ ſedere. l.dif. qd eſt hoc.& facit illud Pſalmi: Stãtes erãt pedes noſtri &c. ¶ Itẽ not. ex eiſdẽ verbis, q̃ itineratio, ſeu acceſſus ad clericos, vel ad altare tpe celebratiõis, nõ eſt laicis ꝓhibitus: per iſtũ text. qa hĩc tm̃ ꝓhibent laici ſtare, vel ſedere. & facit ad. q. quãj. ſubij ciã. ¶ Itẽ no. q̃ eccl̃ia aliq̃n habet tres ptes. Prima eſt illa, q̃ eſt ꝓpe altare maius, q̃ ſolet q̃n q̃ cãcellis includi. & iſta pars q̃n q̃ appellaſ ſacrariũ: q̃n q̃ presbyteriũ: q̃n q̃ ſancta ſanctorũ: vt in iurib⁹ alle.i gl.& in hac pte debẽt ſtare clerici celebrãtes: vt p̃sbyter, diacon⁹ & ſubdiacon⁹ & de hac parte loquit prin.c.ibi: ſecus altare. Secũda pars eſt chorꝰ. & hęc pars ſubdiuidit ab altariũ multis locis ꝓ cãcellos: ac etiã à toto corpore eccl̃ię. & i hac parte debẽt ſtare clerici tm̃ pſallẽtes ex duplici cãj. ſubijcięda. & de hac ſecũda pte loqr̃ tex.i ver. ſed pars. Tertia pars eſt reliquũ corpꝰ eccl̃ię & vulgariter appellaſ nauis eccl̃ię & i illa pte eccl̃ię debẽt ſtare laici audiẽtes diuina. ¶ Quid aũt i clericis cõiugatis vel i alijs clericis audiẽtib⁹ miſſam: vel alia diuinã. ſubijciã. & p hoc declaraſ iſte tex. i ſuperficie ſui. ¶ No. ibi: *ſtãtũ pſallẽtibus &c.* q̃ clerici exiſtẽtes i choro debẽt pſallere: & quãto exiſtẽtes i maiori dignitate, ſiue nobiliori, tãto magis debẽt Deo pſallere: cũ magis ſint Deo cõiũcti, & Deo adſtricti: vt i.c. clericĩ. e. & qd̃ ibi no. ¶ No. iver. *ad orãdũ*. duos caꝰ i q⁹ laici licitè accedũt ad altare. ſ. cã orãdi & corꝰ Chriſti ſumẽdi. Idẽ dicũt doc. i alijs ſacramẽtis eadẽ rõne. ¶ † No. ibi: *laicis & fœminis*. arg. q̃ appellatiõe laicorũ: nõ veniũt fœminę. Sed cõtrariũ puto verũ, p.c. duo ſunt gña. xij. q.j. ſi ad maiorẽ exꝑſsionẽ fecit mẽtionẽ de fœminis: qa de eis poſſet magis dubitari: nũ qd poſsit accedere ad altare: maximè ꝓpter quãdã cõſuetudinẽ quorũdã clericorũ i peritorũ, q̃ i differẽter i pediũt fœminas volẽtes accedere ad altare cã orãdi. Hoc em̃ eſt eis licitũt hĩc ꝓbaf. & idẽ reſpectu cõionis. ¶ Not. ibi. *ſicut mos eſt &c.* q̃ i his multũ attẽdẽda ẽ cõſue. & p hoc verbũ videnſ ſentire doc. vt expleto officio liceat laicis & fœminis accedere ad altare cã orãdi: q̃ ſi ſecꝰ tpe cele. & hic eſt mos i multis locis. Et

t d e 2 4

De uita & honeſtate clericorum *Rubrica.*

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Clerici non veniunt appellatione populi in materia ſtricta: & quid in materia priuilegiata.*
2 *Secus, dicto. quid importat?*
3 *Stare & ſedere, differunt.*
4 *Laicorum appellatione veniunt fœminæ.*
5 *Vſurarij & inimicitias fouentes, ſunt repellendi ab oblationibus, quæ fiunt altari.*
6 *Clerici coniugati, an gaudeant priuilegijs aliorum clericorum: & an veniant appellatione laicorum.*
7 *Statutum loquens de honeſtate, regulariter non ligat contrafacientes.*
9 *Miſſa debet audiri diebus feſtiuis ſub præcepto peccati mortalis.*
9 *Sacerdotes nec curati, non tenentur ſingulis diebus audire miſſam.*
10 *Epiſcopus omni die, aut audire, aut dicere miſſam debet.*
11 *Excommunicati non debent intrare in eccleſiam tempore, quo celebratur: ſecus forte ſi non celebratur.*

luit allegare Roma. ſingu. ſuo. ccccxlj. inci. habeo caſum in facto. ſo. xv. cui adde Matthe. matheſi. ſing. cxj. inci. nota vnã doctrinã lucroſam. & pleniꝰ Feli. in.c. eccleſia ſanctę Mariæ. col. xxvij. ver. ſeptimò quæro. vbi adducit Lap. alleg. xcix. inci. an ſtatutum excluſiuũ. & alle. ſeq. de quo p Gemi. in.c.ſi. col.ij. de offi. dele. li.vj. Pau. de ca. cõſi. ccxcv. inci. ad primũ. Oldra. cõſi. xxxvij. incip. queſtio eſt. quod iſte corruptè alle. pro conſi. xxij. & Ancha. cõſi. incipi. optimis.

a ¶ Offerre debent. Adde, an ille, qui vadit ad miſſam, teneaſ offerre, ſiue vadat ad parochiã ſiue aliò Lap. alle. lviij. Ber. Lãdria.

b ¶ Repellitur vſurarius. Adde hoc verum, q̃ tales repelluntur ab oblationibus, non ab eleemoſynis: quia eccleſia illas recipit: vt illis mediãtibus' reconciliẽtur Deo. ita dicit Pet.de ancha. cõſi. ccccxxx. vbi dicit q̃ Bar. magnus le giſta, non intellexit hãc differẽtiã. Bernan. Landria. Anto. Franciſ.

¶ Circa hoc quod hic dicit de oblatiõe, qd illarũ appellatione veniat: & an eleemoſynę cõtineanẽ appellatiõe oblationũ: vide de Inno.in.c.cum inter. de ver. ſigni. c Et an eleemoſyna poſsit fieri de bonis alienis, & per cõſequens, an poſſint fieri de vſuris: vide in.c. ex trãſmiſſa. de decr. vbi d dicit, q̃ non. & vide de do. Abb. in.c. olim innouamus. de cenſi. vbi dixit eleeſymonam nõ poſſe fieri de extortis iniuſtè, etiã ꝓ gabellarios. ad quod vide etiam Pau. de caſt. in cõſi. lxxij. & text. in c, nõ eſt. j.q.j. qui dicit, q̃ non dicit eleemoſyna illa, q̃ fit de rapinis. & vi de bonã gl. in cle. ij. de cẽſi. Et adde q̃ eleemoſyna non debet dari de male acquiſitis: vt in c. eleemoſyna. iiij. q.v. & vide Archi. in.c. non eſt. j. q.j. vbi ponit de quibus rebus debet fieri eleemoſyna. Et ad materiam elemoſynæ vide in.c. maior. &, in.c. medicina. & ſeq. de pœn. diſt. j. & vide Cardi. in cle. j. in. §. ideo. de reli. & venera. ſanctorum.

c ¶ Coniugatis. Adde, an gaudeant priuilegio clericorum. Cępo. conſi. xj.

locis. Et hęc faciunt ad. q. quotidianã: nunqd liceat laicis cauſa offerendi, accedere ad altare, tempore celebrationis. Ioan. de lig. inducit iſtum tex. ad partem negatiuam. Ego putarẽ contrariũ: quia vt. ſ. dixi: non prohibetur hęc iteratio, & maximè cauſa offerendi ad altare: ſed prohibẽtur laici ibi ſtare, & ſedere. Et cauſa prohibitionis fuit duplex. Prima, ne impediant clericos diuina miniſtrantes. Secunda, vt clerici honorificentur: & ſic eis deferatur in ſedibus. vt habetur de cõſe. di. ij. in. c. ſacerdotum. Sed per acceſſum cauſa offerendi ceſſant iſtæ duæ cauſæ: cũ magis clerici honorificentur ex oblationibus diuinorũ, ne impediantur celebrare: niſi eſſet maxima multitudo offerre volentium. ¶ Itẽ tex. hĩc ſimpliciter permittit acceſſum cauſa orandi, vel 7 cõicandi: nec diſtinguit tempus celebrationis e ab alio tẽpore: ſed tantùm dicit, ſicut mos eſt. ſeruetur ergo in hoc conſuetudo. Ad idẽ tex. in.c.duo ſunt genera. xij.q.j. in fi. vbi dicit, q̃ laici offerre debentª in altari: vt in.c.ois Chriſtianus. de conſe. diſt. j. Itẽ probo per locum â ſpeciali in.c.oblationes. xc. diſ. vbi text. not. & menti tenendus, dicit q̃ oblationes diſsidẽtiũ fratrũ, non ſunt nec in ſacrario, nec in gazophilatio recipiendæ. & vide ibi gl. not. in hoc qui prohibeantur ab oblationibus. † Et tene menti illũ tex. cõtra iſtos fouẽtes inimicitias, & nolentes recõciliari proximis: vt nõ admittant ad offerendum: ſic repellitur vſurarius[b]. capi. quia. de vſu. ¶ † Sed hĩc dubitatur, quid de clericis cõiugatis[c]: an debeãt ſtare inter clericos tempore celebrationis? Franci. & Ioan. And. poſt eum: & cõiter docto. dicunt, q̃ inter laicos debent ſtare: non inter clericos, arg. in.c. diuerſis fallacijs ſ. de cleri. cõiuga. & in.c. j.eo.titu.lib.vj. vbi dicitur clericos coniugatos gaudere priuilegio clericorũ in duobus[d] duntaxat, dũmodo deferant habitum & tonſuram: ergo non includuntur hĩc appellatiõe f clericorum. Credo poſſe dici contrariũ: quia iſtud non eſt priuilegium clericorum: ſed vt pſallentes non impediantur. & vt eis deferaſ, hoc emanauit: vt prædixi. Cum ergo clerici cõiugati non ſint purè laici: vnde appellãtur clerici vt in rubri. de cleri. coniuga. hic tantũ excluduntur laici, ergo non veniunt appellatione laicorũ. Pro hoc facit vnum not. dictũ Ioan. Andr. in.c. Ioannes. de cleri. cõiuga. vbi dicit, q̃ ſtatutũ epiſcopi excõicantis certo caſu laicos, non comprehendit clericos coniugatos: cum materia ſit odioſa: & illi nõ ſint purè laici: ſed quoddam genus, ſeu quædam ſpecies mixta. facit dictum. c. ſtatutum. de elect. lib.vj. & adde.c.ſi qui.xxxij. diſtinctio. vbi dicitur, quòd clerici coniugati debent vigilare in pſalmis dicendis. permittitur ergo eis cantare cum clericis: poſſunt ergo ſtare inter pſalentes. vide omnino glo. xxiiij. queſtio. iij. quãuis. quæ ſentit, q̃ poſſunt eſſe inter clericos.

¶ Sed eſt dubiũ, quid de alijs clericis, qui veniunt cauſa audiendi diuinũ officiũ, & nõ cantant? certè ſi impediãtur pſallentes per eos, nõ eſt eis licitũ. Facit pro hoc, dictio tãtũ, hic poſita. Dicit enim tex. tantũ pſallẽtibus: &c. Sed vbi non impediuntur pſallẽtes, ſatis poſſet permitti: vt in choro ſint: quia ceſſant tũc rationes ſtatuendi: & quia iſte tex. excludit ſolũ laicos, habuit ergo reſpectum: quia clerici cõiter ſunt incluſi inter eccleſiã eorũ. ¶ Sed quero, an peccent laici non obſeruãdo hoc ſtatutum? Inn. dicit, q̃ non. Loquitur enim hoc. c. de honeſtate. ideo non ligat contrafacientes: maximè vbi conſuetudo eſt in oppoſitum.

¶ † Not. hoc dictũ, q̃ ſtatutũ loquens de honeſtate, non ligat cõtrafaciẽtes ad peccatum[e]. pro hoc. vide tex. iiij. diſt. c. deniq. §. hęc & ſi. in fi. Hoc dictum limito, dũmodo non ſiat ex contemptu. vnde conténens exhortationẽ ſuperioris peccat. vide bo. gl. cum text. in.c. quis autem. x. di. Idem intelligo in conſilio perfectionis: ſecus in conſilio reuerentiæ: vt not. in c. ad aures. de æta. & qua. & gl. in cle. j. de teſt.

¶ Qũo autem cognoſcatur, vtrũ conſtitutio ſapiat cõſiliũ, vel præceptũ? dic, q̃ primò recurrendũ eſt ad materiam ſubiectam. Nam ſi illa de ſui natura nõ neceſsitat, dicitur potius quæd am exhortatio: licet verba aliud ſapiant xj.q.iij.c.rogo. cũ glo. in proœ. decretorũ, iũcta glo. & in clemẽ. exiui de paradiſo. de verb. ſign. Hæc autem materia non neceſsitat: cũ in eccleſia omnes vnum ſumus. nec diſtinguitur ſeruus à libero: ſed omnes ſunt filij Dei. hinc omnes dicunt. Pater noſter &c. ad hoc denotandũ: cũ Papa celebrat clerici & laici ſunt mixti: ſed honeſtũ eſt propter rationes præmiſſas, vt fiat diuiſio, de qua hĩc. ¶ † Vltimò hic quæritur de vtili q̃. vltra alios: nunquid d audire miſſam ſit de præcepto[f]. cũ iſte tex. faciat mentionem de clericis & laicis. dic, q̃ oẽs laici debent audire miſſas completas diebus dominicis, & in alijs pręcipuis diebus: & ſtare in miſſa vſq; ad benedictionem ſacerdotis incluſiuè: aliàs peccant mortaliter, iuſta cauſa ceſſante: cum eis hoc præcipiatur ab eccleſia, vt in.c. miſſas. cum duobus ſeq. de conſe. diſt. j. Et dicit miſſas in plurali, non q̃ arctenſ audire plures numero: ſed ſufficiat eis vnica. Sed dicitur in plurali: quia oraꝰ ꝓ viuis & defun- e ctis. Idem † dic, in clericis, maximè non curatis. Debent enim in his diebus maximè, conuenire ad eccleſias eorum, ſeu cathedralem: & ibi miſſam audire: vt in.c. & hoc attendendum. de conſe. diſtin. j. Et per illum text. dico quòd non miſſa peculiaris, ſeu priuata eſt in præcepto, ſed miſſa magna & publica: quæ fit cum cantu. Conſuetudo tamen habet opter Aret. in conſil. clx. incipien, longa eſt conſultatio. in. viij. dubio. vbi dicit, quòd etiam lex præcepti non ligat: quando ratio legis ſonat indecentiam: vt ibi per eum.

¶ In præcepto. Adde Lap. alleg. lviij.

Alex. latè cõſi. viij. j. lib. & Lap. alleg. cxviij.

Anto. Franciſ. ¶ Adde quòd clericus cõiugatus nõ gaudet priuilegio fori: vt per Ioan. And. in ver. declaramus. in.c. j. hĩc alleg. & gl. in.c. ſi iudex laicꝰ: in ver. debent. de ſenten. excõi. in.vj. Quod intellige verum in ciuilibus. ſed in criminalibus etiam ciuiliter intentatis, bene gaudet priuilegio, ſi vitam & habitũ feruent: ſecundum Geminia. ibi etiã adde, q̃ clericꝰ con iugatus exercet artes viles, non gaudet priuilegio clericali: vt plenè per do. Car. in cle. j. in xvij. q. de vita & honeſ. cle. Et adde, q̃ clericus ducens vxorẽ: vel factus miles, perdit priuilegium ipſo iure. vt eſt gloſ. in.c. quiſquis. xvij. qõ. iiij. & eodẽ modo ſi incedit ſine habitu & tonſura: vt plenè per. d. Card. in cle. j. in. j. oppoſitione. & in. xij. quæſtione. devita & honeſta. cleric. & materiam cleri corum coniugato rum: vide plenè ꝑ Specul. in tiru. de cle. & cõiu. per totum.

ZACHARIAS. ¶ Adde plenius per Gemini. in.c j.§. & cum partiſienſe. nu.5. & qd ibi no. Cel. in apoſtil. in verſi. coram cudice laico. & ibi Philip. fran. numero. l. & eũdem Celſi. in apoſtil. in ver. à iudice ſeculari. de cleri. coniuga. li.vj.

✠ SEB. SAPIA. ¶ In duobus. adde tamen, q̃ valeat conſuetudo, q̃ clerici coniugati gaudeant priuilegijs clericalibus: licet non deferant habitum & tonſuram: vt voluit Fulg. in cõſ. cxiiij. incipiẽte. præſuppoſitis ſtatutis. i. ñ. dubio.

✠ SEB. SAPIA. ¶ Ad peccatum. Vide latè ꝑ Ecli. in.c.j.col.vj. verſi. fallit tertiò regula. §. de cõſtitutio. & ibi ponit quomodo ex cõtẽptu qs peccat, quando venit contra legem conſilij & honeſtatis. & vide ad hæc quod ſcribit elegã

positum: sed iure primum verius est. Nã clerus orat pro populo: vnde populus debet tũc esse præsens, his diebꝰ præcipuè. & ideò dicit in d.c.& hoc. ꝙ missæ peculiares, aut priuatæ debent ita dici illis diebus in locis secretis: vt populus nõ abstrahat ab audiendo missam solennem. Et per illũ text. qui facit mẽtionẽ de sacerdote, infero, ꝙ sacerdotes non habentes curam nõ tenentur celebrare singulis diebus dominicis & festiuis: cũ solũ iniungatur eis, ꝙ vadant vnã cũ laicis ad audiẽdum missam, ex quo non habent populum: vt habetur in d.c. & hoc attẽdendum. De Episcopo dic, ꝙ nisi causa rationabilis eum excuset, non debet prę terire diẽ quominus dicat, vel audiat missam in c.fi. de priuile. lib. vj. nec debet saltẽ diebus dominicis deesse in ecclesia sua. de cõse. dist. iij. episcopus. ¶ In gl. ij. *vt liberius.* Adde aliã rationẽ, quam. s. dixi: scilicet, vt clerici honorentur præ laicis. Sed quid si laici inuitentur à clericis, vt stent inter eos? dicunt doctores, quòd licitum est eis. pro hoc tex. ibi: nõ præsumant authoritate propria: quia illud verbum sonat in vitium: quia qui inuitant à clericis, non præsumunt. pro hoc. lxiij. distin. c.j.ij. & iij. vnde licitè deficientibus, maximè clericis, inuitantur laici ad cantandum cũ clericis. & maximè hoc fit in Francia: vbi sunt boni cantores. Similiter in Alemania bassa. Nunquid autẽ possit solus clericus missam dicere cum laicis. vide. xxxviij, dist. c. sedulo. de cõse. dist. j. hoc quoꝙ. & in. c. non liceat. xcij. dist. & in defectu clericorũ hoc licebit: aliàs secus: vt in. c. ꝓposuit. de fil. presby. ¶ † In fi. gl. in fi. hæc expositio cõiter non recipitur à doct. quia esset de indubio: cũ omnes laici possint intrare ecclesiam, nisi sint excõicati. xxj. dist. cleros. de cõse. distin. iij. Eps. xxv. distin. perlectis. quia tales non debent ecclesiam intrare: & hoc tẽpore celebrationis diuinorum: secus videtur si diuina non celebrentur: vt est gl. not. j. qõ. j. c. qui studet. in versi. misit. Debet enim intelligi secundum dispositionẽ gl. ꝓcedentis: vt dicat sanctas sanctorũ, illa pars, quæ est ꝓpe altare, q̃ appellat sacrariũ, in quo sunt clerici ad celebrandũ propter sacramenta, quæ ibi cõficiuntur. Et quia in altari maiori, cũ soleat esse sacrarium, includunt reliquiæ. de cõse. ecclesię vel alta. per totum. Alij dicunt, ꝙ appellatur sancta sanctorũ capella Cõstãtini in Roma. vbi seruantur capita apostolorũ Petri & Pauli: sed cõiter hoc non tenetur: quia ista cõstitutio quo ad hoc esset localis, quod non esset dicendum: & ideò tene superiorem &c.

SEB. SAPIA. a ¶ Idẽ in laicis. vide Ro. in fin. ccixiij. inci. prohibitum est arma portare. vbi dicit, ꝙ licet oibꝰ sit prohibitũ portare arma: tñ si rusticꝰ portauerit, solũ punitur i perditiõe armorũ veli triginta libris.

b ¶ Vllã irregularitatẽ. Adde. d. Cardi. consi. xix. Cal. latè cõsi. j. de treu. & pace.

SEB. SAPIA. b ¶ Irregularitatem. Vide Abb. in. c. olim. j. col. vij. ver. itẽ quærit ad declarationẽ. ṡ. de resti. spolia. & Feli. in. c. fi verò. in fi. j. de sen. excõi.

c ¶ Potest fugere. Adde ꝙ Bal. cõsi. ccxj. iiij. li. dicit, ꝙ cũ fuga non est tuta, qs fugere nõ tenet: qa periculum est in dãdo terga. & ibi latè vide. & dicit i dẽ Bal. cõsi. ccccxxx. j. li. ꝙ nõ valeret statutũ, ꝙ aggressus non deberet se defendere. Bertñ.

SEB. SAPIA. d ¶ Proximi. Vide Abb. in. c. iij. j. de cleri. percus. &. d. Iasin. l. vt vim, colũ. vj. ver. in ea. gl. ibi respõdeo. ff. de de iusti. & iur. & in versicu. sed pulchrũ dubium est.

regularitatem.

5 *Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto, sine metu irregularitatis.*

6 *Monachus religiosus potest sine licentia sui abbatis se defendere, & eleemosynam facere in casu necessitatis: & si non potest licentiam commodè petere.*

Monachus non habetur pro mortuo circa ea, quæ sunt iuris naturalis.

7 *Armorum appellatione non venit cultellus paruus, aptus ad incidendum panem.*

8 *Clericus secularis portans arma, non est ipso facto excommunicatus: sed religiosus sic, etiam tenens intra septa monasterij.*

9 *Clericus ex delatione armorum, si tertiò fuerit monitus, perdit priuilegia clericorum.*

10 *Clericus vsurarius non incontinenti deponitur: sed proceditur: vt hic dicitur.*

CAP. II.

1 CLerici. ¶ † Breue est: nec potest breuius summari. Sed pro summario nota, quòd armorum delatio clericis est inhibita, intantum, ꝙ contrafacientes grauiter peccant. Hoc colligitur ex eo: quia tale delictum est excommunicatione dignum, vt hic: sed excommunicatio non fertur, nisi pro graui crimine: vt in. c. nullus. & in. c. nemo. xj. qõ. iij. & quamuis hic caueatur solùm de clericis:

a idem dic in laicis[a]: vt patet in rubro & nigro. C. vt armorum vsus inscio principe interdictus sit, lib. xj. Sed contra hoc opp. de. c. dilecto. de sen. exc. li. vj. vbi ille decanus assumpsit arma materialia. ad idem. c. olim ĩ. de rest. spo. So. illa iura loquũtur in armis defensibilibus & non offensibilibus. Possunt enim clerici ad eorum defensionem arma assumere in contrarijs. ¶ Sed quæro, vltra alios, nunquid sit hoc clericis licitum indistinctè? Sol. distingue plenè. Primò, an liceat pro defensione propriæ personæ. Secundò quid pro defensione rerum. Tertiò, an pro defensione proximi. Quarto, quid in religiosis. ¶ † Ad primum dic, ꝙ si clericus non potest

2 mortem aliter vitare, potest impune occidere suum aggressorẽ: nec vllam irregularitatem[b] incurrit. Nam potius aggressor videtur seipsum occidere, quàm ab aggresso occidi: vt ꝓbatur in cle. si furiosus. de homi. & ideo nullum peccatum incurrit. Et dixit Io. de lig. in tractatu de iusto bello. ꝙ si clericus celebrans inuadi-

b tur, iustè dimittit celebrationem. & si defendendo se occidit aggressorem, potest incontinenti redire ad altare, & officium perficere. Si verò poterit aliter mortem vitare, puta fugiendo: tunc est dubium nunquid clericus teneatur fugere, an verò possit arma mouere. glo. in. c. his clericis. l. dist. & in. c. sicut dignum. de homi. sentiunt quòd tunc non debet percutere. Sed in contrarium adduco. d. c. olim. vbi pro defensione rerum licitum est clerico mouere arma: ergo fortius pro repulsione iniuriæ personalis. Nam iniuria est fugari: & iniuria quælibet corporalis, videtur maior qualibet iactura rerum. l. in seruorum. ff. de pœ. facit quod notat Barto. in. l. j. ff. vnde vi. Puto sic in clerico distinguendum, ꝙ ad sæua, puta ad occisionem, non debet clericus procedere, si potest

c fugere: [c]sed aliter resistere & verberare potest. ar. in. c. olim. iuncta. d. cle. si furiosus. Tunc enim occidendo euitat irregularitatẽ, quando aliter mortem propriam vitare non poterat. ¶ † Secundo casu, cum quæritur nunquid pro defensione rerum[a] videt primò, ꝙ non sit licitum arma mouere, arg. in. c. suscepimus ĩ. de homic. & in. c. ij. eod. titu. dum dicit: te tuáꝙ liberando. &c. & sic requirit illa duo copulatiuè. In contrarium facit. d. c. olim. Concludo sic, ꝙ ad occasionem, seu membri debilitationem clericus procedere non debet pro defensione rerum: vt in dictis iuribus. sed aliter verberare, seu resistere potest: vt in. d. c. olim. & hoc sentit Inn. in. c. si verò. el. j. de sen. exc. ¶ In tertio membro scilicet: quid

d pro defensione proximi[d], videt primò, ꝙ nõ liceat clerico. ꝓ tex. in. c. ex multa ĩ. de voto, vbi dicit, ꝙ clericale officiũ reddit clericos inhabiles ad pugnandũ, etiam cum saracenis. Ad idem. xxiiij. q. viij. reprehensibile. & vij. q. j. c. scisitatus. & qd ibi no. In cõtrarium facit. d. c. dilecto. vbi dicitur, ꝙ licet vnicuiq; vicino ꝓpulsare iniuriam inferendam proximo. & per illud verbum cuiq; dicit ibi Host. & etiam Inno. quòd laico & clerico hoc licitum est

videant. Rom. in Spitho. de Ast. tho. F. c. 3. n. 25 sic quidã

Puto

Puto sic cõcludendum: ꝙ aut clericus habet iurisdictionem in loco: & tunc pro defensione suorũ, licet arma mouere: & sic loquitur. d. c. dilecto. Si verò nõ habet iurisdictionem, aut fine ope clerici iniuria põt ꝓpulsari: & non debet clericus pugnare: vt. ṡ. in cõtrarijs. Aut nõ põt aliter propulsari: & tunc licet clerico capere aggressorem proximi, & verberare, ac etiã occidere, si aliter iniuriam propulsare non põt. xxiij. q. iij. in. c. maximinianus. & c. qui potest. & d. c. dilecto. Incurrit tamen occidendo irregularitatem. vt no. xxiij. q. viij. c. j. & in summa. Nunquam enim euitat irregularitatem occidendo, vel mutilando: nisi quando aliter mortem propriã euitare non potest: vt in. d. cle. si furiosus. Pro defensione

4 ergo ꝓximi incurrit irregularitatẽ sine peccato. † Simile in iudicio & in testibus exercentibus eorũ officium in causa criminali. lj.

5 di. c. j. & qd ibi no. ¶ † Sed circa hoc vertitur pulchrũ dubiũ: nunquid Papa possit dare licentiã[a] clerico pugnandi in bello iusto, fi-

a ne metu irregularitatis[a]? & primò videtur ꝙ non: quia hoc videt ꝓhibitum iure diuino. Nam ab ipso Christo dictũ fuit Petro volenti defendere magistrum suum ab iniuria Iudæorũ: Conuerte gladium tuum in vaginã. vt habet in euangelio. & transsumptiuè. xxiij. q. viij. c. j. Item in veteri testamẽto dixit Deus ad Dauid: non ædificabis mihi templũ: quia vir sanguinis es. vt habetur trãssumptiuè, de cõse. di. j. c. j. Contrarium determinat Cald. in. c. petitioj. de homi. Mouetur: quia irregularitas est de iure positiuo. alle. c. is qui. de sen. excõ. li. vj. Sed tu adde dictum Inno. in. c. ad audientiam ĩ. de homici. Item sola constitutio ecclesiæ prohibet clericum pugnare in bello iusto: ergo Papa, qui est super istas constitutiones humanas: vt in. c. proposuit. de concess. præben. põt hanc prohibitionem relaxare: maximè cũ ipse Papa possit ex iusta causa bellum indicere, præsertim cõtra infideles. xxiij. q. viij. c. omni. & c. præterea. ea. causa & q. Nec ob. prima authoritas alle. in contrarium: quia nõ solũ illa fuit dicta Petro: sed etiam alijs laicis: vt colligitur ex eo, ꝙ in eadẽ authoritate subijcitur, dum dicit: nam omnis qui gladium accipit, gladio peribit. Sic etiam respondetur ad authoritatem: & potest dici melius ad illam secundã, ꝙ loquit de effusione sanguinis iniusta. nam Dauid ꝓditoriè fecerat interfici Vriam: vt committeret adulterium cũ Bersabe eius vxore. & adhuc non fuit pœnitens, quando illa verba fuerũt sibi dicta. sed nos loquimur quãdo bellum est iustum. & vt dicit alibi Aug. ille dicitur accipere gladium, qui superiore nõ iubẽte, vel consentiente, gladium assumit ad effundendum sanguinem: vt est nota. tex. in. c. ille. xxiij. q. iij. Item videmus, ꝙ Papa dispẽsat post pœnitentiam in irregularitate ex peccato contracta: vt no. Host. & cõmuniter doc. in. c. sicut dignũ. de homi. & not. in. d. c. j. de cõse. di. j. &

6 & hoc est valde no. ¶ Venio ad vltimũ, † quid in religioso: an possit se defendere sine superioris licentia? & videtur primò ꝙ non: quia etiã actus liciti, & in se laudabiles, sunt sibi ꝓhibiti sine sui superioris licentia: vt vouere, peregrinari & similia. xx. q. iiij. monachis. Item defensio fit ex propria voluntate: sed voluntas religiosi dependet à voluntate Abbatis: vt in. c. ij. de testa. li. vj. cum simili. Io. de lig. in. d. trac. concludit, ꝙ si põt cõmodè haberi superioris licentia, postulanda est: aliàs autem licitum est se defendere: cũ hoc competat de iure naturali. j. di. c. ius naturale. Et quo ad actus

b naturales non cẽsetur mortuus. [b]ad hoc. xvj. q. j. placuit. & quod ibi no. & in. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Pro hoc primo facit gl. no. xij. q. j. c. nõ dicatis. quæ dicit religiosum posse eleemosynam facere de bonis monasterij morienti fame, si non potest licẽtia superioris commodè haberi. Si ergo per actum aliàs sibi illicitũ, potest subuenire vitæ alterius: fortius per actum licitum, potest subuenire vitæ propriæ. Imò est plus dicendum, vt aduersus suũ superiorem possit se defendere, si superior eum inuadit contra o-

7 mnem regulam. arg. in. c. ex parte ĩ. de accu. & hoc bene no. ¶ † Et inquantum ist ud. c. simpliciter prohibet delationem armorũ: intellige de cultellõ feritorio, seu offensorio: secus autem in cultel-

c lo paruo [c]apto ad incidendum panem, & alia necessaria. talé enim clericus licitè defert: vt in. c. latorẽ ĩ. de homi. Nam si ille clericus licitè nõ portasset illũ cultellũ, incidisset in irregularitatẽ: quia dedisset operã rei illicitę secuta morte alterius: prout ibi dicitur. Et idẽ dic in religioso: vt ꝓbat in cle. ne in agro. de sta. reg. ṡ. nullus.

8 ¶ † Et aduerte, quia si clerici seculares nõ sunt excõmunicati ipso facto, ex delatione armorũ, sed excõmunicandi: vt hic. Religiosi etiã tenentes arma intra se

d pta[d] monasterij, sine licẽtia superioris, ipso facto sunt excõicati: vt. d. cle. ne in agro. de sta. reg. ¶ In glo. j. ibi: *ad terrorem latronum.* Idẽ dic ex alia iusta causa: vt in. d. c. dilecto. & ṡ. pleniꝰ dixi. & possunt portare ob hanc causam, nedũ arma defensionis, sed etiã offensionis: vt satis

9 probatur in. d. c. dilecto. & d. c. olim. ¶ † In fi. gl. No. gl. bene. Vult enim, ꝙ ex sola delatione armorũ, clericus perdat priuilegium, si tertiò b monitus non desistit. de quo plenè dic, vt dixi in. c. contingit. & c. ad audiẽtiã. in gl. alle. ¶ In gl. fi. in fi. Hæc gl. vult separare caudam à capite intelligendo prin illius. c. in clericis finis ca. adaptari põt: & magis cõgruit rub. vt proceda-

tur cõtra clericum ordine succesiuo. Nã primò suspendet: secundò excõicabitur: tertiò de c ponetur: vt in iuribus alle. in gl. Nam & cõtra laicum nõ ꝓceditur immediatè ad excõicationem: sed prius incipiendũ est à pœnis cõcilij

10 generalis ĩ. de vsu. quia in omnibus. ¶ † Et no. bene hoc dictum Ber. vt clericus vsurarius nõ e deponatur[e] incõtinenti: sed procedatur ordine succesiuo ꝓdicto. Et ex hoc intellectu glo. no. ꝙ qñ copula &. ponitur inter æquè principalia, exponitur copulatiua pro alternatiua. facit quod not. in. l. j. ff. de his, qui not. infa. & ibi Ber. & Bar. Nam ad ferendam excõmunicationem, non requiruntur ista duo copulatiuè: scilicet ꝙ ferat arma, & ꝙ sit vsurarius: sed sufficit alterum duorum. Potes dicere, ꝙ id quod dictum est in clericis, habet locum ratione cõtinentiæ: sed vbi propter ipsum crimen, videtur ꝙ possit peti, ꝙ deponatur, per ea quæ habentur in. d. c. quia. & per id quod dicit hic gl. Abbas.

SEB. SAPIA. a ¶ Irregularitatis. vide Fel. in. c. petitio. j. de homi. ver fi. secunda cõclusio. vbi tradit, ꝙ clericus põt assistere ĩ bello iusto, & hortari milites sed nõ pt mouere arma, vt occidat.

b ¶ Mortuus. Adde qd voluit Ancha. post Spec. eiꝰ cõsi. ccccxvij. ꝙ ꝓfessionẽ monachi, nõ extinguit vsusfructus, quos comedit Ber.

c ¶ Cultello paruo. Adde, ꝙ talis cultellus non venit appellatiõe armorũ. Fran. Aret. cõsi. xxxviij. Ber.

e ¶ Adde, ꝙ statutum puniens portantem arma, non punit portãtẽ talẽ cultellũ. gl. est reputata singu. in aur. de armis. ad fin. in antepe. glo. quã segt & limitat elegãter Bart. in. l. j. ff. ad le. Iul. de vi publi. vide ĩ materia instit. in ṡ. ex maleficijs in stit. de actio. Aeneas. Falco.

c ¶ Cultello paruo. Quid veniat appellatione armorum: tradit Feli. in ru. ꝓpe. Gregori. co. lij. vbi refert Dñi. dicentẽ, ꝙ appellatione armorũ non veniũt arma, de gl[a] in. l. armorũ. ff. de ver. sign. sed illa q̃ de communi vsu arma dicuntur.

SEB. SAPIA. d ¶ Intra septa. Ad de Fed. dispu. tua xiiij. vbi ponit à quo tales debeãt absolui, cùm sint exempti. Ber.

e ¶ Non deponat. Adde Alex. cõsi. lxxij. j. lib. Ber.

f ¶ Aduertendum. Hoc refert & segtur do. Hiero. de zanetinis. in repe. ti. c. j. j. de accusa. in materia luxuriæ. in ver. an tot peccata. vide Fel. in. c. ex parte. col. fi. ṡ. de offi. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Clerici prohibentur portare arma offendibilia.*

2 *Clericus, qui non potest aliter mortem vitare, potest suum aggressorem impunè occidere: & non incurrit irregularitatem: etiam si tunc esset in actu celebrandi.*

3 *Clericus pro defensione rerum suarum, vel pro defensione proximi, an & quãdo possit impunè aliquem offendere.*

Irregularitas semper incurritur à clerico alium offendente, nisi in casu suprà in nu. 2.

4 *Iudex, siue testis in causa criminali incurrunt irregularitatem.*

SVMMARIVM.

1 *Reditus ecclesiæ præsumitur tot, quot sufficiãt duobus: & dicens contrarium habebit probare.*

2 *Dos ecclesiæ, quæ dicatur sufficiens?*

3 *Epistola non debet cãtari, nisi per subdiaconum, etiã in necessitate.*

4 *Ordinatus ad maiores ordines, non est obligatus seruire in minoribus, nisi ex necessitate.*

CAP. III.

VT quisque Presbyter habẽs populum, debet habere clericũ, qui secũ cantet: & ĩ alijs hîc expressis eũ iuuet. casus literalis. Statutũ est in cõcilio Maticen. ꝙ quilibet rector ecclesiæ habeat clericũ, qui secũ cantet: & epistolam & lectionem legat: & qui possit docere pueros, & parochianos suos monere, vt mittant filios suos ad addiscẽdam fidem: ideſt, credo in Deum: quos ipse doceat

1 diligenter. Ber. ¶ † Not. j. ꝙ in dubio reditus ecclesiæ præsumuntur sufficere ꝓ duobus: vi f delicet pro presbytero & clerico. Dicẽs ergo non sufficere pro clerico, habet hoc probare. & ad hoc quotidiè allegatur iste tex. ¶ No. ij. ibi: *secum cantet.* & ibi: *legat.* q̃ differẽtia est inter cantare & legere: & ꝙ officium diuinũ licitè cantatur. Aduertendum[f] tamen, ꝙ cantans in ecclesia diuinum officium, vt placeat populo, peccat grauiter: vnde alibi dicit tex. ꝙ Deũ moribus stimulat, q vocibꝰ populũ delectat.

xcij. di. c. ij. & iij. * Cãtãdum est ergo principaliter ad laudem Dei, & magis corde, quã ore.

a ¶ Dos ſufficiens. Adde Io. de Ana. cõſi. xxiiij. vbi ponit, an ædificans capellam teneatur ad dotandum: & dos debeat eſſe pro expẽſis clerici. Ber. ¶ Adde, q̃ q̃ fundauit eccleſiam, tenetur illã dotare: aliàs nõ debet fundari nec conſecrari. c. nemo. de conſe. di. j. & c. ſicut cum. s. de cõſe. eccle. vel alta. De quo latius vide per genitorẽ p̃ceptoris mei do. Bal. nouellã in ſolen niſsimo tracta. de dotib⁹. &c. i prin. in. n. col. Aeñ. fal.

b ¶ Diſpẽſatio Papę. Adde vt per Lap. alleg. xxix. Ber.

ZACHARIAS.

c ¶ Veſtib⁹ ſacris. addean poſsit papa diſpẽſare cum ſacerdote, vt non indutus ſacris veſtib⁹ cõſecret corpus Chriſti: p Feli in. c. quæ in eccleſiarum. col. vñ. verſi. & iſtis adde bea. Tho. s. de cõſtitu. Anto. Franciſ.

¶ Circa hoc qd̃ hîc dicitur de veſtib⁹ ſacris: primò adde, q̃ veſtimenta ſacra, vt caſula, planeta, & ſimilia nõ ſunt cõmodanda laicis, ẽt ad ornatũ nuptiaaum: nec illã ẽt p̃ſit fieri de veſtib⁹ prophanis: vt eſt glo. in. c. veſtimẽta. de cõſe. di. j. Et vide etiam in. c. ad nupti arũ. ea. di. & vide do. Car. ĩ cle. j. de celeb. miſſ. vbi dicit, q̃ quãuis p̃dicta ſint forſan de iure vera: tñ in vſu non ſeruant. a Et adde, q̃ veſtimẽta eccleſiaſtica debent bñdici per ep̃m ĩ dioœceſi ſua: vt in. d. c. veſtimẽta. de cõſe. di. j. & ibi vide Archi. an ſi de planeta fiat ſtola, vel dalmatica, debeat iterum benedici. vide per Archi. d. c. ad nuptiarũ. Et adde q̃ veſtes ſacræ non poſſunt alienari, niſi ob redẽptionẽ captiuorũ. vel pro alimẽtis pauperũ. & vide Bar. i. l. ſancim⁹. i princi. & ĩ. ij. col. C. de ſacroſan. ecc. vtrũ aũt Papa diſpenſet, vt ſacerdos poſsit celebrare ſine ſacris veſtib⁹? puto, q̃ ſic: quia quòd veſtes ſacerdotales benedicant, aut cõſecrent, eſt de iure poſitiuo: quod Papa poteſt tollere: vt in. c. propoſuit. de concef. præb. q̃ an poſsit ſine cauſa facere, relinquo cogitandum.

d ¶ Sibi præcinderet. Adde Ro. ſing. ſuis. vbi dicit hoc accidiſſe Florẽtiæ in muliere reuerſa à prædicatione: vt propter deuotionem ſibi præcideret capillos. Ber.

ZACHARIAS. ¶ Adde, qd̃ voluit alle. Ro. ſin. dxciij. inci. eſt nũc Florentiæ. vbi tenet, q̃ ſit talis mulier ipſo iure excommunicata. & alle. tex. in. c. quæcunq̃. per iſtum alle. pro ſing. ad hoc.

ad hoc facit. xxiiij. q. j. in. c. odi, & proieci. vbi gloſſ. colligit argu. contra ſcholares, qui vadũt ad eccleſiam, vt videant dominas. Non enim prodeſt eis auditio diuinorum: ſed potius nocet: vt habetur ibi. ¶ Item not. q̃ in eccleſia parochiali debet ad minus eſſe vnus clericus vltra ſacerdotem. & dicit Pau. in cle. ne in agro. de ſta. reg. de mente iurium eſſe, vt iſte clericus ſit ibi intitulatus: licet de facto contrariũ ſeruetur. facit ad hoc. c. poſtulaſti. de iurepa. & c. propoſuit. de ſi. presby. & no. circa quæ verſatur officium huius clerici. ¶ Item not. presbyterum non debere dicere miſſam ſine clerico. vide bonum tex. in. d. c. propoſuit. de conſe. di. j. c. hoc quoq̃. ſi tamen ſolus diceret, nihi lominus conficeret: licet cum peccato. vt not. in. d. c. hoc quoq̃. quia ad ſubſtantiam confectionis ſeu actionis, ſufficiũt illa pauca verba, quæ dicit ſacerdos in ſecreto: vt in. c. panis. de conſe. di. ij. ¶ Vlt. no. q̃ licet presbyter teneat pueros in eccleſia cauſa docendi eos: imò tenetur hortari parochianos ſuos: vt ſuos pueros mittant ad eccleſiam ad addiſcendum fidem ideſt principia fidei: vt Pater noſter: Aue Maria: & Symbolum: & conſequenter prima literarum rudimenta, ſeu alphabetum. debet etiã ſecundum. d. Anto. docere pueros pſalmum il lum: Quicunque vult ſaluus eſſe. &c. ¶ In glo. j. ibi: *ſine capella*. Et credo hoc etiam procedere in capella ſine cura. Nam ex quo habet onus celebrandi miſſam, debet habere clericum: cũ ſine clerici ſuffragio celebrare non debeat. p batur in. c. propoſuit. alle. s. ſed fortius adſtringitur ad tenendum clericum, quãdo habet curam: vt hîc dicitur. ¶ †In glo. ij. in fi. No. glo. iuncto tex. quæ dicatur dos ſufficiens[a] pro eccleſia tam collegiata, quàm ſimplici. Vide bonam glo. in. c. cum ſicut. de conſe. eccl. vel alta. &. xxj. q. j. c. j. ¶ Sed opp. contra tex. & glo. de c. hoc quoq̃. præalle. vbi dicitur, clericum nõ debere celebrare, niſi in præſentia plurium clericorum, ſaltem duorũ: vt verificetur ſua pluralis locutio: cum dicit dominus vobiſcũ. Solu. Iura in hoc variè diſponunt: ſed concludendo dic, quòd aut eccleſia ſufficit pro plurimis: & tunc ſerua illud. c. hoc quoq̃. Aut non ſufficit, niſi pro duobus. & tunc ſi eſt poſsibile habeat clericum ſui ordinis: ſcilicet ſacerdotem, vt vno deficiente, alius ſuppleat. ſic intellige c. illud. vij. quæſtione. j. Si non poteſt congruè habere ſacerdotem, habeat Diaconum. xxiiij. di. presbyteri. Si verò non poteſt habere Diaconum, habeat clericum in inferiori ordine: vt hîc. Nam minus ſufficit presbytero & ſeruitori, ſeu clerico: quàm duobus presbyteris: vide bonam glo. in. d. cle. ne in agro. §. ad hæc. Nec peccaret clericus, ſi propter inopiam nullum teneret. argu. in. c. de hisj. de eccle. ædi. Quo caſu licitè admittit populum ad adiuuandum eum. argu. in. c. nõ liceat. iuncta glo. xcij. diſtinctio. & ſic tempera glo. in. c. ſedulò. xxxviij. di. quæ dicit non ſufficere, quòd populus reſpondeat, amen. ¶ †In glo. iij. ibi: *quoniam videmus*. Mens glo. eſt allegando illum tex. q̃ in pulpito, qui non eſt ſubdiaconus epiſtolam legere non debet. Conclude dicta doc. ſic: q̃ non ordinatus ad ſubdiaconatũ, nec in pulpito: nec in veſtibus ſacris deputatis ſubdiacono, epiſtolam legere poteſt. xcij. di. non licet aliàs peccaret grauiter & puniretur, vt habetur j. de cleri. non ordi. miniſt. c. j. & ij. quia non poſſet promoueri ad ſubdiaconatum ſine diſpenſatione, per ea, quæ habentur in. d. c. j. & ij. Imò videtur, quòd requiratur diſpenſatio Papæ: b vt ibi tangitur in gloſſ. quod not. quia de facto fit contrariũ.

b

c Sic ergo in veſtibus non ſacris, c & non in pulpito, laicus etiam in neceſsitate poteſt dicere epiſtolam. ad hoc quod legitur & not. in

4 d. c. non licet. & voluit Io. and. quod no. ¶ †In ea. glo. ibi: *ab ordine ſuo recedere*. vt dicit Io. and. & bene hoc non probant iura ſequentia: nec etiam admittitur conſuetudo. Nam quotidiè videmus, nedum diaconum, ſed etiam ſacerdotem dicere epiſtolam. Nam per promotionem ad maiores ordines non amittit quis minores ordines: nec eorundem executionem. & vide gloſſ. in. c. ſi qui clerici. lxxiiij. diſt. quæ dicit, q̃ videt recedere à minoribus ordinibus quo ad onera. & ſatis poteſt dici ſaluando iſtam gloſſ. & illam, vt neceſsitate non imminente, non debeat compelli ad officium minoris: ex quo promotus fuit ad maiores. Et referas gloſſ. ad opin. vulgarium: quia fortè putant vulgares illam retroceſsiſſe. & eſt hoc vtile in eccleſijs collegiatis: vbi ſunt multi clerici in diuerſis ordinibus: vt ordinatus ad maiores licitè recuſet, neceſsitate non imminente, in minoribus ſeruire. Et tene menti iſtam gloſſ. ſic intellectam, quam communiter reprobant docto. & fortè nõ bene ita ſimpliciter. ¶ In glo. penult. in fine. Et per hoc tollitur contrarium, quod fortè poſset formari de toto tit. de magiſtris. vbi patet magiſtros conſtituendos in eccleſijs collegiatis, non autem in minoribus. Dic enim, q̃ iura illius titu. loquuntur in alio magiſtro: ſcilicet de idoneo. hic autem de inſtructore puerorum quo ad prima rudimenda literam: & quo ad eccleſiaſtica: de quibus in iſta gloſſa & ſequent. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non portans clericam peccat mortaliter: & quid importet clerica: & corona: & alia huiuſmodi: vide remiſsiuè.*
Mulier, quæ ſine cauſa incidit ſibi capillos, eſt excommunicanda.
2 *Moniales & conuerſi non debent habere clericam: ſed caput tonſum.*

CAP. IIII.

SI quis ex clericis. ¶ Non poteſt breui⁹ ſummari. Sed no. ex text. clericum non debere deferre tonſuram capillorum: ſed debet habere raſuram in ſuperiori parte, & tonſurã in inferiori. Et quid ſignificet illa raſura, quæ aliàs clerica dicitur: & quid circulus capillorum, qui aliàs dicitur corona: & quid tonſura in inferiori parte vſq̃ ad aures. vide glo. in cle. ij. de vita & hone. clerico. qui ſatis not. eſt quo ad hoc. & vide text. xij. q. j. duo ſunt genera. †¶ Et not. q̃ non deferens tonſuram, peccat mortaliter. Nam dignus eſt anathemate: vt hîc. &. c. ſi quis xxiij. diſt. Quid autem in monialibus? vide bonam gloſſ. quam tenebis menti in cle. attendentes. de ſtatu reg. & fuerunt opin. per text. in. c. quæcunq̃. xxx. diſt. qui dicit mulierem eſt eſſe excommunicãdam, ſi ſi ne cauſa capillos ſibi præcinderet[d]. Debet enim portare comam in ſignum ſubiectionis. ſic alibi dicit text. ſed male ſeruatur in Tuſcia & Lombardia: mulieres poſtquã nupſerũt deberẽt velare caput ſuum in ſignum ſubiectionis. de quo dic, vt habetur. xxxiiij. q. v. hæc imago. &. c. mulier. ¶ †Gloſ. tamen in in. d. cle. attendentes. concludit, quòd moniales debent habere tonſuram in parte inferiori: & ita ſeruatur de conſuetudine. nam præciduntur ſibi crines vſq̃ ad aures. idem dicit gloſſ. de conuerſis in dicta clementi. ij. vnde conuerſi & moniales non portẽt clericã in

ricam in parte ſuperiori: ſed tantùm tonſuram in inferiori. Ratione vide per glo. alleg. §.

Additio. In glo. fi. in fi. No. gloſ. quando canon loquitur per verba præſentis temporis, non eſt canon latæ ſententiæ: ſed ferendæ: de quo in. c. ſi diligenti. de foro compe.

CAP. V.

CLericus. ¶ Breue eſt: & aliter non ſummatur. Not. clericum non debere nutrire barbam. Quod procedit etiam in his, qui ſunt de ordine militantium. hîc non ſunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non profeſſus, neque in ſacris conſtitutus, poteſt vxorem ducere: ſed iterum tondebitur, ſi vult gaudere priuilegio clericali. & numero. 4. & 5.*
2 *Degradantur etiam clerici delinquentes, etiam in minoribus ordinibus conſtituti.*
3 *Matrimonium factum per profeſſum, vel ſacerdotes dirimitur.*

CAP. VI.

CLericus. ¶ Legitur duobus modis. Primò, q̃ principium & finis ponant vnum calum: medium verò ponat alium: & ſecũdum hunc intellectũ. h. d. ¶ Si clericus non in ſacris, contrahit matrimonium vxorem non dimittit. & ſi profeſſus contrahit ſeparabitur ab vxore: & iterum tondebitur. Et legitur ſecundo modo: vt vnum caſum ponat. & iſte modus eſt magis literæ conſentaneus. &. h. d. in ſumma. †Clericus non in ſacris, nec profeſſus, poteſt vxorem ducere: ſed iterum tondebitur, ſi vult gaudere priui legio clericali, vel diſpenſatiuè tenere beneficium. ¶ Caſus litera lis. Aliquis clericus, qui non eſt in ſacro gradu, neq̃ profeſſus aliquam religionem, accepit vxorem, & dimiſit tonſuram: quæſitum eſt in concilio Triburicen. quid ſit de iſto clerico faciẽdum? ſtatuit concilium, quòd vxorem retineat, & iterum tondeatur:

1

2 nec in vita ſua eam dimittat. Ber. ¶ †No. j. ibi: *ſi ſit ſine gradu*. iuncto princi. quòd clericus in minoribus ordinibus poteſt dici ſine gradu. Ex quo do. Anto. arguit, quòd exiſtens in minoribus, non degradatur propter delictum. Hoc tamen arg. eſt falſum: vt clariſsimè habetur in. c. ſi quis epiſcopus. xxvij. q. j. vbi patet, quòd in quocunq̃ ordine conſtitutus, ratione delicti degradandus eſt. ad idem in. c. cum non ab homine. de iudi. Vide no. in. c. ij. de cleri. ex com. mini. & dic ad iſtũ text. quòd eſt ſine gradu: ſcilicet ſacro: vt dicitur in glo. nec per hoc exiſtimes quinetiam ordines minores ſint ſacri: cum ordo ſit ſignaculum ſacrum: ſed maiores ordines dicuntur ſacri per excellentiam. de quo vide bonam glo. xxxij. diſt.

3 in ſumma. ¶ †Not. ij. à contrario literæ duo: quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt poſt contractum: vt eſt

a ſacer ordo, & profeſsio[a] in religione approbata. & vide quod la-

4 tius legitur & not. in. c. vnico. de voto. libro. vj. ¶ †Vltimò not. ibi: *iterum tondeatur*. quòd clericus coniugatus non perdit irrecuperabiliter priuilegium clericale ex dimiſsione tonſuræ: ſed illud recuperat ſtatim: quando retondetur. Nam iſte clericus de quo in litera, non tonderetur iterum ad alium finẽ, niſi vt gaudeat priuilegio clericali. Gaudet enim ſolùm in duobus[a]: de quibus in. c. vnico. de cleri. coniuga. libro. vj. Et ſecundum iſtam lectu. videtur hîc text. pro no. per doc. in. d. c. vnico. Quinimo dicunt plus ibi doct. quòd ſi mortua vxore, clericus reaſſumit tõſuram, ipſo facto recuperat omnia priuilegia clericalia: dũmodo fuerit pudica, & virgo. ¶ In gloſſ. ij. ibi: *ita quòd monachus eſſet*. Vult dicere, quòd ſola parentum traditio non ſufficeret ad inhabilitandum ipſum matrimonium contrahendum: ſed requiritur voluntas p

3 pria ipſius ingreſsi: vt in. c. cum ſcimus. allega. in gloſſa. Et an & quando pater & mater, vel tutor, poſsint quem tradere religioni, dicitur plenè in. c. primo & ſecundo j. de regu. ¶ In gloſſ. fina. ibi: *debet portare coronam*. Sed contra hoc oppo. d. c. Ioannes. de cleri. coniuga. & dicto. c. vnico. eodem titulo. libro. vj. vbi patet, quòd eſt in optione ipſius coniugati, ergo non debebat hîc diſponi, vt iterum tonderetur. Solut. vt prædixi: iſte text. habet duos intellectus. Primus, quòd principium & finis intelligantur de clerico ſeculari in minoribus conſtituto. & iſte non mandatur tonderi. mediũ verò loquitur in cõuerſo ſeu monacho. & iſte debet iterum tonderi: qura non potuit matrimoniũ contrahere. & ſecundum hunc intellectum ceſſat contrarium. Secundò poteſt intelligi, vt tota litera ponat vnum caſum, & loquitur in eo, qui non[a] eſt in ſacris: nec profeſſus. Et ad cõtrarium communiter reſpondetur, q̃ debet tonderi cauſatiuè. ſ. ſi vult gaudere priui legio clericali, vel ſi diſpenſatiuè vult tenere beneficium, ſine cura. & de hoc plenè dicitur in. c. Ioannes, præallega. Et ſecundum hunc intellectum, hîc eſt caſus rotundus de eo, quod

5 prædixi: † quòd clericus coniugatus c ex dimiſ

c ſione tonſuræ, nõ perdit irrecuparabiliter priuilegium clericale, ſed incontinenti reaſſumen do tonſuram, reaſſumit priuilegium, & hoc no. &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nutriens comam poteſt à ſuperiore inuitus tonderi.*
2 *Bonum non voluntarium, non eſt remunerabile.*
3 *Beneficium, an & quomodo conferatur in inuitum.*

CAP. VII.

CLericis. ¶ Breue eſt: & poteſt ſic ſummari.

1 † Clericus debet tonſuram deferre: & ſi non vult põt inuitus à ſuo ſuperiore tonderi. hoc dicit. ¶ No. j. ex tex. ar. q̃ Archidiacon[a] habet iuri dictionem in iſtis minimis contra clericos. facit. c. ad hoc. de offi. Archidi. Sed dic, vt ibi not. in §. in quadam. ¶ No. ij. quòd ſuperior poteſt præſcindere capillos clerico ſibi ſubiecto, etiã reluctanti ſine metu excommunicationis. & poteſt litera intelligi dupliciter. Primò à ſuis Archidiaconis, ideſt de mandato Archidiaconorum. Non em tenetur ipſe facere manibus proprijs. Secundò vt arbitror poteſt intelligi propriè, vt in igno b miniam cleri ſuperior incidat ſibi crines, non ordinatè, ſicut faceret barbitonſor, ſed ita & taliter, quòd ille non poſsit comam nutrire. Et ego intelligerem iſtum textum, quatenus loquatur de inuitis: vt procedat in clericis cõſtitutis in ſacris, vel in minoribus volentibus c gaudere priuilegio clericali. Nam fortè portãt tonſuram paruam, & nutriunt comam more mulieris, quod tendit in opprobriũ cleri. facit cle. ij. eo. titu. & vide quod dicitur in. c. fina. de d cleri. couiuga. ¶ †In glo. fin. ibi: *quod iam ſuſcepit*. Simile habes. xxiiij. q. vj. in ſum. ſed contra

2 hoc facit: quia bonum non voluntarium, non eſt remunerabile. c. non ſatis. lxxxvj. diſt. Vnde alibi dicit gl. q̃ Deus eſt remunerator aduerbiorum, & non nominum. in. c. j. de collu. dete gen. i. Deus non reſpicit, quod fit: ſed quo animo fit: & an bene fiat: ergo quis nunquam debet compelli per eccleſiã ad bonum faciendũ. Solue hoc contrarium, vt habetur. xxiij. q. vj. in. c. vides. & in §. fin. ea. cauſa. & qõ. ¶ †In fin. gl. ſed contra hanc concluſionem glo. eſt text, expreſsus. ff. de reg. iur. l. inuito. vbi inuito[d] nõ confertur beneficium, Solu. cõtrarium prout no. gl. & Barto. in. l. ſoluendo. ff. de neg o. geſt. Sed melius poteſt ſic dici, q̃ reſpectu voluntatis, ſeu dũ conſulitur volũtati, nũquã beneficiũ poteſt cõferri, vt in inuitũ, qa bñficiũ ge-

a ¶ Et pfeſsio. ſcias quòd ex iuſta cã monachus poteſt vxorem accipere ex diſpẽſatiõe tñ Papæ: ne ſtips nobilis deficiat ſine hærede. Ita Bal. i. ſi tibi filiꝰ. ad fi. ff. de adop. alleg. Io. an. ĩ. cactus legitimi. de reg. iu. vide ĩ materia Pe. de anc. in cõſi. ccc xxxv. inci. q̃ maiori diligẽtia, vtrũ autẽ Papa poſsit cum monacho diſpenſare: vide per Moder. in. l. fi. C. de tranſa. Aenças Falco.

SVB. SAPIA.

b ¶ Solũ in duob⁹. Vide Lap. cxviij. in. c. an clericꝰ. co. vlt. & Feli. in. c. eccleſia ſanctę Mariæ. col. xlvj. ver, xvij. ſ. de conſtit.

c ¶ Clericꝰ cõiuga tus. Adde Alex. conſil. viij. ſ. alle. ĩ c. j. Ber.

d ¶ Inuito. vide q̃ no. in §. itẽ vobis in glo. in ver. inuitis, inſti, per quas perſo. no. acquir,

neraliter sumptum est beniuola actio, gaudiũ præbens capienti: vt in lib. feu. in titu. quibus mo. feud. amit. c. j. Sed respectu vtilitatis, potest beneficium conferri in inuitum: vt si te volentem mittere in ignem, vi cohibeo: vt est tex. in. c. & qui emendat. xlv. di. Ad propositũ ergo, hîc consulitur vtilitati clerici, & decori totius ordinis clericalis: nec habetur respectus ad voluntatem ipsius.

Additio. Vide etiam per Bar. in l. seruus. de ver. ob. & soluit ipse, ꝙ aut beneficium, seu cõmodum tantũ respicit inuitum & contradicentem. & procedit regu. in inuitum. Aut respicit etiam tertiam personam: & tunc ration e tertij confertur, etiam in inuitum: sicut dicimus in clerico, qui non potest renuntiare, ne cõueniatur coram ecclesiastico. Item honores propter publicam vtilitatem etiam inuitis conferuntur: vt in tit. de mune. & hono. per totum. Et vide ad materiã id quod dicitur in lege, si quis in conscribẽdo. C. de episcopis & clericis. & in. l. non tantum. de appellationibus. Abbas.

a ¶ Ex frequẽtatione. Adde ꝙ ideo dicit Roma. cõsi. clxviij. ꝙ adulterãdi cõsuetudo facit præsumi adulteriũ voluntariũ. Ber.

b ¶ Et ꝓ ideſt. Ad de Oldr. consilio cxxxviij.

c ¶ Exemptæ. Ad de ad materiã Fede cõ. ccxcij. Ber.

d ¶ Bonam famam Adde, ꝙ veritas bonæ famæ propter scãdalum dimittẽda nõ est: vt dicit Cal. eo. titu. 4 cõsi. j. Bernar.

e ¶ De frequentatione. Vide gl. in §. fi. in aut. de defen. ciui. vbi vult ꝙ dictio frequenter verificatur in duabus vicib⁹. & 8 ad hæc vide Abb. in. c. tua nobis. in 9 gl. j. ŝ. de app. vbi no. illã gl. pro statutis permittenti bus aliquid iterari: vel punientib⁹ faciẽtem aliquid iterũ: vt habeat locũ tale statutũ ingeminante actũ. & dicit ibi Bal. ꝙ si arbitro dat̃ potestas prorogãdi cõpromissum semel & iterũ: non intelligitur posse ꝓrogare, nisi bis.

SEB. SAPIA. 2

f ¶ Duabus vicib⁹ a Adde Rom. cõsi. clxiij. vbi quot vicib⁹ quis dicatur cessans & fugitiuus.

g ¶ Clericus. Adde Io. de Ana. consi. 3 j. & de laico, consi. xcj.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria monialium frequentans, si est clericus, suspenditur: si est laicus excõmunicatur: nisi ex iusta causa & manifesta. & numero 2. & nu. 3.*
4 *Copulatiuæ posita inter duo quorum vnum sequitur ad aliud reſoluitur in expoſitiuam.*
5 *Frequentatio ex quot vicibus inducatur.*
6 *Cõsuetudo in maleficijs inducitur ex duabus vicib⁹.*
7 *Clericus in quocunque ordine constitutus, cõmittẽs ſacrilegium, detruditur ad agendum perpetuam pœnitentiam.*
Laicus committens ſacrilegium, decapitatur: & bona applicantur monaſterio, cui intulit iniuriam.
9 *Violans monialem incurrit plura peccata: de quibus hic.*

CAP. VIII.

1 Monasteria. ¶ †Frequentans monasteria monialium, & monitus nõ desistens, si clericus est, deponitur: Si laicus, excommunicatur. hoc dicit. ¶ Casus literalis. Quia clerici monasteria monialium nimis frequentabant: statuit Lateranense concilium, quòd sine manifesta & rationabili causa vlterius frequentare non præsumant: quòd si fecerint ꝓ episcopum arceantur: si nõ desti terint ab officio ecclesiastico ſuspendantur: si laici fuerint excommunicentur. Ber. ¶ †Not. j. quòd ex frequẽtatione[a] ad monasteria monialium, oritur ſiniſtra ſuſpicio contra accedentes. Nam periculoſa est sexus cõmistio: vt est text. cum gloſſ. in. c. mulieres. de iud. libro. vj. Ideo clericus prohibetur ſolus immiſceri fabulis cum muliere. lxxxj. diſtin. c. clericus. & c. clerici. ¶ †No. ij. duo requiſita, vt quis poſsit impune frequentare monaſteria monialium: ſcilicet causa rationabilis: & quòd ſit manifeſta. Non enim ſufficit cauſam rationabilem allegare, niſi illa ſit manifeſta, nec ſufficit occaſio conſanguinitatis ſecundum Ioan. And. nã licet rarò poſsit viſitare conſanguineam, non tamen hoc prætextu debet fieri frequens acceſſus: quia etiã in conſanguineis id ſcelus perpetratũ reperitur: vt in. c. j. de cohabi. cleri. & mulie. & ad propoſitum vide text. xviij. q. ij. c. diffinimus. & in. c. in decima. ¶ Item not. caſum, in quo laicus efficitur de foro eccleſiaſtico. ſcilicet peccando: vel nimis confabulando cum monialibus: nã committit ſacrilegium, quod est de foro eccleſiaſtico. c. cũ ſit. de foro compe. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. ¶ Sed opponi. contra iſtud princip. c. Nam viſitare monaſteria, non est in ſe malum. facit. xlj. diſt. in. c. parſimoniam. Solu. iſte tex. dupliciter exponitur. Primò, vt ponatur continens pro contento. & ſic exponatur monaſteria ſanctimonialium: id est monaſteriorum moniales. Secundò poteſt intelligi propriè: nam licet quis non loquatur cum monialibus: non tamen debet frequentare ad ipſarum monaſteria. Nam ſæpe intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus: vt dicit tex. Augu. in. c. nec ſolo. xxxij. q. v. periculoſum enim est ſæpe viſitãdo moniales. Est enim facies mulieris ventus vrens: vt dicit Salomon. ¶ Secundò oppo. ad finem. c. cum mandat laicos excommunicari: & à cœtu fidelium excludi. Non enim per ſolam excommunicationem excludendi ſunt à cœtu fidelium. xj. quæſtione tertia. cum excommunicato. † Solutio. primò exponitur &: pro id est. [b]Et ex hoc nota, quòd quando copulatiua ponitur inter duo, quorum alterum est ſequela, ſeu effectus alterius: copula &, exponitur, id est. facit. l. prima. ff. de pactis. & quod ibi not. Secundò ſoluitur, quòd debent excludi à cœtu fidelium, per ſubtractionem ſacramentorum de facto. Vel melius loquitur de denunciatione, quæ fit per excommunicationẽ. c. paſtoralis. de appellationibus: vt ſit ſenſus, quòd epiſcopus debet iſtos laicos excommunicare: & ita eos poſtmodum denuncia re: vt prorſus careant communione fidelium. ¶ Et nota textum hîc & ex textu duo. Primò, quòd officium epiſcoporum est intendere circa honeſtatem monialium: vt nimis non frequententur per laicos, vel clericos: vnde hodie poteſt epiſcopus & debet omnes moniales viſitare annuatim, etiam ſi ſint exemptæ[c]: vt in clementina attendentes. de ſtatu regulari. Secundò, quòd frequentans monaſteria monialium, non est excommunicatus ipſo facto. epiſcopi autem per eorum ſtatuta ſolent fulminare excommunicationem.

Additio. Vſq; ibi: *in glo. ij.* ¶ In gloſſa. j. ibi: *& in. c. diffinimus.* Ibi dicitur, quòd quando quis vult loqui moniali, debet loqui in præſentia Abbatiſſæ: & cum ea compendioſa verba dicere. & dicit Hoſtien. quòd ſicut non licet frequentare monaſteria monialium: ſic eniam hoſpitia commatrum, vel beguinarum: vt in. c. pernicioſum. in glo. allegata. & facit quod habetur in clemen. j. de relig. do. ¶ In eadem gloſſa ibi: *non ſunt.* vbi dicitur, quòd non ſufficit dicere conſcientia mea munda est quo ad deum: non curo quid alij loquantur, quando quis frequentat monaſteria: quia non ſolùm expedit quem habere bonam conſcientiam quo ad Deum: ſed etiam habere bonam famam, [d]ne alij ſcandalizentur. ¶ †In gloſſa ſecunda in fine. Not. gloſſ. ad ſtatuta facientia mentionem de frequentatione[e]: vt ex duabus vicibus inducatur frequentatio. Et pro iſta gloſſa facit dictum Archidia. in. c. illud. xij. diſtinctio. vbi †dicit, quòd ex duabus vicibus[f] inducitur conſuetudo ad maleficium. facit. l. tertia. C. de epiſco. audien. Hoſtien. tamen diſcrepat à dicto gloſſ. & dicit recurrendum ad communẽ vſum loquendi, vt in l. iij. ff. de reb. du. argu. in l. j. ff. de flu. & melius in. c. de cauſis. de offi. delega. Io. an. ſentit, ꝙ ſi poſt admonitionem acceſſerit, habet locũ diſpoſitio huius text. quod ſatis placet. nam oritur maxima ſuſpicio contra monitum iterantem acceſſum. ¶ Et adu̇erte, quia hîc non ponitur debita pœna coëuntium cum monialibus: ſed tantùm puniuntur iſti ex ſuſpitione propter inobedientiam ex contemptu monitionis ſuperioris. Nã vbi verè conſtaret de delicto, clericus[g] in quocũq; ordine debet deponi, & detrudi in monaſteriũ ad agendũ perpetuã pœnitentiã. xxvij. q. j. c. ſi qua mona. & c. ſi quis eps laicus † verò ſecundum leges decapitatur, & omnia bona applicantur monaſterio: cui intulit iniuriã, vt est lex canonizata ea. cauſa &. q. c ſi quis rapuit. ad idem. l. ſi quis non dicam rapere. ŝ. de epiſ. & cleri. & in corpore vnde ſumitur. Et † quot peccata cõmittat talis perpetrãs hoc ſcelus cum moniali, vide gl. quam ſemper tene menti. in cap. virginibus. ea. cau. & quæſtione. Committit enim ſacrilegiũ, quia lædit ſacrũ. Item inceſtũ, quia cũ conſanguinea ſpirituali. Ita adulterium,

terium: quia cum ſponſa Dei. Et an poſsit accuſari accumulatiuè de quolibet iſtorum delictorum: an verò debeat eligere alterum: vide ibi gl. quæ iudicio meo non vſquequaque ſoluit quæſtionem: ſed reducas illam glo. ad no. per Bar. in l. ſenatus. ff. de accu. & per Io. an. in addi. Spe. in ti. de homi. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Clericus verberans alium clericum, poteſt abſolui à ſuo epiſcopo. nume. 3.*
2 *Epiſcopus cum capitulo poteſt conſtituere eccleſiam collegiatam. & quòd clerici ſeculares viuant in communi. 6.*
4 *Impetrans præbendã poteſt conuinci, quòd nõ ſufficiunt reditus: & vnus poteſt hoc opponere, etiam alijs inuitis.*
5 *Epiſcopus non debet regulares abſoluere: quia hoc pertinet ad eorum ſuperiores.*
7 *Conſuetudo non inducitur ex non vſu in his, quæ ſunt meræ facultatis.*
Molendinum licet fuerit per me frequentatum per multos annos: non per hoc prohibeor ire ad aliud, ſi volo.
9 *Maior pars canonicorum, non poteſt facere ſine epiſcopo, quòd bona eccleſiæ in communi ponantur: & quòd ipſi communiter viuant.*
10 *Canonici non poſſunt alterare ſtatum eccleſiæ ſine epiſcopo: ſed epiſcopus cum maiori parte capituli poteſt.*
11 *Conſenſus, ſi non præſtatur ſine rationabili cauſa, habetur pro præſtito.*

CAP. IX.

1 Quoniam. ¶ †Epiſcopus poteſt ſtatuere I eccleſia certum numerum clericorũ, ſecundum ipſius facultates, qui viuant in cõmuni: & contradictores ad hoc compellere: & iſtos in communi viuentes poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa propter iniectionem manuum in ſocium. Et tria ſunt dicta: ſecundũ ibi: *ſi qui.* tertium ibi. *indulgemus.* ¶ Caſus literalis. Quia tot clerici inſtituebantur in eccleſijs, ꝙ honeſtè de bonis ipſarum nõ poterant commodè ſuſtentari: ſtatuit Gre. ix. vt ſecundum facultates eccleſiarum conſyderatis expenſis, certus numerus clericorũ ſtatuatur in eis: & bona clericorum veniant in cõmuni: & in vna domo comedant & dormiant ſub vno tecto. & ſi qui cõtra iſtud ſtatutum facere præſumpſerint, per ſuſpenſionem officij & beneficij ad hoc compellantur: & etiam ſi opus fuerit grauius puniantur appellatione non obſtante. Secundò dicit: ſi aliquis eorũ, qui ſimul viuunt, manus violentas in ſocium miſerit, indulget Papa prælatis eorum poteſtatem abſoluendi eos, & pœnitentiam imponendi: niſi fortè atrocitas facti grauiorem pœnam exigat. Ber.

2 ¶ †No. j. caſum notabilem ſecundum communem intellectum, ꝙ Epiſcopus cum capitulo eccleſiam parochialem poteſt facere eccleſiam collegiatam[a], & diſponere, vt clerici licet ſeculares, vi-
a uant in communi, & ſub vno tecto dormiant. Et ſic dicit Abb. fuiſſe deputatum & determinatum per magiſtrum ſuum, & ſeruatum in diœceſi Claremon. authoritate huius. c. & facit. c. à nobis. de iurepa. & quod no. in. c. cum dilectus. de conſue. ¶ Not. ij. ꝙ ex eo, ꝙ clerici viuunt in communi in aliqua eccleſia, præſumit ibi eſſe collegium. ad hoc vide not. per Inno. in. c. poſtulaſti. de iurepa. ¶ Tertiò no. ibi: *valeatis.* ꝙ Eps non arctatur ad faciendum clericos viuere in cõmuni, vt hic dicit: licet poſsit facere. Pro hoc facit tex. ibi licitum vobis ſit. &c. Nam ſubiectum voluntati, non ſubijcitur neceſsitati. xxij. q. vij. apoſtolus. &. l. non quicquid. ff. de iudic. ¶ Item no. in ver. *ſi qui.* caſum, in quo durior vita induci
3 tur clericis ſecularibus. Nam compelluntur ponere reditus in cõ muni, & ſimul cum alijs viuere. ¶ †No. in ver. *indulgemus.* vnum priuilegium clericorum, etiam ſecularium habitantium in cõmuni. Poſſunt enim abſolui ab excõmunicatione inflicta ꝓ iniectio-
b ne manuũ in ſocium ab Epõ[b] loci. & idem tenet gl. in. d. c. decimas, xvj. q. j. & in. c. nullus. xvij. q. iiij. & Inno. hîc. Sed diceres tu, hoc videtur mihi eſſe regulare: vt in. c. peruenit. de ſent. exc. Dic illud. c. procedere in leui iniuria: ſed inferens clerico iniuriã mediocrem, nõ poteſt regulariter abſolui, niſi à Papa: vt in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vnde priuilegium iſtud operatur: cũ iniuria fuerit mediocris. & idem est in religioſis: vt in. c. monachi. de ſent. exc. Sed
c ſeculares non abſoluunt, niſi ab Epiſcopo[c], vt hîc: cum iſtud priuilegium ſolũ ſit indultũ Epiſcopis: vt patet in antiqua, ex ſuprà-
d ſcriptione. Sed monachi poſſunt abſolui per a
e eorum Abbatem[d]: vt in. d. c. monachi. Vbi ve
rò iniuria fuerit atrox, [e]nec illi, nec iſti abſol- b
uuntur: niſi à ſolo Papa: vt hîc in fin. & in. d. c. monachi. & in. c. cum illorum. eo. ti. ¶ In glo. j. ibi: *habenda eſt ratio expenſarum.* nota glo. iun cto. tex. ad quam debent aduertere, maximè iuuenes: vt tantum expendant, & non amplius: quantum habent in reditibus. Imò conſilium c
est, ꝙ ſemper aliquid ſuperfit. nam ſi quis expẽdit tantum, quantum habet in reditibus, ex d
casu aduerſo efficitur pauperior. & ita conſuli tur tutori pupilli. l. iij. ff. vbi pupill. edu. debeat. ¶ †In gl. ſi. non alleg. gl. tex. aliquem pro 4
hoc vltimo dicto. ſed vide tex. in. c. ſi. ŝ. de præſumptio. Et inſtant doc. hîc, circa hoc. Sed conclude ſic: quòd aut præbendæ non ſunt diſtin &ę, nec est numerus in eccleſia: & tunc contra impetrantem, licitè poteſt opponi de defectu facultatum: & vnus ſolus etiã inuitis alijs po- e
teſt opponere: vt ſentit hîc Io. And. facit. c. ex parte. & quod ibi not. de conceſ. præben. Cui autem incumbat onus probãdi, an excipiẽti, ꝙ facultates non ſufficiant: an impetranti, ꝙ f
imò ſufficiunt? dic, vt ibi not. ſin. d. c. ſi. Si verò præbẽdæ ſunt diuiſæ, tunc mihi placet opinio: vt iſta exceptio defectus facultatum, non ſufficiat: quoniam ex quo præbenda vacat, vel est vacatura, non poſſunt clerici prætendere intereſſe ſtante integritate præbendarũ. Qui dam tamen tenent dictum huius gloſſ. ſed primum plus placet: quod tenet Bonagui. in. c. di lecto. de præben. ¶ In glo. ſecunda in fin. Iſte vltimus intellectus, vt loquatur in regularib⁹, communiter nõ recipitur à doct. & bene. Primò patet: quia text. dat Epiſcopis facultatem, & nõ neceſsitatem hoc faciendi: ſed regulares tenentur ad hoc de neceſsitate: vt in. c. cum ad monaſterium. de ſtatu regu. Item hîc diſponitur, vt reditus iſtorum veniant in communi: ſed regulares non habent reditus diſtinctos: vt 5
in. d. c. cum ad monaſterium. ¶ †Item hîc indulgetur Epiſcopis, vt iſtos poſsint abſoluere: ſed in regularibus hoc non est conceſſum Epiſcopis, ſed Prælatis ipſorum religioſorum: vt 6
in. d. c. monachi. ¶ †Communiter ergo intellige hoc. c. vt loquatur in clericis ſecularibus, non quòd ipſi neceſsitentur ex iure debito ad viuendum in communi: nec epiſcopus neceſsitatur ad hoc faciẽdum: ſed datur facultas Epiſcopo, vt poſsit eccleſiam erigere in collegiatam: & diſponere, vt hîc dicitur. Nam non fit deterior cõditio clericorũ inſpecto fine. Vnũ tamen aduerte: vt hîc dicit Io. an. & fuit dictũ Hoſtien. in ſumma. eo. tit. & ŝ. j. quòd hoc potest Epiſcopus: niſi cõſuetudo ſit præſcripta, vt clerici viuant diuiſim: niſi ex tali conſuetudine nutriretur inhoneſtas, ſeu contemneretur ſeruitium eccleſiæ. Nam tunc non obſtante conſuetudine, poterit Eps diſponere, prout hîc dicitur. argu. in. d. c. inter quatuor. de reli. domi. ¶ †Ego autem nõ video, ꝙ cõſuetudo 7
poſsit ſimpliciter induci contra diſpoſitionẽ huius. c. cũ hîc non imponatur neceſsitas Epiſcopis: ſed datur eis facultas hoc faciẽdi: ſed in his, quæ ſunt meræ facultatis ex non vſu, non introducitur conſuetudo. [g]Nã † ſi ego frequẽ g
8 taui molẽdinũ tuũ dũtaxat p. xl. annos: nõ ex hoc est ĩducta cõſuetudo: vt nõ poſsim ire

¶ Collegiatã. Ad de per Cal. conſi. xiiij. de regu.

¶ Epõ loci. Adde quam iuriſdictionem habeat prælatus collegij, in ilos de collegio. d. Car. conſi. xlij.

¶ Ab Epiſcopo. Adde qđ voluit do. Car. cõſil. lxij.

¶ Per eorũ Abbatẽ. Adde Phil. frã. in. c. religioſi. & ibi in apo. Cel ſi. ad eũ. in ver. in caſib⁹ exp̃ſis. nu. 2. de ſen. ex. li. vj. p Fe. in. c. ij. col. j. in. ij. not. j. eod. de ſenten. excom.

¶ Atrox. Adde Lap. idẽ tenentẽ alle. lxxvj.

¶ Dic, vt ibi not. vide q̃ ponunt in d. c. fi. tũ vr̃ dicendũ ꝙ onus probãdi incũbat impetrãti. ar. not. in gl. reputata ſin. in. l. cum de lege. ff. de ꝓba. p quã Bar. ĩ l. decætero. ĩ principi. ff. de ver. ob. dixit, ꝙ ſi quis dixerit: talis habet ibi bona: & alĩ vult dicere cõtrarium ipſe habebit ꝓba re. faciunt multa alia quæ ponit. d. Iaſ. in. d. ŝ. itẽ ſi qs in fraudẽ. ĩ. xviij. col. inſti. de actio. Aenæas de ſalco.

SEB. SAPIA.

g ¶ Conſuetudo. q̃ dicant meræ facultatis, declarat Bar to. ĩ. l. j. co. iij. ver. iuxta ꝓdicta. ff. de cõdi. ex leg. Ang. in cõſil. iiij. incip. Iulian⁹ & Franciſcus. circa med. & latè. d. And. ſic. in cõſi. lj. ĩci. ſcripſit ſapientiæ fons. & ꝙ dicit hîc Ab. ꝙ ſi frequẽtaui molendinũ tuũ p. xl. ãnos, poſſum ire ad aliud: ſequitur Ia. in repe. l. quo. minus. co. viij. ver ſi. tertio principaliter. ff. de fluuij, Ia. de ſancto Georgio in ſua inuestitura feudali. in ver. & cũ molendinis, col. ij.

ad aliud[9] molendinum. & sic de similib[9]: vt no. plenè in c. Ioannes. de cle. coniug. per Cy. in l. j. C. quæ sit long. consuet. & not. in c. ex parte Astensis. de concess. præben. facit. l. j. ff. de via publi. tex. opti. in l. si certis annis. C. de pac. Ni si fortè Episcopo volenti clerici contradixissent. & tunc fortè potuisset induci consuetudo: vt not. in iuribus præallega. ¶ † Et hæc faciunt ad quæstionē quotidianam, de qua aliàs interrogatus fui de facto: nunquid maior pars canonicorū possit inuita minori parte, omnia bona ponere in communi, & statuere, vt communiter viuant in communi ecclesia. & facit in argu. pro parte affirmatiua. c. fi. de his, quę fi. à maio. par. vbi maior disponit de reditibus præbendarum singularium ad opus pium, inuita minori parte. Credo, q̄ soli canonici sine Episcopo hoc non possint, etiam vno contradicente.[a] argu. in regu. quod omnes tangit. & ibi quod no. per gl. dereg. iur. lib. vj. Et quia p hoc statutum non solùm disponitur de redditi bus, sed etiam de personis. Item † inscio Episcopo, non possunt alterare statutū ecclesiæ:[b] vt in c. cum cōsuetudinis. de cōsue. vide glo. in c. ij. de ver. sig. lib. vj. Sed Eps cum maiori parte capituli, poterit hoc ar. opt. hîc. Nā potest de nouo disponere: fortius collegium iam inductum potest inducere: vt viuant in cōmuni vt probatur in c. panis. circa medium. de consec. di. ij. Intellige tamen istum tex. cum consilio capituli, seu cū consensu. sed † si sine causa rationabili non vult consentire: tunc contradictio habetur pro consensu[d]: vt not. Archi. in c. j. de consti. lib. vj.

a ¶ Vno cōtradicente. Adde ro. sing. suis. fo. xxiij. vbi ponit, q̄n maior pars nō possit disponere maiorę contradicente.

b ¶ Statutū ecclesiæ. Adde eundē consi. ix. d. Card. consi. cviij.

c ¶ Confessio capituli. Adde Cal. cō si. j. in fi. de offic. leg.

d ¶ Pro consensu. Adde Ro. consil. cclxvj.
¶ Adde, q̄ si habētes præstare cōsensum, nolūt cō sentire q̄ spectat ad iudicem q̄rere causæ cognitionē. Bart. in l. si cū dotē. §. eo aūt tē pore. ff. so. ma. & cōsensus nō ꝓstitus ab illis, qui habebant ꝓstare, no test si est iusta cā peti à superiore. Ita determinat. d. Ant. cor. in addit. ad istū in c. bone. el. j. in vlti. colū. versi. j. in c. ñ. §. de postu. præla. Aeneas de falco.

e ¶ Dictio præter. Adde Ro. consil. cccxxxiij. Oldr.

ZACHARIAS. ¶ Adde Card. in cle. j. nu. j. & quod ibi no. Cel. ī apo. ad eum in ver. dictio p̄ter. de sum. tri. & fide catho. Phi. Frā. in pœ. sexti. sacrosancte. nu. 2. & ibi etiā in apo. eiusdē Cel. ī in versi. de dictione præter. li. vj. & istum in. c. prouideas. & quod ibi notaui in apo. ad eū. ī ver. dictio p̄. ter. §. de offi. vica.

pendisset domi, siue sit delegatus principis: siue inferioris, secundum distinctionem hîc posit am.

14 *Iudex delegatus non potest accipere ſportulas: nisi fuerit assessor.*

15 *Notarius causæ delegatæ debet habere salarium: secus si est notarius ordinarij, cui est delegata causa.*

Arbiter, an possit exigere ſportulas.

CAP. VIII.

1 VM ab omni. † Ecclesiastici iudices delegati gratis iudicare debēt: nec exigere possunt decimā, vel aliam quotam litis, etiam si hoc habebat cōsuetudo. Primò reprehendit auaritiam iudicum: secundò ponit reprehensionis causam tertiò cōcludit iustitiam. ¶ Casus literalis. Quidam iudices à sede apostolica delegati faciebant pactum cū litigātibus, cum decima parte litis: vel etiā alia, secundū consuetudinem loci, more secularium recipientes de hoc pignora pro salario, præter expēsas victualiū: non consyderātes, q̄ ecclesiastici reditus ad hoc sunt deputati, vt inde honestè viuāt. Peruenit hoc ad dūm Pa. vnde mādat, vt decętero ab huiusmodi inhonestis exactionibus debeāt abstinere & gratis debeant litigantibus iudicium suum impartiri: ėo non obstante, q̄ quidam dicebant, q̄ illud faciebāt nomine assessorū: cū nō liceat iustum iudicium vendere: & q̄nales sententiæ legibus secularibus reprobent. Ber. ¶ † No. j. q̄ non solùm abstinendum est à malo: sed ab omni malo, quod species mali est. tex. est in cle. cupientes. de pœnis. in prin. Imo à bono, si inde sequeretur malū: per id quod habetur ne cle. vel mo. c. j. ¶ Et pro intellectu aduerte post Abbatē hîc. Quædam enim sunt bona in se, quæ nulla intētione possunt fieri mala, vt laudare Deum. quædam enim sunt in se ita mala, vt nulla intētione possint fieri bona: sicut blasphemare Deum: adulterari & similia facere: quædam sunt de genere bonorum: vt dare eleemosynam: ieiunare: & similia. & ista ex circunstantijs possunt fieri mala. Nam si darem eleemosynam: vel ieiunarē ad pompam, potius demereor, quā mereor: quia abutor bono. xij. q. j. non est putanda. Quædā verò sunt indifferentia: vt puta, quia non sunt in se bona, nec mala: nec de genere bonorum, vel malorū: & hac intentione possunt fieri bona, vel mala: vt leuare lapidem de terra. Nam si eo leuo animo, vt proximus non lędat, efficitur bonum: si dimitto, vt proximus lædat, efficit malū. Et de istis indifferētibus intellige illud verb. quicquid agunt homines, intentio iudicat oēs. Intentio ergo nō ꝑdest in his, quæ in se sunt mala. ad hoc bon. tex. in. c. non solum. de reg. iur. lib. vj. vbi dicitur, q̄ puritati cōscientiæ nō debet deesse iudicium rationis. & alibi dicit apostolus: q̄ ignorat ignorabitur. xxxviij. di. qui ea, q̄ dei sunt. &c. Sensus ergo huius literæ est, vt non solùm sit abstinēdum ab eo, quod in se est malum: sed etiam ab eo, q̄d occasionaliter potest esse malum: sicut recipere pecuniā pro iudicando. Posset enim inducere iudicē ad iniustitiam. & ideo dicitur in p̄s. Beatus, q̄ excutit man[9] suas ab omni munere. & videt. q. j. sunt nōnulli. ¶ † Secūdò nota ibi: *seculorum more*. q̄ consuetudo secularium honestati obuia, non est à clericis imitanda. ¶ † Tertiò not. arg. ex isto tex. q̄ valet consuetudo in foro seculari, vt detur iudici p̄ labore suo certa quota litis: puta. xx. vel. x. & vide Specu. qui hoc tenet in ti. de sala. §. j. ver. fi verò ordinatus. Vtrum possit hoc induci in foro ecclesiastico ꝺ̄. dicetur cum gl. iste tamen tex. apertissimè facit quòd non. ¶ † Nota ibi: *præter expensas*. q̄ dictio præter[e], quādoq̄ includit. Sensus enim literæ est, q̄ nedum petebant isti expēsas victualium: sed etiam certam quotam litis. & vide de hac dictione quod no. Inno. in. c. dudū. ij. de elec. & ibi latius dixi. ¶ † Not ibi: *vt ex ipsis honestè viuere*. pulchrum tex. q̄ reditus ecclesiastici assignantur clericis principaliter, vt ex ipsis honestè viuere possint. Non enim tenentur primū subuenire pauperibus, quā eis: nec primò ædificare ædificia ecclesiæ. Primò enim debet esse viuere. & de his, quæ super sunt, alia pia opera facere. sic intelige tex. xvj. q. j. c. fi. vbi dicitur quòd quicquid habent clerici pauperum est; & vide bo. tex. in. c. de his ꝺ̄. de eccle. ædific. & not. illud verbum honestè viuere. non enim debent ex reditibus viuere inhonestè: & vide dictum Hiero. xliij. distinct. in princip. Item nota ibi: *gratis &c.* q̄ nullum prorsus munus debet iudex ecclesiasticus exigere à partibus. ¶ † Vltimò nota ex fi. iuncta glo. fin. quòd sententia

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati & ecclesiastici non debent exigere decimam, vel aliam partem litis, etiam si consuetudo sit in contrarium. 9.*

2 *Bonum euitandum, si ex illo potest descendere malum: non tamen ex omni potest venire malum.*

3 *Consuetudo laicorū inhonesta, non est à clericis imitanda.*

4 *Consuetudo valet in foro seculari, quòd iudex possit pro suo labore accipere certam partem litis.*

5 *Præter: ista dictio ex sui natura includit.*

6 *Bona ecclesiarum principaliter sunt destinata ad honestum vsum clericorum: & quod superest in alios pios vsus conuerti debet.*

7 *Sententia lata inter cedētes pecunia, est ipso iure nulla.*

8 *Pecunia data, vt iudex ferat iniquam sententiam: non potest à parte repeti: quia turpitudo est ex parte vtriusque: sed à fisco sic.*

Pecunia data iudici, vt ferat iustam sentētiam, quo casu potest repeti.

Sportulæ quid sint?

5 *Iudex ordinarius ecclesiasticus, nec delegatus, non possunt accipere ſportulas, sicut laici ordinarij.*

6 *Cōsuetudo, quòd ſportulæ possint peti à iudice ecclesiastico ordinario, vel delegato, non valet de iure. ca. quādo habet vnde viuat: sed de iure ciuili sic.*

7 *Sportulæ possunt peti à iudice ecclesiastico delegato quando non habet sufficiens beneficium, vnde viuat.*

12 *Iudex ordinarius non potest regulariter petere expensas: cum proficiscitur extra domicilium, occasione causæ sibi delegatæ.*

13 *Iudex delegatus quantuncunque beneficiatus, licitè petit ex pēsas, cum proficiscitur tam pro victualibus, quā pro vecturis: non computato, quod ex-*

sententia lata intercedente pecunia, est ipso iure nulla[a]. nunquid autem cōmittatur simonia. vide glo. menti cōmendandam. j. q. iij. vendentes. quæ concludit, quòd in prophanis non cōmittatur simonia: licet sit grauissimū peccatum. Ratio, quia simonia cōmittitur tantū in spiritualibus, vel annexis. j. q. j. quasi per totum: maximè ibi in summa: sed in rebus spiritualibus satis potest dici simoniam cōmitti, si do pecuniam: vt habeam sententiā pro me. quia volo consequi spirituale, vel sibi annexum. ¶ In glos. in prin. videtur gloss. expediendo casum à regula, q̄ redimere vexationē suam, sit species mali. quod à docto. cōmuniter reprobatur: cū hoc sit authoritate iuris. ergo non est malum, nec species mali. xxiij. q̄ō. qui peccat. & l. Gracchus. C. de adulte. sed fortè gl. habuit respectum ad actum in se: id est ad ipsam dationem pecuniæ iudici factam. Et an & quando liceat dare pecuniā ad cōseruationem iuris sui, plenè not. in. c. dilectus. de simo. &. c. ad aures. eo. titu. & dic vt ibi. ¶ † Sed hîc cadit vna bona quæstio & vtilis: nunquid tradens pecuniam iudici, possit illam repetere tanquā indebitè solutam. Et exclude vnum casum indubitabilem, quando dedit eo animo, vt iudicē corrumperet ad ferendam precisè sententiā pro se. Nam tunc cessat repetitio: cum turpitudo versetur ex vtraq̄ parte. Fiscus enim talem pecuniam repetere potest: quia ipse accepit omnia ista illicitè acquisita: vt. l. Lucius. ff. de iure fisci. Sed dubitabilis casus est, quando dedit pecuniā, vt conseruaret ins suum: & vt sententiā rectè ferat. & de hoc vide glo. xiiij. q. v. c. nō sanè. & xj. q̄ō. iij. qui rectè. vbi ponuntur opiniones contrariæ. videtur tamen ibi gl. magis inclinare, vt locus sit repetitioni. quia nō turpiter dedit, sed iudex turpiter recepit. Pro hoc. d. capi. nō sanè. & l. ij. ff. de condi. ob turp. cau. Sed Bart. in authen. sed nouo iure. C. de pœ. iudi. qui malè iudicauit. tenet q̄ hodie per ius nouissimum non potest repeti, cùm nō sit licitū quoquo modo dare pecuniam iudici. Satis ergo putarem ex circunstantijs hanc quæstionem diffiniendam: vt si verisimiliter timebat grauari: habeat locum prima opinio: vt posit repetere: aliàs autē secus: quia prima fronte est præsumptio contra dantem, quòd voluerit corrumpere iudicem. & in hoc not. istam gloss. dum dicit, nisi manifestè probetur contrarium. Nam licet omnes hodiè vtantur bonis verbis, nihilominus mente id agunt, vt iudex ferat pro eis sententiā, & pecunia seu munera solent peruertere animum iudicis: & exæcare, vt non videat ius alterius partis. Nā afficit incōtinenti ad ius tradētis. pro hoc j. quæstio. j. sunt nonnulli. viij. q̄ō. j. capitu. j. &. ij. & primum dictum gloss. clarè procedit, quando extra iudiciū quis dat pecuniam iudici, vt non molestet eū: tunc enim non tractatur de præiudicio alterius partis. ¶ In gloss. secunda ibi: *ordinarius autem non debet habere, nisi ſportulas.* Primò pro declaratione vidēdum est, quid sint istæ ſportulæ. Secundò quid possit recipere iste ordinarius, vel delegatus. ¶ † Dic ad primum, quòd ſportulæ sunt quædā vasa, quæ vulgariter vocant ſportulæ, & ponit cōtinēs p̄ cōtento: qa in illis vasis solebāt deferri munera iudicib[9] & qualia esse debeāt ista munera, seu quāta, nō est lege diffinitū: vt in auf. gūaliter. alle. ī gl. Et aduerte, qa dubiū est, nunquid iudex ecclesiasticus ordinari[9] possit petere istas ſportulas, sicut iudex secularis[e] & tenet Ioan. And. hîc. & communiter docto. quòd non. & idem not. in capitu. vni co. de plus peti. & satis iudicio meo probatur hoc in text.

b Nam licet quæstio in princi. loquatur in delegato[b], ratio tamen decidendi non minus concernit ordinarios, quàm delegatos: cum & ipsi sint beneficiati. & beneficia dantur eis: vt ius reddant, ex quo habent iurisdictionē: ita, quòd fortius debet abstinere ordinarius ecclesiasticus, quā delegatus. ¶ † Item aduerte: quia licet litera in princi. loquatur de quota litis: tamen in versicu. mandamus. & in versicu. attendentes. clarè innuitur, vt nihil à partibus prorsus sit exigendum. & hodiè videtur declaratum in capitu. statutū. §. insuper. de rescrip. lib. vj. vbi tantū concedūtur expensæ victualium: cùm iudex delegatus proficiscitur

c extra domicilū. Nunquid autem valeat cōsuetudo[c] in oppositum. Specu. in loco. s. alleg. tenet quòd sic: cuius dictū reprobat gloss. in clemen. statutum. de electio. per istum tex. qui bene facit. Nam hîc damnatur consuetudo vt patet ibi, more secularium. nisi diceres, quòd non erat consuedo ista in foro ecclesiastico: sed tantū in seculari. domi. Cardi. hîc dicit attentari posse, quòd si consuetudo non habuit ortum ab exactione: possunt tunc partes ad obseruandum laudabilem consuetudinem compelli. argu. in c. apostolicam ꝺ̄. de simo. Sed hoc dictum mihi non placet: quoniam aut præcesit exactio. & tunc clarum, quòd consuetudo non poterit induci: quia contra partes ad obseruandum laudabilem consuetudinem compelli. argu. in.

ficiſci extra domicilium proprijs ſumptibus: nec tenentur
a computare expenſas, quas fuiſſent domi facturi[a]: cum iſta iura indiſtinctè permittant eis illas expenſas: nec diſtringunt, ſicut faciũt in ordinario. In delegato inferioris à Principe, eſt magis dubium. Nam iſta gloſſ. tenet, quòd ordinarius delegans debeat ſibi prouidere. Sed gloſſ. in §. inſuper. diſtinguit: Aut deputatur ad vniuerſitatẽ cauſarum: & tunc ipſe ordinarius habet prouidere. argumẽ. in capitul. *inter cætera*. prælleg. Aut deputatur ad vnã cauſam & malitiosè: & idẽ, ſi ceſſante malitia delegat: & tũc etiam ipſe poterit petere expenſas à partibus. argu. hic. & hoc plus placet, quã dictũ gloſſ. huius. Nã Papa eſt ordinarius cunctorũ. ix. q. iij. c. cuncta per mundũ. & tamẽ nõ prouidet ſuo delegato: ſed prouidetur à partibus. Itẽ not. *Specul.* in titul. de ſala § j. verſic. porro. circa fin. Idẽ ergo
14 fit in ordinario inferiori: quia eadem debet eſſe ratio de parte, quo ad partẽ: ſicut de toto quo ad totũ. ſ. de offici. deleg. c. paſtoralis in § item cum. totũ. & l. quę de tota. ff. de rei vend. ¶ †Nunquid autẽ ordinarius poſsit petere ſalariũ pro aſſeſſore. Ioann. de monte mur. & hîc refert Ioan and. diſputauit & formauit quæſtionẽ in Epiſcopo cognoſcẽte de cauſa matrimoniali: & cõcludit, quòd nõ: quanquã quæſtionẽ formauerit in cauſa ſpirituali: tamen rationes ſuæ concludunt idem in qualibet cauſa. Mouet enim ex eo, quòd ordinarius debet ſcire canones, in quibus verſatur. c. j. de cõſang. & affi. Item, quia ad hoc habet reditus, vt ſubeat omnia onera. Item non reperitur hoc iure ſtatutũ: vt ordinarius hoc caſu poſsit ſuos ſubditos collectare: ideſt, collectam, ſeu pecuniã exigere. x. qõ. iij. quia cognouimus. Et quãquã accidere poſsit, vt cauſa nõ ſit deciſibilis ſecundum ius canonicum: tamen hoc raro contingit: vt cauſa eccleſiaſtica nõ poſsit decidi ſecundũ ius canonicum: vt in c. ſuper ſpeculato. de priuil. Prouideat ergo de ſuo quando hoc cõtingit. & hoc ſatis placet. & communiter tenetur à doctoribus. tamen delegatus licitè petit ſalarium pro aſſeſſore: dummodo fraudulenter hoc non faciat: vt quia dicit ſe indigere aſſeſſore: vbi in veritate non indiget argumen. hic, & hodie habetur clarè. in. c. ſtatutũ § aſſeſſorem. prælleg. ¶ †An autem pro
5 b notario[b] cauſæ poſsit aliq̃ peti in delegato? dic, quòd ſic arg. in. d. c. ſtatutum § notarium. Sed in ordinario poteſt dubitari: quia ipſe debet prouidere ſuis officialibus. & vide quod nota. in clementi. ſtatutum. de electio. ¶ In arbitro verò nunquid poſsit exigere ſportulas: vide quod no. in *Specu.* in arbi. § final. verſicu. ſed nunquid arbiter. ¶ In glo. penulti. ibi: *iuriſconſultus*. &c. Et hoc & ex iuribus alleg. in glo. habes, quòd pro ſcientia iuris licitè quis petit
c mercedem[c]. Et qualiter merces ſit conſtituenda iuriſperitis: ſiue ſint aduocati, ſiue cõſultores. & quid ſi moriatur aduocatus, vel doctor ſalariatus ante, quã expleat tempus ſuum: ſeu cauſam, quam promouendam aſſumpſit: vide pulchrè in. l. j. ff. de var. & extraordi. cog. per gl. & Bartol. Abbas.

a ¶ Domi facturi. adde ꝓ hoc quod dicunt do. de Ro. deci. ſuis de do. & cõtu. in antiquis. quòd ille, qui per ſe ducit cauſam ſuã, nõ conſequit expẽſas, quas fuiſſet facturus in aduocato, vel ꝓcuratore.

b ¶ Pro notario. adde anch. cõſi. allega. ccxix. & ibi gd de alijs, qui cauſæ aſsiſtunt.

SEB. SAPIA.

b ¶ Pro notario. vide latè Dec. in. c. j. col. xxvij. verſi. prædicta concluſio. ſ. de ꝓbatio.

SEB. SAPIA.

c ¶ Petit mercedẽ. vide. d. Ia. in. l. nec qcq̃. §. vbi decretum. col. ij. ff. de offi. ꝓcõ. & lega. vbi tangit, q̃ aduocato & cõſulto ri licet capere ſalariũ, etiã ſine reuolutione chartarũ: à pauperib⁹ tñ nõ licet, vt ibi p eũ.

d ¶ De nouo. adde quod cõſuluit do. Car. conſi. cxxxviij.

ligant ad mortale: niſi tranſgrediantur ex contemptu, vel niſi regula præcipiuè prohibeat.

Monachi poſſunt comedere carnes, ſi non eſt memoria in cõtrarium, maximè Papa ſciente & tolerante.

Monachi propter ſcandalum vitandũ, non poſſunt omittere ſubſtantialia regulæ.

4 *Monachus, vel alius regularis portans habitum religionis, interius verò non, incidit in pœnam.*

Pœnalis conſtitutio non extenditur ad caſum non habentẽ omnimodam rationem.

Monachus poteſt promoueri ad eccleſiam curatam: & fieri canonicus in eccleſia ſeculari, ratione curæ animarum: aliàs ſecus.

CAP. XI.

DEus, qui. ¶ Ad euitandum ſcandalũ poſſunt religioſi diuerſi habitus miſsi ad prædicandum de nouo cõuerſi, ſe in vnũ ſuperiorẽ habitum ad propoſitum conformare. Primò ponit exordium: ſecundò cauſam mandati. ibi: *ne igitur*. Tertiò mandatum ibi: *mandamus*. ¶ Caſus literalis. Liuonienſes de nouo conuerſi erãt ad fidem: datus fuit eis Epiſcopus, & quidam alij fratres ad prædicandum euangelium. quia iſti prædicatores diſſimilem habitum habebant: murmurabatur, & inter Liuonienſes ſcandalum ſuſcitabatur ex tali diuerſitate. Scribit Papa Epiſcopo Liuonienſi, & alijs fratribus, dicens: ne propter diſſimilem habitum ſcandalum ſuſcitetur inter illos, quibus vnum euangelium prædicatur. mandatque eis: vt omnes debeant ſe conformare invnũ regulare propoſitum & honeſtum habitum, quantum ſpecta t ad hoc officium: non obſtante eo, quòd quidam eorum ſunt monachi: quidam verò regulares, vel ſub alia diſtinctione profeſsi. Berñ. ¶ Not. j. tex. valde not. & fing. indicio meo: quòd vbicunq; ex honeſta cauſa conueniunt homines diſparis habitus, & obſeruantiæ: ſi ſcandalũ generatur alijs ex diuerſitate, poſſunt ſe conformare in vnum honeſtum habitum & propoſitum. & intelligo propoſitũ: quo ad modum viuendi. ad hoc vide glo. not. xvj. q. vij. in in[f] noua gl. ſi. q̃ dicit, q̃ monachus factus Epũs, vel canonicus regularis, poteſt ſi ſcandalum generatur, alijs ſe cõformare in ſuperiori habitu: moribus illorum, inter quos viuit. Et pondera quod dixit de ſcandalo: aliàs ſecus. Sic intelligo gloſ. quæ videtur illi contraria. xvj. q. j. in. c. de monachis. Et vide etiam duas cauſas not. ea. cau. &. q. in. c. ij. & iij. quæ dicunt, q̃ monachus promotus ad officiũ ſeculare: puta ad Epiſcopatum, vel aliam eccleſiã curatam, *nõ adſtringitur obſeruãtijs regularibus ſicut primò: [s] ſed extra ſubſtantialia regulæ poterit ſe conformare moribus illorum, inter quos viuit: nec ſic ſtrictè põt regulã ſeruare extra monaſteriũ, ſicut in monaſterio: & dic, vt ibi. ¶ Secundò not. arg. pro euitanda nimia religionum confuſione & multiplicitate: nam diuerſitas habitus, ritus, & obſeruantiæ vna eadẽq̃ fide generat ſcandalum apud infideles. Hac ratione grauiter peccant inuenientes regulam de nouo[d] abſq̃ confirmatione Romani Pontificis. & vide bo. tex. in. c. fi. de religio. domi. Nec excuſantur, quòd hoc faciant ad bonum finem. nam poteſt eis reſponderi prout not. dicit text. in capitul. non ſolum. de regulis iuris. libro ſexto. ſcilicet quòd puritati conſcientiæ non debet deeſſe iudicium rationis. ¶ † Vltimò nota ibi, quantum ad
2 hoc ſpectat officium: quòd vbi aliquid conceditur propter neceſsitatem, illud videtur eſſe conceſſum, quaten⁹ neceſsitas hoc poſtulat. & ſic cauſa limitata limitatũ parit effectum. ¶ †In gl. ibi: *hoc verum intellige quantum ad ſolennitatem*. not. glo. iuncto tex. q̃ contẽta in regula religioſorum, non obligant regulariter ex voto, præter tria ſubſtantialia regulę. Votũ em̃ in profeſsione emiſſum referẽ ad illa

ad illa tria ſubſtãtialia: vt ad hoc cõtinẽtiã: obedientiam & paupertatem. & hoc voluit beatus Thom. vt dicam plenè in capitul. nam concupiſcentiam. de conſtit. Item probo ratione nam ſi votum pariter cõcerneret omnia contenta in regula: quare fieret ſpecialis prouiſio, & magis ſpecificè notarentur illa tria. vt not. in capitu. cum ad monaſterium. in fin. de ſta. regu. Nam ibi dicitur, quòd illa tria ſunt ita annexa ordini monachali: quòd etiam Papa diſpenſare non poteſt. & intellige, vt ibi dicam: ergo cætera contenta in regula, non ſic obligant ex voto. Imò tenuit beatus Thom. quòd niſi regula prohibeat in alijs præceptiuè: vel religioſus, peccet ex contemptu: nõ obligatur ad mortale tranſgreſsione cuiuſlibet contenti in regula: aliàs, vt dicitur periculoſior eſſet ſtat⁹ regularium, quàm ſecularium: cum ex nimia diſtrictione difficile ſit ad vnguem obſeruare ſemper. Et hoc ſentit etiam iſta gloſſ. dum dicit cætera etiam requiri ad ſolemnitatem religionis: & quòd Papa poteſt in illis liberè diſponere. ¶ Item probatur & alia ratione notabilioꝛi: Papa hoc non indulget, imò præcepit ex ratione ſcandali euitandi: conueniant in vnum propoſitum, & in vnum habitum. ergo non tenetur ad iſtas obſeruantias ex voto: quia non debet quis votum omittere propter ſcandalũ alterius. Nam facilius ſcandalum naſci permittitur, quã veritas relinquatur: vt not. in capitul. ſecundo. de no. ope. nun. Non enim propter ſcandalum proximi, poſſet religioſus ducere vxorem: ſiue dimittere habitum, vel alias obſeruantias, quæ ſunt ad ſolennitatem ordinis: vt
3 cõtra inobediẽtes, ſicut facit hîc Papa. ¶ † Secũdò no. iu dicẽ debere incipere à ſuſpẽſione & interdicto, & demũ venire ad excõicationẽ, qd' eſt cõtra ꝓlatos noſtri tpis, q quẽtia ducit in cõtẽptũ. Nã in eccleſia nulla eſt pœna excõicatiõe maior. xxiiij. q. iij. c. corripiãt. † Tertiò no. ibi:
4 *in aliquos eorum.* q vbi multi ſunt cõcubinarij, nõ debet iudex oẽs ſuſpẽdere, ſeu excõicare: ſed incipere à principalioribus, vt alij eorũ exẽplo perterriti arceantur. pro
c hocj. de cle. excõ. mini. in. c. latores. quẽ text. vide. ¶ † Vltimò no. ibi ſententiã perpetuam. &c. Quòd excõicatio poteſt eſſe perpetua. Ex quo infero, q licet excõicatus non corrigat ſe, nõ tamẽ tenetur iudex illum abſoluere: ſed ſi efficeretur deterior, & nõ poſſet aliter corrigi, tũc debeteũ abſoluere: vt not. Ioã. Andr. poſt beatum Thomam in c. j. de ſen. excom. libr. vj. & hoc not.

Additio. Et de hoc dic, vt habetur plenè per ipſummet. in. c. ab excõmunicato. de reſcri. in fi. & in. c. veniẽs. el. ij. de teſtib. in fi. ¶ In gl. in ver. *perpetuam.* ibi: *donec reſipiſcant.* no. gl. & ſecundũ eam intellige oĩa iura loquẽtia de perpetua excõicatiõe. Nã excõicatio debet eſſe medicinalis, & non debet inferre mortẽ perpetuã. ij. q. j. multi. &. c. cum medicinalis. de ſen. exc. lib. vj. & facit. c. ex literis. de cõſt. & gl. in. c. ad reprimẽdã. de offi. or. Et dicit hîc perpetua, ſecundũ Inn. quia profertur ſine preſinitõe tẽporis, vnde dicitur perpetua aptitudine: quia poterit eſſe perpetua, dũ vixerit, ſi ſe nõ correxit. Vel poteſt exponi ſecundũ eũ, q debet iſte deponi ab officio, ſeu priuari beneficio. & ſic perpetuò ponitur extra communionem clericorum, ſeu beneficij. Nam excommunicatio ſonat in ſeparationẽ. pri-

a ¶ Impunè occidere. Adde Rom. ſing. ſuis. f. viij. B.

SEB. SAPIA.

b ¶ Ex pſumptione. Quòd ex præſumptionibus, qs non poſsit condẽnari ad mortem, tenet Alexan. in cõ ſi. xv. inci. viſo ꝓceſſu. colũ. ij. in. j. vo. quod verũ eſt, quando eſt præſumptio hominis: ſecꝰ ſi eſt pręſumptio legis: vt per Abb. i. c. accedẽs. j. de ac. & vide d. Iaſ. in. l. vt vim. col. iij. ĩ fi. ff. de iuſt. & iur.

¶ Seruitutẽ eccleſię. Adde Ro. ſing. ſuis. fol. vij. Bern.

SEB. SAPIA.

d ¶ Iuramentũ per hunc textũ dixit Spec. in tit. de iur. cal. §. nunc dicamus. in prin. q in iuramento calumnię debet omitti de nõ petendis dilationibus fruſtratoriis: quoniam ratiõ eſſet, q̃ litigantes non eſſent per iuri. ſeqtur Abb. in. c. j. co. iiij. §. de iura. cal. Fe. in. c. j. circa prin. §. de of. or. Et q̃ iuramentum deferri nõ debeat ei, quẽ verifimile eſt deierare: tradit Bal. per illũ tex. ĩ. l. ambiguita tes. C. de in. vi. t. ol.

¶ Scholares. Scias vnum pulchrũ dictũ in hac materia, qd' ponit Io. An. in. c. relatum. ne cler. vel mona. q ſi in aliqua regula continentur ali qua faciẽda ſub iuramento & pœna peccati: quòd trãſgrediẽs regulã nõ eſt periurus propter aliã pœnam, quam incurrit: licet iurauerit. qd' eſt bene notandũ pro ſcholaribus: maximè illis, qui ſunt in alma & exceſſa ſapientia nouа Perufina, cuiꝰ ſum alũn°. nã iurãt obſeruare cõſtitutiones, in qbꝰ ineſt ẽt pœna priuatiõis. nã nõ obſeruãs priuatꝰ: licet raròvel nunq̃, & non erit periurus. A Eneas de falco.

ma tamẽ expositio est magis cõsona literæ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici moniti, vt dimittant concubinas: & non se corrigentes suspendũtur, & deponũtur, & est in optione iudicis.* 2.
3 *Clericus notorie concubinarius, an ipso iure sit suspensus, nulla monitione præambula: & an celebrando efficiatur irregularis.*
4 *Suspensio iuris & suspensio hominis, inducũt diuersos effectus.*

CAP. IIII.

1 SIcut ad extirpanda. ¶ † Sicle rici moniti, concubinas non dimittunt, suspendun tur à beneficijs: & se non corrigunt. hoc dicit. Habet tria dicta, quæ patent in tex. ibi, *si verò*. ¶ Ca sus literalis. Clerici de archiepiscopatu Cantuarien. for nicarias tenere solebant: quod domino Papæ notifica tum est: quare Papa mandat Archiepiscopo Cãtuarien. & eius suffraganeis, quatenus clericos illos moneant, vt illas concubinas abijciant à se: & eas vlterius non admit tant. quod si facere contempserint, ab ecclesijs suis eos suspendant, vsq; ad debitam satisfactionem: & si eas su spensi retinuerint, ab eisdem ecclesijs perpetuò remoueant. Ber. ¶ Nota. j. arg. quòd clerici in minoribus co guntur per ecclesiam ad concubinas dimittendas. Sed hoc ar. non procedit: & est tex. contra in. c. si autem J. e. ti. in. c. vt clericorũ. ſ. ti. j. sed ideò dicit hîc de cõstitutis in sacris: quia alij non ita asperè corriguntur. ¶ † Secun dò not. quòd clericus ex concubinatu non priuatur be neficio incontinenti, sed primò debet moneri: secundò suspendi: tertiò priuari. Sed contrariũ tenuit text. in. c. ex parte Adæ. de testa. vbi sine aliqua monitione cle ricus publicus concubinarius, priuatur beneficio. ad idem. c. si autem J. eo. vbi nõ fit ista suspensio. sed vide ibi glo. Quare puto, quòd istud sit arbitrarium, vtrum iu dex velit à principio ipsum priuare beneficio: vel pri us admonere: vel etiam suspendere: quia cũ iura in hoc variè loquatur, vt patet per hũc totũ titulum, optio da tur iudici, vt in simili dixi in. c. ij. ſ. e. & facit. d. c. si autẽ. in ver. liceat. iuncta gl. & hoc bene no. Nã per hoc redu co tibi ad concordiam ista iura, quæ variè loquuntur in modo procedendi contra cõcubinarios. licet enim olim propter scandalum, cũ homines essent feruẽtes in fide, pro simplici fornicatione clericus deponeretur: vt in. c. à multis. de æta. & quali. hodie aũt non ita asperè proce ditur: vt hîc. & in. c. fraternitatis. xxxiiij. di. poterit ergo iudex secundũ facti circunstantias, locorũ consuetudi nẽ incipere à pœna mitiori, vel grauiori. reliqua sunt cla

a ¶ Ab homine. Adde videndum Oldradum, consi. lxxxvj. vbi ponit, an notorius forni cator sit eligibilis. & ibi ponit differentiam inter su spensum ab homine, & suspensum à iure. Ber.

2

3 ra. ¶ † In gl. super verb. *suspendatis*. ad fi. ex hac gl. habes vnã solutionem, vt cõcubinarius non notorius, nõ sit à iure suspensus: sed notorius sic, siue sit notorius facti euidentis: siue per sententiam. Et no. glo. in eo. quod dicit: ꝙ notorius non dicitur toleratus. Sed contra hãc solutionẽ gl. facit. c. iij. ſ. eo. vbi loquitur de publico con cubinario, & mandat illum suspendi. ergo non est ipso iure suspensus. circa hoc dantur plures sol. Inn. & Host. primò posuerunt istam sol. gl. Secundò Inn. posuit istã sol. vt text. iste procedat, etiã circa minores ordines: sed contraria procedunt quo ad officium sacerdotale. vult dicere, quòd publicus cõcubinarius suspensus est à iure respectu officij sacerdotalis tantũ. Bene facit. c. vestra. J. eo. tit. Sed ab homine fit suspensio ab alijs ordinibus. sed hæc sol. non placet Inn. quia iura videntur interdice re tali executionem cuiuslibet ordinis. lxxxj. dist. si qui. xxxij. dist. c. præter. Tertia sol. secũdum eum est, vt hoc c. loquatur in suspectis. sed hæc solutio non valet, per c. iij. ſ. e. Quarta sol. secundũ eũ, ꝙ à iure concubinarius non est directè suspensus, sed indirectè respectu obie-

4 cti: quia præcipitur alijs, vt non audiant diuina à talibus: sed ab homine debet suspendi directè. Vel secũdũ eum: licet tales sint suspẽsi à iure, nihilominus possunt suspẽ di ab homine ordine iudiciario præcedẽte. ¶ † Et ponit tres not. effectus, quantum ad propositum, inter illam suspensionẽ iuris & hominis. Nam cõcubinarius suspen sus à solo iure, se corrigendo non indiget absolutione, quantũ ad hoc, vt alij possint licitè audire diuina ab eo: licet ipse celebrare licitè non possit sine dispensatione superioris, ex quo eius crimen nõ fuit notorium. & no. hoc. Nam in. c. venerabili. de sent. exc. sentit, ꝙ nulla dispensatio sit necessaria, sed potest dici: vt no. in. c. fin. de tempo. or. suspensus verò ab homine non recuperat officiũ suum, quamuis pœniteat, nisi gratiosè restituatur. Ad hoc. d. c. venerabili. ¶ Secunda differẽtia: quia suspẽ sus à canone, celebrãdo nõ efficitur irregularis: secus in suspenso ab homine[a]. xj. q. iij. c. si quis presbyter. hoc nõ placet Host. Dicit enim ꝙ suspẽsus à canone, celebrãdo efficitur irregularis, quãdo suspẽsio habuit originẽ à ca none: vt probatur in. c. j. de re iudi. libr. vj. & in. c. j. de sen. excom. eo. libr. & sic transeunt doct. Sed tu omnino vide Innoc. in. c. si celebrat. de cle. exc. mini. vbi pulchrè declarat seipsum. Fatetur enim ibi, ꝙ suspẽsus à canone, efficit irregularis celebrãdo, qn̄ suspẽsio habuit originẽ à canone: secus vbi canõ tm̃ approbat suspẽsionẽ à Deo factam. Nam quilibet peccator est suspensus à Deo, & à canone per approbationem: & talis non efficitur irregu laris. quasi sentiat ibi, quòd notoriè fornicarius, non est suspensus à canone imponente pœnam: sed à Deo prin cipaliter: & à canone per approbationem. Et est subtile dictum: & dat alium intellectũ ad iura hîc alleg. pro & contra. sed ipsemet in. c. j. de sent. excõ. li. vj. apertissimè tenet contrariũ: dicens, ꝙ notoriè fornicator celebrando efficitur irregularis: quia est suspensus à iure per. d. c. præter. dicã de hoc latius in. c. vestraJ. eo. vbi explicabo totam materiam. ¶ Tertia differentia secundũ Inn. est, quòd suspensus à canone, nõ perdit beneficia: nisi priue tur. secus in suspenso ab homine: quod nõ placet Hosti. & bene. Nã si fuisset suspensus, nõ vacãt beneficia: quia suspensio fit ad tempus. Sed Vincent. posuit hîc aliã sol. ad contraria: dicens, ꝙ notorius fornicator est suspẽsus à iure: sed vt pœna augeretur, potest suspendi ab homine, monitiõe præcedẽte: & ita loquitur hîc. Et quid ope retur tunc secunda suspensio: dic, vt no. in. c. ita ad quo rundam J. de Iudæ. & hæc sol. potest teneri intelligendo, quòd sit suspẽsus ipso facto à iure. Hosti. dicit. c. istud lo qui in suspensione à beneficio: & cõtraria in suspensione ab officio. sentit hîc, quòd suspensus à beneficio non sit suspensus ab officio. quod est cõtra no. in cle. cupientes. in ver. non nouam. de pœ. & videtur etiã hanc opin. se qui Hosti. Do. Anto. hîc dicit, ꝙ non est suspensus à be neficio publicus cõcubinarius, vt hîc: sed ab officio sic: & si celebrat, efficitur irregularis. Et dicit hoc quasi ex pressum in. d. c. vt clericorum. ver. si quis. ſ. tit. j. Sed cer tè primũ dictũ non procedit, per. c. præter. præalle. vbi dicitur, ꝙ nullam partem recipiat ab ecclesia: vnde dice mus: ꝙ aut pariter est suspensus ab officio, & beneficio: aut quòd canon loquitur ibi approbatiuè. Et ad. c. vt cle ricorum. dic, quòd ex toto non probat: nam potest in telligi de suspenso ab homine. Patet, quia primò dixerat de pœna condigna imponenda ab homine. Et ex his ha bes materiam declaratam ad partes. dicam conclusionẽ in. c. vestraJ. eodẽ. vbi melius cadit materia. Abbas.

a ¶ Super eo. Limi tat istum text. do. Ias. in. l. j. circa prĩ. C. si cognitionis, vel vtil. publi. inquan tum hîc colligitur quòd non valent literæ facti seriem non continẽtes: vt non procedat, qũ est aliquid eligibi le exceptione, vel replicatione, vt ibi per eum. Et vide quod per istũ tex. dixit Bal. in. l. præscriptione. C. si cõtra ius, vel vti. publi. refert Fel. in. c. postulasti. ſ. de re,

b ¶ Non valet. Ad de Alex. in consil. lxiiij. ij. lib.

SVMMARIVM.

1 *Literæ impetratæ tacita veritate, vel facti serie, non valent.*
2 *Absolutio obtenta per surreptionem non valet.*
3 *Surreptio in literis impetratis ad lites, non operatur, quin salte procedatur secundum iuris formã: secus in literis gratiosis.*

Cap.

CAP. V.

a 1 SVper eo [a] ¶ † Literæ à clerico con cubinario suspenso super absolutione tacita facti serie, obtentæ non valent. h. d. Casus literalis. Quidam sacer dos habebat publicè concubinam: monitus ab suo Epi scopo eam dimittere nolebat: propter quod Episcopus eum ab officio suspendit: ipse appellauit ad sedem apo stolicam. Eboracen. archiepiscopus significauit hoc do mino Papæ. Respondet Papa, si dictus sacerdos literas impetrauerit, quæ facti seriem non contineant, literæ 2 non valebunt. Bern. ¶ † Not. quòd absolutio obtenta b per surreptionem non valet. [b] Sed oppo. contra text. de c. super literis. de rescrip. vbi proceditur saltem secundũ iuris formam, quando interuenit surreptio non malitiosa. Sol. dicunt doct. illud procedere in literis impetra tis ad lites: & sic super literis impetratis de iustitia: hîc impetrauit literas gratiosas super absolutione. Item dic, quòd aut malitiosè fecit: quia si dixisset, quòd propter concubinatum fuerit suspensus, nunquam obtinuisset absolutionem. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici concubinarij moniti, nõ se corrigentes, suspenduntur, & deponuntur.*
2 *Clericus cõstitutus in minorib. põt licitè matrimoniũ cõtrahere.*
3 *Licet. istud verbum non importat præceptum.*

CAP. VI.

1 SI autem. † Si clerici moniti non dimit tant concubinas, suspendun tur à beneficijs. & si se non corrigunt, depo nuntur. h. d. tria sunt dicta, quæ patẽt. ¶ Ca sus literalis. Clerici Londonienses habebant publicè cõ cubinas: quæsiuit episcopus qualiter procedere deberet cõtra illos. Respondet Papa, dicens: ꝙ si in quibuscunq; ordinibus sint cõstituti, admoniti secundò & tertiò à se ñion dimiserint, easdem decetero nõ admissuri, ecclesijs vel earum portionibus, app. re. spoliare procuret: offi cio nihilominus ipsis interdicto. Ber. ¶ No. j. ibi: *siue in 3 inferioribus*. ꝙ etiã constituti in minoribus cogũtur ad cõ tinentiã. sed Io. An. intelligit de beneficiatis. Nã nõ bene ficiati, non coguntur continere, si nolunt. ¶ Ego miror de hac additione sua ad istum tex. Nã tex. iste non loqui tur de continentia: sed quòd non possunt habere forni carias, à quibus abstinere debent: nedum clerici in mino ribus: sed etiam laici: vt. ſ. ti. j. c. vt clericorũ. xxxij. q. iiij.
2 nemo. ¶ † Fateor tñ, ꝙ cõstitutus in minoribus põt con
3 trahere matrimoniumJ. de cle. coniu. per totum. Secun dò no. ibi: *liceat*. ꝙ episcopus non tenetur deponere cle ricum concubinarium: sed potest alijs remedijs, & mi tioribus procedere contra eum. Illud enim quod licet,
c non præcipitur [c]: xxxij. q. vij. c. apostolus. & l. non quic quid. ff. de iudi. & c. consuluit. de offic. delegat. Et facit istud verbum ad ea, quæ dixi in. c. sicut. ſ. eo. vt sit in o ptione superioris contra concubinarios exercere grauiorem vel mitiorem vindictã. & facit quod no. hîc gl. ſi. quod no. nam gl. hîc opponit de illo. c. sicut. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *A sacerdote concubinario tolerato licitè audiuntur diuina, & percipiuntur sacramenta: à notorio verò est abstinendum.*
2 *Sacerdos pollutus, non polluit sacramenta, quæ ministrat.*
3 *Notorium insurgit ex sententia, ex confessione in iudicio facta, & ex operis euidentia.*
4 *Clericus existens in peccato mortali, licet occultè est suspensus quo ad se, grauiter peccat celebrando.*
5 *Percipiens sacramenta à notoriè suspenso notorietate iuris: quia est concubinarius, peccat: quia venit contra præceptum ecclesiæ. sed de notoriè suspenso notorietate facti, di stingue: vt hîc. 6.*
7 *Clericus cõcubinarius, an dicatur ab officio, vel à beneficio. 8. & an celebrando incurrat irregularitatem.*
9 *Sacramenta, an, & quo casu recte percipiantur à clericis pec catoribus.*
10 *Baptisma licitè recipitur ab hæretico in casu necessitatis: & etiam ab alijs criminosis: vt à simoniaco, & similibus.*
11 *Pœnæ quasi: istæ dictiones significant diminutionem.*
12 *Manifestum quid differat à fama: & notorio: & rumore: & in dicio: & vide hic diffinitiones istorum.*
13 *Indicia possunt esse adeo vrgentia, vt sufficiant ad ferendam sententiam, etiam in criminalibus.*
14 *Notorium iuris inducitur ex spontanea confessione in iure facta, probatione, & sententia.*
Notorium præsumptionis, quid sit?
Notorium facti quid? ibidem.
15 *Notorium facti permanentis, facti transeuntis, & non redeuntis, & facti interpellati: quid sit?*
16 *Notorium quomodo inducatur?*
17 *Notorium probatur per duos testes, sicut fama.*
18 *Notorium iuris, vel facti: an requirat ordinem iuris in eo probando.*
Citatio non requiritur, quando notoriè constat, quòd nulla com petit defensio.
Sententia, an requiratur in notorijs.
19 *Notorium iuris, vel facti, an requirat probationem: & quam?*

CAP. VII.

1 WEstra. † Famosum est, tum propter ma teriam intrinsecã ipsius, tum pro pter materiã extrinsecam, scilicet notorij: & vtraq; est multũ difficilis & periculosa: & in hærẽdo verbis literæ. h. d. in summa. ¶ A clerico forni cario, quãdiu toleratur, nec habet operis euidentiã, licitè audiũtur diuina, & percipiũtur ecclesiastica sacramen ta: à notorio verò abstinendũ est, non propter sacramẽ ti defectũ: sed ad ipsorũ fornicatorũ emendationẽ. Priò decisa consultatio. Secundò decisa responsio. Secunda ibi: *alicubi*. quæ subdiuiditur. primò alleg. pro & cõtra. se cundò distinguit tres qualitates criminis. ibi: *cæterum*. Tertiò distinguit animũ abstinẽtis, ibi: *itẽ aliud*. Quar tò & vltimò ex omnibus prædictis solutionẽ cõcludit, ibi: *sine dubitatione*. ¶ Casus literalis. Quidam canones dicunt, nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indu bitãter habere cõcubinã. Alij canones dicũt, nõ potest ali quis quãtuncunq; pollutus, diuina sacramẽta polluere: sed indifferẽter sunt recipiẽda ab ipso. Quæsitũ fuit à Lu cio Papa, qualiter ista, quæ cõtraria videbãtur, essent in telligẽda. Respondet Papa aliud est crimẽ notoriũ: aliud est crimẽ occultũ. Notoriũ est de quo presbyter canõi cè cõdẽnatus est. in quo casu loquitur. c. illud nullus au diat. &c. Occultũ, quod ab ecclesia toleratur: in quo ca su loquitur. c. illud nõ potest aliquis quãtuncunq; pollu tus. Item aliud est notorium, quod nõ diffitetur presby ter: & aliud penè occultũ, quod ab ecclesia toleratur: sed aliud est abstinere à missis eorũ, qui occulti sunt, & tole rantur ab ecclesia: vt peccãdi licentia cæteris auferatur: & ipsi ad pœnitentiam reuocẽtur. & hoc licet: quia fit bono zelo, & non ex contemptu: & aliud est, si à missis eorundem, qui tolerantur, aliqui abstineãt: ex eo, ꝙ in fornicatione iacent. quod nõ licet sine dubio à cleri
d cis quãuis fornicarijs ex quo toleranꝰ, licet diuina offi cia audiantur: nec habent operis euidentiam & alia reci piantur ecclesiastica sacramenta. Bern. ¶ Nota primò ibi: *alicubi dicitur &c.* & ibi: *alibi legitur. &c.* quòd illicitum [d] est qn̄ꝙ facere allegationes generales: sicut fe

SEB. SAPIA.

c ¶ Quod licet, nõ præcipitur. Innuit iste, ꝙ hoc verbũ licet, non est præcepti. de quo vide Bar. in. l. stipulatio ista. ſ. in aliena. ff. deverb. obli. Ant. Fran.

¶ De hoc verbo licet: an sit verbũ præceptiuum: di cas, ꝙ per verbũ li cet: denotatur con cessio omnium, ni si eorũ, quæ sunt expresse prohibi ta: vt per gl. in. l. fi cõuenerit. ff. de pi gno. ac. & in. l. nec non. ſ. jj. ff. ex qui bus caus. ma. & in l. Labeo. ff. de sol. dũ tamen illa sint honesta, aliàs non: vt per Spec. in tit. de testa. in. ſ. x. in versicu. porro. Et an quod licet in genere, liceat in specie: & econtra: vide not. in. c. ij. de off. or. & xxiiij. di sti. c. quanꝯ. & ha betur per Cyn. & doct. in. l. j. C. de iu re dom. ipse.

SEB. SAPIA.

d Quòd illicitum. vi de Imo. in. c. ij. j. de præben. vbi idem colligit ex illo te xtu. iuncta supa scriptione,

cit hic Papa, qui generaliter allegat, non allegando principia tituloru: nec in quo loco ponantur: sed generaliter iure cauetur &c. & sic etiam allegandum esse coram Papa: quia censetur omnia iura habere in pectore: vt in c. j. de const. lib. vj. & idem potest facere scholaris erga doctorem, qui generaliter allegando non allegat principia. c. nec in quo loco ponatur: sed generaliter iure cauetur: nisi esset aliqua dispositio deuians à cõmunibus regulis: sicut etiam faciunt solennes doctores inter se. Et in effectu concludendo dicendum, ita fore allegandum: vt allegans intelligatur ab eo, cum quo loquitur. & de materia vide per Spec. in tit. de dispu. & alle. §. post hoc. versi. in summa. Et an iura sint alleganda in consilijs: vide per eundem in ti. de requiren. consi. §. j. & cõmuniter dicitur, quòd in consilijs decisionis nõ est necesse allegare iura: nec causam in sententia: vt in c. sicut. de re iud. secus in cõsilio postulato à parte. Ratio diuersitatis: quia primo casu approbata est fides consultoris. secundo casu creditur, nisi quatenus probat, quia interpretatio doctoris nõ est necessaria, nisi inquantũ iure probatur: vt no. in. c. j. de postu. prela. ¶ Secundò no. ibi: *nullus audiat. &c.* ꝙ verba imperatiui modi, æquipollent verbis præceptiuis. Nã per hęc verba præcipitur, quòd nemo audiat ab his diuina. probatur in. c. præter. xxxij. dist. Sed nunquid hoc sit verũ generaliter: vide bonũ text. in cle. exiui. de verb. sig. ¶ Tertiò no. ex eo. verbo: *nullus &c.* ꝙ etiam proprij parochiani, & alij presbyteri, debent abstinere ab officijs notorij fornicatoris. Nã hîc ponitur verbũ vniuersale, negatiuũ: & qui totum dicit, nihil excludit. xix. dist. c. si romanorũ. ¶ Ex quo infero aliud, ꝙ licet excõmunicato possint authoritate iuris cõmunicare domestici. xj. q. iij. c. qm̃ multos. &. c. inter. de sen. excõ. à notorio tamen fornicatore quisq; debet se abstinere. & nemo excluditur respectu diuinorũ & sacramẽtorũ ab eo, non recipiendorũ. Et plus hic dicunt doc. ꝙ nõ solũ alij debent abstinere à notorio fornicatore: sed ẽt ipse nõ debet se immiscere diuinis, audiẽdo, seu percipiendo sacramenta ab alijs. alle. c. præter. xxij. dist. quod bene no. Sed iudicio meo illud. c. nõ probat hoc indistincte: sed disponit duntaxat, vt non debeat permanere in choro cũ alijs clericis: vnde nõ negat, quin saltem tanq̃ quilibet laicus & peccator, possit audire diuina. Nã regulariter peccator non repellitur ab auditu diuinorũ, nisi
2 sit excõicatus. ij. q. j. multi. & xxj. dist. cleros. ¶ † Quartò not. ibi: *quantumcũq; polluatur.* ꝙ ex pollutione clerici non inficiuntur aliquo modo ipsa sacramenta. ratio est, quia recipiunt vim & virtutẽ immediatè ab ipso Deo. nam dicebat Apostolus: neq; qui plãtat, est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat: & ipse est Deus. Et dic plantat, scilicet prædicando gratiã: rigat, scilicet baptizando: incrementũ dat, scilicet Deus præstando gratiã, vt. j. q. j. multi. vnde sacramenta transeunt per manũ sacerdotis, sicut transit aqua super canali lapideo, vñ nihil germinat super lapide, neq; cõtaminatur. j. q. j. si fuerit. &. d. c. multi. Iura ergo, quæ videntur dicere sacramenta pollui, intelligo quo ad opi. vulgarium, vel quantum est in ipso malo ministro. Sic intelligo. c. si populus. j. q. j. cũ simi. ¶ Quintò not. ibi: *purgatoria cunctarum contagionũ. &c.* quòd celebratio missæ & alia sacramenta, purgant peccata. Et dicit Abb. quòd tolluntur venialia. vj. dist. c. testamentũ. Alij quòd etiam mortalia. de conse. dist. ij. c. cum omne. vide duas gloss. notabiles contrarias. vnam j. q. j. interrogo, quæ dicit, quòd dimittũtur venialia. Et hoc idem tenet glo. in proœ. vj. super ver. benedictionẽ. Alia in. c. ante benedictionẽ. de cõsecra. di. ij. quę dicit alternatiuè tamen, quòd etiam mortalia remittũtur. Sed reducendo hoc ad concordiam dic, quòd si quis est contritus & confessus: non tñ fuit recordatus de certo peccato: tunc illud dimittitur. Sic intelligo glo. contrariam.

a ¶ Nota septimò tria. A dde Bal. in. l properandum. in fi. prin. C. de iudic. Bal. in. l. cum fratrum. c. ad Silla. & c. fi. j. eo. Anto. de But. & Imo. in. c. j. §. vt lit. non conte. & Bald. & doct. in c. ex insinuatione. §. de appel. & in. c. cum olim. in fin. j. de verbo. signifi.

SEB. SAPIA.

a ¶ Tria. vide Bart. in. l. j. in princ. col. in versic. venio ad quæstiones. ff. de oper. no. nun. Deci. in. c. cum specia li. §. porro. in. ij. not. §. de ap.

sed vbi recordabatur, illud non dimittit. Facit quod no. de pœ. dist. j. in summa. Item peccata aliorum audientiũ dimittuntur, data conditione per celebrationem sacerdotum: saltem quo ad pœnam. Nam sacerdotes dicũtur comedere peccata populi. j. q. j. c. ipsi sacerdotes. & hoc vltimo modo sacramentum celebrationis prodest etiã mortuis. xiij. quæstiõe. ij. animæ defunctorum. & in. c. cum marthæ. in fine. de celebratio. missꝰ. ¶ Sextò not. ex versiculo cæterum: tres qualitates delicti. Nam quoddã est notorium: quoddam occultum: & quoddã penè occultum: & in quo differant inter se. j. subijciam cum glo.

3 ¶ † Not. septimò tria, "ex quibus insurgit notorium. pri
a mò ex sententia: secundò ex cõfessione facta in iudicio: tertiò ex operis euidẽtia, quæ nulla tergiuersatione cælari potest. ¶ Octauò not. licitũ abstinere à quolibet ministro peccatore, eo animo, vt rubore cõfusus, inducatur ad fructũ pœnitentiæ. de quo tamen dic: vt j. latius dicam. ¶ Vltimò no. ꝙ dicitur quis tolerari, quãdo non fuit condemnatus, nec cõfessus: nec habet operis euidentiam. Et not. quòd non solùm diuina, nõ sunt audienda ab istis suspensis: sed nec etiã alia ecclesiastica sacramenta sunt ab eis recipienda. Et per illud verbum: *à clericis & presbyteris. &c.* colligitur, ꝙ non solũ interdicitur istis celebratio missæ, & executio ordinis sacerdotalis: sed etiam executio cuiuslibet ordinis. vnde non possunt legere euangeliũ, vel epistolam, vt in. d. c. præter. & hoc satis innuitur ex prædictis not. & est superficialiter text. in pluribus declaratus. ¶ Nunc ad declarationẽ materię intrinsecæ, prosequor duo principalia multũ vtilia. Primò specificè circa istos concubinarios: secũdò generaliter de quolibet peccatore præciso, vel nõ. Et priò, vt habeatur clarè materia, prosequor per quinq; quæstiones breuissimè concludentes, quoniã. §. in. c. sicut. recitauit multas opin. Primò igitur quæro, nunquid clericus for nicarius sit suspensus, quo ad se. Secundò, nunquid quo ad alios: vt sic alij peccent audiendo eum. Tertiò, nunquid suspensus ab officio. Quartò, nunquid à beneficio. Quintò, nũquid celebrãdo efficiat irregularis. ¶ † Ad
4 primum dic, quòd siue sit notorius, siue occultus, suspẽsus est quo ad se: nec est speciale in eo: sed idẽ est in quolibet clerico existente in mortali. Non enim debet exequi officiũ: cùm sit per peccatum mortale à Deo separatus: vt probatur in fi. j. eod. Et hæc suspensio prouenit principaliter ab Adã: quia immediatè cũ peccauit, separatus fuit à gratia Dei. xj. q. iij. illud. &. c. audi denicq; per Inn. in. c. si celebrat. de cle. excõ. mini. vnde in Psal. Odiui ecclesiã malignantiũ. &c. Grauissimè igitur peccat clericus celebrando, dũ existit in peccato mortali. de conse. di. ij. c. quotidiè. &. c. de homine. de cele. missꝰ. ¶ † Ad secũ
5 dam quæstionem: nunquid sit suspensus quo ad alios: vt sic alij peccent audiendo eũ. dic, ꝙ si est occultus, seu toleratus modo prædicto, alij non peccant: quia non est suspensus quo ad alios: vt probatur hîc. & in. c. fi. j. eod. Si verò est notorius per sententiam, vel confessionẽ sponte factam: tunc non est licitum audire talem, & peccant contrafacientes: quia veniunt contra præceptũ ecclesię: non quòd sacramenta non sint vera in se: sed in contẽptu & contumacia, & inobedientia superioris. vnde alibi dicit canon, ꝙ benedictiones taliũ clericorum cõuertuntur in maledictiõem. lxxxj. dist. si qui. ¶ † Sed dubiũ
6 est in notorio notorietate facti: vt quia habet concubinam publicè in domo: nec fuit condemnatus, nec in iudicio confessus. & iste est passus periculosus: de quo sæpe fui interrogatus, & sæpe practicabilis apud homines timoratos & bonæ conscientiæ qui multum trepidant audire, vel cũ scandalo abstinere à talibus: & in hoc sunt principaliter duæ opin. ¶ Quidã dicũt, ꝙ sine aliqua monitiõe, debẽt omnes à talib⁹ abstinere, & videtur sentire multi: vt in. c. si qui. §. e. & in. c. si celebrat. de cler. excom.

mi. vnde

mi. vnde Host. hîc, Ioã. an. & do. Ant. non requirunt monitionẽ. sed Hug. Lau. & Archi. in. c. nullus. præalleg. & d. c. si qui. Io. de lig. & do. Card. hîc, tenẽt monitionẽ necessariã: quia cessante monitione, nõ videtur ꝙ quis possit habere indubitatam scientiã de cõcubinatu: cum possit clericus habere excusationem. Et facit. d. c. si qui. vbi dicitur, ꝙ si maluerint perseuerare in peccato, omnes abstineant. &c. per illud verbum, *si maluerint.* videtur ꝙ sit opus monitionem præmittere: vt sic appareat de cõtemptu & voluntate sua. Ad idem faciunt iura præcedẽtia, quæ cõmuniter videntur requirere monitionẽ. Ante factũ consulenda esset prima opinio: post factũ secunda, vt euitent peccatũ. & posset dici, ꝙ vtraq; earũ sit vera. & ꝙ nũquàm incurrant peccatũ audientes ante moni
a tionẽ propter varietates a opi. Ad hoc, quod no. gl. in. c. j. de postu. præl. li. vj. facit. l. regula. ff. de iu. & fa. igno. & cũ hac opi. aliàs transiui. Sed cogitaui, ꝙ de iuris subtilitate possumus distinguere: ꝙ aut fornicatio est ita notoria, ꝙ nulla habet dubitationem: sicut videmus in pluribus clericis, qui tenẽt ita publicè concubinas, sicut vxores: & publicè nutriũt filios: ita, ꝙ ipsi etiã non audẽt diffiteri: & tunc credo, ꝙ omnino sit abstinendũ ab eis sine alia monitiõe. Et hoc probat iste text. in fi. ibi: *nec habet operis euidentiam.* & melius in. c. seq. vbi nulla fit mentio de admonitione, & pro hoc gl. ibi no. in versi. ibi: *non ex euidentia.* & in ver. *cælari.* & sunt ambæ gl. no. & vide. ij. q. j. de manifesta. & gl. in. c. Michael. de fil. presby. quę ponit qualiter probetur quẽ esse filiũ presbyteri. Item tex. videtur probare de directo in. d. c. nullus. &. c. præter. Requirunt enim illa iura solã euidentiam facti. non autem quòd expectent monitionẽ à superiore. Itẽ à contrario sensu, sequeretur, ꝙ nũquam fornicatio, vel rarò posset esse notoria. Si verò fornicatio nõ habet illã operis euidentiã, sed potest probabiliter tergiuersari: puta, quia cõcubina habitat cũ matre clerici: dicit ipsam esse pediſſequã matris, vel quid simile. & tũc procedit cõtraria opi. vt expectetur monitio, & eius contemptus. & hanc puto esse mentẽ iuriũ. Nõ ob. iura proxi. alleg. nã ibi exigitur monitio ad aliũ effectum, vt multipharię dictũ fuit
7 in. d. c. sicut. ¶ † Circa tertiam quęstionem, nunquid sit
b suspensus b ab officio: nec dicas hãc. q. esse solutã ex præcedentibus: quia vt dixi in. d. c. sicut respectu aliorũ. s. audientium, ista est suspensio indirecta. Nã licet præcipiatur vobis, vt non audiatis Titiũ legentẽ: nõ per hoc infertur, quòd ille sit suspensus à lectura. Et ideò quidã volũt dicere, vt no. Inn. in. d. c. si celebrat. ꝙ fornicarius etiam notorius, nõ est directè suspẽsus à iure. & per hoc inferebãt ad solut. vltimę. q. ꝙ celebrando nõ efficitur irregularis: quia illã nunq̃ quis incurrit, nisi in casibus à iure expressis: vt in. c. is qui. de sen. excõ. li. vj. Et mouẽtur isti, quia canõ nõ dirigit directè verba suspensiua ad clericũ. & hanc opi. tenuerũt multi: vt dixi in. c. sicut. & specificè Ioã. de lig. Card. hîc. Sed ego distinguerẽ prout. §. dixi in præcedenti. q. ꝙ si habet operis euidentiã indubitatam, est talis suspensus directè à canone. & probo per. d. c. præter. vbi dicit tex. ex authoritate Dei, & beati Petri, sibi interdicimus: vt missam non cantet &c. Non enim video inter hæc verba differentiam: suspendo te ab officio. & ista: interdico tibi officium. sed per prima verba infligitur suspensio adeò, quòd celebrans efficitur irregularis: vt probatur clarissimè hodie in. c. j. de re iudica. lib. vj. & in. c. j. de sentent. excom. eodem libro. Ergo & per ista secunda verba: quia nõ refert quid per æquipollentia fiat. c. licet ex quadam. de testibus. facit. l. non possunt. ff. de legi. Ad idem vide text. xxxij. distin. §. verum. vbi tales appellantur suspensi, seu præcisi ab ecclesia: secus autem vbi cessat talis operis euidentia. & per hoc solꝰ uitur fin. q. s. an celebrando incurrat irregularitatem.

8 ¶ † Ad quartam quæstionem, nunquid sit suspensus à
c beneficio? Hostiensis c & domi. Antonius tenuerunt, quòd non. §. eodem. sicut, vt ibi dixi. Sed ego distinguerem modo prædicto: vt ibi detur talis indubitata scientia, sit inflicta suspensio à beneficio. & videtur clarè probari in textu & glossa. in. d. c. præter. Item facit, quia suspensus ab officio propter graue crimen, est suspensus per consequens à beneficio: vt notant doctores. in c. à crapula. §. titulo j. vide bonam gloss. in clem. cupientes. de pœnis. in versic. non nouam. Probatur ratione. beneficium est sequela officij: vnde si non potest dicere officium ex culpa sua, non debet percipere beneficium. c. fina. de rescript. li. vj. & c. pastoralis. in fi. §. de appellat. Nec obst. iura. §. alle. quia loquuntur de suspensione: hominis: & quoniam de facto malè seruatur, de suspensio
9 ne iuris mandatur. ibi, *sententia hominis.* ¶ † Quo ad secundum principale, nunquid sit abstinendum à diuinis, seu sacramentis aliorum peccatorum, seu in crimine iacentium? & de hoc aliquid tangunt doctores b hîc, & multum confusè, & vide Innocentium & Hostiensem. in. c. per tuas. de simo. & omnino in. c. j. de schismate. & aliquid in. c. fraternitatis. de hæretic. Sed concludo breuiter & clarè per tria membra. Quidam enim propter crimen sunt suspensi, siue præcisi ab homine: vt excommunicati, depositi: vel suspẽsi ab officio. Quidam enim sunt præcisi à canone, non à iudice. Quidam verò iacent in peccato, sed non reperiuntur præcisi, nec ab homine, nec à canone. Primo casu dic, quòd non est licitum ab eis recipere aliqua sacramenta: nec audire diuina: quia non possunt dici tolerati: ex quo Iudex sententiam specificam in eos tulit: vt hîc. &. ix. quæstione. j. c. j. & ij. Innocentius in. c. qualiter & quando. ij. de accu. vbi notabiliter dicit, quòd semel depositus à
10 iudice, non potest amplius dici toleratus. ¶ † Posset tamen dubitari nunquid sacramentum baptismatis in necessitatibus possit recipi à talibus. Potius inclinarem in sententiam affirmatiuam: nam & ab hæretico licitè quis recipit hoc sacramentum in necessitate. vide bonum text. in ratione eius. xxxij. distinctio. * c. præter *. d. §. verum. ¶ Secundo casu etiam, quòd quando sunt præcisi à canone: distingue, aut factũ est occultum: aut notorium. si notorium, non licet à talibus percipere sacramenta. argument. hîc. &. d. §. verum. Puto quòd hoc fallit in sacramento baptismatis, & in sacramento corporis Christi: vt in necessitate liceat à talibus ista recipere. sicut dicitur de fornicarijs & simoniacis in ordine: vt in d. §. verum. & quare potius permittantur ista sacramenta, quàm alia: vide bonam glossam. in. d. §. verum. Si verò factum est occultum, sentiunt doctores hîc, quòd in sacramentis necessarijs non sit abstinendum ab eis: sed in voluntarijs licitè possumus abstinere: dummodo euitetur scandalum. Quinimò debemus ab- c stinere in istis voluntarijs. argument. vj. quæstion. ij. c. si tantum. &. c. placuit. & vide Innocentium. in. d. c. j. de schisma. & ibi fuit singula. opinio, quòd talis occultus, quamuis non habeat executionem ordinis, nihilominus transfert in alium conferendo sibi ordinem propter communem opinionem, & publicam vtilitatem: sicut in simili dicimus in. l. Barbarius. ff. de officio prætor. Multi tamen in hoc contra: vt notat. in. c. nihil. de election. &. in. c. veritatis. de dolo & contumac. &. j. q. j. in summa Et nunquid excõmunicatum occultũ, quem possum probare excõmunicatũ, debeã euitare maximè si est prælatus meus. vide no. per Inn. in. d. c. j. & per eundem in. c. cum non ab homine. de sen. excõ. ¶ Vltimo casu, quando præcisio non est facta à iudice, vel à canone: sentiunt doct. hîc, quòd possumus sine scandalo abstinere à sacramentis voluntarijs. Nõ tamen pecca-

SEB. SAPIA.

a ¶ Propter varietates. quòd non peccat ille, quando sunt variæ opinio. qui vnam amplectitur, tenet do. Ant. in. c. capellanus. j. de fer. & no. Ale. in cons. j. in. iij. col. in fine. in. ij. volu.

b ¶ Nunquid sit suspensus. Tu vide plenè de hac. q. Feli. in. c. at si clerici. col. pe. ver. de simplici autem fornicatione. & co. xij. versic. quæ autem crimina. §. de iudi. Et vtrum sit pro fornicatione simplici deponẽdus. vide Anto. corse. sing. suis. in versi. fornicatio. inci. an pro. qui latè disp. de hoc cõcludit ꝙ non pro quo alle. duas glo. sing. primã in. c. maximianus. lxxxj. dist. & alteram in. c. lator. ij. q. vij. quas ad hoc reputauit fin. Ioã. de Imol. in. c. vt clericorũ. de vi. & ho. cleric. quibus idem Corse. addit sociam in. c. presbyter. lxxxij. distinctio. & casum in alle. c. presbyter, quod est contra istum in. c. vt clericorum. nume. 9. §. tit. proxi.

SEB. SAPIA.

c ¶ A beneficio. Nunquid autem propter fornicationem clericus sit deponendus: vide Feli. in. c. at si clerici. in princip. col. pe. versi. quæ autem crimina. §. de iudic.

mus nō abstinendo: quia non sunt suspensi quo ad nos: vt in c. fi. j. eo. Et quæ sunt sacramenta voluntaria, & quę necessaria: vide bo. gl. in c. veniens. de trāsac. Et vtrū ecclesia liget peccata omnino occulta, seu peccatores delinquentes occultè? dic, ꝙ sic. vide gl. no. in cle. j. de hære. in ver. incurrant. quasi in fine. Sed in hoc casu. d. An. distinguit, ꝙ vbi peccatū est notoriū, non est licitum ab eis audire diuina, vel percipere sacramenta: quia omne peccatū notoriū interdicit officium sine dispensatione: vt in c. fi. de temp. ord. Adducit & alias ratiōes non concludētes iudicio meo: vnde simpliciter inhæreo primę cōclusioni. & dico tex. esse in c. fi. j. e. nā ibi se restringit ad peccatū fornicationis notoriū. & idem facit tex. in d. c. nullus. Nā opi. sua esset vera, si dixisset canon: nullus audiat missam illius, quem indubitāter scit in peccato iacere. & nō posuisset specialitatem in fornicario, ad idē. §. verū. Nec obst. c. fi. de tempo. ord. quia fateor, quòd ipse graviter peccat celebrando: sed nō alij audiendo: sicut patet in simili. in c. fi. j. e. Et per hoc habes expeditā materiam intrinsecā huius c. & ad prædicta reduco oēs gl. hīc posi tas, quæ multū generaliter loquutæ sunt, præter glo. in ver. notoriū. quæ attingit ad aliā materiā extrinsecā ad c. cū qua dicemus aliquid de notorio, saltem pro intelle ctu terminorū. ¶ In gl. in ver. notoriū. in fi. de hac materia notorij: vide satis per Spe. in ti. de noto. cri. & bo. gl. iuncto tex. ij. q. j. manifesta, & c. de manifesta. & ꝑ Host. in sum. eo. ti. §. fi. aliquid per Cy. C. de accu. l. ea quidem. & ex dictis huius gl. non pōt haberi certa doctrina, nec propter prolixitatē talis materiæ pōt legendo faciliter explicari. ¶ Sed pro notitia gl. & terminorū instabimus circa aliqua. Primò declarando terminos. Secūdò quot hominū sciētia requiratur ad inducendū notoriū. Tertiò quo probetur. Quartò vtrum exigatur ordo iuris. Quintò, vtrū exigatur probatio. & procedā cōclusiuè.

¶ Ad primū aduertendū, quòd habemus duo extrema, f. scientiam & nescientiā. Ne scire, est prorsus ignorare: ita, ꝙ nulla ibi cadat credulitas: vt no. ff. de iur. & fac, igno. super ru. per Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiu. facit quod no. gl. in. c. ij. de testi. lib. vj. Scientia verò [a] potest haberi duplex. Primò in his, quæ sunt alicuius artis, seu sciētiæ: & in his scire, est rē per causam cognoscere: vt dicit philosophus. & facit. l. scire leges. ff. de legib. & c. intelligentia j. de verb. signi. Habetur secundò in his, quæ sunt alicuius facti. Nam dicimur quid scire: quando ad notitiam illius peruenimus per aliquem sensum corporeū: vt puta: scio, ꝙ habes caputium in capite. hoc enim scio: quia deprehendo per sensum visus. Et hæc scientia requiritur in teste. iiij. q. ix. testes, & l. testium. C. de test. Et ad hanc scientiam iudex nō potest adduci, nisi in actu continuo: vel quando res gesta est corā eo, tanquam corā iudice. In actibus verò transeuntibus, seu in momentaneis, iudex non habet talem scientiam: sed ex varijs cōiecturis & varijs probationum gradibus adducitur ad credulitatem, quæ tenet medium inter scientiam & nescientiam. Et ad habendam scientiam seu istam credulitatem, habemus (vt dixi) multos gradus probationis, & diuersa vocabula. Nam quandoq; factum est occultum: quandoq; penè occultum; quandoq; publicū: quandoq; dicitur manifestum: quandoq; euidens. Item fama: rumor: indicium: argumentum: suspicio: opinio: credulitas: præsumptio: notoriū: & fi. Occultū propriè dicitur sicut est, quod ꝑbari nō pōt: vnde Dei iudicio relinquitur. xxxij. dist. erubescāt. j. q. j. c. fi omnia. facit. l. duo sunt Titij. ff. de. test. tu. ¶ † Penè occultū dicitur id, quod ꝑbari pōt, sed cū difficultate. vnde dictio penè diminuit: [b] sicut dictio quasi: vt in. c. cū dilecta. de confir. vti. Publicū verò est nomen generale, & verificatur in notorio, & quandoq; in fama. Vnde notorium potest dici publicum: sicut id, quod constat per famam: vt est text. in c. seq. † ¶ Et idē quasi dic, de manifesto. Nā manifestum multipliciter capitur in iure. Quādoq; manifestū est idē, quod notoriū facti permanētis: vt probatur. ij. q. j. ma nifesta. & d. c. de manifesta. Quandoq; sumitur pro notorio facti trāseūtis, & non redeuntis. iij. q. v. c. quia suspecti. Quandoq; & propriè est species de per se, differēs à notorio: & habet se in minus, quā notoriū. Nā propriè manifestū, est publica, seu famosa insinuatio ex certo authore, & ex certis causis prouenies. Et differt manifestum â fama: quia fama quādoq; procedit ex incerto authore: quandoq; etiā est fallax. Non sic manifestū, potest enim probari: sed nō ita clarè apud alios, sicut notoriū. Fama verò solet describi, prout dicitur in glo. ꝙ est illæse maiestatis, seu dignitatis status, vita & moribus comprobatus. Sed iste describit tantū bonā famā, nō malam: quæ tamē potest ita se habere ad malū, sicut ad bonū. vn de appellatur quis famosus latro. l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœnis. & in. c. ex parte. Adde, de testib. vbi raptores vocātur notabiles. Propriè aūt describēdo famā in genere suo: dic, ꝙ est cōmunis locutio ex verisimilibus coniecturis surgens. & dixi not. verisimilibus: quia aliàs propriè non est fama, saltē quo ad iuris effectū: sed sunt vanæ voces populi. de quo plenè per Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & gl. & doc. in. c. inquisitiōis. & c. cum oporteat. de accusa. Rumor verò in minus se habet, quā fama. vide bo. gl. iūcto tex. in. c. sup eo. de eo, qui cog. cō an. vxo. & xxxv. q. vj. si duo. Indiciū propriè est notabile signū alicuius dicti, rei, seu facti: quod subijcitur necessitati probandæ. & largo mō argumentū potest dici indiciū: vt videtur in. c. forus. de ver. sig. ¶ † Nā tot possunt esse indicia, & ita vrgentia, ꝙ inducerent iudicem ad credulitatē, & sufficerent ad ferendā sententiā etiā in criminalibus. l. indicia. C. de rei ven. l. sciāt cūcti. C. de pro. c. afferte. de præsum. & vide quod dixi in. c. tertio loco. de pro. & idē dic de simi. ¶ † Sed veniamus ad notoriū, quod secundū gl. est triplex. f. iuris, facti, & præsumptiōis. Notoriū verò iuris, pōt sic describi: quod est spōtanea cōfessio: clara probatio: iusta & indubitata diffinitio, & irreuocabilis & clara. dicitur enim spōtanea cōfessio: quia ex spōtanea cōfessiōe in iure facta oritur notoriū: vt in isto tex. Itē ex clara & indubitata probatiōe, etiā oritur notoriū: vt in. c. cū olim. de ver. sig. Itē ex diffinitione, seu sententia, quę non potest amplius retracta ri: vt hīc. &. c. fi. &. c. cū inter. de re iudic. Nā res iudicata pro veritate accipitur. l. res iudicata. ff. de re iu. &. l. ingenuū. ff. de sta. ho. &. d. c. inter. Et dicitur notoriū iuris ex duplici causa: vel quia in iure oritur. i. ex his, quæ in iudicio fiunt: vel ex eo, quia iuris artificio inducitur. Et hoc respectu diligēter aduerte: quia notoriū quod gl. appellat præsumptiōis, potest dici notoriū iuris. Nā artificio iuris inducitur, & sufficeret facere distinctionē bimembrē: sicut debet esse quælibet bona distinctio. Nā quoddā est notoriū iuris, quoddā facti. Notoriū iuris, potest dici duplex. Quoddā oritur ex his, quæ aguntur in iudicio. Quoddam verò ex actibus extraiudicialibus, qñ ius vehementer aliquid præsumit: vt in filiatione probāda. Nā ex cōiecturis à iure inductis filiatio dicitur notoria. Et tūc dic, ꝙ notorium iuris, seu præsumptionis, est iuris euidentia, vehementer præsumpta. Notoriū facti vario mō diffinitur: sed sufficit ponere duas diffinitiones, seu descriptiones. Prima, quòd est crimē, vel factū: cuius testis populus est: & diſsimulatiōi locus non est: vt not. Archid. ij. q. j. de manifesta. & vide bo. tex. in. c. cum dilectus j. de purga. cano. Secundo mō diffinitur, ꝙ est clara & famosa locutio ex euidētia rei surgēs, quę tergiuersatione aliqua cœlari nō pōt. probatur in. c. seq. & in. c. euidentia. de accu. ¶ † Et hoc notoriū facti est triplex. Nā quoddā est notoriū facti permanentis: vt ꝙ palatiū dominorū sit in platea. & hoc propriè debet dici notorium: quasi res

[a] SEB. SAPIA.
a ¶ Scientia verò, Vide Alex. in. l. j. col. v. ff. si cer. pet. vbi ponit, quòd quandoque ponitur scientia pro vehementi opin. & ibi quando quis a dicatur propriè scire.

ZACH ARIAS.
b ¶ Dictio penè: diminuit sicut dictio quasi. Adde quod not. in apostill. ad istum. c. dudum, nume. 9. in versi. ista dictio penè, ſ, de ele. Ant. Fran.
¶ De hac dictione penè: quomodo ponatur, & an importet diminutionem: vide Oldra. in consi. suo. xlix. in fine.

um: quasi res nota omnibus volētibus inspicere. pro hoc aut. qui semel. C. quomodo & quando iud. &. d. c. euidentia. Vnde dicit text. in. d. aut. ꝙ vox prēconis, quia est transitoria, non transit in notorium: quia paucis innotescit: sed edicta sic: quia habent actum permanentē. Secundum est notorium facti transeuntis, & non redeūtis: vt si in conspectu populi aliquis fuit occisus. Nā potest dici notorium tunc: non autem quòd sit notorium nunc: & sic intelligo, quod dixi de voce prēconis. Tertium est notorium facti interpolati. Exemplum in eo, qui est paratus semper ad mutuandum sub vsuris. Nam non semper mutuat, sed interpolatim: licet possit dici habere actum continuum respectu aptitudinis: sed non actus. & hæc sufficiant quo ad primum. Habes enim ex prædictis terminos declaratos. & ex quibus iudex addu
16 citur quandoq; ad veram scientiam, quandoq; ad credulitatem, quę sufficit ad ferendam sententiam. ¶ † Venio ad secundum. f. quot hominū scientia requiritur ad indu cendum notorium facti. & in hoc varia dicuntur. vide gl. no. in. c. de manifesta. iuncto tex. ij. q. j. quæ dicit sufficere scientiam. x. hominum: sed intelligo illam gl. prout ibi not. Nam oportet, ꝙ detur scientia totius viciniæ, vel maioris partis: ita, ꝙ non sint minus. x. vnde in loco vbi non sunt. x. personæ, non potest oriri notoriū. Et ꝙ sufficiat scientia vicinię, & ꝙ non requiratur scientia totius populi: vide bo. text. in. d. c. cum dilectus. de purga. ca. dicit tamē hīc Calde. & bene, ꝙ discretus iudex ex varijs circūstantijs, & qualitate actus, loci & temporis: arbitratur factum esse notorium, vel non. Et communiter dicitur, ꝙ ex tribus causatur notorium: ex hominū scientia: & loci: & temporis qualitate. Nam oportet, ꝙ non fiat de nocte, neq; in loco secreto: nec paucis scientibus: sed ꝙ in publico & patenti loco. Item de die, ne homines de facili decipiantur. Item quòd in præsentia plurimorum, vt prędixi: sed vt dixi discretus iudex habebit omnia perscrutari diligēter. nā etiā de nocte, ita possent adhiberi lumina: vt possit haberi indubitata scien-
17 tia actus. & idē dic de fi. ¶ † Ad tertiū, quo probetur notoriū: dico, ꝙ duo testes sufficiūt: sicut ad probandū famam. vnde licet duo nō sufficiāt ad causandū notoriū: sufficiūt tamē duo ad ipsum probādū, quia in ore duorum, vel triū stat oē verbū. de quo vide glo. in. *c. Deus oīpotens. * §. qñ. ij. q. j. & quod no. glo. in. l. iij. ff. de test.
18 ¶ † Circa quartū, videlicet nunquid in notorio requa ritur ordo iuris? dic cōclusiuè, ꝙ in notorio præsumpto: vt qa agitur de cōsanguinitate probāda: seruat ordo iuris. sed ibi est spāle: qa ex probabilibus cōiecturis probat factū notoriū. In notorio verò facti, nō requritur vlq; quaq; ordo iuris. sed cōiter dicit, ꝙ requratur citatio. Itē scientia, vt in. c. ad nostrā. de iureiur. & in. c. manifesta. ij. q. j. Et possunt in hoc multa allegari pro & cōtra. sed vide qđ dixi de citatiōe in. c. cū olim. de re iud. vbicūq; eñ factū est ita notoriū, ꝙ certū est absenti, nullā defensionem cōpetere, tūc nō est necessaria citatio, qa illa fit, vt se defendat. & sic intellige tex. in. d. c. cū olim. &. l. ij. ff. de admi. re. ad ciui. perti. &. c. venerabilē. de elec. Quādoq; potest cōpetere aliqua defensio, quod est quasi regulare: & tūc requiritur citatio: aliàs nō valebit sīa. & ita intelligo text. in. c. fi. iūcto. c. j. de offici. dele. li. vj. & in cle. pastoralis. de re iud. De sīa verò dicit hīc Cal. ꝙ requiritur, sed nō cū solēnitate solita. & sic intellige Inn. in. c.
b ex parte. de ver. sig. Et ꝙ requratur aliqualis sciētia, [b] videtur tex. in. l. si cōfessus. ff. de cus. & exhi. re. &. ij. qō. j. nos in quemquā. litis verò contestatio & alius ordo iudiciarius solēnitatē respiciēs, necessariò nō est obseruādus. ꝑ
19 quo vide bo. text. in cle. pastoralis. de re iu. ¶ † Ad vltimum, nūquid requiratur probatio: dic, ꝙ in notorijs facti permanētis nulla probatio requiritur: vt in. c. seq. & in. c. euidētia. de accu. In notorio iuris requiritur proba tio, si negaret: vnde si nego sīam latā cōtra me, debet ꝑbari plenè: vt in. c. sicut. de re iud. Idē dic in notorio prēsumpto: vt in. c. per tuas. de prob. in notorio facti interpolati, requritur probatio: licet nō multū plenè: vt in. c. in diocce. de vsu. In notorio facti trāseūtis requiritur ꝑbatio plena: & est valde vtile, ꝙ iudex â principio declaret factū esse notorium. de quo vide tex. cum gl. in ver. declarato. in. d. cle. pastoralis. Et hæc sufficiant pro cursu lectionis: nam plenissimè potest materia examinari & videri in locis. s. alleg. Abbas.

ZACHARIAS.
a ¶ Ordo iuris. Ad de quod nota. in a. post. ad istum in. c. accepta. num. 6. in apostil. in versi. de fensionem non cō petere. j. de restitu. spol.

SEB. SAPIA.
a ¶ Ordo iuris: vide Bald. in. c. ad nostram. tertio. §. de iureiurā. vbi dicit, quòd in notorijs, ordo est, ordinem non seruare. & nūquid possit manda ri pœnam imponi in crimine notorio sine condemnatione. tradit. And. ficu. in. c. euidentia. in fi. j. de accu. vbi alii quid in materia notorij.

ZACHARIAS.
b ¶ Requiratur scientia. Adde quod no. in apo. ad istū in. c. quoniam. nu. 3. in versi. constat iudici. j. de fil. presby. & in. c. licet heli. nu. 18. in apost. in versi. requiritur probatio. j. de simo.

SEB. SAPIA.
c ¶ Dubium Quā do per negationē res efficitur dubia: vide Fel. in. c. coram. col. iij. ver. vtrum per negationem. §. de offici. dele.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quod transiuit in notorium non indiget, neq; teste neq; accusatore. 3.*
2 *Publicum potest dici illud, quod est notorium, uel famosum.*
4 *Notorium non redditur dubium, si negetur.*
5 *Infamati infamia generante scandalum, debent purgari, aliàs habentur pro conuictis. 6.*
7 *Concubinatus ex quibus coniecturis probetur.*

CAP. VIII.

1 Va nos † ¶ Si fornicatio clerici est ita publica, quòd transit in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famā, nō faciūt ad cōdēnationē sola testimonia. i. testiū dicta nō iuratorū: sed si ex hoc oriatur scandalū, indicitur purgatio, in qua deficiēs, canonicè punitur. h. d. Cōmunis diui sio. Secunda ibi: *nos.* ¶ Casus literalis. Quidā clerici publicè habebāt cōcubinas, quādo interrogabāt ab Episcopo suo negabāt se cōcubinarios esse: & cōtra eos nō apparebat accusator, quærebat vtrū credendū sit testimonio bonorum virorum, inter quos huiusmodi clerici conuersantur? Respondet Papa, ꝙ si crimen eorum ita publicum est, vt meritò dici possit notorium: tunc nec testes nec accusator necessarij sunt: cum inficiari non possit. Si verò publicum est, non ex euidentia, sed ex famæ tunctalia testimonia non sufficerēt ad cōdemnatio nē alicuius: quia testibus non testimonijs est iudicandū: sed si de illis talis habeatur suspicio, ꝙ scandalū generetur: illis est purgatio indicenda, quam si præstare noluerint, vel defecerint in præstādo, canonicè puniātur. Ber.
2 ¶ † Primo no. ꝙ publicū potest se habere ad notorium & ad famā. Nā quandoq; dicit publicū id, quod est notoriū: quandoq; id, quod est famosum: vt hīc optimè ꝑ-
c batur. Et no. diligenter in hoc istū tex. propter interpretationes faciendas in statutis, & in alijs dispositionibus:
3 vt dixi. ſ. c. proxi. ¶ † Not. secundò text. apertum, ꝙ concubinatus potest esse notorius ex euidentia rei, sine aliqua monitione præcedēte. & potest iudex procedere ad
4 pœnā impenendā sine accusatione. & sine teste. ¶ † Tertiò no. hīc limitationem ad id, quod dicitur per negatio
c nē rem effici dubiam [c]. l. iij. C. quibus ad li. procla. non licet. Nam non procedit illud in notorio facti permanentis. & facit quod not. in. l. post rem iud. ff. de transac. & bo.
5 tex. in. c. super eo. de test. cog. ¶ † Quartò no. ꝙ ex qualibet præsumptione, seu suspicione orta contra aliquē, potest indici purgatio: sed debet esse talis lex, quæ generet scandalū. & non memini alibi ita bo. tex. Nā multa iura videntur innuere cōtrarium: vt in. c. ex parte. de offi. ordi. & in. c. inter. de pur. ca. vide bo. text. ij. q. v. c. omnib?.
6 Sed dic, vt plenè de hoc dixi in. c. qualiter & quādo. ij. de accu. sed tenementi istū tex. ad prædicta. ¶ † Quintò no. istū tex. in alio valde singulariter, ꝙ quemadmodū deficiens in purgatione punitur, ꝙ vt conuictus, & contumax in purgatione assumenda: vt patet ibi: *noluerint. vel defecerint.* & c. Nā in hoc alibi sunt opi. vt no. in. c. excōlicamus. de hær. & in. c. inter dilectos. &. c. pe. de pur. ca. plenè tango in. c. veritatis. de dolo & contuma. facit quod le. & no. iij. q. ix. decernimus. Et pōt etiā hūc sumi bona

practica procedendi contra clericos suspectos cum crimina probari non possunt. ¶ Vltimò ex fi.no. iudicem posse punire clericũ concubinariũ, absq; eo, q ipsum admonuerit: licet gratiosè posit præmittere monitioné.
7 & sic intelligas.c.s̃.proxi.alleg. ¶ †In glo.in ver. *non ex euidentia.* no.bene istam gl.& idē no.gl.in.c.manifesta. ij.q.j.non tamen puto simpliciter istā gl.procedere, sed restringo eā ad tex.quando tot sunt coniecturæ, q tergiuersationi locus nō est. Nā tractat eā publicè, vt concubinam: nec subest aliqua excusatio offuscās præsumptionem iuris: maximè si habet filios ex ea. Probant enim notorièincontinentiam paternam.lxxxij.dist.proposuisti. in prin.& vide alium bo.tex.qui dicit, quòd filius est argumentum incontinentiæ paternæ ambulans super terram.xxviij.dist.c.priusquam. secus autem crederem, vbi posset subesse excusatio: vt puta, quia habet matrem in domo,& eam dicit pedissequam matris. Nam tunc fornicatio non est notoria. sed seruabis contra talem.c.j.& ij.s̃.e. ¶ In glo.super ver. *testimonijs.* in fi. Aduerte, quia testimonium potest dici duplex. Primò dictum testium non iuratorum. Nam illi propriè non sunt testes: vt in c.tuis.de test. Secūdò potest dici dictum illius, qui deponit de auditu alieno: & non de eo, quod ipse deprehendit proprio sensu. Iste propriè etiam non est testis: vt dicit glo.not.in.l.ij-§-idem.ff. de aqua plu.arcen.& probatur hîc secundum istum intellectum. Testis enim habet deponere de eo, quod ipse percepit sensu proprio: vt hîc: & in.l.testiū. C.de test.& .iij.q.ix.c.testes.&c. Abbas.

a ¶ Fœdus. Istud expresè dicit tex. in.l.eum, qui probabilem. C.de epi. & cleri.

ꝟ SEB. SAPIA.

b ¶ Pro peccato. Vide Abb.s̃.eo.c. vestra.co.iij.versi. ad primum.& ibi quare non debet exequi officium.

ꝟ SVMMARIVM.

1 *Inter consanguineos non præsumitur aliqua sinistra suspicio incontinentiæ, dummodo sint bonæ famæ & conditionis. & numero.2.*

ZACHARIAS.

c ¶ Quo ad se, & quo ad alios. Tu vide, de hoc dicto, scilicet vtrum notoriè fornicarius clericus sit suspensus, & per consequens deponendus: vide quod dixi in apost. ad istū in.c.vestra.nu.7.in versic. nunquid sit suspensus.s̃.eo.

CAP. IX.

ANobis. Breue est: vnde non summo. ¶ Casus literalis. Episcopus pistorien. requisiuit à Papa, vtrum licitum esset mulieres habitare cum clericis, de quibus aliqua suspicio posset esse. Respondet Papa præcipiendo eidem, quòd mulieres non permittat cum clericis habitare: nisi fortè tales sint, cum quibus naturale fœdus nihil sęui criminis suspicari permittat. Ber. ¶ Not. ibi: *mulierculas.* quòd mulieres vilis conditionis nuncupantur diminutiuè, ad denotandum, quòd peccatum diminuit de anima, & de corpore famam: & de alijs corporibus adhærentibus. facit. xxxiiij.distinct. c. vidua. ¶ †Secundò notatur, quòd inter consanguineos, non est præsumenda sinistra suspicio incontinentiæ: vt in.c.cum in iuuentute.de præsump. Est enim inter consanguineos
2 quoddam naturale fœdus[a] propter proximitatem sanguinis. ¶ †Vltimò nota. quòd iura antiqua, quæ permittebant consanguineas habitare cum clericis, non sunt correcta.per.c.j.s̃.eodem. Hoc patet: quia hoc emanuit post.c.j.in quo permittitur talis cohabitatio. & intelligo hoc.c.prout plenè dixi, in.d.c.j. Et pondera bene tex. quòd in consanguineis non requiritur senectus: vnde si aliàs sunt bonæ famæ & conditionis, licita videtur cohabitatio. de quo in.d.c.j. Abbas.

ꝟ SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius non est vitandus in officijs: nisi crimen sit notorium.*
2 *Clericus suspensus propter notoriam fornicationem, exacta pœnitentia, an debeat aliter cum eo dispensari: vt licitè possit se immiscere circa diuina.*
3 *Clericus notoriè crimino sus in alijs criminibus circa fornicationem, non est suspensus quo ad alios: quamdiu non fuerit ab ecclesia præcisus.*
4 *Clerici notoriè fornicarij sunt vitandi: etiam quòd nulla monitio interuenerit.*
5 *Missa in loco interdicto, hodiè licitè celebratur, submissa tamen voce & clausis ianuis.*

CAP. X.

QVæsitum. ¶ †Clericus concubinarius in officijs vitandus non est, nisi sit notorius: hoc dicit, communis diuisio. Secundo dabi: *verum.* ¶ Casus literalis. Clerici aliqui prolapsi sunt in fornicationem: quæsitum fuit à Papa, vtrum officium eorum sit audiēdum antequàm pœniteant? Respondet Papa, quòd licet quilibet suspensus sit pro mortali peccato, quo ad se: quantum ad alios suspensus non est: & ideò non debet in officijs euitari: nisi peccatum illud notorium sit, vel per sententiam vel confessionem in iure factam: vel per
2 euidentiam facti, quæ negari non posit. Bern. ¶ †Primò nota. ibi: *priusquam pœnituerit.* à contrario sensu, quòd clericus suspensus à iure propter notoriam fornicationem, incontinenti post pœnitentiam recuperat executionem officij quo ad alios: vt sic alij licitè possint eius officium audire. & hoc idem voluit Innocent. in.c.sicut.s̃.eo. An autem quo ad se indigeat dispensatione: quia peccatum fuit notorium. Innocent.in.c.sicut. sentit, quòd sic. sed aliud sentit in.d..c.venerabili. de sen. excom. sed dic, vt legi. & not.in.c.fin.de temp.or. ¶ Secundò not. ibi: *officium.* quòd non soltùm missam, sed officium nullum audire debemus à notorio fornicatore.xxxij.dist.præter. ¶ Tertiò nota vnam regulam, ad
b quā semper allegatur iste tex. quòd pro peccato[b] mortali, quilibet est suspensus quo ad se: & dicitur esse suspē sus: quia non debet cum peccato exequi aliquem ordinē: & maximè attingere sacramentū Eucharistiæ. Quid autem de existenti in peccato veniali: vide gl. & Archi. vj.dist.c.sacramentū. quod no. ¶ Quartò no. q notorius fornicator est suspensus quo ad se, & quo ad alios[c] & c no. q tex. vtitur verbo suspensus: nec ergo ipse licitè celebrat: nec eū licitè audiūt. ¶ †Quitò no. ibi: *nisi peccatū*
3 *huiusmodi.* q pro alio peccato notorio regulariter clericus nō est suspensus quo ad alios. Nam cū suprà dixisset, respectui suspensionis propriæ de quolibet peccato: nūc verò cōtractauit de suspensione quo ad alios, restrinxit se ad peccatū fornicationis: vt patet hîc, ibi: *huiusmodi.* regulariter ergo à clerico notoriè criminoso, nō est necesse recedere, quamdiu ab ecclesia præcisus non fuerit. vide gl.xv.q.ij.c.fi.& in.c.cum non liceat. de præscri.&.c. nōne.viij.q.iiij. probatur in.c. præter.xxij.dist. arguendo per locum à speciali. ¶ †Vltimò no. tres modos, qui
4 bus etiā cōcubinatus potest effici notorius. s̃. per sententiam: per cōfessionē, & per euidentiam rei, quę tergiuersatione aliqua cœlari non potest. & probat iste tex. in. fi. apertissimè sententiā, quam tenui in.c.vestra.s̃.e. Et ad euitandum tales cōcubinarios, non requiritur admonitio: dummodo res sit ita euidens, q nulla tergiuersatione possit cœlari. Nam si requireretur admonitio, ibi interueniret actus iudicialis: & sic propriè notorium non oriretur ex euidentia rei: sed potius ex præsumptione. quia noluit parere monitioni. & sic potius esset quoddā notoriū iuris, quàm facti: quia iuris artificio esset inductum. Et pondera, quia tex. iste nullam facit mentionem quo ad casum nostrū de notorio, quod oritur ex probatiōe clara & iuridica: cū tñ ex ea inducatur etiā notoriū, ⸗ qñ nihil p ōt opponi* cōtra* talem probationē: vt puta, quia cōclusum est in causa: vt in.c.cū olim.de ver.sig.& no.do.de Ro.deci.cciij.& fortè ideò, quia sic nō oritur indubitata fornicatio, & expectāda est sciētia, quę de p-
5 ximo ferenda est. ¶ †In gl.j. ibi, in aliquo loco possunt celebrare; supple, alta & clara voce, sed submissa voce & clau-

ce & clausis ianuis hodiè licitè celebratur in loco interdicto, de quo dic, vt habetur in.c.fi.de senten.excom.li. vj. ¶ In glos.fin.ibi: *non debet in officijs euitari.* Intellige hoc, vt plenè dixi.in.c.vestra.s̃.eo. Abbas.

De clericis coniugatis Rubrica.

¶ Suprà visum est de clericorum & mulierum cohabitatione illicita, restat videre meritò de eorum cohabitatione licita. Vel sic, quia quandoq; clerici habitant cum mulieribus sine figura matrimonij: quandoq; verò contracto matrimonio: ideò cum in præcedenti rubrica fuerit visum de prima cohabitatione, an & quādo sit licita, meritò subijcitur de secunda. & maximè, quia poterat dubitari, nunquid clerici coniugati possint tenere beneficia & gaudere priuilegio clericali. ¶ Sed opponitur contra rubricam de superfluitate. Nam habemus hunc tractatum expeditum in Quarto lib.in tit.qui cleri.vel vo.ma.contra.pos.Sol.secundū Io. and.q; ibi principaliter tractatur de validitate matrimonij per clericum cōtracti: hîc verò principaliter tractatur, vtrum clerici coniugati possint tenere beneficia: vel non. Item, an gaudeant priuilegio clericali, & an teneātur deferre tonsuram: & incidenter tractatur de validitate matrimonij. Abbas.

ꝟ SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cōtractum à clericis in minoribus ordinibus constitutis, tenet: & ipsi dimittunt beneficia ipso iure. 4. Si verò fuerit in sacris, matrimonium non tenet.*
2 *Ordines sacri dicuntur à subdiaconatu suprà, per excellentiam, alij etiam sunt sacri: sed non illo modo.*
3 *Infra ista dictio, quid importet.*
4 *Statutum puniens delictum commissum intra.x.an. an comprehendat, qui est in.x.anno.*
5 *Vxoris appellatione, cōtinetur illa, cum qua est facta copula carnalis: & illa quæ per verba de futuro est desponsata.*
6 *Clericus, qui accepit vxorem per verba de futuro, non perdit ipso facto beneficia: si per verba de præsenti sic.*
Beneficium primum tunc vacat per adeptionem secundi, quādo ad secundum beneficiatus est penè translatus. 8.
7 *Clericus, qui accepit sponsam per verba de præsenti, si ante carnalem copulam, sponsa ingrediatur monasterium, adhuc non recuperat beneficia.*
8 *Clericus constitutus in sacris, contrahens matrimonium ipso facto perdit beneficia.*

CAP. I.

SI quis clericorum. ¶ †Matrimonium cōtractum per clericum existentem in sacris, non tenet: secus in minoribus: sed tunc cogitur dimittere beneficium. hoc dicit. duo sunt dicta: secundum ibi: *sed si.* ¶ Casus literalis. Dicitur hîc, quòd si aliquis infra sacros ordines vxorem acceperit, ad ecclesiastica beneficia dimittenda & ad vxorem retinendam compellatur. *Si* verò in sacris ordinibus constituti acceperunt vxorem: eam dimittant & pœnitentiam agant. Quod si facere noluerint, per sententiam suspensionis & excommunicationis compellantur. ¶ Primò no. q sacer ordo impedit, & dirimit matrimonium contrahendum. Idem facit professio facta tacitè, vel expresè in aliqua de religionibus approbatis. & vtrunq; probatur clarè in.j.de voto.lib.vj.
2 ¶ †Et not. q sacri ordines dicuntur subdiaconatus, & superiores. olim tamē subdiaconatus in primitiua ecclesia, non erat sacer ordo: sed posteà per constitutionem idem fuit statutū in eo, quod in diaconatu: vt in.c. miremur.de ser.non or.&.c.à multis.de ætate & quali & dicuntur isti sacri ordines per excellentiā. Nā omnes ordines sunt sacri: vt no.gl.xxxij.distin.in sum. sed isti dicunt sacri: quia magis participāt de sacramēto corporis Chri-

a ¶ Dictio infrà. Adde quod not. in apo.ad istum. in.c.ex parte.nu. 2.ij ver.dictio in fra. & ibi de dictione circa, & citra, & circiter .j. de resti.spo. Anton.Francisc. ¶ Quid significet dictio infrà: vi de Inn.in.c.audita. de exce.& plenè per Old .cōsi. suo.xlix.& adde quod exponitur quādoque infrà. i.post vel sub: vt p.d.Car.ī proœ. cle.in.§.nec sanè. & per eūdem in cle.j.in.§. præfatæ.de sta, mona.

ꝟ SEB. SAPIA.

b ¶ Vxoris. Vide latè per Feli.in.c. tertio loco.col.j. cum sequētibus. s̃.de præsum. vbi tradit, an si maritus lucratur partē dotis vxore mortua: lucretur etiā quando est mortua sponsa, & nū quid propriè appellatione vxoris veniat sponsa: tradit Iaso.in.l. Gallus.§. instituens. co.iiij. ff.de li.& posthu.

¶ Ipso facto. Ad de eundem consi. lxxxiiij.ij.lib.

ꝟ SEB. SAPIA.

¶ Adde Philip. Fran.in.c.j.nu.4. & ibi in apo.Cel si.in verf.sed ipse Ioan.And.eo.ti. tu.libr.vj.

φ ſi conſtitutus in ſacris de facto contrahit matrimoniũ priuandus eſt prõpter delictum beneficijs ſuis. Et ſentit φ opus eſt priuatione, ſcilicet per ſententiam. & ſic quòd non vacant ipſo iure, ſicut quando tenuit matrimoniũ. Ioan. andr. tenet, φ ipſo iure vacant: ne iſti ſint melioris conditionis, qui illicitè contraxerunt, quàm hi, qui licitè. c. eũ qui. de prẽben. li. vj. &. c. nuper. de biga. Sed ipſemet Ioan. and. aliud ſentit in. c. Ioannes j. eo. vbi latius attingit hunc articulum: ibi enim licet per multa verba cõcludit tria. Quandoq; enim matrimonium non tenet ex defectu cõſenſus: vt quia clericus erat furioſus: & beneficia non vacant. & hoc clariſsimum: quia non peccant. Quandoq; non tenuit ex defectu ætatis ſponſæ, vel ſponſi. & idem: quia iſta ſunt potius ſponſalia de futuro. c. j. de ſpon. lib. vj. Quandoq; matrimoniũ non tenuit propter ordinem ſacrum. & hoc caſu dicit, φ eſt priuandus beneficijs ſuis per ſententiam: niſi cum eo diſpenſetur: & poteſt ſecundum eum epiſcopus diſpenſare. arg. c. ſanè. ij j. eod. Niſi contraxiſſet de facto bigamiam: vt in c. nuper. de biga. & ſic ibi tenet opi. huius glo. & adde no. per Bar. brix. in. q. quæ incipit, clericus quidam. vbi concludit, φ ſi clericus contraxiſſet cum conſanguinea, perdit beneficia: [a] quia quantum in eo fuit, matrimonium contraxit. reſpondet ipſe, φ ibi ex alio defectu nõ tenuit matrimonium. ſ. propter conſanguinitatem. vnde clericus in minoribus ibi voluit omnino mutare vitam: ſed in caſu noſtro clericus in ſacris non potuit velle mutare vitã. ¶ Et ex his elicitur, quòd ſi clericus in minoribus ſategit contrahere matrimonium, ſed non tenuit ex alio defectu extrinſeco, perdit beneficia. Et iſtam gloſ. tenuit dominus Anto. hîc ſcilicet quòd conſtitutus in ſacris, non ſit priuatus, ſed priuandus. Et mouetur, quia cauſa priuationis elicitur ex. c. quod à te. &. c. diuerſis j. eod. quia aliàs non poteſt deſeruire vxori & beneficio: ſed in conſtituto in ſacris ceſſat hæc ratio: cum matrimoniũ non teneat, & compellatur dimittere vxorem. Ego tenerem aliam opi. φ ſit priuatus ipſo facto, ſicut ſi teneret matrimonium. Primò, quia vera ratio perditionis beneficij eſt tacita renuntiatio, ſeu habitus pro derelicto: qui cauſatur ex contractu matrimonij: cum elegerit actũ omnino contrarium clericatui: vnde quantũ in ſe fuit, habuit beneficium pro derelicto: ad hoc tex. in. d. c. ex tranſmiſſa. & quod not. Inno. in. c. j. de apoſta. &. d. c. cum renuntiatur. Item præſuppoſito, φ cauſa perditionis eſſet illa allegata per. d. Anto. nihilominus dicerem adhuc vacare beneficia ipſo facto. ¶ † Probatur per ſimile: per adeptionem ſecundi beneficij curati, vacat primum ipſo facto: quia redditur impotens ad ſeruiendum vtrique: vt in c. cum ſing. de præben. lib. vj. &. c. relatum. de cleri. non reſiden. cum ſimilibus: & tamen ſi quis adipiſcitur ſecundum de facto, vacat primum ipſo facto: vt in. d. c. eum qui. ad idem. c. quanto. de tranſlatio. præla. vbi Epiſcopus transferens ſe proprio motu ad aliam cathedram, caret habita & ambita: ita in propoſito in odiũ iſtius, qui voluit contrahere matrimonium carnale: cùm non poſſit: debeat tamen effectus ſurgere contra eum, ac ſi matrimonium tenuiſſet. Ex prædictis habes, an & quando ex contractu matrimonij clericus perdat beneficia ſua. An autem & quãdo perdat priuilegium clericale. Io. an. tractat in. d. c. Ioannes. & ibi dicitur. Abbas.

¶ Perdit beneficia. Adde Roma. conſil. cccl xv. Ber.

ZACHARIAS.

[b] ¶ Non poſsit eſſe vicarius Epiſcopi. Adde, φ poteſt eſſe vicarius epiſcopi habẽtis iuriſdictionẽ temporalem: vt not. iſte in. c. ij. col. iij. a verſi. quæro, nunquid laicus. & ibi Feli. nu. 6. co. iiij. verſicu. fillit primo. ſ. de iudi.

[c] ¶ De iure poſitiuo. Adde Pet. de Anchara. conſil. cxxxiij. vbi ponitur diſpenſari poſsit cũ illo, qui cognouit vxorẽ, poſtq; commiſit adulterium.

SEB. SAPIA.

[c] ¶ Poſitiuo. An irregularitas ſit de iure diuino? vide Feli. in. c. fi. col. iij. ver. extra materiã, ſ. de mario. & obed. & in c. quæ in eccleſiarum. col. vj. verſi. ſecunda concluſio. ſ. de conſtitu. vbi tangit, an Papa poſsit diſpenſare in omni irregularitate.

ZACHARIAS.

[d] ¶ Promoueri ad clericatum. Adde quod no. in apoſ. ad iſtum in. c. ij. nu. 1. in ver. ordinum executionem. j. de biga.

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus non promouetur ad aliquos ordines eccleſiaſticos nec ad beneficia, nec vicarius Epiſcopi. 2. niſi vouerit caſtitatem: & vnam tantùm vxorem habuerit. intellige hoc de vxore, vt nu. 3. & 4.*

5 *Bigamus, id eſt, ille, qui habuit duas vxores. & ille, qui habuit vnam non virginem, quare non poteſt ad clericatum promoueri.*

CAP. II.

1 SAnè. ¶ † Coniugatus ad adminiſtrationem, & ad ordinẽ eccleſiaſticum, vel beneficium non promouetur: niſi caſtitatẽ promittat: & non ſit bigamus. h. d. Primo dictum: ſecundò exceptio. ibi, *niſi*. ¶ Caſus literalis. Quia coniugati ad eccleſiaſtica beneficia promouebantur: præcipit Papa ne de cætero clericus coniugatus ad beneficia eccleſiaſtica, vel ad ſacros ordines, vel ad aliquam adminiſtrationem admittatur: niſi fortè caſtitatem vouerit perpetuam. & qui vnam tantùm, & virginem habuiſſet in vxorem. Ber. ¶ † Not. primò, quòd clericus coniugatus, nedum beneficia eccleſiaſtica: ſed etiam adminiſtrationem eccleſiaſticam habere poteſt. & puto, quòd per hoc verbum adminiſtrationẽ: ſit hîc caſus: vt non poſsit eſſe vicarius epiſcopi[b]. quod tenent do cto. in. c. j. eod. titu. lib. vj. ſed per alias rationes. Dicunt enim, quòd cum clericus coniugatus non gaudeat priuilegio eccleſiaſtico: niſi in duobus, de quibus ibi, inter quæ non reperitur iſtud, nõ poterit promoueri ad hoc officium. ¶ Nota ſecundò, quòd quandoq; clericus vouet continentiam expreſsè: & ſic tenetur non ſolùm ad continentiam ex conſtitutione eccleſiæ: ſed etiam ex voto: quod an ſit verum generaliter, dicam in. c. cum olim. j. eo. ¶ † Vltimò no. quòd coniugatus, qui contraxit cũ vnica & virgine, poteſt promoueri ad ordines: dummodo promittat conuenientiam. & intellige vxore mortua vel conſentiente: prout not. in gl. prima. Sed quæro, nunquid poſsit promoueri ad ordines minores? & dic, quòd non: vt in. c. fi. de temp. ordi. lib. vj. Vnde verbum ſacros ordines. capitur hîc generaliter: vt comprehẽdat omnes ordines. Et idem dic de beneficijs, vt indiſtinctè nullum beneficium poſsit habere in titulum: an autem diſpenſatiuè poſsit habere, dicetur in capitu. Ioannes j. eodem. ¶ In gl. ſecunda, ibi: *ſequeſtrato manſionis cubiculo*. Nunquid autem ſufficit ſeparatio, quo ad lectum tantùm: an debeat ſeparare ſe quo ad habitationem? dic, vt in glo. in c. epiſcopus benedictionem. lxxvij. diſtin. &. c. communio. xxxj. diſtin. Et generaliter, an & quando liceat alteri coniugum intrare religionem, dicetur in. c. ex parte. de conuer. coniuga. ¶ † In glo. fi. ibi: quidam dicunt, φ non poteſt &c. hanc opinionem tenuerunt Gof. & Hoſtien. qui multum in hoc inſtant. & probant per leges ciuiles, dicentes coniugatum non promouendum: niſi habuerit vxorem ex virginitate, non concubinam, in auf. quomodo oportet epi. § j. & in hoc multum inſtant. Sed opi. gl. noſtra, quæ infrà ſubijcitur, communiter tenetur. & licet Io. and. hîc tranſeat reci. d. Hoſti. tamen gl. ſua poſita in. c. vnico. eo. tit. lib. vj. tenet cũ opi. huius glo. & ibi vide latius. Idem ſentit gl. in. c. qualiter. xxx. q. v. & in. c. innotuit. de ele. optimè facit. c. tanta. qui fil. ſint legi. Nam fauore matrimonij fingitur matrimonium à principio fuiſſe contractum: & ſic eſt conformitas & vnitas inter iſtos. & multum mouet me in hac opi. φ hæc irregularitas ſit de iure poſitiuo: [c] quod nota. in. c. ij. de biga. Ideò cùm ſit odioſa: & contrahatur ſine delicto & ex permiſſione apoſtoli, debet fieri ſtricta interpretatio. no. Inno, in. c. ad audientiam. de homi. Iura ergo, quæ requirunt virginitatem tẽpore contractus, habuerunt reſpectum ad effectum: vt non dicatur corrupta per alium. vnde hæc opi. ſatis eſt æqua, & attendenda eſt multũ loci conſuetudo. ¶ † Et ſi vis ſcire, quare bigamus, vel corruptæ maritus nõ poſsit promoueri ad clericatum: [d] dic, quòd clericus debet eſſe miniſter Chriſti. i. ſacramẽti. Ideò indecens eſt illum promoueri, qui patitur aliquem defectum in aliquo ſacramento: ſicut patitur ille, qui diuiſit carnem ſuam in plures: vel habuit corruptam. Nam matrimonium eſt maximum ſacramentum in eccleſia: vt in c. debi-

c. debitum. de biga. coniunctio carnalis deſignat conformitatem, quæ eſt inter Chriſtũ & eccleſiam militantem per aſſumptionem carnis humanæ. vnde ſicut fuit caro vnica & pura: ita vnicum debet eſſe matrimoniũ & purum ad hoc, vt eccleſia rectè illam vnitatem poſsit præfigurare. & de hoc vide latius in. d. c. vt debitum. & per gloſſ. in. c. quapropter. xxvij. q. ij. Eſt etiam in matrimonio cõiunctio animorum, per quam deſignatur charitas ſeu coniunctio in charitatè inter Deum & fidelem animam. Eſt ergo matrimonium maximum ſacramentum: quia deſignat illas duas res ſacras, de quibus ſuprà dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus conſtituti, contrahentes matrimonium, priuantur beneficijs, & recuperant, ſi qua bona dederint eccleſiæ. 24.*

3 *Caſtè viuere dicitur mulier, quæ tranſit ad ſecunda vota: & non perdit relictum ſibi factum, cum conditione, ſi caſtè vixerit. niſi aliter ſenſerit teſtator: vel communis vſus loquendi.*

4 *Donans aliqua bona alicui collegio, vel monaſterio, ſi inde poſteà exierit, an & quo caſu recuperet bona illa donata?*

5 *Oblatus alicui monaſterio, dando ſe & ſua, intantum efficitur ſeruus illius monaſterij, vt non poſsit tranſire ad ſtrictiorem religionem.*

6 *Monachus, ſi ante profeſsionem mortuus eſt, an ſuccedat monaſterium, an hæredes ſanguinis.*

7 *Monachus fugitiuus quicquid acquirit, acquirit monaſterio, de quo aufugit: & Abbas poteſt ipſum vendicare cum omnibus bonis quæſitis.*

8 *Monachus ingrediens religionem ſtrictiorem, vel factus Epiſcopus alterius eccleſiæ, recuperat bona patrimonialia in primum monaſterium translata, & alteri acquirit.*

CAP. III.

1 QVod à te. ¶ † Si clericus in minoribus beneficiatus matrimonium cõtrahit, priuatur beneficio. & quod dedit eccleſiæ, ſibi reſtituitur. h. d. & in hoc vltimo eſt caſus not. & multum alleg. Communis diuiſio. Secunda ibi, *id volumus*. quæ ſubdiuiditur in duas partes. Secũda ibi: *ſanè*. ¶ Caſus literalis. Quidam clerici in minoribus cõſtituti accipiebant vxores: dicentes quòd non poterant continere: quæritur vtrum debeant beneficia retinere? Reſpõdet Papa, quòd ſunt beneficijs eccleſiaſticis ſpoliandi: quia carnalibus deſiderijs & diuinis officijs ſeruire non poſſunt propter immũditiam ipſorum. Veruntamen, ſi eccleſijs illis, in quibus intitulati fuerant de poſſeſsionibus: aut alijs bonis aliqua contuliſſe noſcuntur: cum ab earundem miniſterio fuerint à beneficio ſequeſtrati, bona illa reſtituãtur eiſdem. Ber. ¶ Primò not. quem non poſſe deſeruire carnalibus deſiderijs & diuinis officijs. & hęc fuit vna cauſa quare clericis fuit indicta continentia. Ad idem. c. diuerſis fallacijs j. eod. titu. ¶ Secundò not. φ coniugatus dicitur immundus reſpectu diuinorum. Et facit ratio text. contra clericos orientales: vt nõ ſint ita mundi & ita diuinis intenti, quemadmodum clerici occidentales legitimè continentes. [a] ¶ † Vltimò not. φ conferens tempore ingreſſus aliqua bona collegio, poteſt inde recedens illa repetere. ad idem. l. j. ff. de colle. illi. & an hoc ſit verum indiſtinctè j. ſubijciam cum gl. ¶ In glo. ſuper ver. *valentes*. in fine. not. bene gloſſ. iuncto text. Ex qua collige, quòd conſuetus peccare, difficulter à peccato abſtinet. vnde alibi dicit text. pulchrè: Humanæ naturæ eſt, conſueta ſumma affectione diligere: & abhorrere, quæ in diſſuetudinem abierunt. xxiij. qõ. vj. ſ. finali. Et habes vnum modũ, ex quo difficile ſeruatur continentia: ſecundum collige ex. c. eccleſiæ Principes. xxxv. diſtinct., videtur propter delicias & epulas. ad idem. c. à crapula. de vi. &

3 hone. cle. ¶ † In gloſ. ij. ibi: *caſtitas eſt cum propria vxore*. no. bene glo. & habes tex. valde not. in. c. Nicena. hîc alle. & non eſt alibi ita tex. expreſsus. & alleg. iſtum tex. Bart. in. l. mulier. § cũ proponebatur. ff. ad Treb. ad. q. vt vxor non perdat relictum ſibi factum, ſi caſtè vixerit, trãſeundo ad ſecunda vota[b] niſi aliud ſenſerit teſtator, ſeu aliud habeat communis vſus loquendi. & idem not. Barto. C. ſi ſecundo nupſ. l. j. & facit ibi text. cum authoritate ſua: ſed apertè probatur in. d. c. Nicena. Nam græci coniugati caſtitatem ſeruant: aliàs non poſſunt fungi ſacerdotio cum comparentur Dijs & Angelis, ratione officij ſacerdotalis. c. cum ex iniuncto. de hær. Poſſes etiam aliter reſpondere ad tex. quòd quando frequenter etiam cũ vxore peccatur, videntur immundi ad miniſtrãda ſacramenta. Et an & quãdo peccet maritus cubando cum vxore: vide. xiij. diſtin. nerui. xxxiij. q. iiij. c. vir cũ propria vxore. & ibi in ſumma. & glo. valde not. quæ ponit quatuor cauſas, ex quibus vir nõ commiſcetur cum vxore. xxxij. q. ij. c. quicquid. dico plenè ſuper rub. de ſponſa. Et in fi. glo. Boati. ponit hîc. viij. cauſas, quare clerici continere debent. ¶ Prima quia debẽt pacare Deum orationibus, & non poſſunt pacare, niſi ei placeant. iij. q. vij. in grauibus. pacare autem nõ poſſunt, ſi carnaliter viuunt. ¶ Secunda, quia Deus ſpiritus eſt: ideò ipſi Deo dediti ſpiritualiter, nõ carnaliter viuere debent. ¶ Tertia, quia ſunt ſodales Angelorum, ſeruiunt enim Deo, cui & illi deſeruiunt. Quarta, quia intendunt generationi ſpirituali. ideò ſpiritualiter viuere debent. Quinta cauſa, cum ſancta miniſtrent, ſancti eſſe debent. vnde dicit Deus: Sancti eſtote: quoniam ego ſanctus ſum. lxxxij. diſtin. plurimos. &. c. ſequenti. Sexta, cum alios mundent. j. q. j. c. ipſi ſacerdotes debent ipſi eſſe mundi. Septima, quia habent ſponſam, ſcilicet ſapientiam, ſeu Dei eccleſiam. Octaua & vltima: vt ex toto ſint ipſius Dei, & non diuiſi. nam coniugati ſunt diuiſi in duo: vt in. c. diuerſis. præalleg. Et iſtæ rationes ſatisfaciunt, vt & orientales clerici debeat ſeruare continentiam: non tamen peccant nõ ſeruando. c. cum olim j. eod. Per hoc dico, quòd licet clerici redderentur meliores ſeruando continentiam, tamen ſi contraherent coniugia licita, nõ peccarent. per. d. c. Nicena. ſi conſtitutio eccleſiæ non obuiaret. ¶ † In gloſſ. fi. not. hanc glo. vſq; ad fi. ad quam quotidie fit remiſsio, & ponit quatuor ſolutiones ſatis ſubtiles. Prima ſolut. quòd ſi ſua ſponte recedit[c] non recuperat bona: ſecus ſi cum authoritate ſuperioris. &c. glo. improbat hanc ſol. quia iſte clericus, de quo hîc, ſine culpa receſsit ab eccleſia: & nihilominus bona ſua recuperat. hæc impugnatio glo. communiter impugnatur à doc. quia ſi clericus in minoribus non valet continere: licitè contrahit matrimoniũ: imò eſt cõſilium apoſtoli: vt quiſq; habeat ſuam, ſi aliter fornicationem vitare non poteſt. xxviij. diſtinct. c. de his. Item ſi eccleſia retineret iſtius bona, compelleretur indi rectè ad deſiſtendum à matrimonio. quod fiendum non eſt: cũ integritas corporis debeat perſuaderi, non autem imperari. xxxij. j. integritas. & ideò hæc prima ſolutio ſatis poteſt ſaluari in caſu ſuo: vt j. dicam. ¶ Secunda ſolutio eſt, φ aut donatio fuit facta tempore ingreſſus: aut ſine aliquo ingreſſu. Primo caſu reuocatur donatio reuocato ingreſſu, vt hîc: & in concordan. ſecundo caſu non. Et no. bene hanc ſolu. ex qua collige, φ donans bona ſua alicui collegio, & collegium intrans; videtur donaſſe intuitu ingreſſus. ¶ Tertia ſo. eſt, φ de miſericordia fit reſtitutio bonorum: ſecus de iure ſtricto. Contra hanc ſol. facit iſte tex. qui non vtitur verbo ſapiente indulgentiam: imò potius contrarium, dum dicit: *recta via debent redire. &c.* & maximè hoc innuit verbum, debet: quod ex proprio ſignificato importat neceſsitatem vt no. glo. in cle. attendentes. de ſta. reg. per Bart. in. l. iij. C. de pigno. ¶ Quarta & vltima ſol. diſtinguit inter col

[a] ¶ Continentes. Adde, quòd ideò cõſuluit Bal. conſil. cclxiij. ij. libr. φ non gaudent orientales eo priuilegio, quo occidentales. Ber.

ZACHARIAS.

[b] ¶ Tranſeũdo ad ſecunda vota. Ad de quod nota. in apoſ. ad iſtum in c. vt clericorum. nu. 5. in apoſt. in ver. caſtè vixerit. vbi limito hoc dictum. ſ. de vit. & honeſ. cle.

SEB. SAPIA.

[c] ¶ Recedit. Quãdo recedens de collegio recuperet bona ſua, quę contulerat, tradit remiſsiuè Feli. in c. cum dilecta. col. fi. verſi. quid autem ſi vnus. ſ. de reſcrip.

SEB. SAPIA.

a ¶ Vnde viuat. Vide quod scribit do. Abb. in. c. de hoc. paulo ante fi. nem. j. de simon. & Card. in consi. xxj. inci. quidam nomine Laurentius. & in consil. xxx. incip. quidã frater.

b ¶ Non fecit. Ad. de Cald. in pluribus suis consilijs de regularibus.

SEB. SAPIA.

c ¶ Secũdus casus. vide Iaso. in auc. ingressi. co. pe. C. de sacrosan. eccle.

d ¶ Fugitiuus. Ad de Pet. de Anch. consi. cccx. Ber.

e ¶ Ardua in facto. Adde, ꝙ Ant. de But. consi. lxxvj. incipi. monialis sanctissimæ vitę, tenet bona remanere primo monasterio, dato vsu fructu secũdo monasterio: ne illi sit onerosa. & videtur æqua opin. Anton. Francis.

¶ Circa hoc si monach⁹, vel monialis facit transitum ad aliud monasteriũ strictioris regulæ, cui applicentur bona, quæ forsan erant apud primũ monasterium: per ea quæ habentur in c. in præsentia. de proba. & in auc. ingressi. C. de sac. sanct. eccles. videquę plenè no. in. c. licet. de regul. & Bald. in. l. j. C. cõi. de ma. & eundem in. l. cũ in adoptionis. in. v. cõlũ. C. de adop. & satis placet ea opi. ꝙ bona tanquam accessoria ad monachum seu monialẽ, debeant ipsum sequi. Ad quod etiam vide Bar. in l. si communis. in fin. ff. de stip. ser. Ne ipsum monasterium ad quod facit trãsitum, patiatur damnũ ex illius ingressu. de quo vide per Ange. Paul. de ca. & Alex. in. l. cui fundus. in. §. j. in fi. ff. si cer. peta.

lationem bonorum expresè factam, & tacitam: vt primo casu non sit locus receptioni: secundo sic. & ita gl. vi detur intelligere istum tex. Sed certè hæc lect. non congruit literæ quæ loquitur de expressa collatione: vt patet ibi: aliqua contulisse noscuntur, sed certo casu ista est bona consideratio: vt j. dicam. ¶ Hosti. hîc & Ioan. and. post eum distinguit: ꝙ aut quæritur de ingrediente religionem, aut ecclesiam secularem. Primo casu, si nõ fecit professionem, omnia bona recuperat inde recedens. ar. c. super eo. &. c. statuimus. de regulis. Si verò fecit professionem: tunc si recesit licitè, recuperat bona: vt hîc: & in capitu. ex transmissa. de renunciatio. cum si. secus si illicitè: puta sine superioris licentia. argument. c. licet. de regulis. De ingrediente ecclesiam secularem, dicunt quòd aut tacitè bona sua transiuerunt in ecclesiam: & illa recuperat inde recedendo. arg. in. d. c. ex transmissa. dicit tamen Ioan. and. & bene, ꝙ non videt quomodo bona clerici secularis tacitè transeant in ecclesiam: cũ in eis non habeat locum auc. ingressi. C. de sac. san. eccle. quę dicit, quòd cum sint capaces bonorum, remanserũt illa penes eos: nisi de facto aliud fuerit obseruatum. Si verò bona contulit expresè: tunc de misericordia illa recuperat si non habet vnde viuat[a]: secus autem de iure stricto faciunt iura pro & contra. allega. in glos. sed certè hoc potest reprobari per istum text. vbi expressa fuit facta donatio: & tamen reuocatur: nec apparet de aliqua misericordia: & in hoc multi multa dicunt. Sed vt clarè habeas materiã, expedio per aliquos casus. ¶ †Primus, quando quis intrauit religionem, & non fecit[b] professionem: & in hoc considera: quia aut non fecit professionem, quia fuit oblatus dando se & sua plenè monasterio: & iste amplius nõ reuocat. Est enim quasi seruus monasterij: ideò vt dicit gl. in. c. vt lex continentiæ. xxvij. quæstio. j. in gl. per ver. professi. quòd non potest inde recedere, etiam causa strictioris religionis. quod est valde sin. si est verũ. Archi. tamen ibi transit. Sed vide quod dico in. c. in præsentia. de proba. Nam posset æquiparari quo ad casum nostrum alteri monacho. de quo j. dicam. † Aut non fecit professionem: quia ibi est mortuus. & est no. dubiũ, vtrum bona debeant redire ad hæredes sanguinis, aut ad monasterium: de quo in auc. ingressi. præalleg. & d. c. in præsentia. & dic, vt ibi. Aut professionem nõ fecit. quia inde recesit: & considera, quòd aut donauit omnia bona sua expresè, & in dubio videtur donasse ratione personæ: quia non est verisimile, quòd spoliasset se omnibus bonis non transeundo: ideò reuocat recedendo. facit quod in simili not. Bar. in. d. auc. ingressi. Videt enim donasse causa mortis: vnde tali morte nõ secuta per professionem, potest reuocare, sicut seruatur in donatione facta causa mor. vt. l. non omnis. ff. si cer. pet. Si verò donauit aliqua: tunc videtur donasse, non causa ingressus. ar. eorum, quæ not. in. c. beneficiũ. de re. lib. vj. & c. constitutionem. eo. titu. & li. Tacitè verò bona huiusmodi non transeunt in monasterium: sed manent penes eum, ex quo non est professus: vt. d. c. beneficium. ¶ Secundus casus[c] est, quando intrauit monasterium, faciendo professionem. quo casu considera, ꝙ aut professio non tenuit, aut sic. Primo casu bonaquæ tacitè transiuerunt, redeunt ad personam suam: & hoc casu serua vltimam sol. glo. quia accessorium sequitur suum principale. Aut expresè contulit: & si credebat professionem tenere, reuocat illa bona: quia videtur causa mortis mundanæ donasse: vt. s. dixi. & bene facit. l. si pater. C. de hære. instit. vbi patet, quòd si instituo aliquem credendo illũ filium meum: auferuntur demum illi bona: si constat eum non esse filium. Si verò sciebat professionem nõ tenere, non reuocat: quia videtur in omnem casum donasse. arg. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. & hoc voluit Bernar. in d. aut. ingressi. Et de facto accidit ista quæstio hoc anno in hac ciuitate. Si verò professio tenuit: aut inde egreditur propter peccatum suum: vt quia collocatur in alio monasterio ad agendum pœnitentiam: & dantur dona secundo monasterio quo ad vsumfructũ: vide tex. cum glo. not. c. de lapsis. xvj. qõ. vj. Sed post mortem naturalem vsusfructus redibit ad primum monasteriũ: & consolidabitur cum proprietate bonorum: vt ibi. † Aut inde egreditur capiendo fugam, & bona non recuperat: imò quocunq; accesserit, potest Abbas eum vendicare, cum omnibus bonis per eum acquisitis. xviij. q. ij. c. abbates. ¶ Ex quo no. ꝙ quicquid acquirit monachus, etiam fugitiuus, 4acquirit monasterio: quãtuncunq; sit in partibus remotis: vt in. d. c. abbates. Aut inde † egreditur licitè: puta transeundo ad monasterium strictius, vel promouetur in prælatum alterius ecclesiæ: & tunc est pulchrum dubium, quid de bonis, quæ transiuerant in primum monasterium. Nam aliqui moderni volunt, quòd debeant remanere penes primum monasterium: & quic quid posteà acquirunt, cedat secundo monasterio, seu ecclesiæ: pro quo prima fronte videtur tex. pulcher in. c. j. xviij. qõ. j. Alij dixerunt indistinctè, ꝙ bona debent cum persona transire. & quòd illud. c. vnicum procedit in bonis acquisitis industria monachi: quia illa remanent penes primum monasteriũ: secus in patrimonialibus: quia illa videntur semper accedere ad personam monachi: licet expresè fuerint collata tempore ingressus ratione prædicta. & hanc fi. opi. tenuit hîc consulendo do. Car. sed Pe. de perusio tenuit primam. & q. aliàs fuit ardua in facto. [c] Mihi multum placet hæc opi. secunda: scilicet, ꝙ bona patrimonialia sequantur personam. ar. hîc, &. d. c. ex transmissa. & l. j. ff. de colle. illi. Item adducofubtiliter in arg. tex. illius. c. j. vbi dicitur, ꝙ monachus factus Episcopus potest adire hæreditatem paternam sibi delatam quam acquirit episcopatui, & non primo monasterio. Ecce ergo, ꝙ illa spes succedendi patri, qui trãsiuerat in primum monasterium. iuxta not. per Inno. in. c. in præsentia. de proba. sequitur personam monachi. Hoc autem intellige, quando donatio fuit facta tacitè, vel expresè: ita, vt ex coniecturis appareat, quòd ratione ingressus, fuit facta, puta tempore ingressus: sed vbi non habita ratione ad ingressum: puta, quia longè ante ingressum: vel subsit alia coniectura, non fit reuocatio: licet transferatur inde persona: nisi de misericordia. & hoc casu serua tertiam sol. glo. quia nõ possunt dici hæc bona accedere personæ: propter diuersitatẽ temporum. arg. c. dudum. de conuer. coniu. ¶ Tertius casus principalis est in clerico seculari, vel in laico intrante ecclesiam secularem: & de bonis laici oblatis tali ecclesiæ, vide gl. j. d. c. vt lex. Et satis puto, ꝙ in bonis istorum possit fieri in effectu præcedens distinctio. Si enim sunt accessoria ad personã, tacitè vel expresè possunt reuocari inde recedente persona: vt hîc &. d. c. ex transmissa. & d. l. j. de colle. illi. secus vbi non esset accessoria ad personam: nisi de misericordia fieret restitutio. Et hæc nota, quia sæpe accidunt &c. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus constitutus in sacris, qui de facto contraxit matrimonium: peracta pœnitentia, potest ab Episcopo restitui, etiam ad beneficia. si verò occultè contrahit, non indiget indulgentia, facta pœnitentia. 4.*

3 *Clericus in sacris contrahens matrimoniũ, ipso facto est suspensus, non illa suspensione, quæ inducit irregularitatem celebrando: sed tanquam notoriè criminosus.*

4 *Clericus in sacris magis peccat contrahendo matrimoniũ, quàm committendo adulterium.*
Delictum regulariter præsumitur grauius ex maioritate pœnæ.

5 *Clericus contrahens nuptias, vel tenens concubinas, debet cacere officio & beneficio.*

CAP.

CAP. IIII.

1 SAnè. ¶ †Peracta pœnitẽtia dispensant Episcopi cũ sacerdotibus, qui matrimonium de facto cõtraxerunt. h. d. ¶ Casus literalis. Quidam sacerdotes contraxerunt nuptias, quæ potius contubernia sunt dicenda: propter quòd ecclesijs suis fuerũt spoliati. quæritur vtrum possit Episcopus cum talibus dispensare? Respondet Papa, ꝙ post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, continentes, possunt per Episcopum ad officium suum dispensatiuè restitui, & eius executionem habere. Ber.

2 ¶ †Primò no. arg. optimum, & quasi expressum in tex.

a ꝙ clericus in sacris contrahendo matrimoniũ,[a] de facto perdit executionem officij sui: & sic videtur ipso facto suspensus: adeò, ꝙ nisi ex dispensatiõe amplius officium exercere non potest. Et intelligo, quòd est suspensus, nõ illa suspensiõe, quæ inducit irregularitatem in celebrante. & quia hoc nullibi expresè cauetur. & sic stat. c. isqui. de sent. excom. lib. vj. sed est suspensus, sicut quilibet notoriè criminosus. c. fi. s. titu. j. & de temp. ord. c. fi. ¶ †Secundò no. casum, in quo episcopus dispensat. & si teneas hoc peccatum esse grauius adulterio: dic, ꝙ ideo Episcopus dispensat: quia reperit hoc expresè concessum. aliàs secus: vt in. c. at si clerici. de iudi. Et licet hîc sint opiniones, an grauius peccet contrahendo matrimonium de facto, an committendo adulterium. Ego crederem, ꝙ grauius peccet contrahendo matrimoniũ: quia videtur hoc casu apostatare: & colligitur ex maioritate pœnæ. Nam & mulier, & filij inde nati efficiũtur serui ecclesiæ: vt in c. cum multæ. xv. q. fi. quod nõ contingit in adultera: nec in filijs susceptis de adulterio: vt ibi not. & dixi in. c. ij. s. tit. j. In dubio colligimus maioritatem delicti ex acerbitate pœnæ. xxiiij. q. j. non afferamus. l. reficiendum. ff. de pœnis. Quandoq; tamen fallit hoc arg. vt. l. aut facta. in fi. ff. de penu. leg. & not. in. c. latorẽ. &. c. admonere. xxiij. q. ij. ¶ †Vltimò, hîc opp. de. c. fi. de tempo. ordi. vbi nulla requiritur dispensatio. dicunt docto. ꝙ aut crimen est notorium: & habet locum quod hîc dicitur: aut occultũ & procedit contrarium. Et not. bene hanc solu. quia ille tex. expresè non loquitur in casu nostro. Et ex hac solu. habes, quòd si clericus occultè contrahit, non indiget indulgentia post pœnitentiam. ¶ †Et vide ad materiã bonum tex. in. c. decernimus. xxviij. distin. vbi dicitur, ꝙ cõtrahens nuptias, vel tenens cõcubinam, careat officio & beneficio. quem tex. not. bene. Extendit enim. c. ex parte Adę. de test. & dat intellectum ad istũ tex. & sic intelligo Inn. & Hosti. qui nimis generaliter loquũtur. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus perdunt beneficia si' contrahunt matrimonium: si verò illa habuerint post matrimonium contractum: non auferuntur ab illo, qui contulit, sed à superiore.*

2 *Clerici beneficiati, qui non dixerunt officium, an teneantur ad restitutionem fructuum?*

3 *Papa promouendo, vel eligendo inhabilem, videtur cum eo dispensare: inferior verò non.*
Dispensatio facta à principe sine causæ cognitione, valet: facta ab inferiore à principe, non.

4 *Conferens beneficium, non potest ipsum reuocare, si collatio fuit facta inhabili: sed superior reuocabit. Intelligo, nisi conferẽs beneficium fuerit Papa. per ea, quæ dicuntur. s. nu. 2.*

5 *Contractus initus cum ecclesia nõ potest per partem, quæ cum ea contraxit retractari: sed ipsa ecclesia potest approbare, vel improbare: quia de eius fauore agitur.*

6 *Contra factũ propriũ, an quis possit venire? vide hîc remissiuè.*

CAP. V.

1 DIuersis fallaciis. ¶ † Clerici in minoribus beneficiati, qui matrimonium contraxerunt: beneficijs spoliantur. h. d. Vel sic & pinguius. Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contractus matrimonij: collata verò postmodũ scienter per episcopum per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. h. d. Diuiditur. Nã primò narrat factũ, quod secũdò improbat, ibi: *cumergo.* duas rationes reddens. & illud per Diocesanum corrigi mandat, vnum casum excipiens ibi: *nisi.* ¶ Casus literalis. Quidam clerici contraxerunt matrimonium, nihilominus beneficia ecclesiastica retinere cõtendunt: quæritur quid iuris sit? Dicit Papa: cum ergo vir cogitet quomodo placere possit vxori: & ideo circa ea, quæ Dei sunt minus valeat cogitare: quia quasi in duo diuisus, plenam sui non habeat potestatem. vt ergo ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur: mandat Episcopo noruicen. quòd huiusmodi clericos ecclesiasticis beneficijs debeat spoliare: appel. remota: præsertim cum ecclesiasticarum rerũ substantia per tales soleat perire: nisi ipse illis scienter contulerit beneficia: & tunc non per ipsum, sed per suum superiorem spolientur beneficijs eisdem. Ber. ¶ Primò not. ꝙ coniugatus non potest perfectè tendere in vitam contemplatiuam, oportet enim eum esse actuum circa vxorem, & rem familiarem: nam multa sunt onera matrimonij, qui bus consideratis: inquit apostolus. ¶ Si talis est causa viri ad vxorem, nõ expedit nubere. xxxij. q. vij. omnes causationes. Et ex hoc infertur, quòd cum studium alicuius scientię requirat hominem totum, & contemplatiuum, non valet coniugatus vacare studio. Vnde vt narrat Hiero. contra Iouinia. Cicero post repudium Terentiæ rogatus ab Hircio, vt suam sororem duceret in vxorẽ: nequaquã annuit: dicens se non posse vxori pariter & philosophiæ operam dare. quod not. ¶ Secundò no. duas causas, quare clericus coniugatus non potest habere beneficium ecclesiasticum. Prima, quia nõ potest perfectè famulari: cum nõ habeat ex toto sui corporis potestatem. Secunda, quia amore filiorum, & coniugis ecclesiarum substantia solet per tales dilapidari. vide. j. q. iij. peruenit. vbi dicit glo. quòd Episcopi efficiuntur cœci in dissipando bona ecclesiæ amore nepotum: fortius amore filiorũ a efficiuntur omnino cœci, si essent legitimi, & naturales. Tertia causa colligitur ex. c. quod à te. s. eo. Nam coniugatus reputatur immundus respectu obsequij spiritualis: cum intendat carnalibus desiderijs. Et adde alias causas, quas dixi in. d. c. quod à te. ¶ Tertiò nota ibi: *plenam* b *sui &c.* quod non solũm vxor dicitur non habere potestatem sui corporis: sed etiam maritus. ad hoc. c. non debet. de consan. & affin. Non enim iudicantur ad imparia maritus & vxor, quo ad onera matrimonij. c. quanto. & c. gaudemus. de diuor. Versat enim in matrimonio mutua seruitus, & mutua possessio. vnde qui possidet, possi def. s. de restitu. spo. c. ex transmissa. &. c. ex conquestione. eo. tit. ¶ †Item no. ibi: *à quo stipendium &c.* ꝙ clerici beneficiati dicuntur stipendiarij Dei, & datur eis stipendium ratione famulatus. Et ex hoc potest adduci hęc litera multum strictè pro opi. Cald. in. c. j. de celeb. miss. vbi tenuit clericos teneri ad restitutionem fructuum beneficiorum, qui cessauerunt à diuino officio, licet aliqui contra: vbi latius dicam. Sed hæc litera potest adduci in ar. modo prædicto. Videntur enim eis beneficia collata ob certam causam. s. vt famulentur Deo. ergo causa cessante competit repetitio. ff. &. C. de condi. ob cau. per totum. Hanc tamen opi. non firmo, sed dicam, vbi suprà remisi. ¶ Vltimò potes notare, ꝙ Episcopus nõ potest clericos coniugatos reddere capaces beneficiorũ. Nunquid aũt possit aliquo casu dispensare: dicam in. c. Ioãnes j. eo. vbi communiter tenetur, ꝙ dispensat in minoribus beneficijs: vt ibi latius. ¶ †Et illa opi. præsuppositа collige ex tex. vnum bonum dictum, ꝙ superior exercens actum cum subdito, contra legẽ eo casu, quo dispensare potest, non videtur in dubio dispensasse. [b] Inn. tamen tenuit con- b

a ¶ Contrahendo matrimoniũ. Ad de Feli. plenè. in. c. ita nos. col. iij. vers. in tex. ibi pro periurio. s. de iureiur.

b ¶ Dispensasse. Ad de Old. latè consi. cccxxv. vsque ad cccxxxij. Roma. consil. cccxcvj. & cccvij. Ber.

tvarium: ſed primum ipſe tenuit in.c. veniens .de ſi. præſby. ¶ Sed contra hoc poteſt op. de not. in.l. quidam conſulebat. ff. de re iud. &.l. Barbarius. ff. de offi. præſi. Solu. ſentit hîc Hoſtiē. q aliud in Principe, aliud in inferiore: cui ex gratia permittitur diſpenſatio. Et placet in effectu hæc ſol. & declara eam ſic: In diſpenſatione Principis neceſſariò non requiritur cauſæ cognitio:[a] ſed ſufficit ibi ſola voluntas: vt no. Inno. in.c. cum ad monaſterium. de ſta. regu. Ideò ſatis eſt qualitercunq; pateat de voluntate principis. & ſatis dicitur patere, ſi ſciēs inhabilem eū pro mouit ad officium ſibi legibus interdictū: ſed in diſpenſatiōe inferioris requirit neceſſariò cauſæ cognitio. Nā diſpēſare, eſt diuerſa pēſare. vnde ex proprio ſignificato vocabuli, diſpenſatio videtur conceſſa cauſa ſubſiſtente & cognitione præcedente. An expediat ſic diſpenſare: vi de bo. glo. j. q. vij. * c. requiritis * . § . niſi rigor. & per Inn. in. d. c. cum ad monaſterium. Si ergo iſte cui conceſſa eſt diſpenſatio, non adhibuit cauſæ cognitionē, non poteſt dici diſpenſatio, ſed diſſipatio: & debet tūc reuocari per ſuperiorem: vt hîc. & ille eſt puniendus: quia fecit actum contra legem in caſu non permiſſo. De quo vide plenè quod leg. & not. in. c. at ſi clerici. § de adulteriis. de iud. & vide quod not. in. c. ij. de ſchiſ. vbi plenè not. an & quādo videatur diſpenſare ſuperior veniendo contra legem. Et ſic ex his apertè aperitur intellectus huius. c. Nā præſupponendo, q Epiſcopus potuiſſet hîc diſpenſare, tamē ex quo non egit diſpenſare nec adhibuit cauſæ cognitionē, non valet talis collatio. ¶ † Sed tunc remanet dubium, quare ipſemet nō poſsit talem collationem reuocare: ex quo viribus non ſubſiſtit: hoc examinatur in gl. ma. dicere prout hîc ſentit. Hoſti. q ex quo quis agit actū, in quo potuit diſpenſare, licet diſpenſatio non teneat, quo ad ſuperiorem: quia non ſeruauit ſeruanda: ipſe tamen cōtrauenire non poteſt: quia quantū in ſe eſt, actum approbauit. & tene menti ſemper hāc ſol. quia facit ad multa. Indignum enim eſt reprobare mores illius, quos quantū in ſe fuit, approbauit ſemel. ad hoc. l. ſi vxor. ff. de adul. xxxij. q. v. c. horrendus. iiij. q. iij. ſi quis teſtibus. Potes addere alium notabilem intellectum: videlicet q hæc diſpenſatio non tenuit quo ad ſuperiorem. vnde nullitas hæc inſurgit fauore tertij: quo caſu non poteſt is qui actum explicauit, fundare ſe ad irritationem actus, ſuper iure tertij. ad idem. l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. da. ma. & optimè facit tex. xij. q. ij. c. ſi qua de rebus. † & quod not. gl. in c. j. ne ſe. va. Vbi ſingulariter habetur, q recipiēs rem eccleſiaſticam ex contractu emptionis in fauorem eccleſiæ nullo modo poteſt allegare nullitatem ad retractationē actus, ſed ipſa eccleſia de cuius fauore agitur, poteſt actū approbare, vel improbare. Ex quibus habes ſuccinctè duos intellectus ad fin. huius tex. Tertius intellectus eſt, vt ſit in odium & opprobrium Epiſcopi, vt factū ſuum emendetur per ſuperiorem: ſed præcedentes ſunt notabiliores. ¶ In glo. j. in fi. hoc dictum gloſ. non eſt verum. Nam Epiſcopus & quilibet Prelatus habens iuriſdictionem contentioſam, ſeu ſpiritualem, eſt ſimul actiuus & cōtemplatiuus. Actiuus eſt, inquantū intendit ſaluti proximorum. Contemplatiuus verò, inquantum contēplatur Deum, & ſuperiora. Vnde Moyſes, qui fuit Deo cōiunctiſſimus, fuit actiuus & contemplatiuus. Nam certo tempore aſcendebat in montem ad contemplandum: reliquum verò expendebat ad ſalutem proximorū. de quo in. c. niſi cum pridem. de renun. facit quod no. in. c. licet. de regu. Vnde Ioan. Andr. aliter intelligit. Dicit enim, q per cytharam deſignatur vita actiua, ſeu laicalis: vt etiam dicit glo. & hoc quia cythara dicitur inſtrumentum habens plures, chordas & ſonum valde clamoſum: ideò deſignat vitam laicalem multis motibus, & occupationibus deditam. ¶ Pſalterium verò, quia eſt inſtrumētum habens ſonum tenuem, & exilem: deſignat vitam clericalem ſeu contemplatiuam, quæ eſt multum ſuauis, & quieta. Senſus ergo literæ eſt, q in coniugato iſta non bene concordant: quoniam coniugatus propter immunditiā ſuam & alias rationes, de quibus hîc, non eſt aptus ad ſeruiendum eccleſiæ: & ſic ad ducendam vitā clericalem: ſed in clerico non coniugato iſta duo bene concordant. Nam clericus quantū in ſe eſt, debet eſſe actiuus & contemplatiuus. Nā ſi ſibi loquitur prædicando, & non operatur, comparatur cytharæ. ſi verò bene operatur, & nō loquitur, æquiparatur pſalterio: & ideò alibi dicit tex. q ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt. ij. q. vij. c. ſancta. ¶ † In gl. ſuper verbo, *non per te*. in fi. Not. Glo. pro intellectu iſtius brocardi: cum quæritur: nunquid quis poſsit venire contra factum proprium[b]: de quo plenè per Io. cal. in. c. ſi quis. de re. eccl. no. alie. per Bar. in. l. poſt mortem. ff. de adop. diſtingue plenius, vt ibi no. & quo ad intellectū. c. noſtri. quare iſte non poteſt venire contra factum proprium, dic: vt. ſ. dixi.

a ¶ Cauſę cognitio. Nota, q ſi Papa ex certa ſciētia pro mouet inhabilem vi detur diſpenſare. inferiores aūt hoc non faciūt ſine cauſæ cognitiōe. iſtā opi. tenuit Bart. in repet. l. Barbarius. in. viij. col. ver. ſed quid ſi Papa. ff. de offi. præſi. & Ab. in. c. cū in cūctis. §. inferiora. verſic. an etiā epiſcopi. & in c. innotuit. in. ij. co. ver. ſi autē & in. c. quiſquis. in. ij. not. ſ. de elec. & in vno iſtorū locorum dixi cōferre pulchrū dictum Inno. in. c. veniēs. j. de fil. preſby. vbi dicit, q nō poteſt haberi pro legitima diſpenſatione temerarium factū inferiorum, quod eſt valde no. vide text. meliorē de iure, in. l. idem vlpianus. ff. de excu. tut. A Enæas de falco.

b ¶ Factū propriū. Adde Frā. de aret. conſi. cxiiij. Pe. de Ancha. conſi. ccix. Ber.

SEB. SAPIA.

b ¶ Factū propriū. Vide Alex. in cōſil. cxxvij. colū. iij. in. j. vol. Iaſo. in. l. ſi donatione. col. pe. C. de collati. poſt Alex. ibi. col. vj. & remiſſiuè per Feli in. c. ij. in. iij. col. ſ. de except. & vide caſum in quo licet contrauenire per Cardina. in conſil. cxxxvij. co. iij. vbi ponit de rege, qui alienauit in præiudiciū regni. poteſt enim contrauenire vt ibi per eum.

SEB. SAPIA.

c ¶ Tribus teſtibus. vide Bald. & Pau. de ca. in. l. ij. C. quē. admo. teſta. aperi. vbi Bald. ponit de eo, qui teſtatus eſt cum duobus teſtibus in terris Soldani, de quo etiā ponit Bald. in. l. ius ciuile. in fi. ff. deiuſtitia & iure. Iaſo. in I. cūctos populos. columna penul. C. de ſum. trinita. &

SVMMARIVM.

1 *Validitas actus pendet à loco, vbi fit, non vbi habet exerceri.*
2 *Sacerdos Græcus non poteſt habere eccleſiam inter latinos, ſi ſi vult obſeruare mores patriæ ſuæ. ſ. accipere vxorem.*
3 *Sacerdotes Græci, quare nō ligantur lege canonica in hoc, quòd non poſſint eſſe coniugati.*
4 *Lex generalis poteſt à certo genere perſonarum recipi, & à certo non: & non recipientes, non peccant.*
5 *Papa poſſet ſtatuere, vt clerici latini poſſint accipere vxores: niſi aliàs ipſi eſſent obligati ex voto tacito vel expreſſo: quo caſu Papa non diſpenſat ſine maxima cauſa.*

CAP. VI.

VMolim. ¶ Filius ſacerdotis Græci ex vxore genitus, licitè inter latinos promouetur, ſi ſcandalū non obſiſtat. h. d. & eſt caſus no. ¶ Communis diuiſio. Secunda ibi: *nos*. ¶ Caſus literalis. Vacante Anglorienſi eccleſia, canonici eiuſdem cantorem Tricarien. in Epiſcopum elegerūt: Archiepiſcopus Acherontinus electionem illius examinans, & perſonam: inuenit, q pater eius ſacerdos Græcus fuit: & iuxta morem Græcorū in minoribus ordinibus cōſtitutus vxorem duxit: & illa in ſacerdotio ſuſcepit eundem. dubitauit Archiepiſcopus vtrum electionem illam deberet confirmare. Conſultus Papa reſpondet, conſiderans q orientalis eccleſia non admiſit votum continentiæ: imò in minoribus ordinibus contrahere poſſunt. & in ſuperioribus vti matrimonio contracto: mandat Pa. q ſi aliud nō obſtet, illum confirmet: niſi conſuetudo regionis repugnet, pro eo: q inter latinos Græci huiuſmodi conuerſanſ. Ber. ¶ † No. j. tex. q vbicunq; agitur de habilitate perſonæ, vel validitate alicuius actus: debemus inſpicere ad conſuetudinem loci, vbi aliquis oriundus fuit: vel vbi actus fuit geſtus. nō autem ad conſuetudinē alterius loci: vbi aliquis actus venit applicandus ad perſonam. Licet enim in eccleſia occidentali clerici teneantur abſtinere: tamen quia clerici in eccleſia orientali non tenentur: inſpicimus conſuetudinem eccleſiæ orientalis. Vnde oriundus eſt promouendus: nō eccleſiæ occidentalis, vbi exercetur actus electionis. quod facit ad multa. Ex quo poteſt dici quòd latinus ſiue legitimus ſecundùm conſuetudinem patriæ ſuæ debet vbicq; reputari legitimus. Ad quod facit. l. j. C. de mācip. lib. & not. per Barto. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & l. cunctos populos. C. de ſumma trini. Et maximè ad illam. q. videlicet: nunquid teſtamentum hîc Senis cō ditum cum tribus teſtibus ſecundùm cōſuetudinem, & ſtatutum propriæ patriæ, habeat vires quo ad bona alibi ſita: & ſic de ſi. dic, vt ibi not. ¶ Secundò not. q clericus Græcus licitè vtitur matrimonio, etiam inter latinos.

nos: quod videtur prima fronte contra multa iura, quæ dicunt peregrinū teneri ad obſeruantiam conſuetudinis patriæ. viij. diſt. quæ contra. xij. diſt. illa. &. d. l. cūctos populos. de hoc vide quod not. Inn. & Hoſt. poſt eum. in. c.
2 cum ſecundū. de tempo. ordi. vbi etiam nota. † nunquid talis ſit tolerandus inter latinos: & nūquid poſsit ſibi cō ferri eccleſia latinorum, ſi vult ſeruare ritus ſuos. Nam hîc non ſeruabat iſte clericus ritus Græcorum. imò fuerat promotus in cātorem inter latinos: & hoc teneas. Et ſic limita iſtum text. q tali volenti obſeruare ritus ſuos, nō eſt conferenda eccleſia inter latinos: ne varijs ritibus coinquinetur honeſtas eccleſiæ: vt in. d. c. cum ſecundū. ¶ No. iij. q licet Græci ſint Chriſtiani, & ſic ſubditi poteſtati Papæ: non tamen peccant non ſeruādo legem Papæ & totius concilij ſuper cōtinentia clericorum editā.
3 ¶ † Contra hoc tamen fortiter op. nam lex ligat omnes ſubditos. vt in. c. j. de cōſti. maximè quando lex eſt totius concilij: cum præſumatur inſtinctu ſpirituſſancti edita. l. diſt. ſi ille. xciij. diſtin. diaco. Sol. vide gl. not. xx. di. de libellis. in fi. quæ ponit duas ſolu. Prima q Græci non contemſerunt illam legem. hæc ſol. non ſatisfacit: quia licet grauius peccet non obſeruans legem ſuperiorem contemnendo: tamen præter omnem contemptū peccat quis non obſeruando legem. de pœni. di. ij. c. ſciendum. Secunda ſol. q Papa approbauit tacendo mores eorum. no. bene hanc ſol. & extendendo eam dic, q ex quo illa lex non
4 erat de neceſſitate ſalutis: & nō fuit recepta ab ipſis Græcis per longa tempora: Papa ſciente & tranſgredientes non puniente: illa lex non ligat eos. ¶ † Et hoc nota pulcherrimum dictum, q vbicunq; lex generalis recipitur in vſu à certo genere perſonarū & à certo non recipitur non recipientes nō peccant ſaltem poſt longa tempora. ad hoc. iiij. diſt. c. leges. &. c. erit autē lex ſecus dic, quādo in eodem genere perſonarū maior pars recipit. Nā tunc minor pars non videtur excuſabilis per taciturnitatē ſuperioris: ſed poteſt habere locū illud dictū: multa per patientiam tolerantur. in. c. cum iandudum. de præben. Ex his etiam collige aliud no. dictū q etiam lex præcepti tollitur, ſi moribus vtentiū non recipitur: licet aliud ſenſerit Hoſti. in. c. j. de treug. & pace. ſed intellige illud dictū Hoſti. qñ eſt lex præcepti inducens ex natura ſui peccatū ex contrauentione: vt, quiaconcurrunt cum lege diuina. ſic videtur intelligere Inn. in ru. de conſue. Arbitror poſſe dari, & aliam ſol. ſatis not. iudicio meo. & vt euitentur ſubterfugia: vt dicamus, q Papa etiam cum maiori parte concilij non poterit indicere contientiam certo generi perſonarum poſt promotionem eis reſiſtentibus & reluctantibus: quia continentia eſt res, quę poteſt perſuaderi: imperari autē non. xxxij. q. integritas. Fuiſſet enim indicere vitā valde arctiorem & ſtrictiorem ipſis clericis promotis. contra no. in. c. geſta. liiij. diſt. & in regula, quod omnes tangit. de reg. iur. lib. vj. & tunc rectè ſtat littera, q eccleſia orientalis non admiſit, ſeu emiſit votum continentiæ: quia neq; voluerunt ſe obligare huic voto, nèq; approbare legem cōcilij: vt in. c. Nicena. &. c. aliter. xxxj. diſt. & ex hoc tollitur contrarium. ¶ In gl. ij. no. bene hanc glo. vſq; ad fi. quæ quotidie allegatur in materia ſua. & opi. Vin. hîc poſita placet Gof. & mihi videtur veriſsima. ¶ † Et ex hac op. poteſt inferri ad deciſionē plurium. q. quarum prima ad illam, nunquid hodie eccleſia poſsit ſtatuere, q clericus poſsit cōtrahere matrimoniū
a ſicut Greci[a2] credo, q ſic. & in hoc indubitatum eſt apud me reſpectu eorum, qui nō ſunt obligati ex voto tacito vel expreſſo. & ſic intelligerem gl. in. c. quæ ad perpetuā. xxv. q. j. & not. illam glo. ſic intellectam. Probo ratione. continentia non eſt in clericis ſecularibus de ſubſtantia ordinis: vt dicit Inno. in. c. placet. de cōuer. coniu. nec de iure diuino: quia aliàs Græci peccarēt: nec excuſaret eos cōſuetudo: quia illa nō valet cōtra legē diuinam: vt in. c. fi. de conſue. & iſte de quo hîc quæritur, eſſet illegitimus quia foret contra legem diuinam genitus. Et non ſolùm credo poteſtatem ineſſe eccleſiæ hoc condendi. ¶ Sed etiā q pro bono & ſalute animarū, quia eſſet ſalubre ſtatutum, vt volentes continere, & magis mereri relinquerentur voluntati, non valentes autem continere poſsint contrahere: quia experientia docente cōtrarius prorſus effectus ſequitur ex illa lege continentię: cum hodie non viuant ſpiritualiter, nec ſint mundi: ſed maculantur illicitò coitu cū eorum grauiſsimo peccato: vbi cū propria vxore eſſet caſtitas: vt. d. c. Nicena. vnde deberet eccleſia facere ſicut bonus medicus: vt ſi medicina experiētia docente potius officit, quā proſit, cauſa tollat. Et vtinā idē a eſſet in omnibus conſtitutionibus poſitiuis: vt ſaltē obligarent quo ad pœnam, & non quo ad culpam. Nā ita creb uerunt ſtatuta poſitiua, vt vix reperiantur aliqui, qui nō corruperint vitā ſuam. Circa ordinatos verò poteſt dici q in caſu, quo tenetur ordinatus ex voto expreſſo, vel tacito, Papa nō poteſt diſpenſare: niſi ex maxima & vrgenti cauſa. quia votum eſt de iure diuino: & ſolū debet commutari in maius bonum. c. j. de voto. & de facili nō reperitur in homine continente maius bonum. Nam nuptiæ replent terrā: virginitas paradiſum. cxxij. qó. j. c. nuptiæ. Sicut in ſimili dicimus, nunquid Papa poſsit diſpenſare cum monacho: vt contrahat matrimonium[b]. de quo in b regula, ſemel Deo. de re. iu. lib. vj. in mer. dicā plenè poſt glo. in. c. cū ad monaſteriū. de ſta. reg. vbi verò tenet dun taxat ex conſtitutione eccleſię: vt quia erat iuris inſcius, & expreſsè non vouit: tunc facilius Papa poſſet diſpenſare. Sic credo reducendā glo. in. c. de illo. xxxij. diſtin. non tamen credo, q ex facili cauſa poſsit diſpenſare: licet ſit ſtatutum eccleſiæ: quoniam eſt diſpenſare contra ſtatutum vniuerſalis eccleſiæ: ſeu ſaltem decoloratur ſtatus eccleſiæ: quo caſu Papa non diſpenſat, ſine maxima cauſa. vide pulchrū tex. j. q. vij. c. & ſi illa. in glo. fi. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus non cogitur deferre tonſuram, niſi ſit beneficiatus.*
2 *Clericus per contractum matrimonij, non deſinit eſſe clericus. Tonſura non eſt de ſubſtantia clericatus, ſed eſt ſignum.*
3 *Clericus coniugatus, ſi aliquo caſu gaudet priuilegio clericali, non gaudet, niſi in duobus: videlicet quo ad forum in criminibus, & quo ad. c. ſi quis ſuadente diabolo. & tunc fert tonſuram.*
4 *Clericus non incedendo in habitu & tonſura, non perdit priuilegium clericale, niſi poſt trinam monitionem.*
5 *In pœnalibus quod eſt diſpoſitum in caſu vero, non extenditur ad caſum fictum, etiam ſi iſta duo aliquando reperiantur verificata.*
6 *Clericus coniugatus, an poſsit compelli ad portandum tonſuram.*
7 *Clericus coniugatus, an poſsit obtinere beneficium eccleſiaſticum?*
Laicus non poteſt habere beneficium eccleſiaſticū in titulum.
Epiſcopus non diſpenſat contra ius, niſi in caſibus à iure expreſſis.
8 *In materia diſpenſationis, & ſic in materia exorbitanti, non valet argumentum de caſibus permiſſis, ad nō permiſſos etiam minores.*
9 *Conſuetudo, an introducatur per non vſum.*

CAP. VII.

1 IOannes. ¶ † Clericus cōiugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonſurā. h. d. ¶ Primò ponitur conqueſtio. ¶ Secūdò Papæ diffinitio ibi: *quoniam igitur*. ¶ Caſus literalis. Quidā nomine Ioannes in acolitatus ordine conſtitutus, contraxit matrimoniū cum quadā muliere, dimiſſa tōſura. Epiſcopus loci cōpellebat eū portare tonſurā clericalem: propter quod vxor ſcāda lizabatur: de cōſuetudine tñ loci clerici non cōpellebanfide catho. & Andreæ. Sicul. latè in rub. j. de teſta. col. xviij. Io. bapti. de ſancto Seueri. in l. oēs populi. col. ij. ff. de iuſti. & iure. Et q teſtamētū validū in loco fit, ſit validū vbique: vide latè Moder. in. l. ſi nō ſpeciali. C. de teſt. vbi Alexan.

a ¶ Sicut Græci. Adde Alex. cōſi. ij. j. lib. Ber.

b ¶ Matrimonium. Dicas, q Papa poteſt diſpenſare, q monachus cōtrahat matrimonium ex cauſa ne ſtirps nobilis deficiat ſine herede. ita Bal. in. l. ſi tibi filius. in fi. ff. de adop. dixi latius. ſ. de vit. & ho. cler. in. c. clericus. A Enæas de falco.

Anton. Franciſc. ¶ Circa hoc, q hîc dicit, an monachus poſsit diſpēſari; vt contrahat matrimoniū propter nobilitatem familiæ, aut alia iuſta cauſa? dicas q Papa non facit de monacho, non monachū: vt per glo. in. c. cū ad monaſterium. de ſta. mo. Imò ſi monachus contraheret matrimoniū, graviter puniretur: vt in cle. eos, qui. de conſan. & affi. & habeť per Ioā. de Imol. in. l. ſi quis poſt habendos. in §. fin. ff. de libe. & poſth. Et an poſſit puniri pœna corporali, vel pecuniaria: vide Bar. in. l. hos accuſare. in. §. fi. de acc. An aūt poſsit cum eo diſpenſari per Papam, vt poſsit cōtrahere ex cauſa, de qua hîc? dicas, q ſic: dummodo ſuſcepta prole reddeat ad monaſterium. vt per. d. Anto. Imo. &. d. Car. in præalle. c. cum ad monaſterium, de ſta. mona.

tur inuiti portare coronam. ¶ Vnde iſte Ioánes conqueſtus eſt domino Papę. ſuper hoc reſcribit Pap. Epiſcopo, dicens: quòd idem clericus etiam tonſuratus non poteſt priuilegio clericali gaudere. Vnde mandat quatenus dictum Ioannem ſuper tonſuratione huiuſmodi non moleſtet: dummodo nullum beneficium eccleſiaſticum recipiat, ratione cuius debeat portare tonſurā: quia huiuſmodi tonſura redundaret in opprobrium ordinis clericalis: cùm ipſum oporteat negotijs ſecularibus immiſceri. Ber. ¶ Primò not. quòd ordo acolitatus non habet annexum votum continentiæ. eſt enim de minoribus ordinibus, qui nō impediunt, nec dirimunt matrimoniū iam contractū: ſecus eſt in ſubdiaconatu, & ſuperioribus: vt in.c.j. ſ.e. ¶ † Secundò no. caſum in quo verè clericus nō cogitur deferre tonſuram: nam per contractū matrimonij non definit quis eſſe clericus. Caracter enim ſemel habitus, indelebilis eſt: vt no. in.c. degradatio. de pœ. lib. vj. & ſuper rubrica de bapti. & ſ. eo. ſuper rub. Nec tonſura eſt de ſubſtātia clericatus. eſt enim quoddam ſignū: vt. xij. q.j.c. duo ſunt genera. ¶ Tertiò not. ꝙ ex non vſu q̄q̄ inducitur conſuetudo: ſicut hîc ex nō delatiōe tonſuræ. & de hoc j. plenè. ¶ Quartò not. clericum cōiugatum poſſe obtinere beneficiū eccleſiaſticū. quod videtur contra. c. ſanè. & .c. quod à te. & .c. diuerſis fallacijs. ſ. eod. ſed dic, vt j. dicam. ¶ Vltimò not. ꝙ actus inhoneſtè geſtus ab vno ex clericis, redūdat in vituperiū totius ordinis clericalis. facit. c. ad ſupplicationē de renun. ¶ † In gl. j. in fi. Primò pro intellectu. c. & glo. eſt examinandū, an clericus coniugatus gaudeat aliquo priuilegio clericali [a] & concludit poſt Io. And. ꝙ aut matrimonium contractū per clericum tenuit: aut fuit nullum impediente ſacro ordine. Primo caſu, aut cōtraxit bigamiam: quia duxit ſucceſsiuè duas vxores: vel contraxit cū corrupta: & tunc perdit omne priuilegiū clericale: imò compellitur velit nolit dimittere tonſurā. c.j. de biga. libr. vj. aut non contraxit bigamiam: & tunc ſi non incedit in habitu, & tonſura, nullo priuilegio clericali gaudet: vt in.c. vnico. eo. tit. lib. vj. *Si* verò incedit in habitu & tonſura, gaudet tantū duobus priuilegijs. Primū eſt in criminalibus quo ad forum: ſecundū reſpectu perſonæ quo ad canonem, ſi quis ſuadēte. xvij. q. iiij. Reliqua verò priuilegia eccleſiaſtica perdit ipſo facto: vt. d.c.j. & ita limita iſtū tex. dum dicit, ꝙ etiam tonſuratus gaudere priuilegio clericali nō poteſt: debet enim intelligi de reliquis priuilegijs præter illa duo. Et ad perdendū hæc priuilegia nulla requiritur monitio: ſed ſufficit ſolus contractus matrimonij. Nā cōtrari o actu perduntur † hæc priuileg. ſecus eſt in his, qui non cōtraxerunt matrimoniū: licet dimiſerint habitum & tonſuram: non enim per hoc perdūt priuilegiū clericale: niſi poſt trinam monitionē: quia non exercuerunt actū omnino contrariū clericatui. & ſic intelligo iura allegata in prin. gl. pro contrarijs. De hoc tamē vltimo dicendum, vt pleniſsimè dixi in.c. perpendimus. de ſenten. excommu. ¶ Secundo caſu principali, quando matrimonium non tenuit impediente ſacro ordine: dic quòd aut contraxit de facto bigamiam: & efficitur indiſpenſabilis quo ad executionem officij propter intentionem ſuam cum opere ſubſecuto. c. nuper. de bigamia. *Sed* putat hîc Ioannes. Andræa quòd per hoc non perdit priuilegium clericale. Nam. c.j. de bigam. libro ſexto. denudans bigamos priuilegio clericali, loquitur de vera bigamia. ſed iſte non eſt verus bigamus: cùm matrimonium non tenuerit. Nam videmus, ꝙ depoſitus verbaliter gaudet priuilegio clericali: dummodo ſit corrigibilis. iuxta nota. in c. dictū. lxxxj. diſtin. &. c. degradatio. de pœ. li. vj. hoc vltimò no. ¶ Pro † hoc fac. qa in iſtis pœnalibus, quod eſt diſpoſitum in caſu vero, non verificaſ in caſu ficto: vt in c. in noſtra. de iniu. l. iij. ſ. hæc verba. ff. de neg. geſt. Et no. ex hoc dicto Ioan. and. id, quod dixi, procedere, vt diſpoſitū in caſu vero, non verificetur in ficto, etiā ſi aliàs quo ad quid reperiantur iſta parificata, etiam quo ad certam ſpeciem pœnæ: vt probatur in. d.c. nuper. Nam conſtitutus in ſacris efficitur bigamus quo ad quid. ſ. vt perdat executionem officij. non tamen habetur pro vero bigamo, quo ad hoc, vt perdat omnia priuilegia clericalia: ſicut verè bigamus. de pœ. diſt. j.c. pœnæ. ¶ † Et ex his infertur ad aliam. qō. videlicet, nunquid clericus coniugatus poſsit compelli ad deferendum tonſuram? Et concludit latius q̄ud aut incurrit bigamiam: & non poteſt compelli, imò peccat portando. d.c. vnico. Aut nō incurrit bigamiam: & tunc aut habet beneficium eccleſiaſticum ex diſpenſatione: & tenetur deferre: vt hîc. Aut non habet: compellitur cauſatiuè. ſ. ſi vult gaudere iſtis duobus priuilegijs. d.c.j. eo. tit. ¶ Eſt vnus caſus dubitabilis, quid ſi habet conſuetudo, vt coniugatus omnino compellatur deferre tonſurā: licet nullum beneficiū eccleſiaſticum velit? Ioan. and. diſputat, & tandem concludit valere conſuetudinem allega. text. iſtum à contrario. Nam hîc allegabatur conſuetudo, vt coniugatus non cogeretur deferre, ergo conſuetudo circa delationē attendenda eſt. Item probatur per locum à ſpeciali: nā non valet conſuetudo in bigamo: vt in. d.c. vni. ergo valet in nō bigamo. Ad idem facit quod. ſ. dixi. Nam iſte verè clericus eſt. & cum hac ſententia communiter tranſeunt doc. ¶ Sed dubito propter ſi. huius text. qui multum ſtringit in contrariū: dum dicit, ꝙ cū oporteat tales coniugatos immiſceri negotijs ſecularibus: delatio tonſuræ tēdit ad vituperium totius ordinis clericalis: ergo non debet valere talis conſuetudo: maximè in viris coniugatis: quia tendit in dedecus eccleſiæ. Eſt enim contra honeſtatem, contra quam non valet conſuetudo. c. cum decorem. de vita & honeſta. cleri. nec poteſt vxoratus prohiberi quin immiſceat ſe negotijs ſecularibus. & ad iſtum tex. poteſt reſponderi quòd iſta fuit narratio partis. Ad. c. vnicum. dic, ꝙ ſpecificè non dicit, vt non valeat conſuetudo [b] reſpectu tonſuræ: & præſuppoſito, quòd diceret, non per hoc infertur, quòd valeat conſuetudo quatenus coniugatus nolens teneatur deferre tonſuram. Ibi enim ponit caſus in volente: & nos ſumus in nolente. caſus tamen ſatis dubitabilis eſt. Ex prędictis habes examinatos duos articulos tactos in tex. ¶ † Tertius articulus eſt nō minus vtilis, nunquid clericus cōiugatus poſsit obtinere beneficium eccleſiaſticum? hæc litera videtur innuere, quòd ſic: in verſi. dummodo &c. In contrarium verò ſunt multa iura ſuprà lecta & allega. ideò inſurgunt opinio. Abbas hîc dicit, quòd de iure communi non poteſt habere. & ſic loquuntur contraria. ſed ex diſpenſatione ſic: & ita procedat iſte text. hanc opinio. ſecuti ſunt Goffr. & Philip. infrà capitu. j. & Specu. in titu. de lega. ſ. nunc. in verſicu. xxv. limitant tamen, vt valeat diſpenſatio Epiſcopi reſpectu ſimplicis beneficij. Alij verò dicunt, quòd tantùm Papa diſpenſare poteſt. De laico verum eſt, quòd beneficium eccleſiaſticum in titulum habere non poteſt. c. ex literis. de tranſaction. &. c. ij. de inſtitu. not. docto. communiter hîc. & in. c. cauſam. de reſcrip. doct. ſequentes recitando opinionem tranſeunt, & expreſsè non eligunt. Illa tamen opinio Abba. cum aliorum temperamento, videtur eſſe magis communis: ſed credo de ſubtilitate iuris illam opinio. non procedere. Probatur apertiſsimè quicquid ſit, in criminalibus: in alijs communiter datur regula, quòd Epiſcopus non diſpenſat cōtra ius: niſi in caſibus à iure expreſsis. not. in. c. at ſi clerici. ſ. de adulterijs. de iud. probatur in. c. dilectus. de temp. ord. ad idem. c. inſtitutionis. xxv. q. ij. Nā per diſpenſationem violantur iura: & inferiori non eſt licitū violare iura ſuperioris: vt in cle. ne romani. de ele. Io. & Arch. in. c. licet cauſam. de elec. lib. vj. Et hęc diſpenſatio nullibi eſt cōceſſa Epiſcopo: imòpotius videſ ſibi prohibita. per. c.

diuerſis.

a ¶ Priuilegio clericali. Adde Lapū alleg. xij.

SEB. SAPIA.

b ¶ Clericali. Vide Lapum allegat. exviij. colū. fi. quā allegat Felin. in. c. ecclęſia Sanctæ Mariæ. in. xvij. q. ſ. de conſti.

SEB. SAPIA.

b ¶ Conſuetudo. Nūquid valeat cō ſuetudo, quòd clerici coniugati gaudeant priuilegijs clericalibus, licet non deferant habitum, nec tonſurā: vide Fulg. conſil. xxiij. incip. præſuppoſitis ſtatu. *in primo dubio.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9

diuerſis. & ratione eius. & .c. ſanè. & .c. iij. ſ. eo. Probatur & fortius. Clericus coniugatus non debet adminiſtrare altari. xxvij. q.ij.c. multorum. ergo non poteſt habere beneficium eccleſiaſticū: cùm illud detur ratione adminiſtrationis: vel officij, etiam ſi ſit ſimplex: vt in.c. propoſuit. de fil. presb. &.c. conquerente. j. tit. j. Item & tertiò hoc tendit in prauum exemplum & ſcandalum aliorum: vt in.c. ſeq. Nec ob. iura, ſuper quibus videntur ſe fundare illi doct. dum dicunt Epiſcopum poſſe diſpenſare circa beneficiū cum homicida: & cū irregulari: vt in c. Henricus j. de cle. pu. in due. &.c. ad audientiam. de homi. &. lxiij. diſt. c. Salonitanæ. vbi diſpenſat cum depoſito. ¶ † Ad hæc enim, & ſimilia reſpōdeo, ꝙ in materia [a] diſpenſationis quæ eſt exorbitans, non debet argui de caſibus permiſsis ad non permiſſos: etiam ſi permiſsi ſint maiores: vt no. Io. an. in regula, quæ à iure. de reg. iur. li. vj. dico plenè in. d. ſ. de adulterijs. Et pro hoc verba illius regulæ, dum dicit: quæ à iure communi exorbitant. minimè ad conſequentiam ſunt trahenda: vt. l. quod verò contra rationem. ff. de leg. Item poteſt dici quòd non eſt eadem ratio in coniugato, quæ in alijs prædictis. Nam alij prædicti non reputantur indigni. Nam elegerunt prius aliam vitam contrariā: vnde videmus, quòd retinent priuilegia clericalia ex quo ſunt corrigibiles: vt. ſ. dixi: ſed ſecus in coniugato. Item cùm illud. c. vnicū velit cenſeri coniugatū, vt laicum: præterquàm in illis duobus caſibus: quomodo poterit Epiſcopus illum habilitare ad beneficia eccleſiaſtica? Et hanc partem de ſtricto iure puto veriorem. Ad iſtum tex. poteſt reſponderi tenendo aliam opi. vt loquatur de diſpēſatione Papę: ſatis eſt enim ꝙ poteſt verificari in aliquo caſu. vel poteſt intelligi prout dicit Hoſt. in clerico coniugato habente ſtipendium ab eccleſia: non tamen in titulū. Nam ſi conſuetudo eſt, debet deferre tōſuram: aliās ſecus. ¶ † Vltimò op. contra text. Videtur enim ꝙ hîc nō poterat induci conſuetudo ex non delatione tonſuræ: quia ex actu negatiuo, ſeu ex non vſu, poteſt induci conſuetudo. cū cōſuetudo ſit cōmunis aſſuefactio ſeu actuū repetitio. j. diſt. cōſuetudo. xxvij. q.ij.c. ita nos. &. l.iij. C. de epiſ. audi. facit inſti. de iur. nat. gen. & ciui. ſ. ex nō ſcripto. dū dicit diuturni mores &c. Ioan. an. hîc inſtat: & in effectu videtur ponere verba Cyn. poſita in. l.ij. C. quæ ſit lon. conſuetu. Et dic breuius ſic ꝙ quād oq̄ nō vſus nō habet in ſe actū tacitū contra diſpoſitionē iuris: neq; in ſubſtātia, neq; in forma: & tunc ex nō vſu nō inducitur conſuetudo, neq; abrogatur lex. Pone exemplū. lex dicit hermaphroditū iudicandū ſecundùm ſexū prævalentem. l. quæritur. ff. de ſta. homi. iiij. q.iij. hermaphroditus. tamē ſi per mille annos nunquàm accidit iſte caſus, nō poteſt dici abrogata illa lex: quia nihil eſt actū cōtra legem. Vel pone, lex dicit ꝙ ſi dediſti mihi dānum, poſsim agere contra te actione. l. Aqui. pene, ꝙ dānū paſſus nunquā voluit agere. profectò ex hoc nō eſt inducta conſuetudo contra illā legē: quia illa lex nō neceſsitat ad vſum: ſed dat facultatem agendi. Et & ideò ex hoc concludimus aliam regulā [b] ꝙ in his, quæ ſunt meræ facultatis, nō inducitur conſuetudo. Nā in his caſibus nihil agitur contra legem permittentē. *Si* verò non vſus habet in ſe tacitū actū contra diſpoſitionē iuris: inducitur cōſuetudo, vt hîc. Nam nō deferēdo tonſurā, videtur cōmittere contra legem, quæ inducit delatiōes tōſuræ. Pone aliud exēplū, Lex defert hæreditates cōmuniter æqualiter omnibus filijs, nō diſtinguendo inter maſculos & fœminas. l. maximum vitium. C. de li. præte. ſed conſuetudo tantū defert primogenito, & nūquàm fœminæ: licet enim fœmina, vel ſecūdus genitus nunquàm fuerit vſus illo iure cōmuni, nihilominus inducitur conſuetudo: quia hoc actū fuit cōtra ius commune: & ſic de ſimilibus. Abbas.

CAP. VIII.

VM decorem. ¶ Vxorati nō admittuntur ad eccleſiaſticas dignitates: & cogūtur dimittere, quas habent. ¶ Caſus literalis. quidā clericus vxoratus nitebatur adipiſci aliquas dignitates eccleſiaſticas. Super quo cōſultus Papa, reſpōdet ꝙ clerici publicè vxorati, non debēt admitti ad eccleſiaſticas dignitates: & ſi quas habent, illas dimittant: quia ſine ſcandalo & malo exēplo eas retinere non poſſunt. Ber. ¶ Not. j. ibi dignitates: ꝙ vxoratus, licet clericus, nō poteſt habere eccleſiaſticā dignitatē. Idē tamen dic, de alio beneficio ſimplici: vt in. c. j. ij. &. iij. ſ. eo. & no. hîc gl. ¶ Secundò no. hîc ex ibi: *ſine prauo exemplo &c.* ꝙ conſuetudo non valet, vt coniugatus poſsit tenere beneficium eccleſiaſticum. Nō enim valet conſuetudo cū prauo exemplo, arg. in. c. cum decorem. ſ. ti. ij. & ita cōmuniter tenent hîc docto. quod no. ¶ Sed quæritur, quid ſi non publicè ſunt vxorati? do. & bene dicunt, ꝙ idem: dūmodo hoc probari poſsit. & pro hoc iura ſuperius allegata &c.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vxorati non gaudent priuilegio clericali in rebus ſuis: puta circa ſolutionem gabellæ & ſimilium: etiam quod vadant in habitu & tonſura. 2.*

3 *Clericus depoſitus verbaliter. ſi eſt corrigibilis: gaudet priuilegijs clericalibus. ſecus ſi eſt incorrigibilis. Depoſitus verò actualiter ipſo facto perdit omnia priuilegia.*

CAP. IX.

EX parte. ¶ † Clerici coniugati in rebus ſuis [c] nō gaudent priuilegio clericali. h. d. ſecūda ibi: *cum igitur.* ¶ Caſus literalis. Quidam literati de terra Reginæ Anglorum habitu & tonſura dimiſsis, ducunt vxores: tamen ad hoc, vt declinent iuriſdictionem Reginæ, & eā defraudent debitis obſequijs tonſuram reaſſumūt. Inſuper quidam alij recepta tonſura ſimiliter contrahūt & eam deferunt: vt excuſari valeant à prædictis. ſignifica uit hoc Regina do. Pape. & ipſe reſpōdet cum reddenda ſint Cæſari, quæ Cæſaris ſunt: & Deo, quæ ſunt Dei: patienter ſubſtinebit, ſi à talibus clericis iuſtitias ſuas exegerit, ſicut ab alijs coniugatis. Ber. ¶ † Nota primò quòd clericus coniugatus non gaudet in perſona, nec in rebus ſuis, priuilegio aliorum clericorum. Tenetur ergo ſolvere gabellas, & alia obſequia regalia: non obſtat, quòd incedat in habitu & tonſura. & hodie eſt magis clarè deciſum in. c. vnico. eodem titulo. libro. vj. & dixi in capitulo Ioānes. ſ. eodem. ¶ Et ex hoc infertur ad duo. Primò, quòd à laicis licitè dominus ciuitatis exigit iuſtitias ſuas: & obſequia conſueta. ¶ Secundò infertur, quòd à clericis [d] non coniugatis, nō poteſt dominus tēporalis exigere aliqua obſequia. *Sunt* enim exempti iure diuino & humano: vt legitur & notat. in. c. quāquàm. de cenſi. lib. vj. & l. iij. C. de epiſco. & cler. & vide glo. in. c. ſi Imperator. xcvj. diſt. & Inno. in. c. ij. de maior. & obedientia. ¶ Secundò nota. ibi, *literati.* quòd homines literati non ſunt exempti à debitis & obſequijs & iuſtitijs conſuetis exhibendis domino temporali ad hoc. l. vt gradatim. ff. de mueribus & honoribus. Docentes tamen habent multa priuilegia. l. medicos. &. l. fi. C. de profeſſo. & medico. x. ¶ † Quærunt nunc doct. nunquid depoſitus gaudeat his priuilegijs? & dic vt dixi in. c. Ioannes. ſi ſunt corrigibiles. Nā gaudent: tenentur enim viuere clericaliter, & ſunt de foro eccl. vt in. c. accedēs. l. diſt. &. c. dictū lxxxj. diſt. & hoc intelligo in verbaliter depoſito. Nam actua

SEB. SAPIA.

a ¶ Quod in materia. hanc regulam latiſsimè explicat Feli. in. c. poſtulaſti. col. xj. verſi. regula eſt, quòd in diſpenſationibus. ſ. de reſcript.

SEB. SAPIA.

b ¶ Aliā regulā. Ad hanc regulam vide latè Feli. in. c. cum acceſsiſſent. col. x. verſ. hanc regulā. Limita. ſ. de conſtit. & in. c.j. colū. iiij. ver. quarta declaratio. ſ. de treu. & pac. & in. c. inter cætera. col. v. ſ. de reſcri. Iaſ. in. l. de quibus. col. viij. ff. de le. A. bb. in cō ſilio. lvij. incip. in q. col. pen. in. ij. volu. Cardi. in conſi. xxxviij. inci. primò rationes. colū. j. ver. ſecūdo quia. Bar. Vero. in trac. ferui. verba. prædi. ſub rubr. de ſervi. aquædu. col. xxij. cū allegatis per Io An. franci. Balbu. in tracta. proſcr. in quarta parte quinta partis principalis. quęſtione. j.

ZACHARIAS.

c ¶ In rebus ſuis. ad de quod not. Gemi. in. c. j. *in fin.* & ibi gl. in ver. de cæteris. eo. tit. lib. vj. Bald. in ſua maga. *in ver. clericus.* verſicu. fi. & ibi dixit aliquid in addi. ad iſtum in. c. fin. nu. 4. *in verſ.* aliquas gabellas. ſ. de vita & honeſta. cleri.

SEB. SAPIA.

d ¶ A clericis. A quibus oneribus ſint exempti clerici, tradit Bal. in. l. ad inſtructionem. C. de ſac. ſanc. eccl. Iaſ. & Moder. repetens in. l placet. C. eo. ti. & Bar. Vero. in tract. feruitu ruſti. in rub. de via quæſtione. xv.

1 c 9 b 2 3 d

liter depositus exutus est incõtinenti omni priuilegio clericali.c.degradatio.de pœ.lib.vj.Si verò depositus est in
a corrigibilis, perdit incõtinenti priuilegiũ,[a] & põt cõprimi per iudicẽ secularẽ.tex.est secũdùm cõmunem intellectum, in cap.cũ non ab homine.de iu. ¶ Et ex hoc not. ꝙ depositi vtuntur & gaudent pluribus priuilegijs, quàm cõiugatus, quãtũcũq; incedat in habitu & tonsura. & facit ad id quod dixi in.d.c.Ioannes. & facilius dispensetur cum clerico depositio corrigibili, quàm cum coniugato circa beneficium. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus si efficitur miles, & exerceat militiã, ipso facto perdit omnia priuilegia clericorum: aliàs secus.*
2 *Clericus in minoribus causatiuè cogitur portare tonsuram .s.si vult gaudere priuilegio clericali: præcisè verò non cogitur.*

CAP. X.

ZACHARIAS.
a ¶ Perdit priuilegiũ. Addè quod notaui in aposti. ad istum in .c. at si clerici. in fi. in ver. retinet. s. de iudi.
b ¶ Manifestũ. scias tamen quòd ex istis indubitatis præsumptionibus & indicijs: nõ potest quis corporaliter puniri. Gand. in tract. male. in rub. de præsump. in dubi. in.ij.col.ver. solutio. vbi format il lam. q. si aliquis vi fus est exire cum gladio sanguinolento de aliqua domo, & ibi reperia tur homo mortuus. de qua per Bal. in.l. sciant cũcti. post prin. C. de proba. ponit Iaſ. licet prædicta nõ alle. l. vt vim. ff. de iust. & iu. A Eneas de falco.

SEB. SAPIA.
b ¶ Manifestum. vide Bar. in.l. si quis ex argẽtarijs. §. an vero hæredi. ff. de edẽ. in.l. patronus ff. de prob. in.l. cũ proponebatur. ff. de leg. ij. vbi dicit quòd vsurarius dicitur manifestus, qui probatur.
c ¶ Clericus senex: Addè, quod voluit Old. cõsi. cccxxxiiij. Ber.

MAt consultationi. ¶ Si clericus in minoribus militat, non est cogẽdus defer^re tonsurã, vel habitũ clericalẽ. h.d. ¶ Casus literalis. Quidã constitutus in minori ætate tonsuram & coronã clericalem accepit: posteà factus fuit miles: quærebatur, an debeat cõpelli portare habitũ clericalẽ? & respondet ꝙ non debet cõpelli. Ber. ¶ No. j. ꝙ miles Dei nõ est incapax militiæ secularis. nã quilibet clericus in quocũq; ordine constitutus efficitur miles Dei. nam Deo militat: vt in.c. episcopus j. de præb. facit. c. diuersis. s. e. & nihilominus põt effici miles seculi: sic econtra miles seculi potest offici miles Dei: vt patet in lib. feud. in.c. qui clericus. si de feu. fue. contro. & etiã Rex, siue Baro põt promouere iad clericatũ. xx. qõ. iij. præses. ¶ † Sed quæritur nunquid clericus in minoribus constitutus assumẽdo militiã secularẽ gaudeat priuilegio clericalẽ? doct. expresè non tangunt: sed tacitè sentiunt ꝙ non, dum dicũt, ꝙ si miles Dei efficitur miles seculi desinit esse de militia clericali, sed aliter sentit Innocẽ. in.c.j. de apostа. sed post eum dicerẽ sic: ꝙ aut promouetur ad militiã secularẽ, & facit actũ omnino cõtrariũ clericatui: vt quia exercet sẽcularem iuit ad bellũ: & si. & immediatè perdit priuilegium clericale: quia ista sunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitã, fuit à prima ipso facto excluſus. xxxij. qõ. j. c. cũ renuntiatũr. Aut tũ est effectus miles, & non exercet sẽcularem: nec aliũ actum prorsus contrariũ clericatui: sed viuit honestè, vt vt clericus: & gaudet priuilegio. ita sentit ibi Inno. Sed ego dubitarem, quid in eo milite, qui iurauit illa de quibus est gl. in.l. pe. ff. ex quib. cau. ma. Nã inter cætera verè militatandus debet iurare nõ vitare mortẽ pro re publica. & iste actus prorsus est cõtrarius clericatui, cũ clericatus officiũ reddat clericũ *inhabilẽ *ad pugnandum, etiam cum infidelibus: vt in ca. ex multa. infrà de voto. ¶ Vltimò hic quæritur, quid si clericus in minoribus nõ efficitur miles, nec cõiugatus: sed nõ vult deferre tõsurã: nunquid posit ad delationẽ cogi? Abbas hîc, ꝙ nõ: alle. no. in.c.j. & .c. tuæ j. de apostа. & cũ hoc dicto transeunt cõmuniter doct. & satis mihi placet. Nã ex quo potest ad huc eligere vitã laicalẽ cõtrahendo matrimoniũ: ita põt habendo spem ad matrimoniũ cõtrahẽdũ. Pro hoc capitu. in audientia. & in capitu. cõtingit. de sen. excõmunic. vbi cõpelluntur tantũm causatiuè. s. si gaudere volũt priuilegio clericali. & hoc nota bene.

De clericis non residentibus *Rubrica.*

¶ Suprà visum fuit in duobus titulis præcedentibus, qualiter clerici beneficijs priuentur per mulierum consortia: meritò nunc subijcitur, qualiter sint remouendi propter non residentiam in beneficijs. vel potest continuari congruentius: quia clerici non solùm inhonestè viuunt, sectando mulierum consortia: sed etiam in beneficijs eorum non residendo, & fructus eorũ capiendo: meritò subijcitur hæc Rubrica de cle. non residen. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest suum episcopatum renuere & alium acceptare sine licentia Papæ: aliàs priuabitur vtroque non ipso facto, sed per sententiam. 6. etiam si fuerit electus, vel postulatus ab ecclesia vacante, & idem in alijs clericis. 2.*
3 *Manifestè & euidenter dicitur fieri illud, quod fit ex verisimilibus coniecturis.*
4 *Argumentum à communiter accidentibus, validum est.*
5 *Fraus, an præsumatur ex eo quòd clericus senex permutauit suum beneficium magnum cum vno paruo, quod habebat eius nepos.*
6 *Episcopus non potest priuari suo episcopatu, nisi à solo Papa.*
7 *Actus, qui pariter potest referri ad malum & ad bonum: debet referri ad bonum: secus si actus in se est malus licet aliquo respectu possit referri ad bonum.*
Citatio contra legem est nulla: licet aliquo casu speciali posit habere effectum.
Clericus si amplectitur mulierem, an in dubio præsumatur facere causa benedicendi.

CAP. I.

1 NOn liceat. ¶ † Episcopo nõ licet sine licẽtia Papæ transire ad aliũ episcopatũ, ipsum acceptando: aliàs priuatur habito & ambito. h.d. cũ gl. j. Primò ponitur dictũ: secũdò ratio, ibi: *manifesta.* tertiò ratio nis ratio ibi: *nullus.* ¶ Casus literalis. Statuit concilium Sardicenũ, ꝙ nullus Episcopus transeat ad aliam ciuitatẽ de ciuitate sua: quia causa, quare fiat, videtur manifestè, scilicet ambitio: quia nullus reperitur, qui de maiori ciuitate transire velit ad minorẽ. Ber. ¶ † Primò no. Episcpũ nõ posse propria authoritate transire ad aliũ episcopatũ. quod procedit etiam si esset electus siue postulatus ab ecclesia illa vacante. Nõ enim debet quacunq; ex causa dimittere episcopatũ suũ sine licentia Papę. est enim illi adeò matrimonialiter alligatus, vt etiam causa religionis nõ posit ipsum deserere. in.c. licet. de re. & .c. veniens de renũ. & habẽt locũ prædicta etiã in inferioribus clericis: vt in.c. admonet. & .c. quod in dubijs. de renũ. ¶ † Secundò no. literã ibi: *manifesta:* ꝙ id quod colligitur ex cõiecturis, & est verisimilibus præsumptionibus, dicitur
b manifestũ. [b] Pro quo bo. tex. in.l. licet. de lega. j. vbi dicitur euidens voluntas testatoris, quæ ex coniecturis elicitur. ¶ † Tertiò no. ꝙ valet ar. à cõiter accidẽtibus. & tene mẽti ad hoc istũ tex. Nam sic arguit tex. hîc: nullus est inuẽtus qui hoc faceret &c. & de hoc arg. vide gl. & Cy. in.l. neque natales. C. de probationibus. ¶ † Vltimò no. quòd quis non præsumitur dimittere beneficium suũ pro viliori. Et hoc inducitur ad notabilem quæstionẽ.
c Quidam clericus senex [c] permutauit beneficium suũ pingue cum tenui cuiusdam nepotis sui: nunquid ex hoc debeat præsumi fraus, vt fic renuntiauerit affectui cardinali: vt post mortem suam beneficium pingue remaneat penes nepotem? Ioannes Andreas in.c. fecũdo, de renuntia. libro. vj. sentit, quòd sic. Pro hoc mens illius. c. concurrũt enim in hoc casu tres præsumptiones. ¶ Prima cõiunctio sanguinis. argu. c. grauej. de prẽben. Secunda ratio senectutis. Tertia: quia non est verisimile, quòd quis velit beneficiũ pingue dimittere pro tenui. arg. c. super hoc de renũ. & .l. cũ de indebito. ff. de pro. Io. de lig. sentit hîc oppositũ. nec ob. secũdũ eũ. d. c. ij. quia ille ibi fuit vsus iu

re prohibito: iste autem vtitur iure concesso. Nec obsta re debet consanguinitas ex quo ille aliàs est idoneus. ar. lvj. di. nasci. &. lxxxvj. di. non satis. Moderniores magis videntur inclinare in opi. Ioan. and. ¶ Ego sic dicerem, quòd aut insunt aliquæ præsumptiones elidẽtes, seu obfuscantes prædictas: & tunc non sufficiunt ad fraudem probandam. Pone exemplum: beneficium pingue exigebat magnam curam, fortè huic seni intolerabilem: vel locus beneficij non erat sibi tutus: seu aær non conferebat sibi. pro hoc. c. ad supplicationem. de renun. & .c cũ venerabilis. de execu. facit. c. ad quæstiones. de rerũ per. sed cessantibus his coniecturis, præsumerem fraudem propter rationes prædictas. & per istum text. qui iudi-
a cio meo optimè facit ad decisionem huius. q. [a] Nam concilium hîc mouetur ex eo, quod communiter Episcopi facere solent. Idem videmus in clericis. Nam non facilè solent dimittere beneficia pinguia pro vilioribus: imò totis conatibus solent semper crescere in beneficijs: & ex his præsumptionibus satis potest inferri sententia. ar. hîc. &. s. de præsum. c. afferte. & facit. l. indicia. C. de rei vend. ¶ In gloss. j. ibi, *aliàs perderet habitum.* &c. Ex his verbis sentit glo. intellectum ad text. nostrum, vt non liceat Episcopo transire ad aliam ciuitatem. s. causa transferendi ibi sedem: vt sic deinceps sit Episcopus secundę sedis, vel eccleſiæ, & non primæ. Et iste intellectus est verus in se, & satis literæ cõsentaneus: vt patet ex fi. ipsius. Alij intelligunt, quando transit causa faciendi moram ibi diuturnam. iste intellectus est verus in se, non tamen congruit literæ. Alij intelligunt, quando trãsit causa in-
6 uadendi terras alterius. Sed tene primum intellectũ: vt intelligunt doct. & bene: quòd iste Episcpus priuabitur per sententiam Papę: quia nemo citra Papam potest à suo episcopatu remoueri, quãuis deliquerit: vt in.c. ij. & quasi per totum. de transla. præl. & .iiij. q. vj. c. accusatus. &. c. quanuis. Et ex hoc not. quòd per transitum propria authoritate ad secũdũ episcopatũ, non est priuatus ipso facto: sed requiritur sententia. Quid in inferioribus
7 prẽlatis, & clericis? dic vt no. in.d.c. quòd in dubijs. ¶ In gl. secunda in fi. solu. hoc cõtrariũ, vt no. d.c. est ote. & in c. ij. de elec. lib. vj. & .vij. q. j. si episcopus. Et dicũt hîc do. ꝙ ex facto contra legem non põt præsumi nisi malũ: quasi velit dicere ꝙ vbi actus potest referri ad malũ & ad bonũ: quia est indifferẽs, debet referi semper & interpretari ad bonũ. & ita loquitur .c. est ote. sed vbi factũ in se est
b malũ, licet posit habere excusationem nihilominus refe rendũ est ad malum. [b] arg. bo. in.c.j. de præsump. &. l. nã ludus noxius. ff. ad. l. aquili. facit quod habetur in procc. fforũ circa fi. & vide ad idẽ notabile dictũ Inn. in.c. ij. de dila. vbi dicit, ꝙ si citatio in se continet aliquid contra legẽ, est nulla: licet posit iustificari in aliquo casu speciali. debemus enim rẽ attendere secũdũ naturã, seu essentiã: & nõ secundũ accidentalia. Exemplũ: iudex citauit. A. vt veniret ad respondendũ Titio seruo: hæc citatio non arctat citatũ quoniã regulariter seruus nõ põt esse in iudicio, licet in aliquibus specialibus habeat legitimã personã stãdi in iudicio: vt l. vix certis. ff. de iudic. & .l.j. C. si per vim, vel alio modo. cum simi. ¶ Ex hoc infero, ꝙ gl. in.c. absit. xj. quæstiõe. iij. nõ est simpliciter vera, cũ dicit ꝙ si clericus amplectitur mulierẽ: debemus in dubio in-
c terpretari, ꝙ faciat causa benedicẽdi[c]. Dico enim ꝙ debemus inspicere cõiecturas, ex quibus indagatur actus licitus, vel illicitus. & sic per cõsequens bonũ, vel malum. de præsum. c. ex literis. &. c. tertio loco. Nã & alibi probi betur clericus solus cõfabulari cũ muliere. lxxxj. di clericus. &. c. ministri. facit. c. ij. s. de co. cle. & mu. ¶ In glo. fi. ibi propter maiorẽ vtilitatẽ intellige de maiori vtilitate respectu animarũ, nõ respectu reditũ. nã reditus beneficij, nõ debeãt fecere Episcopũ excellsioré & humiliorẽ.
d Cõsideranda enim est dignitas: vt dicit tex. in.c. legimus. xciij. di. nec est cõferẽdus episcopatus propter reditus lucrifaciẽdos: sed propter onus & curã, vt pluribus possit proficere, & ideò dici apostolus: Qui episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat. & pondera verbum opus, sonat enim in laborem & solicitudinem & curam, vt habetur in.c. qui episcopatum. viij. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis deponitur, qui non residens in suo titulo: monitus noluit redire.*
2 *Gesta in aliquo concilio & scripta manu publica: semper faciunt fidem.*
3 *Papa potest deponere Cardinales absque generali concilio: item Reges, Imperatores & alios.*
4 *Cardinales sunt in quasi possessione, vt Papa nõ explicet ardua sine eorum consilio.*

CAP. II.

SEB. SAPIA.
a ¶ Huius quæstionis. De hac quæst. vide Felinũ. post Abbat. in. c. quia verisimile. in prin. §. de præsump. vbi latè.

1 EX gestis. ¶ † Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo nõ residet. h
SEB. SAPIA.
b ¶ Ad malum. Cõtrarium sentit Bar
d. & tex. est multũ not. Primò narrat disposi
to. in.l. non solũ. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. Sed qualiter hoc procedat, vide latè per Deci. in ca. in præsentia. in . xij. no. §. de proba. Feli. in. c. auditis. col. xxj. ver. obstat ter
tiò. §. de præscrip.
ZACHARIAS.
c ¶ Faciat causa benedicendi. Addebal. in.l. quid ergo §. fi hæres. ff. de legat. j. Alex. in. l. j. de varijs & extraordi. cri. & Are. in tra. malefi. in gl. in ver. che hai adulterato la mia dona.
ZACHARIAS.
d ¶ Quodcollegiũ. An Papa posit ardua explicare sine collegio Cardinaliũ: vide Iaſ. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle. And. Siculũ. in cons. j. & x. char. in. j. vol. & latè in tract. de præstantia Cardin. in j. parte. ij. q. prin. Feli. in rubri. §. de const. col. j.

2 *Gesta in aliquo concilio & scripta manu publica semper faciunt fidem.* ¶ Casus liter. Quidã presbyter Cardinalis titu
li Marcelli, per quinq; annos deseruit parochiam suam contra canones, & quia admonitus redire noluit, in sy-
2 nodo priuatus fuit dignitate sua. Ber. ¶ † Primò no. ex prin. ibi gestis. &. c. ꝙ gesta in concilio semper faciunt fidem. & intelligo quãdo sunt descripta per personam publicã. ad hoc. l. gesta. C. de re iud. & .c. fi. de probatio. ¶ Secũdò not. ibi: *in synodo.* ꝙ cõciliũ generale quãdoq; appellatur synodus. ad idẽ. c. j. de spon. Solet tn̄ appellari sy
c nodus cõgregatio, quã facit Episcopus in diœcesi sua: vt in. c. sicut. de accu. tn̄ in effectu idẽ est synodus, quod concilium. Est em̄ nomẽ gregũ & idẽ, quod cœtus. & vide de his & si. bo. tex. in. c. j. xv. diſt. ¶ No. tertiò, ꝙ etiã Cardinalis tenetur residere in tit. suo. & aduerte, ꝙ hîc appellatur parochia. & credo, ꝙ ideò: quia erat presbyter Cardinalis: & sic habebat in titulũ ecclesiã parochialẽ. Nam quidã sunt Cardinales Episcopi. vt Host. & Sabin. & isti
3 habẽt Episcopatus in titulũ. ¶ Et no. ex hoc, & ex tex. ꝙ
d Cardinalis nuncupatur per titulũ. & habes ex hoc modũ scribendi Cardinali. & credo ꝙ olim oẽs clerici beneficiati nominabãtur per titulos. vnde alibi dicitur, ꝙ non debet aliquis intitulari in duabus præbendis. lxxij. dif. c. sanctorũ. Et de isto titulo, & quis propriè sit titulus in istis beneficialibus: vide bo. tex. cũ gl. in. c. dudũ. ij. s. de elect.
4 *vltra annum*. Dic, quòd nec etiam per annum debet abesse sine licentia prælati sui & sine iusta causa: vt in. c. relatum. ſ. eod. & absens iniustè quantumcunque reuersus poterit puniri, secundũ quod culpa exposcit, habito etiam respectu ad quantitatem moræ. & vide quod legit. & not. vij. qõ. j. si quis in clero. facit cap. ex tuæ j. e. & quod ibi dicã. Et ad hoc. c. dic, φ narratur factũ, non autẽ ponitur iuris ministeriũ,

SEB. SAPIA.

a ¶ Impedimentũ. Pondera istũ tex. vt per Abb. in. c. j. in vlt. col. j. de celebra. missa.

SEB. SAPIA.

b ¶ Contra beneficiatũ. vide ad hoc plura per Feli. in c. ij. col. ij. vers. sed pro primo argumento. ſ. de rescri. vbi alleg. Old. cõsil. cxxv. inci. articuli domini Arnoldi. post princi. quẽ voluit allegare do. Abb. hîc.

SEB. SAPIA.

c ¶ Per absentiã. vide do. And. sicu. in consi. xj. co. ij. in. j. volu. vbi dicit, φ si dubitatur de vita clerici vagantis per mundũ, beneficiũ suũ potest alteri cõferri. & ad hoc inducit tex. in. l. libera peculij administratio. ff. de pecu.

ZACHARIAS.

d ¶ Tanto tempore quis fuerit absens. Adde Felin. post istũ in. c. quoniã. §. porr. co. viij. ver. dum dicit Abbas. ſ. vt li. non cõtest. & Ant. cor. singu. suis in ver. vagabundus. in. c. si beneficiatus. qui alle. gl. in. c. non oportet. lo. ij. per istum alleg. sing. ad hoc, quod hic dicitur, il liusq; opi. addere: quicquid dicat iste.

vt debeat expectari per quadriennium: imò alibi dicit text. q̃ diebus dominicis debet expreſsè adhibere præſentiam ſuam in eccle
5 ſia. de conſec. diſt. iij. c. epiſcopus. & no. illum tex. ¶ † Et in fi. glo. no. hanc partem gl. ex qua habes tres modos, quibus eccleſia habe tur pro derelicta. Primus cũ beneficiatus efficitur miles ſeculi. & no. bene hunc caſum, quia ſentit glo. quòd nulla requiritur moni tio, vel priuatio. Sed ego intelligerẽ glo. Prout dixi in. c. fi. de cleri. coniug. doc. tamen, in. c. ex tuæ j. eo. ſimpliciter idẽ ſentiunt, quod glo. hîc. ſed vide Innoc. in. c. j. de apoſta. Secundus modus, quando contraxit matrimonium. & de hoc plenè dictum fuit in. c. j. de cleri. coniug. & ſic habes duas gl. quòd per contractum matrimonij,
6 vacat beneficium ipſo facto. ¶ † Tertius modus, quando clericus monitus non redijt. & no. quòd ſpoliatio hoc caſu poteſt fundari ſuper duplici cauſa. Prima, quia eccleſia habetur pro derelicta ab ipſo abſente, vt dicit hîc gl. ſecunda ratione notorij, quia cum cri men non reſidentiæ ſit notorium, poteſt prælatus illum ſpoliare: quia in notorio non requiritur ſolennis ſententia. Pro quo facit c. ex tuæ j. e. vbi dicitur, quòd abſens debet ſpoliari: ergo eccleſia nõ habetur pro derelicta: quia aliàs vacaret, nec poſſet nudus ſpo liari. c. frequens. de reſti. ſpo. li. vj. Aliæ glo. ſunt faciles.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debet reſidere in beneficio, vel præbenda, niſi aliud dictet conſuetudo. 4.*
2 *Clericus monitus non reſidens, poteſt vel per ſententiam, vel ipſo facto priuari ſuo beneficio ad libitum iudicis.*
3 *Impedimentum iuſtum proueniens poſt iniuſtam abſentiam, excuſat.*
4 *Clericus ſe abſentando, debet requirere licentiam prælati, niſi ſit aliqua neceſſitas, quæ ſubitò occurreret, vel niſi aliud dicat conſuetudo.*

CAP. X.

1 NTer quatuor. ¶ Sũmatur, vt in. c. ex parte. ſ. eo. Primò dictum, ſecundò exceptio, ibi: *dummodo*. ¶ Caſus literalis. Quidam clerici Patriarchæ Conſtantinopolitani ſine licẽ tia ipſius abſentabant ſe ab eccleſijs ſuis ſine iuſta & neceſſaria cau ſa: quæſiuit Patriarcha qualiter cum illis eſſet agendum. Reſpon det Papa, quòd expectet illos congruo tempore, ſecundum quod ei videbitur: & niſi redierint ad terminum eis præfixum, poſſint priuari eccleſijs ſuis, dummodò non ſint iuſto impedimento deté
1 ti. Ber. ¶ † No. primò, quòd non ſolùm eccleſia, ſed etiam præbẽ da requirit reſidentiam. Nam hîc ponderatur, quòd iſti deſeruerunt eccleſias, vel præbendas. Item mandatur, vt redeãt. patet ibi: *niſi redierint*. Ergo tenetur canonicus reſidere in ciuitate, vbi eſt præbenda: niſi conſuetudo habeat oppoſitum. quæ ſeruanda eſt, prout dixi in. c. conquerente. ſ. eo. & c. cum omnes. de conſti. ¶ Se cundò not. ibi: *congruo tempore. & c.* quòd vbi ſcitur, in quo loco
2 eſt abſens, debet citari, & congruo tempore expectari. de quo ple nè j. ca. ſeq. ¶ † Tertiò no. ibi: *iuſtè priuari*. quòd abſens & monitus non rediẽs poteſt priuari beneficio ſuo. Et no. quia dicit priuari. videtur ergo, quòd ſententia ſit ferenda cõtra eũ. Sed dic, quòd verbũ priuari. poteſt capi largè, vt referatur ad factum: iuxta ea, quæ dixi in. c. ex parte. ſ. eo. titu. poteſt intelligi ſtrictè, & erit in optione ſuperioris, & conſilium eſſet: vt ſeratur ſententia contra
3 abſentem. ¶ † Vltimò nota ex ver. dummodo. quòd abſens ſine iuſta cauſa: non debet priuari: ſi poſteà ſuperuenit iuſtum impedi mentum non redeundi, etiam ſi abſentauerit ſe ſine licentia Præla ti. quod eſt bene not. vt impedimentum ſuperueniens ei, qui dedit operam rei illicitæ, non ſit ei imputandum, contra. l. ij. ſi quis cau. ſed poteſt dici, quòd imputabitur iſti: vt puniatur aliter: non ta men vt priuetur eccleſia: ex quo pro eo nunc non deficit, quomi nus redeat. & dicunt doctores hoc procedere, etiam ſi impedimẽ tum accidit poſt actionem: debet tamen iſte ſe excuſare. argu. eo
4 rum, quæ not. in. c. querelam. de proc. ¶ † In glo. j. ibi: *& ſic non eſt ar. à contrario*. No. glo. quòd quàmuis ſubſit iuſta & neceſſaria cauſa recedendi ad tempus à loco beneficij: nihilominus debet pe ti licentia à Prelato. Dicit tamen Hoſt. quòd propter neceſsitatẽ ſubitò occurrentem, poteſt ſe abſentare ſine licẽtia Prelati, quod dixi in. c. relatum. Item dic, vbi hic habet conſuetudo, vt licentia non exquiratur. & hoc vltimũ ponit Inno. in. c. ſequẽ. quod eſt val de no. iure tamẽ apertè non probatur: ſed ego argumentarer ſic: Valet conſuetudo, vt quis non teneatur facere reſidẽtiã, iuxta no. in. c. conquerente. ſ. eo. ergo fortius poteſt induci cõſuetudo, vt ad tps, & ex cauſa poſsit ſe abſentare. & ſignãter dixi ex cauſa: quã nõ valeret cõſuetudo, vt poſsit vagari: vt dicit Inn. in. d. c. ex tuæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi ignoratur, vbi ſit, eſt citandus in eccleſia ſua tribus edictis: & ſi intra ſex menſes non redierit, priuatur eccleſia ſua. 2. & 5. nec ſufficeret vnum peremptorium. 4.*
3 *Clericus iniuſtè abſens, debet perſonaliter citari, ſi poteſt fieri: aliàs ſufficit in valuis eccleſiæ ſuæ.*
4 *Citatio trina quotieſcunq; requiritur contra abſentem, vel vt aliquis incurrat pœnam, tunc non ſufficit peremptoria.*
Clericus non reſidens poteſt ſuſpendi, excommunicari & ſpoliari, ad libitum ſuperioris.
6 *Clericus nõ poteſt dimittere beneficiũ ad libitũ ſuũ, quia ſemel ſe obligauit.*
Clericus, qui ſe abſentauit, poteſt repeti ab Epiſcopo ſuo.
7 *Excommunicatus clericus, ſi pertinaciter ſteterit in excommunicatione, remouetur ab adminiſtratione beneficij, & in totum ab eo excluditur & priuatur: aliàs ſuſpenditur tantùm. ſ. ab adminiſtratione.*
8 *Archiepiſcopus licet poſsit ſuos ſuffraganeos excommunicare, tamen nõ põt eos deponere, nec priuare, quia nullus citra Papã põt hoc facere. q̃*
Epiſcopus poteſt ſe trãſferre cũ licentia Papæ tantũ ad alium epiſcopatũ.
10 *Clericus vel Prælatus non reſidẽs, tunc demũ citatur trina citatione, & cum expectatione ſex menſium, quando ignoratur, vbi ſit, vel adeò lõgè diſtat, quòd commodè perſonaliter citari non poteſt: aliàs ſufficeret ſimplex requiſitio.*
11 *Clericus quando abeſt, præſumitur fraudulenter abeſſe, & eſt in magna culpa, & idem eſt in marito.*
Abſentia præſumitur fraudulenta, quando abeſt quis, qui ratione alicuius rei debet ſtare in certo loco.
12 *Citatus, qui dicit nolo venire, vel qui facit, ne ad eum perueniat citatio: non eſt vlterius citandus, quia conſtat de ſua contumacia.*
13 *Clericus beneficiatus abſens, ſi ſciatur vbi ſit, & poteſt perſonaliter citari, debet citari ſemel & præfigi terminus, quo tranſacto poteſt, vel ſpoliari beneficio, vel excommunicari. Si verò neſcitur vbi ſit, debet trina citatione citari cum ex pectatione ſex menſium, intra quos ſi non reuertitur, priuabitur.*
14 *Clericus, qui ex natura beneficij non tenetur reſidere, non poteſt per hoc vagari, aliàs priuabitur: licet habuerit licentiam vagandi, vel ita ſit conſuetudo.*
15 *Clericus depoſitus, & poſteà reſtitutus per verba generalia ad ſtatũ ſuũ, non recuperabit beneficium ſuum alteri collatum.*
16 *Clericus depoſitus, an poſsit à Papa, vel ab Epiſcopo reſtitui.*

CAP. XI.

1 EXtuæ deuotionis. ¶ † Si neſcitur vbi ſit clericus, tribus publicis edictis citabitur in eccleſia ſua: & ſi intra ſex menſes non reuertit, priuabitur eccleſia ſua. h. d. vſq; ad verſi. cõtra eos. & iſte ver. nõ ſummaſ propter varietatem lec. & quia ſecundũ vnũ intellectũ non facit ad rubricam, & duo ſunt dicta. ſecũdũ ibi: *contra*. ¶ Caſus literalis. Quidam prælati eccleſia rum ſubditi Archiepiſcopi Panor. abſentauerũt ſe ab eccleſijs ſuis ita quòd citari non poterãt: quæſiuit Archiepiſcopus à Papa qua liter cum illis eſſet agendum. Reſpondet Papa, quòd edictũ trinæ citationis faciat ꝓponi apud eccleſias ipſorũ, & ſi non venerint, & vltra ſex menſes eccleſias deſeruerint, debent eccleſijs ſpoliari: ſed prius procedatur cõtra eos per ſentẽtias ſuſpẽſiõis & excõicationis, vt ad obedientiã ipſius Archiepiſcopi redeant: & ſi eorũ malitia ſic cõpeſci nõ poterit, Card. apo. ſedis legatus remoueat eos ab adminiſtratiõe ſuarũ eccleſiarũ: & eccleſijs illis de ꝓpõnis idoneis faciat prouideri, ſed eos nõ deponat: vt cũ eis ſi expedierit, miſericorditer agi poſsit. Ber. † ¶ Primò not. ibi: *in eccleſijs eorum*. quòd
2 q̃n clericus abſens eſt citandus, debet citatio affigi valuis eccleſiæ ſuæ: de quo vide quod legi. & no. in. c. cãm. & c. fi. de dolo & cõtu. ¶ Secũdò no. ibi fraudulẽter. quòd cõtra abſentẽ fraudulẽter põt procedi etiã ad ea, quæ ſunt grauis præiudicij ex ſola citatiõe domi facta. De quo ꝑ Inn. in. c. fi. de eo qui mit. in poſ. & in. d. c. cãm.
3 ¶ † Tertiò no. ibi: *nec ad ipſos valet citatio. & c.* quãtũcũq; clericꝰ ſit abſens iniuſtè, ſi põt ꝓ ſonaliter citari, nõ debet citari ꝑ edictũ.
4 ¶ † Quartò no. ibi: *trinæ citatiõis*, q̃ abſens cũ neſcif, vbi eſt, debet citari tribus edictis. & dicit hîc Ioan. and. q̃ non ſufficeret vnum peremptorium.

a peremptorium. ª & idem tenet in addi. Spe. eo. tit. ſuper rubri. Et ſemper allegatur hoc dictum: quòd vbi ius requirit trinam citationem per edictum contra abſentem non ſufficit vna peremptoria. Nam facilius poteſt peruenire ad notitiam abſentis, quando edictum fuit tripli catum, quàm quando fuit vnum, licet peremptorium: quod malè ſeruatur. Et vide glo. no. in cle. j. de vi. & hone. cle. in verſi. iij. quæ etiam ſing. vult, q̃ vbi ad pœnam incurrendam requirit diſpoſitio trinam citationem, nõ ſufficit vna peremptoria, licet perſonalis. Quod no. pro limitatione. l. contumacia. ff. de re iudica. & c. de illicita. xxiiij. q. iij. Nam regulariter æquiparantur tres diſtinctæ citationes, & vnica peremptoria cũ cõpetẽtibus interuallis: vt leg. & not. in. c. conſtitutionẽ. de ſentẽ. excõ
5 mu. li. vj. ¶ † Quintò no. ibi: *vltra ſex menſes*. tex. no. & ferè ſingularem in materia, q̃ vbicunq; neſcitur, vbi ſit abſens clericus: debet poſt citationem per ſex mẽſes expectari. Præſumptio enim iuris eſt, vt intra hoc tẽpus citatio perducatur ad notitiã ſuã. ¶ Sextò no. ibi: *ſpoliari*. q̃ cõtra abſentẽ nõ requirit ſolẽnis citatio priuatiua. di-
6 xi latius. ſ. eodẽ. ex parte. ¶ † Septimò not. in ver. *contra eos*. & tene menti tex. q̃ abſens põt cõpelli ad redeundũ per excõicationem, & ſuſpenſionẽ. Licet enim pœna ordinaria non reſidentiæ ſit priuatio beneficij: vt. ſ. per totum tit. tamẽ prælatus non poterit priuare incõtinenti, ſed incipere à ſuſpenſione, vel excõicatione. & hoc probo ratione. Nã beneficiatus nõ põt pro libro dimittere beneficiũ ex quo ſemel ille ſe obligauit in. c. niſi. de renũ. & c. quod in dubijs. & c. admonet. vnde ſi iſte nõ vellet reſidere in beneficio, non haberet, vbi abſentaret: vt ſic eo priuetur. ſi ergo ſuperior contentatur de perſona ſua quia eſt vtilis eccleſiæ, nõ priuabit eũ, ſed compellet eũ ad reſidendum, & vide tex. nota. xxj. q. ij. c. placuit. qui dicit, q̃ poteſt ſuperior iſtius clerici petere reſtitutionem ab eo. Epiſcopo, cuius diœceſim intrauit, & eũ habitum poterit punire de abſentia, aliter quàm priuare. & ſic tẽpera omnia iura huius tituli. ¶ † Octauò no. q̃ excõmu
7 nicatus remouetur ab adminiſtratione ſpiritualium. Ex quo infertur, q̃ excõicatus nõ definit habere adminiſtrationem eccleſiæ ſuæ. Contra quod opponitur, de. c. veritatis. de dolo & contuma. & c. paſtoralis. de appella. vbi dicitur, quòd meritò reditus eccleſiaſtici illi ſubtrahũtur, cui eccleſiæ cõmunio denegatur. Innocen. & docto. variè hîc loquuntur, ſed vera ſo. quam etiam ipſi ſentiũt eſt: quòd per ſuſpenſionẽ, ſeu excõmunicationẽ non eſt ex toto priuatus: ſed potius eſt ſuſpenſus ad tempus. Sed ſi durat pertinacia ſua, debet remoueri ab adminiſtratio
b ne beneficij in totum excludi & priuari ᵇ. & nota bene: quia Inno. & doct. hîc ſentiunt apertè, q̃ excõmunicatus ipſo facto, licet nihil dicatur in ſententia, ſit ſuſpenſus ab adminiſtratione beneficij ſui. & facit pro eis quæ latè dixi in. d. c. paſtoralis. & dic, vt ibi. ¶ Secundò oppo. cõtra literam de contrarietate. nam in principio dicit, q̃ ſi expectati per ſex menſes nolint redire, ſpoliandi ſunt eccleſijs ſuis. & in ver. contra. ſentit oppoſitũ. Sol. ille verſ.
c cõtra. habet varios intellectus. Nam primò ſecũdũ gl. in verb. *ſpoliari*. debet tex. intelligi, vt ponat vnũ caſum, & principium intelligatur: quod debet ſpoliari. i. ſuſpendi ab adminiſtratione tẽporaliũ. Ver. contra. de eodem facto loquens, aggrauat pœnam, data contumacia in nõ redeundo, vt excõicetur, ſeu ſuſpendatur, & demum priuetur. & loquitur iſte tex. ſecundũ glo. in prælato. iſtæ intellectus gl. cõiter nõ recipiſ: quia impropriat literã. vnde datur ſecundus intellectus ſecundũ Inn. & alios, vt ver. contra. ponat caſum ſeparatum à primo: & loquat de prælatis. i. Epiſcopis, vnde alia litera habet cõtra alios &c. & vbi dicitur à ſpiritualium adminiſtratione. &c. In regiſtro erat ab epiſcopatus adminiſtratione: vt dicit In no. ſ. in proœ. vnde aduertendum eſt, quòd iſta decreta lis dirigitur Archiepiſcopo Panor. & videtur velle, vt contra ſubditos inferiores poſsit Archiepiſcopus procedere, prout dicitur in principi. vſq; ad verſi. contra. &c. a vbi verò loquens de epiſcopis ſuffraganeis iſtius Archi
8 epiſcopi, dat aliũ modũ procedẽdi & meritò. ¶ † Quia Archiepiſcopus licet poſsit ſuſpendere & excõmunicare Epiſcopos ſibi ſuffraganeos: vt in. c. ſacro. de ſent. excom. & no. in. c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. vj. non tamen poteſt eos deponere, ſeu epiſcopatibus priuare, vt in. c. inter corporalia. de trãſla. prælato. &. iij. q. vj. accuſa b tus. & c. quàmuis. Et ideò ſaluando hunc intellectum, ad uerte, quia quatenus tex. facit mentionem de ferenda ſu ſpenſionis & excõmunicationis ſententia, dirigit verba ſua ad archiepiſcopum: ſed quatenus mandat priuationẽ fieri, dirigit verba ſua ad legatum. Et intelligo, q̃ legatus hoc faciet ex ſpeciali mãdato Papæ: quia nullus citra Papam poteſt priuare Epiſcopum, nec ipſum trãsferre, vt in. c. quod tranſlationẽ. de offi. deleg. & in. d. c. inter cor
9 poralia. ¶ Et ex hoc intellectu habes modum coercendi Epiſcopos ad reſidentiam, vt per ſuperiorem citra Papã cõpellantur per excõmunicationem & ſuſpenſionem. & ſi ſic non reſipuerint, habetur recurſus ad Papam, qui ſo lus priuare poteſt, & poterit ipſe hoc committere legato: vel alteri; ſi voluerit. & iſte intellectus ſic declaratus eſt verus & communis. ¶ Tertius intellectus eſt, vt ver. contra. intelligatur de eodem facto cũ principio. & pro hoc facit relatium eos. & tunc dico, q̃ text. iſte voluit dare duplicem practicam procedendi contra abſentes, vt poſsit procedi à primordio ad priuationem, vel ſi for tè abſentia eſt vtilis eccleſiæ, poterit procedi per viam excommunicatiõis, ſeu ſuſpenſionis: vt compellatur redire. Sed nunc ob. litera ſequens in eo, quod dicit: q̃ lega tus poterit illos remouere ab adminiſtratiõe. Nam hoc poſſet facere Archiepiſcopus. Poteſt dici ſoluendo hũc intellectũ, vt litera intelligatur de omnibus ſubditis Archiepiſcopi. vnde reſpectu inferiorum prælatorum citra Epiſcopos poterit Archiepiſcopus procedere ad priuationem, vt in prin. ſed reſpectu epiſcoporum habebitur recurſus ad ſuperiorem. Et pro hoc facit, quia conſultatio erat generalis de omnibus clericis cuiuſcũq; cõ ditionis & gradus. & iſta litera fuit minus deciſa. Non enim erat ſic generalis in regiſtro. & hunc intellectum multum adiuuat iſta dictio copulatiua etiam. verſ. contra eos etiam procedatur. Illa enim copulatiua etiam, in cludit præcedentia. quaſi apertè innuat, q̃ contra prædictos non ſolùm poteſt procedi, vt. ſ. dictum eſt: ſed etiã prout ſequitur. & pro hac diſtinctione facit quod nota. j. in. c. j. de commo. ¶ Quartus intellectus, vt iſte verſic. contra. non loquatur de clericis non reſidentibus, ſed de nolentibus obedire. pro hoc tex. ibi: *ad tuam obedientiam venire compellas. & c.* fortè enim iſte Archiepiſcopus fuit cõqueſtus, q̃ quidam clericorum ſuorum nolebant
c reſidere in eccleſijs ſuis: quidam verò Epiſcopi ſuffraganei ſui nolebant ſibi obedire. & ad vtrunq; reſpondetur vt in litera: & per hoc apparet intellectus huius capit.
10 ¶ † Tertiò op. contra tex. in eo, quod requirit edictum trinæ citationis. Nam videtur, quòd vnica citatio ſimpliciter ſufficiat, & nedum citatio, ſed ſimplex requiſitio & reuocatio, vt in. c. ex parte. ſ. eo. & ibi dixi. Item cũ non reſidentia ſit res notoria: vt in. c. quanto. de tranſla. præla. & in notorio nõ debent requiri ſolennitates citationum, quia ordo iuris non ſeruatur in eod. pro quo cle. ſæpe. de verb. ſigni. & tex. expreſſus in. c. ad noſtram. de iureiur. & . c. bonæ. de elec. Item in alio iſtud. c. cõtradicit alijs iuribus: quia hîc præcisè requiritur expectatio ſex menſiũ: & in. c. præcedenti dicitur, quòd ſufficit expectare congruo tempore, Sol. intellige hunc tex. quãdo abſens neſcitur, vbi eſt: ſeu ita longè diſtat, quòd com modè perſonaliter citari non poteſt. Nam quia hoc caſu

SEB. SAPIA.

ª ¶ Peremptoriũ. De veritate vide latè per Felyn. in c. conſuluit. colũ. v. verſi. in eadem glo. ibi item fallit ſ. de offi. delega. Anto. Franciſ.

b ¶ Priuari. Adde, q̃ excommunicatus perſeuerãs in excommunicatione dicitur Ethnicus, quaſi dignus igne infernalis mõtis Ethnæ poſiti in Sicilia, ſecũdùm Io. an. vt do. Abb. in. c. nouit. de iudi. & dicuntur gẽtiles, & infideles, vt i. c. nõne. v. q. j. Et adde q̃ excommunicatus cõtẽnens excõmunicationem põt priuari feudis, vt eſt gloſſ. in cap. præceptum. xxxij. q. v. quæ etiam dicit: q̃ nõ valent geſta ab ipſo excõicato, imò excommunicatus appellatur hæreticus perſeuerans in excommunicatione, vt in. c. quod autem. iiij. q. j. & vide do. Cardi. in cle. j. in §. cæterũ. de ele. & vide Io. an. in. c. nõ põt. de re. iur. lib. vj. in mer. vbi dicit, q̃ excõicatus eſt incapax omnium priuilegiorum. & vide not. tex. in. c. venerabilẽ. & ibi per do. Abb. de elec. vbi dicitur, q̃ excõmunicatus eſt incapax, etiam ad dignitatem ſecularem.

SEB. SAPIA.

c ¶ Spoliari debet. Hoc verbum põ deratur per Old. in cõſi. cxcv. inci. articuli refert Felyn. in. c. ij. col. ij. ſ. de reſcrip. ver. ſed proprio argumento.

recurritur ad citationem per edictum: inducuntur illa duo specialia, vt citatio sit trina: & absens expectet per sex menses: vt sic suppleatur defectus personalis citationis. ¶ Et aduerte, quia opi. sunt quando habet locū ista citatio per edictum. Nam videtur hîc tex. exigere fraudē absentis: vt patet ibi: *fraudulenter absentat*. Inno. intellexit multum latè, vt procedat non solùm quando fuit absens in vera fraude, de qua constat, sed etiam in ficta fraude, seu præsumpta. † Vnde dicit, q̄ eoipso, q̄ clericus est absens sine iusta causa, præsumitur esse in fraude[a]. Item absentando se est in magna culpa. & magna culpa æquiparatur fraudi, in l. quod Nerua. ff. depo. & ff. de ver. sig. l. magna negligentia. vbi dicitur: magna negligentia est culpa, seu dolus. & vide Inn. in c. fi. de eo qui mit. in pos. vbi dicit, quòd vbicunq; quis tenetur adesse in certo loco: & ibi non reperitur: præsumitur abesse in fraudem. & ponit exemplum in clerico quo ad ecclesiam suam, & in marito quo ad vxorem. Hostien. intellexit hîc Innoc. de fraude in occultādo se, ne citaretur. & hanc opi. videtur tenere quo ad terminos. c. sequē. do. Anto. hic: quia tex. hic videtur requirere fraudē. ¶ † Sed aduerte, quia hoc dictum non procedit. nam si fraudulenter occultaret se, ne citaretur, nō oporteret iterum citare, maximè trinis edictis: & maximè expectando eū per sex menses. Nam tex. est in oppositum in. c. quoniam. §. porro. vt lit. non contest. vbi tex. æquiparat citatum, qui noluit venire: & eum qui se occultat, vel impedit, ne citatio ad eum perueniat. & ideo dicit Inn. in. c. ad petitionem. de acc. q̄ occultans se, vel impediens ne citetur: non est amplius citandus. Nam citatio fit, vt constet de sua cōtumacia. nō oportet ergo ǥminare citationem, vbi est certum [b] de contumacia sua: quia [a] incertis nō in certis opus est conie cturis. in regula est ote. ff. de reg. iur. Item gl. magistra est in contrarium in. d. c. quoniā. §. porro. in ver. si verò, quā oēs doc. sequuntur, dātes regulā: q̄ vbicūq; nescitur, vbi sit absens, vel ex qua causa se absentauerit, debet procedi vt hîc dicitur in prin. c. & plenissimè vide ea, quæ dixi in dicto versi. si verò. ¶ † Conclude ergo breuiter, cum quærit de modo procedēdi cōtra absentē beneficiatum. Aut enim scitur, vbi est: aut ignoratur. Primo casu, aut non pōt cōmodè citari. & idem quod in sequenti membro secundū Inn. hîc. Si verò pōt cōmodè citari, tūc debet citari personaliter, & præfigi terminus sibi cōgruus ad redeundum: determinandus per ipsum iudicem secū dum viarum distantiam personę temporis, & qualitatis. & sic intellige. c. præcedens, & similia iura. & si non redierit pōt superior procedere ad priuationē, seu ad excommunicationem, seu ad petendā restitutionem ipsius clerici: vt. d. c. placuit. Si verò nescitur, vbi est: tūc serua quod habet hîc. Debet enim citari in ecclesia sua per edictum trinæ citationis, & expectari per sex mēses: aliàs si nō redierit, poterit procedi ad priuationem. plenius tamen dixi in ver. si verò. ¶ † Vltimò quæritur, nunquid hoc. c. & similia, habeant locum in absentibus habētibus beneficia residentiam nō exposcētia? & cōcludit hîc Inn. quòd non, nisi vagaretur. quod no. Ex quo colligo, q̄ licet beneficiatus non teneatur ex natura beneficij ad residendum in eo: non tamen potest vacari: imò solū vagationis delictum est sufficiens ad istū priuandū secundū eū. Pro quo. vij. q. j. c. non oportet. cum sequen. nec valet consuetudo, vt possit se absentare vagando: nec valeret licentia Prælati. quod no. contra istos simpliciter beneficiatos, qui vagantur per mundum: & quandoq; efficiuntur stipēdiarij[c]: & nihilominus tenēt beneficia in partibus: vt quantuncūq; illa beneficia sint simplicia, & non exigant residentiā, possunt priuari propter delictum vagationis. quod bene not. ¶ † In glo. fi. ibi: *si surrogati non remouerentur*. hæc gl. verissima est respectu dispensatio nis. Sed dubiū fortius esset in restitutione, vt si per ver-

ba generalia restitueretur depositum ad statutum suum nunquid recuperabit beneficiū alteri collatū? Et puto dicendū, q̄ nō: per ea, quæ no. in. c. quamuis. de rescrip. li. vj. & quod no. Io. an. in regula sine culpa. in mercu. per legistas in. l. fi. C. de bo. proscrip. ¶ † Et in fi. glos. dicit, q̄ in hac vltima. q. reperiuntur tres opi. Prima, q̄ si depositio fuit verbalis, pōt Episcopus restituere: secus si fuit actualis degradatio. quod tenet gl. ij. q. vj. ideò. Secunda opi. vt distinguatur inter depositū propter crimē & propter cōtumaciā. Primo casu Papa restituit. secundo inferior. quod tenet gl. vij. q. j. si quis presbyter. & has duas opi. referunt hîc doc. Sed vide tertiā opi. in. c. episcopus. xij. q. iij. vbi dicit gl. q̄ si degradatio fuit iniusta: puta per falsos testes: & tunc potest Episcopus restituere: aliās secus. Concordando has opiniones possumus sic dicere: q̄ aut depositio fuit verbalis: & pōt Episcopus dispēsare, & hoc in casibus, in quibus à iure sibi conceditur dispensatio: vt in adulterio & minoribus: vt in. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. Vnde intelligo istum tex. vt procedat etiam post depositionē verbalem. & vide quod ibi latius dico. In maioribus verò nō potest restituere: cū in eis dispēsare non possit. Si verò depositio fuit actualis: aut allegatur causa legitima, vt puta, per falsos testes facta: & potest Episcopus restituere. Ita propriè loquitur tex. in. d. c. Episcopus. Aut non allegatur causa talis, vel similis: sed petitur restitutio ex sola gratia: tunc non potest episcopus dispensare: quia iste degradatus actualiter est exutus omni priuilegio clericali, & relictus iudicio iudicis secularis: vt in. c. degradatio. de pœnis. lib. iij.

SVMMARIVM.

1 *Clericus absens causa studij, tunc demum potest fructus sui beneficij recipere, si est in studio bono: secus si in loco, vbi est studium minus vtile. 2. 4. de cuius facultatis studio loquatur vide nume. 5.*

3 *Licētia, vel cōsensus, nō sufficit, quod petatur: si nō cōcedatur. Statutum, quòd mulier non contrahat sine consensu propinquorum, si nolunt consentire non moti ex iusta causa, poterit index præstare consensum.*

4 *Consuetudo, quòd clericus absens causa studij etiam non petita venia, lucretur fructus sui beneficij, valet: nisi ex hoc sequatur magnum incommodum ecclesiæ.*

Episcopus potest dispensare, quòd clericus absens causa studij lucretur fructus etiam de beneficio curato, etiam quòd non sit promotus.

6 *Obtinens beneficium curatum, tenetur facere se promouere ad sacerdotium intra annum, nisi se absentet causa studij: & cum dispensatione Episcopi: dummodò relinquat ibi vicarium: in simplicibus verò beneficijs non relinquitur.*

CAP. XII.

1 Væ fraternitatis. ¶ † Priuilegiatus, vt absens in studio fructus præbēdæ recipiat existens in villa, vel castello, vbi nullum est vel minus cōpetēs studiū, priuilegio non vtitur. h. d. Primò quæstio: secūdò responsio. ibi: *ad quod*. ¶ Casus literalis. Quidam clerici obtinuerūt indulgētiam, vt causa studij beneficia sua perciperent in absentia, qui sic accepta licētia à suo Prælato transferunt se ad villas, vel castella: in quibus modicum est studium: cum deberēt venire Bononiā. Quærebatur vtrū deberent habere beneficia sua in huiusmodi studio? dicit Papa, q̄ ex præfata indulgentia fructum habere nō debent: cū fraus & dolus eis patrociniū non debeat impartiri. Ber. ¶ † Primò no. q̄ causa studiorū præstat legitimā causam absentiæ ad fructus beneficij in absentia percipiēdos. Nūquid autem sit necessaria indulgētia hominis? latius subijciam. ¶ Secūdò no. q̄ differētia est inter villam[d] & castellū. nā villa propriè est

priè est pluralitas domorū sine muris. & dicitur villa, quasi vallis vallata. Castellū potest dici, quādo ibi sunt mœnia. & no. quia dicit castella, & non castra. Nā castrū propriè est fortilicium, & dicitur castrū quasi casa arcta: quia forticiliū nō debet esse nimis spaciosum, vt idigeat paucis ad custodiam. & de his & similibus. vide Io. an. in c. fi ciuitas. de sen. excō. lib. vj. quod no. ¶ No. iij. bonum ar. ex tex. q̄ in villa vel castello pōt esse studiū literarum. & de hoc. ¶ No. iiij. ibi: *exercitium studiorum*. q̄ vbi non est exercitiū studij, nō dicit esse studiū cōpetēs. Et ex illo ver. *exercitium*. inferūt doc. q̄ ibi debēt esse scholares exercētes illā professionē. Ex quo no. q̄ multū cōfert, q̄ in loco studij sint multi & valētes scholares: quia ppter illorū exercitiū iuuenes recipiunt maximū incremētū. Et no. quòd paria sunt nullū in loco esse studiū, vel minus cōpetēs. Et no. quod dixi in summario, quòd habēs priuilegiū, vel licētiā eūdi, ad studiū, nō pōt se trāsferre ad locū, vbi studiū est minus cōpetēs. ¶ † Vltimò no. ibi accepta licentia, quòd priuilegiatus, vt posit ire ad studiū, debet habere licētiā à Prælato suo: & in hoc tamen dic attēdēdā esse formā priuilegij. Et ex illo ver. *accepta*. no. doc. quòd nō sufficit petere, si nō obtineat, si tamē superior sine causa cōtradicit, pōt haberi recursus ad superiorē, vt eū cōpellat dare licētiā[a]. ar. c. nullus. dē iure pat. secūdū Host. & de hoc dixi in. c. relatū. §. eo. Quod facit ad questionē: Statuto cauet vt[b] mulier nō possit cōtrahere sine licētia duorum agnatorū proximiorū: illi requisiti nolūt dare licētiā. dic, q̄ per prædicta pōt recurriad superiorē iudicē loci: vt cōpellat eos dare licētiā: nisi aliās allegēt iustā cām cōtradictiōis. pro quo facit quod not. Bar. in. l. cū nō solū. C. de bo. quæ lib. & l. si cum dotē. §. eo autē tēpore. ff. so. mat. ¶ In gl. j. ibi: *in ciuitatibus*. idem no. gl. in. c. episcopi. lxxx. dist. sed do. Richar. malū. vt refert Bar. in proœ. ff. orum. tenet, quòd hodiè possunt legi iura vbicunq;. Non enim est timor, vt peruertant: cū volumina sint hodiè notissima: & multum cōmentata. Bar. tenuit primā opi. per illum tex. sed audio, quòd alibi tenuit cōtrarium. Et satis posset dici, quòd iura vbicunq; possunt legi. pro quo optimè facit iste tex. in ar. vbi solū dānatur, quòd in villa, vel castello nullū erat, vel minus cōpetēs studium: vel exercitium studiorum: sed talis locus nō habebit priuilegia studij generalis: vt ibi possint aliqui doctorari. Oportet enim quòd huic loco indulgeatur à Principe: vel per cōsuetudinē tanti tēporis, cuius memoria nō est in cōtrarium, sicut dicitur de studio Paduano[c], & sic intelligo in cle. dudum. §. in studijs. de sepul. & sic pōt intelligi cōtraria opi. Vide tamē gl. in cle. ij. de magi. quæ sentit, quòd de iure cōi possit Episcopus cōstituere doctores. & fuit opi. Host. sed cōiter tenetur oppositum. & ita hodiè seruatur de cōsuetudine, vt habeatur priuilegium à Papa, vel Imperatore. ¶ † In gl. ij. in fi. no. gl. & pōt dubitari, nunquid teneatur iste se cōferre ad studium generale? & dicitur generale modo prędicto per priuilegiū, vel cōsuetudinē: aliqui tenuerunt quòd sic. quia appellatione studij debemus intelligere de generali. ar. §. quoties. insti. de iure nat. gē. Host. hîc dicit quòd si nō in fraudē cōfert ille se ad villā, vel castellum vt quia ibi est summus doctor & cōpetens exercitiū studiorū, tunc satis gaudet priuilegio. Pro hoc facit ista litera, vbi solū pōderatur, quòd ibi nullū erat, vel minus cōpetēs exercitiū studiorū. quod satis mihi placet: vt cōsideremus potius mētem priuilegiātis, quàm verba. Nā priuilegiūest indultū, vt possit proficere in studio & scientia: nō aūt ratione loci. Nam cathedra nō facit magistrū, sed magister cathedrā. xl. distin. nō loca. ¶ † Extra gl. quæritur de quo indulto loquitur iste tex. Ioan. an. dicit, quòd pōt intelligi de indulto à statuto, vel cōsuetudine seu speciali priuilegio iuris, vel hominis. Ex quibus verbis not. quòd valet statutū factum in ecclesia, vt absentes causa studij percipiāt fructus beneficiorum suorum. & idē dicendū in cōsuetudine. & no. hoc vltimum. Nā potes hoc cōiūgere cū his, quæ dixi in. c. præcedenti. & c. qualiter.

d Nam in multis locis de cōsuetudine, [d] beneficiatus cōfert se ad studiū, nō petita licentia à Prelato, & percipit fructus in absentia. valet eīn hęc cōsuetudo quo ad vtrūq;. Intellige tamen, quando ecclesia non patiatur graue detrimentum in diuino cultu. nam tunc posset reuocari absens nō obstante statuto; vel cōsuetudine, vel priuilegio vt dicetur in. c. ad audientiam. & c. seq̄. eo. Sed quatenus dicit Io. an. de priuilegio iuris, vel hominis, est dubium qui sint à iure priuilegiati: seu qui homines possint hoc priuilegium cōferre. Host. in summa de magi. §. fin. dicit

e quòd studentes[e] duntaxat in Theologia sunt priuilegiati à iure: vt per quinquenniū studeāt, & fructus percipiāt in absentia. hoc probatur in. c. fi. de magis. Arch. in. c. qui busdā. xxxvij. dist. & in. c. ij. de priuil. lib. vj. tenuit, quòd eodem priuilegio gaudeant etiam studentes in iure. in. d. c. ij. ¶ Aduerte, quia verba iuris propriè nō adaptantur: nisi ad studentes in Theologia: vt. d. c. fi. nec videtur eadem ratio in studentibus in alijs scientijs. ar. opt. in. c. super spec. de priuile. vbi in fauorem Theologicæ facultatis prohibetur, ne Parisijs, vel in locis vicinis legatur ius

a ciuile: vt magis amplietur studium Theologiæ. sed considerando mentem aliorum iurium: & quia ecclesia vniuersalis non pōt regi sine iure, præsertim canonico. c. j. de consangui. & affin. vbi voluit Host. & cōmuniter doctō. quòd cæteris paribus canonista præferatur Theolo

f go in prælatura, vbi non sunt multi hæretici: potest dici maximè in fauorem studentium, quòd gaudēt tali priuilegio, quoniam promouent vtilitatem vniuersalis ecclesiæ. Quod probo apertissimè, per. c. ex eo. de elec. lib. vj. & seruiens ecclesiæ vniuersali, debet reputari residēs.

6 ar. c. cum dilectus j. eo. ¶ † Et saltem puto: quòd Episcopus poterit dispensare: vt absens causa studij percipiat fructus in absentia, etiam si sit beneficium curatū; per tex. not. in. d. c. cum ex eo. Nam ibi Episcopus dispensat vt promotus ad ecclesiam parochialem non teneatur facere se promoueri intra annum ad sacerdotium, sed causa studij posit differre vsq; ad septenniū. & ponitur ibi vicarius: cui datur tantùm certa portio: & reliquos fructus percipit absens causa studij. & idem videtur dicēdū in docentibus: vt in dicto. c. fina. Si ergo episcopus dispē sat ibi in grauiori casu: & vt ita dixerim in duobus: fortius vbi beneficium est simplex. & facit. c. relatum. §. eodem. vbi est bonus tex. & puto quòd in beneficijs simplicibus non tenetur quis ponere vicarium, quia de eo nullam faciunt iura mentionem. vt hîc. & d. c. fin. secus vbi

e fit mentio de ecclesijs curatis: vt in. c. cum ex eo.

SVMMARIVM.

1 *Iurans stare in aliquo loco, si pro interesse dicti loci aliquando se absentet: non incurrit periurium.*

2 *Clericus non potest compelli iurare facere continuam residentiā in ecclesia, nisi sit statutum, vel consuetudo.*

3 *Iuramentum non est præstandum, quando timetur de contrauentione.*

Iuramentum debet verificari in casu vero, & non ficto.

4 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus, vbi interponitur.*

Iuramentum extenditur ad connexa, non ad extranea.

Absens, qui habetur pro præsente, an debeat gaudere omni priuilegio præsentium. vide j. proxi. c. in vlti. no.

CAP. XIII.

1 Ex parte. † Qui iurauit in ecclesia residere pro seruitijs ecclesiæ, licitè se absentat. h. d. Cōmunis diuisio. secunda ibi: *postulationi*. ¶ Casus literalis. ¶ Quidā

SEB. SAPIA.

a In fraude. Vide do. Abb. in. c. fi. §. de eo qui mit. in pos. & in. c. quoniā. §. porro. colū. pen. ſ. vt lit. nō cō te. vbi limitat hoc non procedere, quando à principio ponit causa legitima: propter quam oportuit abesse.

b ¶ Vbi est certū. Adde Alex. cōsi. lxxxvij. lib.

c ¶ Stipendiarij. Adde tamen, q̄ si monachus leuitatis causa, dimittat habitum, & reuertat absolutus, potest eligi in Abbatem, secundum Old. consi. ccij.

ZACHARIAS.

¶ Adde Felyn. in c. quoniā. §. porro col. vij. ver. dū dicit Abbas. ſ. vt lite non conte. vbi tenet, q̄ possit priuari beneficio, etiā si nō requirat residentiam.

SEB. SAPIA.

d ¶ Inter villam. Vide Felyn. in. c. Rodulphus. col. xiij. ver. cæterum ad euitandum. ſ. de rescript.

a ¶ Dare licentiam Adde eundem cō si. lxxxiiij. ij. lib.

ZACHARIAS.

b ¶ Statuto cauetur. Adde Bal. in formantē istā. q. & ista conclu. in l. j. col. fi. vers. sed quid si statutum. C. qui admit. & in l. j. & in rub. de cō trahē. emp. q. xxxiij. Imo. in. §. eo aūt tempore. per istū alle. in vl. ver. Bal. in fi. in coniunctione. ver. quero quid si isti duo. C. de nuptijs. & Bar. in. l. fi. col. fi. vers. idē exemplū est. ff. de appel. reci.

SEB. SAPIA.

b ¶ Statuto cauetur. Vide quę posui ad Abbat. in. c. quod Dei. in fi. j. de statu monac.

c ¶ Paduano. Ad de Bal. cōsi. cccl. vj. ij. lib. vbi dicit: q̄ impetrans beneficium asserens se studere in iure, nō surrptitiè impetrat, si studeat in ciuitate Mediolani quia ibi legitur in iure ex antiqua consuetudine, & est ciuitas metropolitana.

d ¶ De consuetudine. Adde tamen, q̄ nō valeret consuetudo, q̄ quis non faceret residē tiam per substitutum, vt tenet Pe. de Anch. consilio ccxxxiiij.

SEB. SAPIA.

e ¶ Studentes. An studentes in iure canonico possint percipere fructus prebēdę: sicut studentes in Theologia, vide Cardi. in cle. j. §. fanè. in. vj. q. de statu mona. & Abb. in simili in consi. lxxxix. incipi. in ecclesia Catanēsi. & Abb. in. c. fi. in p̄ multi. no. j. ne cle. vel monachi.

f ¶ Theologo. Ad de Rom. consilio cccxxxiij.

electus fuit in præpositu de valerijs: in receptione ipsius præposituræ, præstitit iuramẽtũ, ꝙ faceret residentiã in eadẽ: postmodum verò quãdoq; absentabat se pro iuribus & rationibus ipsius præposituræ prosequẽdis siue procurandis. Dubitabat præpositus vtrũ propter huiusmodi absentiã periuriũ incurrisset. Cõsultus Papa respõdet eidẽ, ꝙ si nõ absentet se in fraudẽ, dũ ipse prosequitur iura ecclesiæ suæ, nõ dicit absens, sed residẽs, & periurium non incurrit. ¶ †Primò no. ꝙ iuramẽtũ præstãdũ tempore promotionis de residentia facienda, non est à iure improbatum. Dicunt hîc doct. ꝙ fortè in ista ecclesia erat statutum, vel consuetudo: vel erat ille suspectus de non residendo, quasi ex his verbis sentiãt, ꝙ cessantibus prædictis non sit exigendum dictum iuramentum. quod satis mihi placet. Sed vbi cessat suspicio, & priuilegium, vel statutũ, vel cõsuetudo nõ debet arctari ad iuramentum: ex quo iura hoc non introducũt. ar. c. dilecti. &. c. legebaꝫ. de maio. & obe. facit. c. clericos. s. de coha. cleri. & mulie. vbi habetur, ꝙ non est deferendũ iuramentum suspecto de cõtrauentiõe. ¶ No. ij. vnũ dictũ mirabile ex isto tex. ꝙ iuramentũ verificatur in casu ficto. nam iste iurauit, residere: & dicitur ꝙ nõ minus seruat iuramentum se absentando pro negotijs ecclesiæ, quia censeri debet residens. Et hoc videtur contra text. in. c. ad nostram el. j. de iureiurando. vbi habetur secũdũ cõmunẽ lec. ꝙ iuramentũ debet verificari in forma specifica, & non in casu ficto. Nam ibi iurauit debitor non molestare creditorem super pignore, donec soluerit sibi creditum. & concluditur non sufficere ꝙ sit creditori satisfactum ex fructibus pignoris, sed oportet, quòd fiat prius solutio realis creditori, & inde satis fictè soluit, ex quo percipit debitum ex fructibus pignoris. Item facit l. Lucius. ff. de condi. & demon. vbi patet, ꝙ cõditio debet adimpleri in forma specifica. Et. l. qui hæredi. eo. ti. contrariũ videtur dicere, & pro nunc potest dici, quòd vbi obseruantia iuramenti in casu ficto, non tẽdit in aliquam læsionem illius: cui fuit præstitũ, imò subest causa largè intelligendi iuramentum: tunc debet iuramentum verificari etiam in casu ficto: vt hîc: secus vbi iuramenti obseruantia tendit in fauorem alterius: nec verificatur ita in casu ficto: imò potius contra intẽtũ, quo casu posset habere locum cõtrarium[b]. ¶ Sed quæro, qualiter teneatur quis ad residentiam[a] dicũt hîc doct. ꝙ nõ debet hoc ita amarè intelligi, vt nũquã inde discedat. Satis em est quòd tẽporibus debitis ibi resideat. ar. de consc. dist. v. nunquã. xxxvij. dist. de quibusdã. & quod legi. & not. in. c. fi. de verb. sig. lib. vj. facit optimè. l. si quis ita legauerit. ff. de conditio. & demõ. & l. quid sit fugitiuus. ff. de ædi. edic. ¶ In glo. j. ibi: *in eadem prouincia.* dic quòd propriè dicitur præsens ille, qui intelligit ea: quæ geruntur ibi. xj. q. iij. c. eorũ. & l. diem proferre. §. corã. ff. de arbit. sed aliis respectib[9] impropriat istud verbũ: & vario modo sumit, vt in gl. ¶ †In gl. fi. ibi: *ad ea, de quibus non fuit cogitatum.* Glo, contra hoc opponit, & nõ soluit. Host. dicit, ꝙ ad cõnexa extendit iuramẽtũ, vt hic. sed ad extranea non: vt in cõtrario Io. dicit, ꝙ salua reuerẽtia glo. & Host. hoc nõ colligitur hîc: fortè vult dicere, quòd istud poterit cogitari. Et dic quòd cũ istud iuramẽtũ sit præstitum in materia iuris, debet intelligi secundũ materiã subiectam: vt probatur in. c. sequenti. & vide pulchrum dictum Innocen. in. c. per tuas. de arbit. Vbi singulariter dicit dicit, quòd iuramentũ simpliciter præstitum in materia sui natura alternatiua debet intelligi alternatiuè. Ita dicamus in proposito, quòd cũ ius non arctat ad residẽdum indifferenter, imò permittit absentiã ex causa legitima: ita debet intelligi iuramentũ. Ex quo habes aliã rõnẽ decidẽdi ad literã. & corroborat dictũ sequẽs, vt in gl. vt proprio negotio possit se absentare, quia hęc est causa legitima, petita tamẽ licentia. vt in. c. relatũ. s. e.

¶ †Sed extra glo. quæritur, nunquid is qui habetur pro præsente debeat gaudere omni beneficio præsentiũ. Archi. in. c. fi. de cõsu. lib. vj. dicit, quòd gaudet solũ his: quę cõputũt præsentibus de iure cõi, secus in cõputẽtibus de iure speciali, puta statuto vel cõsuetudine, quia hæc iura specialia debent strictè intelligi Io. an. dicit, quòd si habetur pro residente: puta quia est in seruitio Papæ, vel Episcopi, tũc habebit pro præsenti, quo ad omnia: secus si esset concessum priuilegium, vt possit percipere fructus in absentia. Tunc enim dicendũ, quòd non habeat pro præsente quo ad alios effectus. Et ex hoc esset inferendũ quòd si ex priuilegio quis debet haberi pro præsente, seu pro ciue, debet gaudere omni priuilegio præsentiũ, vel ciuiũ etiã in cõputẽtibus de iure spãli. quod satis placet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus familiaris Papæ debet recipere fructus sui beneficij, licet sit constitutio in contrarium, intellige vt nu. 2. 3.*
4 *In rescriptis non est necesse facere mentionem de iure cõmuni.*
5 *Constitutio, vel statutum continens id, quod continet ius cõmune, excludit illos casus, quos excludit ius commune.*
Statutum præter, vel contra ius commune, nunquam verificatur in casu ficto, aliàs aliquando sic. vide ẽ. proxi. c. in. ij. no.
6 *Clerici seruientes legato in prouincia sua, an gaudeãt beneficio, vt possint, licet absentes, recipere fructus suorũ beneficiorũ?*
7 *Clerici non canonici stantes in seruitio Episcopi, non gaudent illo priuilegio, quòd quoad perceptionem fructuum beneficiorum, habeantur pro præsentibus. vide de veritate ẽ. cap. proximo. nu. 8.*
8 *Familiares cardinalium habentur pro præsentibus, quo ad perceptionem fructuum suorum beneficiorum.*
9 *Clerici de Diœcesi suffraganei seruientes Archiepiscopo, non habentur pro præsentibus, quo ad perceptionem fructuum beneficiorum.*

CAP. XIIII.

VM dilectus. ¶ †Familiaris Papæ non obstãte cõstitutionẽ cõtraria, præbẽdæ suæ fructꝰ percipit in absentia. h. d. Primò dictũ. secũdò eius rõ ibi: *cum familiares.* ¶ Casus literalis. Canonici Metẽses talẽ fecerũt cõstitutionẽ in ecclesia sua, ꝙ in absentia nihil perciperẽt. Magister Otto eiusdem ecclesiæ canonicus existẽs in curia Romana in seruitio dñi Papæ petebat ab eis beneficiũ suũ, sed ipsi occasione dictæ cõstitutiõis illud denegabãt. Mãdat Papa canonicis Meten. quatenus nõ obstãte illa cõstitutione, quæ facta est cõtra absentes: ꝙ debeãt eidẽ magistro assignare fructus præbẽdæ suę existẽte in seruitio domini Papę, quia qui in seruitio dñi Papæ cõmorãtur: nõ debẽt gaudere minori priuilegio, quã qui in ecclesia cõmorãtur. quia per ipsos præsentiũ negotia sæpius promouent. Istud intelligo de gratia, ꝙ mãdat dare beneficiũ, nõ obstãte illa cõstitutione. Ber.

¶ †No. j. ibi: *in nostro seruitio.* ꝙ nõ oẽs residẽtes in curia Romana gaudẽt prærogatiua pcipiẽdi fructus in absentia, sed oportet ꝙ sint in seruitio Papæ. & an oẽs in eius seruitio existẽtes gaudeant hoc priuilegio, dicã in. c. seq.

¶ No. ij. ibi: *familiares.* ꝙ existẽtes in seruitio alicuius, dicunt sui familiares[d]. Est tñ verbũ valde latũ. Nã & domestici dicuntur familiares. de quo in. c. in literis. de restit.

¶ Not. iij. ibi: *sed obsequiales. & c.* ꝙ existẽtes in seruitio Papæ dicuntur seruire vniuersali ecclesiæ. Et facit hæc litera in ar. ꝙ seruitiũ ecclesiæ vniuersalis, debeat facere quẽ reputari pro præsente. ¶ Vltimò no. ibi: *minori non debeant.* ꝙ isti absentes, qui cẽsentur residere, debẽt in omnibus gaudere prærogatiua præsentiũ. & sic videt, ꝙ in his, quæ cõputũt de iure spãli, debeãt reputari præsentes. & facit ꝑ Io. an. in eo, quod dicit cõtra Arch. in. c. fi. de cõsue. li. vj. tetigi aliqualiter in præcedẽti. ¶ †Sed quę ritur pro declaratione prędictorũ, nunquid oẽs officiales curiæ gaudeãt hoc priuilegio? doctores hîc sentiũt ꝙ non. &

SEB. SAPIA.
a ¶ Iuramentum. Vide do. Host. in l. si pecuniam. in prin. col. antepenul. ff. de cõdi. ob cau. Et faciũt no. per Bar. in. l. j. §. & post operis. ff. de oper. no. nun. vbi tãgit, an iuramentum de soluẽdo in termino, du ret prorogato termino, de quo per Fel. in. c. ad aures. col. j. j. de simo.
b ¶ Contrarium. Adde, ꝙ iuramẽtum possit habere locũ in casu ficto. facit quod voluit Ro. consi. cclxij. & seq. vbi cõsuluit, ꝙ periurus nõ dicitur, qui iurat se semper stetisse in ciuitate, si per octo menses propter pestem abfuerit: quia iusta causa absentię & animus reuertendi ponderanda sunt. Et ꝙ ille qui est absens ex iusta causa, dicatur præsens, dicit probari per text. in. l. si quis ita. ff. de cõdi. & demõ. allegat etiam hãc decretalem. & ibi vide de. q. fin. hîc posita.
c ¶ In materia iuris. Adde Ro. cõs. cclxxxxix. Ber.
SEB. SAPIA.
d ¶ Familiares. Quis dicatur familiaris, & qualiter differat à domesticõ, ponit Fely. in c. insinuante. co. iij. versi. & quę differentia sit. s. de offi. delega.

non. & satis probat hæc litera: dum dicit, in seruitio nostro. Sunt enim in curia quidam notarij, qui stant principaliter propter lucrũ: nõ autẽ ad seruiẽdũ Papæ, nec vniuersali ecclesiæ. & dum negotium occurrit, potius seruitur eis: quàm ecõtrà. Restringenda est ergo hæc litera ad existentes in seruitio Papæ. vt sunt capellani, vel similes. vel nisi essent ibi officiales trahentes ibi morã ex præcepto Papæ. nam satis dicuntur abesse causa reipublicæ: vt. l. fed & si per prætorem. in fi. & l. reipublicæ. ff. ex qui
4 bus cau. maio. ¶ †In gl. j. in fi. Idẽ tenet Hosti. sed Io. an. tenet cõtrariũ: quia cũ hęc cõstitutio tantùm disponat id, quod ius cõe, nõ est necesse in rescripto de ea facere mentionem: quẽadmodum nec de iure cõmuni. & tene
a menti hoc dictum.[a] & vide glo. in. d. c. j. de cõsti. libr. vj.
5 ¶ †Et no. ex hoc & ex tex. ꝙ constitutio disponẽs in materia iuris, non includit in se casum aliàs exceptũ à iure cõmuni, seu casum fictũ à iure cõmuni. Nam de iure cõmuni est, quòd nõ residens fructus nõ percipiat: sed familiaris Papæ excipitur, seu censetur residere. vnde cõstitutio simpliciter dictans, vt nemo habeat fructus in absentia: non includit casum à iure exceptum: imò verificatur in casu ficto à iure, qui habetur pro vero. Et sic habes casum, in quo statutum verificatur in casu ficto: cõtra no. in. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & c. in nostra. de iniu. & hoc ideò est: quia ius in hoc æquiparat casum verũ & fictũ. Vnde cõstitutio disponens regulariter id, quod ius
b debet recipere oẽs limitationes & interpretatiões iuris. quod perpetuò no.[b] & clarius probatur in. c. seq. vbi tãgam. Secus dic, vbi statutum esset præter, vel contra ius, & odiosum: tunc non verificabitur in casu ficto: sed verba debent intelligi propriè & in suo proprio significato & sic intellige illã. l. iij. &. c. in nostra. Facit ad materiam quod not. per Bar. in. l. omnes populi. in. vj. q. ff. de iusti. & iure. vbi tractat, an statutum recipiat interpretationẽ restrictiuã, vel extensiuã. & optimè facit. l. ij. C. de noxa. & in. c. ex parte. iij. de verb. sig. ¶ In glo. ij. ibi: *tanquàm vni ex residentibus.* dicit Io. an. & bene, quòd hæc verba non sufficerent, vt isti deberent consequi hæc victualia, quæ aliàs appellantur quotidianæ distributiones. Ratio quia distributiones non dantur residentibus, sed interessentibus diuinis: vt leg. & no. in. c. j. eo. tit. lib. vj. Ex quo no. ꝙ verbũ residere, verificatur in eo, qui est loco beneficij: licet nõ semper interfit diuinis officijs. ¶ †In gl. fi.
6 in fi. aduerte, quia gl. solũ videnꝫ excipere existẽtes in seruitio Papæ: & Episcopi: vnde dubitatur quid de existentibus in seruitio legati. doc. cõiter videntur sentire, quòd idẽ sit in legato, quod in Episcopo, quantũ ad prouinciã suã. argu. in. c. ij. de offi. leg. lib. vj. Nec ob. in. c. sanè. j. de priuile. vbi dicitur, quòd priuilegiũ nõ est extendendũ ex idẽtitate rationis: quia istud non est priuilegium, sed ius: & sic transeunt, vt dixi cõiter doct. Sed ego dubito vtrum hoc dictum sit verũ. Primò, quia nõ est eadem ratio in legato, quæ in Papa: & maximè, quia aliqui possunt esse in seruitio Papæ. & aliqui in seruitio legati. & sic ecclesia pateretur defectum ministrorum. Nec est eadem ratio, quæ in Episcopo, quia episcopus facit vnum corpus cũ canonicis. & est maior communio inter eos, quàm inter legatum & canonicos. arg. c. requisisti. ij. de
7 testa. & c. quãto. de his, quæ fi. à præla. fine cõsen. ca. † Et pro hoc quod not. doc. in. c. seq. vbi reuocant in dubium nunquid clerici non canonici existentes in seruitio Episcopi gaudeãt hac prærogatiua. & pro maiori parte videtur tenere, quòd nõ, quia iure cautũ est de canonicis, qui faciunt vnum corpus cum Episcopo. Item potest argui in legato, sicut arguimus in clericis inferioribus ad Episcopũ. & tantomagis, quia potestas legatorum est superindicta, seu extraordinaria: ideo restringenda. vt dicit gl. no. in cle. ij. de offi. ordi. Item hæc materia est damnosa ipsis ecclesijs, & diminuitur cultus diuinus. ergo potius
8 sunt restringenda, quàm relaxãda. † Ex quibus infertur quid dicendũ de familiaribus Cardinaliũ. sunt opin. sed Io. an. dicit, ꝙ hodie papa cõcesit omnibus cardinalibus hanc prærogatiuã respectu familiariũ. vnde de iure possent attẽtari aliud prædictis rationibus. ¶ Sed ad vnũ[c] di
c ligenter aduertas in practica. Nã multi impetrãt literas
d familiaritatis Cardinaliũ, qui non sunt verè familiares[d] Cardinaliũ: sed faciũt, vt gaudeãt priuilegio familiariũ. nam in nullo gaudere debẽt. pro quo tex. in. c. præceden
Papa si scripserit aliquid, quod est euidenter iniustum, vel fieri non potest sine peccato: non est ei obediendum.

CAP. VI.

1 CVm teneamur. ¶ †Ad mãdatũ Papæ nõ tenetur quis prouidere illi, qui beneficium in literis tacuit: vel cui sine scandalo prouideri non potest. Et in hoc vltimo est iste tex. semper mentite nendus. Nõ recipit congruã diuisionẽ. ¶ Casus literalis. Aliquis habẽs sufficiẽs beneficiũ, impetrauit literas pro alio beneficio in alia ecclesia obtinẽdo: nec fecit mentionem de beneficio, quod habebat: quæsitum fuit à Papa, vtrum teneretur ille, cui literę diriguntur prouidere illi authoritate illarum literarum. Papa respondet, si manda tũ nostrũ receperis super prouisione alicuius, qui habet aliud sufficiens beneficium, patienter sustinebimus, si nõ feceris, quod mandamus: nisi de beneficio in literis nostris fiat mentio: vel si non potes ei prouidere sine scandalo. Ber. ¶ †No. j. vnam regulam generalem & notabilem: ꝙ in materia beneficiorũ licitè nõ obtemperatur literis Papæ, si sine scandalo pareri non potest: non enim est de mente Principis velle prouidere vni cum scandalo plurimorum. Ad hoc bo. tex. in. c. nihil cum scandalo. s̃. de præscrip. & in. c. ij. de noui ope. nun. & vide glo. in. c. qui scandalizaueritj̃. de reg. iu. quam notabis. Et aduerte quia tex. iste procedit in dubio quando. ſ. non appareret de expressa intentione Papæ in contrarium. Sed dubium esset quid si Papa præcisè præcipit, scandalo non obstante suo mandato pareri[a]? Circa hoc nihil scribitur, sed dicerem sic: quòd aut est tale, ꝙ non potest sine peccato explicari: & tunc non est parendum: vnde dicit sing. Innoc. in ca. inquisitionis. de sent. excom. ꝙ non est parendum mandato Papæ iniusto: ex quo multa mala seu scandalũ verisimiliter est futurum. Ad idem vide quod not. Ioan. An. in. c. adeò. de rescrip. vbi notanter dicitur, ꝙ si Papa scribit pro indigno tanta indignitate, vt salua cõscientia illi prouideri non potest: non est illi parendum. Ad idem vide Hosti. in. c. significaui. de off. or. vbi dicit, ꝙ si superior nõ potest dispensare super mandato iniusto: nõ est illi parendum. Probantur prædicta ratione. Nam Papa non recipit à Deo potestatem peccandi, sed iustè & licitè ligandi & soluendi: vt dicit tex. in. c. j. xl. dist. sed Deus qui est superior præcepit malum vitandum: ergo potius parendũ est Deo, quàm Papæ: quia Papa non potest cõtra legem Dei: vnde dicitur potius errare, quàm legem facere. xxv. q. j. sunt quidam. &. xj. qõ. iij. c. qui resistit. & hęc not. quia quotidiana. ¶ In glo. j. in fi. de hoc dic, vt dixi in illo. c. cum ecclesiasticæ. ¶ † In glo. ij. in fi. hodiè est tex. in. c. fi motu proprio. j̃. eo. tit. li. vj. vbi habetur, quòd quantumcunque tenue sit beneficium obtẽtum, est semper de illo facienda mentio: aliàs rescriptum est surreptitium. Sed hîc docto. quærunt, nunquid de beneficio sibi subtracto, seu occupato sit fienda mentio? Et concludũt quòd sic: aliàs posset via aperiri fraudibus: quia faceret se quis spoliari, vt posset impetrare aliud beneficiũ, & demũ repetere primũ. Item ex quo habet actionem ad beneficium repetendum, videtur ipsum beneficium obtinere. ff. de regu. iur. l. qui actionem habet. facit ad hoc. c. in nostra. s̃. de rescri. Nam si Papa sciuisset, fortè nõ cõtulisset secundũ: sed dixisset, ꝙ repeteret suum beneficiũ. & hoc videtur verisimum. Et aliæ glossellæ non habent aliquid.

a SEB. SAPIA. ¶ Pareri. Quòd non sit in tali casu Papæ obediendũ vide Fel. in. c. accepimus. col. j. s̃. de fi. instru. & in. c. fi quando. col. ij. s̃. de rescri. vbi dicit non esse obediendũ Papæ, vbi peccatum imminet.
b ¶ Pleno iure. Ad de Cal. consi. ij. de præscrip. Ber.
c SEB. SAPIA. ¶ Ratione consuetudinis. Vide latè per Dec. post Ab ba. in rub. s̃. de appel. col. ij.
ZACHARIAS.
d ¶ Excipiatur. Ad de quòd pro hoc est gl. singul. in. c. dilecti. per istum alle. in ver. appellationẽ. secundũ Phil. Franc. Butr. istum & doc. s̃. de app. licet Archid. in ca. si delegatus. de of. dele. li. vj. dicat Inn. & Hosti. tenere cõtrarium in isto casu allegat. per. d. l. cuius, tamen gl. opt. docet nõ esse credendũ Ioan. An. in præalleg. c. dilecti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens duas ecclesias, debet vnam eligere, & aliam dimittere: an autem priuetur vna ipso iure: vide. 3.*
2 *Prælatus inferior Episcopo, habet ius instituendi, priuandi, & excommunicandi.*
4 *Consuetudo, vt appelletur ad Papam omisso medio valet. Item valet circa ea, quæ sunt accidentalia alicuius actus: cõtra naturam & substantiam actus non valet consuetudo.*
Constitutio odiosa prouidens contra Episcopum: non extenditur ad alios sacerdotes.

CAP. VII.

1 REferente. ¶ †Habens plures ecclesias, alterã eligere, & alteram dimittere compellitur. h. d. In prima ponitur impetrantis conquestio. In secunda ipsius absolutio & causæ cognitio. ibi: *nos autem*. Casus literalis. Quidam presbyter in Archidiaconatu cuiusdam Archidiaconi habebat duas ecclesias. Archidiaconus spoliauit illum altera illarum: & assignauit illam cuidam alij presbytero. G. nomine, propter quod presbyter ille appellauit ad Metropolitanum suum. s. Remensem Archiepiscopum: & sic Archiepiscopus restituit illi ecclesiam, post hoc Archidiaconus vocauit illum presbyterum ad præsentiam suam: & quia ille non venit, Archidiaconus excommunicauit eundẽ. Sacerdos conquestus à domino Papæ. vnde Papa fecit illum absolui à sententia qua tenebatur. mandat Papa Episcopo Diœcesano, vt ille presbyter vnã de prędictis ecclesijs eligat, quam voluerit: & alterã assignet prędicto. G. cui Archi. eam cõtulerat, si nõ habeat aliud beneficiũ: alioquin concedat illã alij personæ idoneæ beneficium non habẽti. Ber. ¶ †No. j. Archidiaconũ, & sic inferiorẽ prælatum Episcopo posse de iure speciali habere ius instituendi. Itẽ priuandi & excõmunicandi. Potest ergo inferior Episcopo acquirere ecclesiam pleno iure. [b] de quo in. c. vnico. de cap. mo. lib. vj. facit. c. auditis. &. c. olim. de rescrip. & vide latius in. c. cum satis. de offi. Archi. ¶ †No. ij. tex. not. ꝙ habẽs plures ecclesias non potest vtraq;, vel altera præcisè priuari. sed debet dari optio eligendi alteram, quã velit. contra hoc apertè facit. c. quia nonnulli. s̃. titu. proxi. vbi priuatur secunda. & hodiè videtur tex. iste correctus per. c. de multaj̃. eo. vbi ipso facto est priuatus prima. Doc. instãt pro solutione: & maximè ad. c. quia nonnulli. & cõmuniter videntur velle, ꝙ istud capit. præcesit. c. quia nonnulli. vn de* ante illud cõciliũ dabatur optiotẽpore illius, priuabat secũda superueniẽte ipso facto prima. * vt. c. de multa. & sic istud. c. remanet hodie correctũ. ¶ Sed cõtrahũc cõem intellectũ facit, quod habetur in ꝓœmio. Ad quid enim fuit positũ hoc. c. cũ de aliquo nõ seruiat. Ideò vt aliàs dixi potest iste tex. etiã hodie ꝓcedere in ecclesijs nõ curatis, vel in vno curato, & alio simplici. Ex quo enim requirunt residẽtiã, & non possunt simul de iure teneri, debet dari optio: vt alterũ eligat, nõ obstantibus. c. superius alle. quia loquũtur in dignitatibus, personatibus & ecclesijs curatis. Istud. c. loquitur indistinctè. ergo nõ de bemus recedere de iure antiquo: nisi quatenus reperitur in nouo prouisum. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & debemus semper niti ad saluandũ iura, quatenus potest fieri cõgruè: vt. c. cũ expediat. de ele. li. vj. & pro hoc vide qd̃ no: Ol. cõs. ccxx. & hoc semper notabis. & facit quod dixi in. c. fi. s̃. ti. proxi. ¶ †In gl. ij. in fi. vult gl. ꝙ ratione cõsuetudinis hîc valuit appellatio, omisso medio. & sic no. ꝙ cõsuetudo potest operari circa ea, quæ sunt de circunstantijs, seu de accidentibus alicuius actus: vt est tex. cum gl. in. c. ij. de consue. li. vj. & vide tex. in. c. Romana. de appel. e. li. vbi probat dictũ gl. ¶ Sed aduerte, quia hoc est diuinare, ꝙ hîc esset consuetudo: ideò hîc potes dicere, ꝙ hoc nõ fuit exceptũ. & non diuinãdo habes hîc casum, ꝙ valet appellatio omisso medio, si non excipiatur[d]: & dixi latius in. c. dilecti. s̃. de appel. & ad hoc scias allegare istũ tex. ¶ In gl. in verb. quã maluerit ibi: quod nõ credo: no. bene hoc dictũ gl. quòd constitutio odiosa specificè prouidens

prouidens contra Episcopũ nõ debet extendi ad alios sacerdotes. Idẽ dic contra arg. quia periculosum. de sentẽ. exc. li. vj. & facit quod dixi super ru. de vita & ho. cler. & c. statutum. de ele. li. vj. Et in fi. gl. pondera hoc dictũ gl. quia potest adduci ad id, quod. s̃. dixi: ꝙ hæc constitutio nõ sit mutata, nisi respectu rerũ ecclesiasticarũ curatarũ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia & dignitates non possunt, nec diuidi, nec permutari sine superioris authoritate. 2. 3.*
4 *Laicus potest habere præbendam, quando non est annexa canonicatui: canonicus verò non potest esse.*
Præbenda annexa canonicatui, est quid spirituale: separata verò non.
5 *Si duo recipiuntur ad vnum canonicatum: efficiuntur duo canonici, etiam si superent numerum: secus si ad vnam præbendam.*

CAP. VIII.

a 1 MAioribus. [a] ¶ †Prohibetur etiam diuisio præbendarũ & permutatio dignitatum: vel sic. ¶ Præbendæ & dignitates nõ debent diuidi, nec etiam permutari. h. d. In prima ponitur causa prohibitionis. In secũda prohibitio: ibi, *idcirco*. ¶ Casus literalis. Quidã prælati beneficia minorũ clericorũ diuidebãt in plura beneficia, maioribus, in sua integritate manentibus. Conciliũ Turonense videns, quòd erat iniquum, statuit ꝙ ecclesia seruet vnitatẽ sine aliqua sectione in minoribus beneficijs: sicut in maioribus, vt de cætero nulla diuisio fiat prębendarũ
2 aut etiã dignitatũ. Ber. ¶ No. † primò quòd quædã beneficia dicuntur minora, & quædã maiora. Appellat quædam maiora Episcopatus: minora præbendas. Io. An. dicit posse dici, quòd quædam sunt maiora, quædã media: & quædã minora. maiora sunt Episcopatus: media Abbatiæ, & alij personatus: minora præbendæ. ¶ No. ij. hîc vnam regulã negatiuã: ꝙ dignitates, seu beneficia nõ debent permutari: intellige, nisi ex causa & superiorum authoritate: vt in glo. nec præbendæ, seu alia beneficia de-
3 bent diuidi. ¶ † In. ij. gl. in fi. Ex hac glo. colliguntur duę solutiones: & per consequens duo intellectus ad hoc ca. Primus est, vt non fiat diuisio præbendę sine causa: vnde causa non existente ex vna præbenda, non debent fieri duæ: vt hîc: sed ex legitima causa fic. & sic intelligitur ca. vacantej̃. eo. Et secundũ hunc intellectũ intelligitur iste tex. vt nõ fiat diuisio. ſ. vt ex vna fiant plures. Secũdus intellectus, ꝙ primò prohibetur, ne duo recipiantur ad vnam præbendã: quia cùm sit vnicũ ius & indiuisibile, nõ debet esse titulus duorum. in. c. tuaj̃. e. sed ex causa bene posset vna diuidi in plures: vt sic sint plures tituli. & hãc solutionẽ tenet Inn. qui dicit præbendã nõ diuidi: licet aliqua de temporalitate sibi retineat, & alteri præbendæ indigenti tribuat. pro hoc. c. cũ omnes. de consti. vbi mãdatur, ꝙ præbendę æquiparentur. Nam secundũ Innoc. præbenda est nomen iuris: quia nõ solùm consistit in tẽporalitate, sed inhæret iuri canoniæ: & sic remanet vnũ ius, licet aliquid de temporalibus sibi detrahatur. & notabis semper hoc dictũ. & videtur velle, ꝙ præbenda sit ius spirituale. Et pro hoc videtur tex. in. d. c. dilectoj̃. eo. vbi appellat præbendam ius spirituale vnicum & inuisi-
4 bile. ¶ † Sed aduerte, quia malè intelligitur hoc dictũ: & videtur glo. in contrarium. in. c. cum. M. de consti. quę dicit, ꝙ præbenda potest conferri laico: cum consistat in tẽporalitate. vnde potest laicus esse præbendatus, sed nõ canonicus. & sic transeunt ibi doct. ergo nõ est ius spirituale: sicut hîc dicit Inno. & videtur tex. in. d. c. dile. Sed pro concordantia debes animaduertere, quòd quandoq; in ecclesia præbendæ non sunt distinctæ: sed omnia bona sunt cõmunia. Et per capitulũ assignatur isti vnum præ diũ in præbenda: & alteri aliud, vel quid simile: vel etiã sunt præbendæ distinctæ, sed non sunt annexæ canonicatibus. quia non est ibi numerus canonicorũ. & istis casibus & similibus prębenda est quid merè temporale: & dicitur à præbeo præbes. talis prębenda potest dari etiã laico. & sic intellige notata in. d. c. cum. M. Quandoq; præbendæ sunt distinctæ & annexæ canonicatibus: vt quia certus est numerus canonicorũ & præbendarũ: & quæli bet præbenda inhæret suo canonicatui. & hoc casu intelligę. d. c. dilecto. & dictũ Inn. hîc. Nã canonia est quoddã ius spirituale cõpetens canonico ex receptione sua. Nam ratione cõnexitatis præbenda dicitur ius spirituale: quia habetur respectus nõ solùm ad tẽporalitatem, sed ad ius canonicũ connexum: quod est spirituale: & hæc talis prębenda non potest conferri laico: nisi separetur prius à
5 iure canoniæ. ¶ † Et ex istis infertur ad decisionem quæstionis, quã ponit hîc Inno. Quæritur enim quid si duo recipiantur ad vnam præbendã simpliciter, seu ad vnam canoniam? & dicit, quòd si duo recipiantur ad vnam canoniam, seu canonicatum: multiplicatur ipso facto ius canoniæ: ita quòd sunt duo canonici, & habent ius canoniæ distinctum: ita ꝙ si erat ibi numerus canonicorum, est ruptus: quia ex quo vacante numero receperũt duos: videntur creasse aliud ius de nouo. & de hoc videtur textus in. d. c. dilectusj̃. eod. & dic vt ibi. Si autem duo recipiuntur ad vnam prębendam: non tenet exceptio quo ad præbendam: quia cùm præbenda etiam consistat in tẽporalitate modo prędicto, non videtur facta diuisio prębendarum. quia opus est facto, sicut consistit in facto. facit. l. quod in rerum. §. final. ff. de legat. j. In istis enim quæ sunt facti, non sufficit animi destinatio ad diuisionem, sed oportet, quòd interueniat contrarium factum: quia nil tam naturale, quàm quòd vnumquodque vinculum soluatur eo modò, quo ligatum est: vt. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. secus est, vt dixi in iure canonicatus: quia est incorporale. Vnde sola animi destinatiõe potest multiplicari.

a SEB. SAPIA. ¶ Maioribus. Vide, quod per istũ tex. dicit signanter Card. in cle. fi. §. fi. in antep. qõ. de iurepatr. & ad materiam vide dictum Io. de Ana. in ca. audiuimus. in. iiij. col. j. de collu. quod refert Feli. in. c. ad audientiam. ij. in. ij. col. s̃. de rescri. videlicet quòd Episcopus potest pro bono pacis ordinare: vt detur aliquid alteri parti. debet tamen istud ordinare per viam quantitatis pecuniæ, vel bladi, non aũt per modum quotæ: puta vt des sibi tertiã, vel quartam partem: quia esset scindere beneficium contra hanc decre.

SVMMARIVM.

1 *Receptus in canonicum debet habere præbendam, ex qua possit viuere: & sic videtur, quòd canonicus potest quis esse, sed non sit beneficiatus, de quo debet sibi postea prouideri. 2. & interim habet vocem in capitulo: & fecit omnia sicut alij. 3.*
4 *Conferre beneficia non est propriè donare. videj̃. eo. c. inter cætera. nu. 3. & 8.*
5 *Canonicus potest esse quis in vna ecclesia sine præbenda: quando habet in alia ecclesia præbendam: imò non posset habere duas præbendas etiam ex dispensatione Episcopi.*
6 *Beneficia vacatura nullo modo possunt cõferri ab inferiore à Papa propter votum captandæ mortis.*
7 *Canonicus si vnus fuit primò receptus à capitulo, alter postea à Papa, vterq; sine præbenda, præbenda primò vacatura est danda secundò recepto, quia à Papa.*
Canonicus receptus authoritate capituli, non potest excipere cõtra receptum authoritate Papæ: quòd non fecerit mentionẽ de receptione sua, & sic surreptitiè impetrasse.

CAP. IX.

1 RElatum. ¶ †Receptus in canonicum, & prouisione capituli, debet quando facultas se obtulit habere prębendã. Præmittit & submittit causas mãdati: ipsum mandatum interferendo. ¶ Casus literalis. Archiepiscopus Cantuariensis instituit in ecclesia sua magistrum Iacobum in canonicum & in fratrem: & promisit eidem conferre primam præbendam, quæ in ecclesia ipsi vacaret: & assignauit eidem aliquam portionẽ quouscp; prębendam aliquam integrã cõferret eidem. sed cũ postmo-

dum in eccleſia ipſa prębendæ vacaſſent. Archiepiſcopus nō adimpleuit ſuam promiſsionē, vnde iſte Iacobus acceſsit ad Papam, & expoſuit ei, qualiter Archiepiſcopus ſe habuerat erga eum. Scribit Papa Archiepiſcopo dicens, quòd poſtquam dictus Iacobus eſt inſtitutus canonicus in ipſa eccleſia: & promiſſa eſt ei prębenda primò vacatura, dignum eſt vt integram habeat prębendam: vn de mādat ipſi Archiepiſcopo, quatenus ſi dictus Iacobus eſt in eccleſia canonicè inſtitutus & in choro, capitulo, & alijs quorum communis eſt vſus, habet ſicut canonicus poteſtatem: ei prębendam, ſi qua vacet, vel quā primò vacare contigerit, aſsignet ſecundū quod ipſe promiſit: quia incōueniens eſt, vt prębenda careat, qui in canonicum eſt receptus. Bernard. ¶ †Not. primò quòd quis poteſt eſſe canonicus abſque eo, quòd habeat prębendā. & maximè hoc procedit, vbi non eſt certus numerus canonicorū, ſed prębendę ſunt certę & diſtinctæ. ¶ †No. ij. ibi: *capitulum &c.* quòd ius intereſſendi in capitulo & dandi ibi vocem, non cauſatur ex collatione prębendæ, ſed ex iure canoniæ[a]: canonicus verò ſine prębenda licitè dat vocē in capitulo: & ita facit tanquam canonicus. & hoc indubiè procedit, vbi non eſt certus numerus. nam poteſt quis dici ſupernumerarius, ſed omnes habent æquale ius. De ſupernumerarijs verò vtrum habeant vocem in capitulo, [b]dic: vt not. in cap. cum. M. de conſtitutionibus. & capitulo dilectus, infrà eodem. ¶ Nota. iij. ibi: prębendam, ſi qua vacat &c. quòd in iſta eccleſia erat determinatus numerus prębendarum: aliàs prębenda non poſſet vacare: vt in. d. c. dilectus j. eo. Et ex hoc colligitur, quòd poſsibile eſt numerum prębendarum determinatum eſſe in eccleſia, & non numerum canonicorū. ¶ †Nota ibi: *concedas liberaliter.* iuncta glo. fi. quod prælatus in conferendo beneficium iſti vel illi, dicitur vti liberalitate quadam. Licet enim teneatur conferre[c]: non tamen iſti, vel illi. vnde liberalitas eſt in alicui conferendo. Nam propriè, vt dixi, in ſe non eſt liberalitas. & vide tex. in. c. fi. de offi. vica. quia appellat collationem donationem: non tamen eſt vera donatio ſimpliciter. Et ideò dicit glo. xxiij. q. vj. c. fi. quòd epiſcopus dicitur dare prębendam, non autem donare. Nam propriè donatio eſt, quando nulla neceſsitas vrget donandi, ſed ſolùm liberalitas. l. j ff. de dona. hîc autem eſt neceſsitas in conferendo, licet non ſubſit reſpectus certæ perſonę. ¶ †Vltimò no. ibi non eſt congruū &c. contra recipientes aliquos in canonicos ſine aſsignatione prębendarū. Videtur enim hoc incongruum, licet receptio teneat: ſed intellige hunc tex. quando canonicus iſte receptus nouiter non haberet alibi prębendam: alias hîc licitè eſſet canonicus ſine aliqua prębenda: imò eſſet iuri exoſum, quòd in diuerſis eccleſijs haberet duas prębendas. & idem Inno. in. c. fi. ſ. titu. proxi. vbi notabiliter dixit, quòd Epiſcopus diſpenſare poteſt, quòd canonicus prębendatus in vna eccleſia, ſit canonicus ſine prębenda in alia eccleſia: ſed nō poteſt diſpenſare: vt ſit ibi prębendatus: ex quo ſibi prima prębenda ſufficit: ſed reſpectu canonicatus poteſt: quia eſt vtile eccleſiæ habere plures conſiliarios. & ſic intelligit c. ſanctorū. lxx. diſ. & hoc no. ſemper. ¶ †In gl. j. in fi. An autē hodiè ſit correctū hoc ca. per ca. ij. de conceſ. prębb. li. vj. vbi dicitur, ꝙ nec directè nec indirectè valet prouiſio[d] ad vacatura beneficia: dic, quòd non. vt ibi no. in gl. quam vide. Dic ergo, quòd prouiſio ſiue receptio in canonicum qualitercunq; facta, non valet: quia præſtat votū captandę mortis. ſed ſi recipitur in canonicū ſiue ſit facta prouiſio prębēdæ, vel nō: debet ſemper habere prębendā nō ex vi promiſsionis: quia eſt nulla: ſed ratione canoniæ, ſeu canonicatus: quia ex quo eſt canonicus: incōgruum eſt, vt ſit ſine prębenda. ¶ An autem iſte receptus authoritate Epiſcopi, ſeu capituli, habeat ius affectè ad prębendam vacaturam? dic quòd non: quia vt dixi inferior à Papa, non poteſt dare ius, maximè affectum ad prębendam, ſeu beneficium vacaturum. & pro hoc iſte tex. nam hic vacauerat prębenda, & fuerat alijs collata: aliàs iſte non eſſet conqueſtus Papæ: & de hoc per Inno. plenius in. c. inter cæteraj. eo. ¶ †Et ex hoc determinatur quæſtio: pone quòd Titius fuit receptus in canonicū ex prouiſione capituli, poſtmodū fuit receptus Sempronius ex mandato Papæ: quæritur cui debeatur prębenda primò vacatura? videtur quòd primò recepto, arg. ca. eum qui. de reſcript. lib. vj. ſed contrarium eſt verum[e]: quia illud illud. c. procedit quando primò & ſecūdò receptus habent ius pariter affectum: ſed in caſu noſtro receptus authoritate capituli non habet ius ad prębendam vacaturam: ſed ſolùm ad petendum: vt ſibi prouideatur de prębenda: & hodie eſt tex. in. c. hi qui. eo. tit. lib. vj. Nunquid autē receptus authoritate capituli poſſit excipere contra impetrantem apoſtolicum, ne recipiatur? Innoc. hîc inſtat, & concludit, ꝙ poteſt excipere de ſurreptione literarum: quia ſi Papa ſciuiſſet, non contuliſſet, ſeu nō ſcripſiſſet, niſi prius foret iſti prouiſum: ſed poſt receptionem, non poteſt excipere. Hoſt. & communiter doct. tenent oppo. dicentes non eſſe neceſſe facere mentionem in literis apoſtolicis de recepto authoritate capituli: aliàs poſſent canonici facilè illudere Papam, & euacuare eius poteſtatem. & hoc communiter obſeruatur. Et ideò amplius non inſiſto: & maximè hodie: cum inoleuit clauſula tollens ius acquiſitum ad rem: ſed dictū Inno. poſſet fortè procedere in caſu huius capituli, quando Papa prius mandauit pro recepto authoritate capituli.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non poſſunt reditus eccleſiarum ſuarum debitos quibuſdam rectoribus, nec diuidere, nec minuere. 2. 4.*
Eleemoſyna, quando ſit danda ſub præcepto peccati.
3 *Auaritia dicitur quædam idolatria: & mater omnium malorū.*
5 *Monachatus eſt antiquior, quàm inſtitutio aliorum religioſorum.*
6 *Penſio alicuius beneficij, ſi quæritur augmentari, & clerici nolunt: quo caſu poteſt ſuperior ſine eis facere augmentum.*
Conſenſus ſi non præſtatur ab illo, qui habet præſtare ſine iuſta cauſa, aditur ſuperior.

CAP. X.

AVaritiæ. ¶ †Religioſi reditus eccleſiarum ſuarū diminuere nō poſſunt reſpectu portionis, quæ debetur rectoribus, ſeu vicarijs: nec parochias diuidere. h. d. Primò ponitur exceſſus: ſecundò correctio. Secū dabi: *ideoq;.* ¶ Caſus literalis. Quidam monachi canonici regulares certas pēſiones de eccleſijs ſuis percipere annuatim conſueuerunt: ſed ipſi portiones & antiquos reditus, quos clerici ipſarum eccleſiarum percipiebant, diminuebant: & parochias ſuas diuidebant ſine conſenſu Archiepiſcopi ſui. vnde mandat Papa prędictis regularibus, quatenus ſi quas portiones, vel antiquos reditus clericorum ſine conſenſu Archiepiſcopi diminuerunt, vel parochias diuiſerunt, ad integritatē priſtinam debeant reuocare. Bernar. ¶ †No. j. quòd licet eccleſia ſit ſubiecta religioſis, quo ad temporalia, non tamen poſſunt religioſi ad libitum alterare ſtatum antiquum eccleſię: ſed tenentur conſeruare rectores, ſeu vicarios illarum eccleſiarum in antiquo ſtatu: & ſic ſibi non poſſunt augere penſionem, vbi certam penſionem à principio erant ſoliti recipere: nec poſſunt diminuere portionem ſolitam dari illis rectoribus. Quando autem religioſi habeant eccleſias ſubiectas, quo ad temporalia, dicam latè in. d. c. de monachis j. eodē. & intellige hoc. cap. prout ibi dicetur. ¶ †Not

a ¶ SEB. SAPIA. Canoniæ. vide Abb. in. c. dilect⁹. primo. j. c. & in. c. pro illorū. in. iij. no. j. eo.
b ¶ Vocē in capitulo. Adde Fede. cōſi. ccxc. Ber.
c ¶ SEB. SAPIA. Conferre. Limita, & declara: vt colligitur ex not. per Ab. in. c. ſuis. j. eo.
d ¶ Prouiſio. Limita hoc nō procedere, quando alicui collegio prouideretur de beneficio vacaturo: qa ceſſat in eo votū captandę mortis. Ità do. Abbas in c. cum veniſſent. in. ij. co. in ver. oppon. & videtur. ſ. de reſti. ſpo. AEneas de falco.
d ¶ SEB. SAPIA. Prouiſio. vide Bar. & Moder. in I. fi. C. de pac. Decium. in. c. ex parte. j. in. j. nota. ſ. de offi. deleg. & Fel. in. c. nonnulli. co. x. verſ. fallit quartò. ſ. de reſcri. vbi dicit, ꝙ ad hoc, vt valeat conceſsio prębendæ vacaturæ hominis certi: oportet, ꝙ Papa vtatur clauſula de plenitudine poteſtatis. & not. caſum, in quo inferiores à Papa poſſunt concedere prębendam vacaturam, videlicet quando habēt ius conferendi canonicatū: quia ſi cōferāt debet illi, cui eſt collatus prouideri de prębenda proximè vacatura. ita not. Abb. in. c. cū. M. Ferrarien. col. pen. ſ. de conſti. aliter tamē ſentit Deci.
e ¶ Contrarium eſt verū. Adde quod voluit Cal. conſi. ij. eo. titu.

1 2 3 4 5 6 a b c d

3 ¶ †Not. ij. ꝙ auaritia eſt idolorū ſeruitus. Auarus enim videtur cōmittere idolatriam & ſeruire quodammodo idolis: quia auarus magis diligit numum, quàm Deū, vn de maiorem reuerentiā adhibet auro, quàm ipſi creatori. lx vij. diſt. c. ſicut. & vide ibi pulcherrimum tex. an & quādo quis peccet nō elargiendo eleemoſinā. & vide gl. j. q. ij. cū omnes. & alibi dicit tex. ꝙ auaritia eſt mater cū ctorū malorū. xxiij. diſt. hîc ergo & alibi appellatur cœcitas: vt in. c. auaritiæ cœcitas. de elect. li. vj. nā excœcat mentē hominis, vt agenda nō videat. & pro hoc. c. quorundā. eo. ti. li. vj. Et dicit Tullius, ꝙ nil deterius auaritia, præſertim in Principibus & rempublicam gubernantibus. & in ſenibus videtur quoddam monſtrū. vnde multū notabiliter dicit Seneca, quòd nil eſt turpius auaritia ſenili. Eſt enim quaſi monſtrū, deficiente via augere via
4 ticū. i. deficiente vita augere patrimoniū. ¶ † No. ꝙ licet eccleſia ſit ſubiecta prælato inferiori, quo ad temporalia: non tamen poteſt inferiorem eccleſiam diuidere. i. eius parochiam: ſed diuiſio pertinet ad Epiſcopū in. c. ſicut vnire. de exceſ. prælat. & in clem. ne in agro. in. ſ. ad
5 hoc. de ſta. re. ¶ † Vltimò ponderāt hîc doc. in ſuprāſcri
a ptione, ꝙ cano nici regulares[a] præferuntur monachis. Sed dicit Abbas hoc procedere: quia hîc tractatur de vitio auaritiæ: quaſi velit dicere: ſecus eſſe, vbi nominarētur aliqui ad aliquod laudabile exercitium, nihil allegat. Sed vide bo. tex. in. c. Deus qui. ſ. de vita & hone. cle. vbi prius nominātur monachi: ſecundò canonici regulares: tertò alij religioſi. & ex ordine illius tex. habes arguere prærogatiuā in alijs. Pro hoc facit, ꝙ monachi, ſeu monachorū inſtitutio fuit antiquior, quàm inſtitutio canonicorū regularium, vel aliorū religioſorum. & vide pro hac ratione bonā gl. in. c. quorundā. prælleg. Tene men ti ex hoc dicto Abbatis: ꝙ cū aliqui notantur de aliquo vitio, debet prius nominari non dignior, ſed ille, qui ma gis eſt infectus: ſecus in actu virtuoſo. & ſic limita gl. in
6 d. c. quorundā. ¶ †. In gl. ij. in fi. Circa hanc vltimā quæſtionē inſtant doc. circa duo. Primò, quid ſi clerici eccleſię contradicunt diuiſioni, ſeu augmentationi penſionis. Secundò, quid ſi Archiepiſcopus talis eccleſiæ, ſeu Epiſcopus diœceſis non vult conſentire. Et dimittendo opin. veritas eſt hæc: ſi clerici contradicunt cauſa legitima nō ſubſiſtente, nō obſtat eorū contradictio: vnde ſuperior poterit hoc facere ſine eis. vt in. c. iiij. j. de ec. ædi. & not. in. c. cōſtitutus. de relig. do. ſecūs vbi ſubeſſet cauſa legitima. arg. in. c. j. de reb. eccl. nō alie. li. vj. Quo ad ſecundū dic, ꝙ ſi ſuperior non vult cōſentire: poteſt adiri eius ſuperior: vt eū ex cauſa legitima cōpellat ad conſentiendū j. de iure patr. in. c. nullus. ¶ Et no. ex hoc, ꝙ Archiepiſcopus nō ſuccedat epiſcopo nolenti cōſentire: ſed debet eū compellere ad conſentiendū: non tamen debet aliquid acceptari in præiudicium eccleſiæ vacantis, defenſore legitimo ſibi non dato: vt in. d. c. j. &c.

SVMMARIVM.

2 *Prælatus & capitulum poſſunt beneficio vacanti certum onus imponere, qucd habeat ſubire ille, cui beneficium confertur. & iſta oneris impoſitio debet confirmari à Papa. 2.*
3 *Clericus nō debet compelli ad celebrandū miſſam vnius ſancti in toto anno: quia per hoc dimitteret miſſas in feriis cōſuetis.*
4 *Clericus non debet inſtitui in aliquo beneficio, cum hoc, quòd quotidie celebret: quia non ſemper poteſt ſe reperire diſpoſitum ad celebrandum. ſed ſi fuerit taliter inſtitutus, recipit determinationem, vt celebret quanto frequentius poteſt: ſalua honeſtate ſua.*
Sacerdos pollutus in ſomno, non debet celebrare pro illa vice.
5 *Clericus inſtitutus in beneficio, vt ſemper in eo faciat reſidentiam: poteſt hoc non obſtante ingredi religionem: & ſe propter neceſſaria abſentare.*
6 *Beneficiatus non poteſt reſignare beneficium ſine licentia Epiſcopi, vel conſenſu patroni. 7.*
8 *Sacerdos recipiens pecuniam, quia celebrauit ad inſtantiam alicuius, peccat: non tamen committit ſimoniam.*
Canonicus, qui vadit ad ſeruiendum, cū hac intentione, vt recipiat portiones quotidianas, committit ſimoniam mentaliter.
Sacerdos non poteſt licitè à ſuis parochianis pecuniam accipere pro ſpiritualibus: etiam in caſu neceſsitatis, in qua maneret ipſe ſacerdos.
Parochiani compelluntur ſubuenire presbytero: ſi aliter non habet, vnde viuat.

CAP. II.

1 SIgnificatum. ¶ †Poſſunt prælatus & capitulū præbendæ vacanti honeſtum onus imponere, ad quod prębendarius teneatur. h. d. Primò ponitur ordinatio tria continens. Secundò cōfirmatio cū limitatione. ibi: *quoniam.* ¶ Caſus literalis. Quædam prębenda ſacerdotalis vacauit in quadam eccleſia. Præpoſitus & capitulum illius eccleſiæ communi conſenſu & voluntate ſtatuerunt: vt quicunq; ad ipſam prębendam eligeretur, miſſam de ſancta Maria quotidie celebraret: niſi eſſet corporis infirmitate grauatus: nec eccleſiam dimitteret ſine conſenſu Præpoſiti & capituli: & quòd iura illius prębendæ non alienaret. Quo facto electus eſt quidam ſacerdos ad ipſam prębendam. Præpoſitus & capitulum petiuerunt à Papa, vt inſtitutionem ipſius deberet confirmare. & dominus Papa ipſam confirmauit ita, quòd ſacerdos ille aſsiduè debeat officium ſuum impendere ipſi eccleſiæ: niſi fuerit infirmitate grauatus: & quantò frequentius poterit ſalua honeſtate ſua miſſarum ſolennia celebrare: nec liceat illi officium ſubtrahere illi eccleſiæ, nec ad aliam ſe transferre.
2 Ber. ¶ †No. j. ꝙ patronus etiā eccleſiaſticus non poteſt in inſtitutione beneficij apponere certum modum celebrandi diuina: nec reſtringere aliter inſtituendum in illo beneficio: ſed hoc explicare & inſtituere pertinet ad ſuperiorem: ideò iſti petierunt confirmationē à Papa. & allego ibi tex. magis expreſſum in. c. cū dilectus. de conſue. Inno. in. c. iij. ne præla. vi. ſuas. ¶ †No. ij. ar. opti. & quaſi expreſſum, ꝙ ſacerdos non debet arctari ad dicendum miſſam de vno ſancto, [b] per totum annum: nec videtur, ꝙ propter has miſſas peculiares ſeu priuatas debeat omitti miſſa de feria, præſertim per totum annum. ad hoc. c. quidam, de cele. miſ. vnde Papa hîc noluit confirmare illam inſtitutionem, quo ad iſtum articulum: ſed ſimpliciter dixit, vt teneatur celebrare miſſarum ſolennia. & idē dic ſi hodie contingeret. ¶ †Nota. iij. ꝙ illicita eſt inſtitutio beneficij, ſi beneficiatus arctatur ad celebrandum quotidie miſſam: quia ſæpe daret materiā peccandi: cū facile non contingat ſacerdotem quotidie deuotū exiſtere ad celebrationem. Nā ſatis eſt felix, qui poteſt dignè vnā miſſam quotidie celebrare. vnde Augustalem celebrantē quotidie non laudat, nec vituperat. de cōſe. diſt. j. in. c. ſufficit. Et ideò ſi contingeret hodiè hoc modo beneficiū inſtitui, debet talis inſtitutus recipere interpretationem ab iſto tex. vt celebretur quantum frequentius poteſt, ſalua honeſtate ſua, ac debita deuotiõe. Quid enim ſi pollutus in ſomno eſt: debet enim abſtinere. de quo dic, vt habes bo. tex. cū gl. vj. di. c. teſtamentū. Item quid ſi nō habet veſtimenta, vel calicem honeſtū, vel quid ſimile? certè honeſtas cōtradicit. & idem dic de ſimili. impedimentis, quæ poſſunt occurrere. Et ex hoc & ex tex. poteſt colligi pro & contra, ꝙ habens beneficium ſacerdotale, tenetur celebrare quantò frequentius
5 poteſt, ſalua honeſtate &c. ¶ Vltimò no. ꝙ † non valet inſtitutio beneficij arctans beneficiatum ad non dimittendum vnquam illud beneficium: ſed debet intelligi,

a ¶ SEB. SAPIA. Canonici regulares. De hac materia copioſè tradit Feli. in rubric. ſ. de maiorit. & obedien. colum. iij. verſi. monachi præcedunt. vide tamen etiam text. præferentem canonicos regulares, in. c. vt lex continentiæ. xxvij. q. j.

b ¶ De vno ſancto. Adde Ro. conſil. cccxxxix. vbi ponit, an capellanus teneatur quotidie dicere miſſam ſpecialem pro mortuo, qui fundauit capellam. Anton. Franciſc.
¶ Circa hoc, quod hîc dicitur, an capellanus teneatur celebrare miſſam pro anima conſtruentis capellam quotidiè. Dicas vidēdū eſſe per do. Car. in clc. j. in. ſ. fi. de reli. do. & in cle. iij. de re iud. vbi ponit, in quibus locis oratorijs vel capel. poſsint & debeant miſſæ celebrari, & quę miſſę debeant celebrari, & inter reliqua dicit, ꝙ miſſa in altari hoſpitalis, nō poteſt celebrari in feſtiuitatibus ſolēnibus. & dicit etiam, ꝙ miſſa mortuorum debet celebrari ſine pace. ad quod etiam vide glo. j. c. pacem. de conſe. diſtin. ij.

1 2 3 4 5 6 a b

q non dimittat causa voluptatis: vel causa transferndi se ad aliam ecclesiam. Nam primò illa institutio impediret propositum religionis. nam sacerdos potest petita licentia, licet non obtenta, intrare religionem. vt in. c. licet. de regul. Item debet posse se absentare propter vtilitatem, seu necessitatem ecclesiæ: ac propriam: vt in. c. ex parte. s̄. de cleri. non resi. ¶ Et ex prædictis infertur ad solutionē oppositionis, quæ potest formari contra istū tex. in eo, q Papa in confirmatione mutauit cōuentionem partium, seu institutionē factā per istos clericos. Nam videtur, quòd hoc non debuit fieri: quia contractus vincunt legem. in regula. contractus. de reg. iur. lib. vj. & in l. j. §. si conueniatur. ff. depositi. Sol. dicit Inno. q Papa fuit hîc potius interpretatus hanc cōstitutionem, quàm mutauerit. vel secundū alios quos ipse refert respicientia religionē, vel celebrationē, & similia, potest superior in confirmatiōe mutare: etiā si illa aliàs sint illicita: vnde hîc Papa mutauit tria, scilicet respectu celebrandi missam de sancta Maria &c. Item respectu celebrandi quotidiè: & respectu non recedendi de ecclesia, vt patet ex prædictis. & hoc fecit causa honestatis, vt colligitur ex prædictis. sed vbi conuentio concerneret tēporalia, & esset aliàs licita, nō debet superior eā immutare, ex quo legitimè facta est. ¶ Ex prædictis potes colligere modū & practicā procedendi in institutionibus beneficiorū, quæ disponūtur in testamētis quotidiè, vel inter viuos. Nam patronus pōt ordinare prout sibi videbitur: & illū ordinē porrigere postmodū Episcopo vel Papæ: & superior instituet beneficiū: & apponet illa onera, vel modos, qui sibi legitimi videbūtur: vt patet hîc, & in. d. c. cū dilecti. ¶ † Et ex prædictis etiā soluitur alia oppositio. nā non videtur, q sine Episcopo posit iste beneficiatus dimittere beneficium: vt in. c. admonet. & c. q. in dubijs. de renū. nec etiā se absentare pōt sine licentia superioris. vt in. c. relatū. s̄. ti. proxi. sed iste Prepositus & capitulū, licet fuerint patroni: non tamen erant superiores: ergo non sufficit eorum licētia: nec dimittendo in perpetuū, nec ad tempus. Sol. dicunt doc. quòd ideò fuit necessaria confirmatio hęc Papę. Et no. hoc dictū, quòd licet canonici constituant certum beneficium, non tollitur in relquis iurisdictio. Epi. & intellige hoc dictum doc. quādo ipsi volebant excludere Episcopū, sed si ipsi intendebant q eorum licentia requireretur accumulatiuè cum licentia Epi. tunc non esset contra ius. quia istorum interest, vt beneficiati non dimittant eorū beneficia. ita not. dicit
7 Inn. in. c. fi. de renū. † Et tene menti illud dictum in resignatiōe beneficij, vt requiratur consensus patroni: & sit limita. d. c. q in dubijs. ¶ In gl. j. quidam etiā dicunt &c. not. primò. ex principio glo. bonam cautelam ad euitandam simoniā, vt onera diuinorum celebrandorum apponantur rei: & postmodum res tradatur simpliciter. Tūc enim transibit res cum illis oneribus. Sed aduerte, q posset hoc cauillari: non enim videtur q res temporalis & inanimata sit capax horū onerū: vt sic onera dicantur annexa rei. Nam in effectu verba videntur esse prolata causa instituendi. Nam debemus inspicere ad quem verborum effectus dirigitur. arg. in l. cū pater. ff. de lega. j. licet fatendū hanc viā esse honestiore: vt nō videatur conuentio expressa inter tradentē & recipientē. Fateor tamē beneficiū posse institui cū illis oneribus: quia beneficiū est satis capax: cùm sit quoddā ius spirituale & vniuersum. sicut dicimus de hereditate iuxtano. in. c. cūad fedē. de resti. spol. vbi bo. glo. & in. c. quia. v. de iud. vbi dixi. Sed q apponatur rei prophanæ mō prędicto, nō videtur vsq; quaq; posse sustineri. & p hoc quod j̄ dicetur. ¶ Secūdò no. in alio hāc gl. in isto versic. si quidē inquantū dicit, q opinio quorundam fuit, vt licitè hæc onera posint deduci in pactum. & hanc opi. tenuit Gof. quasi esset modus spiritualis & non temporalis. Sed tu cōsydera quòd licet iste modus contineat in se spiritualitatem: tamē res quæ traditur est merè temporalis. ergo non videtur licitum hoc pactū: vt vnus det temporale, & alius expresè promittat spirituale. p hoc. c. j. de simo. & per totū. Sed si esset beneficiū spirituale, quod daretur cū cōditione, seu modo diuinorū dicendorū: tūc posset sustineri opi. istorū, sed vt simonia cōmittatur: quia nō interuenit hîc aliq̄d tēporale, sed spirituale cū spirituali. in. c. ad quęstiones. de rer. permu. Sed ex alio pōt ista pactio impugnari: quia beneficiū spirituale debet cōferri purè. vide text. cū gl. bo. in. c. ij. de ele. li. vj. ¶ † In ea gl. ibi: *arg. quòd sacerdos.* 8
Not. istā gl. vsq; ad fi. & vide aliā bo. gl. xxj. q. ij. c. fi. &. c. suā j̄. de simo. & Tancr. tenuit istā gl. dicit tri, q sacerdos nō debet celebrare hac intentiōe, vt recipiat pecuniā: q si faceret, peccaret: nō tamen cōmittit simoniā: ex quo licitè operas suas locat in necessitate. Sed vide gl. in. c. vnico. de cler. nō resi. li. vj. quæ dicit, q si canonicꝰ vadit prīcipaliter ad officiū propter distributiōes, cōmittit simoniā mētalē. & de hac materia vide latius p Inn. & Host. in. c. iij. ne prælvi. suas. quorū dicta transtulit Io. An. hîc: nihil tamē addendo. Nā dicit ibi Inn. q sacerdos nō potest licitè suis parochianis vendere spiritualia: vt in. c. nō satis. de simo. etiā si indigeret. sed in casu indigentiæ compelli debent parochiani ad subueniendū presbytero, seu ad offerendū: a vt habeat, vnde possit viuere: iuxta no. in c. vt dominicis j̄. de paro. & super rub. illius ti. & vide gl. de conse. dist. j. omnis Christianus. sed parochianis non suis licitè locat operas suas corporales, ex quo ī diget: sed nō spirituales, licet gratis possit eis impendere spirituales. Sed caueat, q iste cōtractus nō misceātur: nec quo ad intentionē, nec quo ad verba. & sic sentit Inn. & Host. q non sit licitū etiā pauperi paciſci: vt aliquod temporale recipiat pro obsequio spirituali. Sed mihi plus placet di ctū istius gl. dūmodo nō intēdat vendere spirituale, seu recipere pecuniam pro spiritalibus: sed potius pro seruitio & recōpensatione damnorū, quæ sustinet trahendo morā ibi. Nā video, q vicario Episcopi constituitur certa portio: quæ profectò nō constituitur pro seruitijs tē poralibus, vt patet in. c. causa ex eo. de ele. li. vj. & in. c. p uenit. de ap. &. c. pe. s̄. ti. proxi. Idē videmus in mansionarijs, qui solū habent merā temporalitatem pro seruitio spirituali dūtaxat. Item videmus, quòd beneficia dantur propter officia: vt dicit tex. in. c. fi. de rescrip. lib. vj. Et ali bi dicit, q beneficiū est stipēdiū cleri. in. c. Epi. s̄. e. Eodē modo potest clericus non beneficiatus licitè paciſci, vt pro obsequijs spiritualibus debeat recipere certā merce dem: vt habeat vnde viuat. Et pro hoc j. q. ij. c. fin. vbi dicitur, quòd stipendium est satis laboribus debitum &c.

a ¶ Ad offerendū. Adde quod pulchrè volunt Rom. consi. cccxliiij.
ZACHARIAS. ¶ Adde Cardina. Alex. in. c. statuimus. xvj. q. j. Hosti. in. c. cum sicut. j. de consec. eccle. & Card. in. c. relatum. s̄. eo.

✠ SEB. SAPIA. a ¶ Ad offerendū. Vide Lapā allegatione. lxvij. co. pe. cum allegatis per Feli. post Abb. in c. veniens. j. col. ij. ver. no. iiij. ibi consueuerunt. s̄. de testi. vbi dicit, quòd potest facerdos compellere suos parochianos ad soluendum sibi omni anno aliquid: & hoc per sustētationem sacramentorum.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Monachi possunt licitè habere ecclesias parochiales eis subiectas, quo ad temporalia. super quibus non habent ius instituendi. sed tantum præsentandi: institutio verò pertinet ad Episcopum. 2. 8.*
3 *Commendatorij, id est, illi, qui habent in commendam aliquam ecclesiam, debent tantum lucrifacere fructus superfluos, & conseruare ecclesiam in statu suo: vt in ea seruiat numerus consuetus clericorum. & similia. 8.*
4 *Eleemosyna est in præcepto etiam laicis, quando est tanta necessitas pauperis, quòd fame moreretur.*
5 *Ecclesia secularis quinq; modis potest spectare ad religiosos. & quo iure possit pertinere talis ecclesia ad ipsos religiosos, vide j. nu. 10.*
6 *Religiosi, qui habent iuspatronatus in aliqua ecclesia: nil aliud habent plus, quàm si forent laici: nisi quòd habent custodiam ecclesiæ vacātis: & exigunt rationē de fructibus ecclesiæ.*
7 *Monachi, vel alij religiosi, qui habent ecclesias seculares quo ad titulum collatorium: possunt in eis instituere rectores: non autem aliquid de fructibus percipere. Idem si haberent quo ad titulum. Episcopus*

ad titulum.
Episcopus non potest recipere aliquid de ecclesijs sibi subiectis: nisi quo ad iura episcopalia.
9 *Monachi, vel alij religiosi, qui habent ecclesias seculares quo ad temporalia & spiritualia, quam iurisdictionem in his habeant. 12.*
11 *Iuspatronatus si fuerit donatū à patrono, siue etiam ecclesia, cū consensu Episcopi: an videatur donatum nō solum respectu præsentandi, sed etiam temporalia percipiendi.*
13 *Iuspatronatus non potest concedi laico sine consensu Episcopi: si verò concedatur loco religioso, tunc non requiritur consensus Episcopi.*
14 *Iuspatronatus laicorum datum ecclesiæ, vel alicui religioso: assumit naturā iuspatronatus, quòd habēt religiosi. de quo. s̄. n. 6*
15 *Episcopus, an quomodo, & quo iure potest concedere ecclesiam secularem religiosis, vel monachis.*
16 *Monachi, vel religiosi fundantes aliquam ecclesiam: quo iure habuerunt illam.*

CAP. XII.

DE monachis. ¶ Reputatur materia huius. c. difficilis propter iura vario modo loquentia: sed infra Deo propitio clarè explicabitur. Et hoc dicit in summa. Ad præsentationem religiosorū in eorū ecclesijs nullus debet instituī per episcopū, nisi pri ei congrua portio redituū assignetur. & hodie hoc. c. extenditur etiā ad religiosos exemptos: vt in. c. j j̄. eo. ti. lib. vj. Et adde nouā prouisionem, quæ circa hoc habetur in cle. j. de iurepa. & vide de ecclesijs istorū regulariū, text. in clem. quia regulares. de sup. negl. præl. ¶ Casus literalis. ¶ Quidam monachi habent ecclesias suas in quibus ponunt vicarios: & eos intantū grauant, q hospitalitatē seruare nō possunt, nec Episcopalia iura persoluere. mādat Papa Vigoren. Episcopo, in cuius iurisdictione sunt isti monachi, q nullū recipiat ad præsentatiōem monachorū, nisi tantū de prouidētibus ecclesiæ corā ipso fue rit assignatū, vnde possit hospitalitatem seruare: & Episcopalia iura persoluere. Hāc portionē nō poterunt monachi diminuere sine cōsensu capituli: & sic potest intelligi. s̄. c. auaritiæ. Ber. ¶ † No. j. q monachi possunt habere licitè ecclesias parochiales sibi subiectas quo ad tem 1
poralia. & quo iure istæ ecclesiæ possint eis cōpetere, ita tim dicā post gl ¶ † No. ij. q religiosi habētes ecclesias se 2 b
culares subiectas quo ad temporalia: nō habent per hoc potestatē instituendi eos: sed solū præsentationē, institu 3
tio verò pertinet ad Episcopū loci. ¶ † No. iij. q habentes ecclesiā quo ad tēporalia, nō possunt sibi approbriare omnes reditus ecclesię: sed reditus duntaxat superfluos, detracta prius cōgrua portione pro vicario, seu rectore ibidē instituendo: & prò iuribus episcopalibus persoluēdis. Ex hoc infertur, q habēs ecclesiā cōmendatā, seu sibi traditā, vt percipiat temporalia ad sustentatiōem sui: nō pōt immutare statū ecclesiæ: vnde debet facere deseruiri per clericos, seu numerū clericorū consuetū: & hospitalitate more solito ibi tenere: & cōsimilia onera explicare: q clarius tenet Inn. in. c. in lateranēsi j̄. e. ti. & c. Pasto ralis j̄. de priui. Et hoc multū facit cōtra dños Cardinales & alios habentes ecclesias cōmendatas. nā præsuppositō, q eis cōmendatæ fuerint, vt tēporalia recipiāt: tenentur ecclesias conseruare in statu solito: & tm̄ percipere & lucrifacere reditus superfluos. & sic debet ītelligi cōcessio ex facto. Et hoc probatur apertissimè per locū à maiori. nā si isti religiosi, quibus conceduntur ecclesiæ expresè, vt reditus cōuertant in proprios vsus: nō possunt subuertere nec mutare statū antiquū ecclesiæ: multo fortius isti
a quibus ecclesiæ cōmendantur: cū dubiū sit a in iure vtrū 8
cōmendatarij ecclesiarū, faciant fructus suos etiā superfluos. ¶ Vltimò no. ibi: *congruam sustentationem* & c. q re c
ctor seu vicarius ecclesiæ licitè capit ex facultatibus ecclesiæ congruam sustentatiōem. nec distinguitur hîc, an habeat patrimonium, vel non. Nā ex quo seruit altari: licitè capit sustentationem ex altarij̄. eo. cum secundum apostolum. & facit ad id quod dixi in. c. Episcopus. s̄. eo. ¶ In gl. j. in fi. no. ex glo. iuncto tex. q etiam clerici seculares tenentur ad hospitalitatem: & intellige secundū Innoc. ad solitā, & iuxta vires facultatum. Non enim tenētur omnes recipere, & posteā mendicare: sed primò subueniendi est seruitoribus. & in. c. de his. de ele. ædi. Item reparanda est prius ecclesia: vt in. c. pastoralis. de his, quę fi. à. prælat. vbi bo. tex. in prin. & ex alijs reditibus poterit teneri hospitalitas †. Et intellige, nisi tanta sit necessitas proximi, q fame moreretur: tunc eidem est subueniendum. Nam tunc ecclesia tenetur etiam vendere bona mobilia & immobilia, & etiam vasa ecclesiæ. xij. q. ij. c. aurū habet ecclesia. Et hoc casu etiā quo ad laicos eleemosyna est in præcepto. lxxxvj. dist. c. pasce. & in. c. sicut. lxvij. dist. ¶ Sed diceres tu in assignanda portione huic Rectori, seu vicario, de quo in tex. quomodo cōsiderabitur hospitalitas tenenda? dic, quòd habebitur respectus ad situm ecclesiæ. Nā magis indiget quando est extra vias communes. Item considerabitur consuetudo loci: & vbi religiosi omnia onera subirent, cessaret & hæc prouisio in ecclesijs inferioribus. de quo dic, vt latius habetur in. d. cle. j. de iurepatro. ¶ † In gl. in ver. de prouen tibus ecclesiæ. not. hanc glo. ad quam quotidiè sit remissio: cum quæritur de iure competenti religiosis, quo ad ecclesias eis subiectas. & vide gl. quasi consimilem. xij. q. ij. in sum. Et vt clarius habeatur hæc materia: primò est aduertendū, quòd quinq; modis possunt ecclesiæ secula 5
res spectare ad religiosos. ¶ Primò, quo ad ius patronatus duntaxat. Secundò, quo ad collationem, seu quo ad institutionem tituli collatiuam. Tertiò, quo ad institutionem authorizabilē, scilicet vt possint instituere presbyterū, etiā quo ad curam populi. Quartò quo ad temporalia tantū. Quintò, quo ad temporalia & spiritualia.
6 † Primo casu, quando habēt iuspatronatus tantū: nō pos sunt capere aliquid de reditibus, sed tantum consequun tur id, quod cōsequitur quilibet laicus ratiōe iurispatro b
natus: vt in. c. cū seculū j̄. de iurepa. cū & Episcopus habēs iuspatronatus in diœcesi alterius aliquid vltra non consequitur: vt. xvj. q. v. c. j. habent tamē religiosi vnā prærogatiuā præ laicis: quia possunt exigere rationē b de tēporalibus ecclesię: vt in. c. cū & plātare. §. in ecclesijs j̄. de priuil. & habent custodiā ecclesiæ vacantis: vt in c. bonæ. s̄. de ap. & ibi plenè dixi. Et isto casu non habet locū, quod dicitur in isto. c. quia nō possunt aliquid capere de redditibus ecclesiæ. ad hoc cle. quia regulares. præal. sed habent dūtaxat præsentare rectorē: & respectu præsentatiōis seruabitur quod dicitur hîc: nō aūt respectu augmentatiōis
7 portiōis. ¶ † In secūdo casu, quando pertinet ecclesia ad eos, quo ad iustū titulū collatoriū, & non habet locum quod dicitur hîc: tū, quia non fit præsentatio Episcopo: cū ipsi instituūt rectorē: tū, quia cū sit subiecta solū quo ad collationē, nō possunt extendere manus ad temporalia ecclesiæ. vt in. d. cle. quia regulares. ¶ Itē dic in tertio modo, quando est subiecta ad institutionē tituli collatoriā & authorizabilē quo ad curā populi. Nā Episcopus habet ecclesias subiectas quo ad vtranq; institutionē: vt c. cū ex iniuncto. in fi. de hære. xvj. q. vij. omnes basilicæ, nec tamen potest extendere manus ad temporalia ecclesiæ: nisi quo ad iura episcopalia in. c. præsenti. de officio or. libr. vj. x. q. ij. quia cognouimus. de ordi. c. conquerente. multò fortius hoc non poterit facere inferior habens hæc iura de iure speciali. ¶ † In quarto modo scilicet cū ecclesia subest eis quo ad temporalia habet propriè locū, quod hic dicitur: in. c. auaritiæ. s̄. eo. Nam propter religiosorum inopiam, quando q Papa c vel Episco

a ¶ Dubiū sit. Ad. de Ro. consil. cccl. Cal. consi. vj. co. ti.
ZACHARIAS. ¶ Adde quòd potius videtur eos nō facere fructus, suos hac ratione, quæ meo iudicio militare videtur. Sunt enim commentarij nudi ministri, vel custodes secundum Alexan. in. l. Lucius. ff. depo. & Angel. in consil. xxxv. in. c. quidā nobilis homo.
b ¶ Rationem. Ad. de quòd Fede. consi. xcv. dicit, quòd laicus potest petere, vt amoueatur propter dilapidationem.
✠ SEB. SAPIA. c ¶ Quandoq; Papa. Nūquid autem religiosi translati ad ecclesias seculares, veniant appellatione religiosorum, vide Felin. in c. tua nos. co. ij. ver si. an autem appellatione religiosorum, s̄. de iureiur.

pus concedit eis eccleſiam quo ad temporalia: & talis cõ
ceſsio intelligitur, vt poſsint percipere reditus, & cõuer
tere in vtilitatem propriam: intellige tamen conſeruata
eccleſia in ſtatu ſuo priſtino: vt. ſ. dixi. & pro hoc vide
bo. tex. in. c. paſtoralis. & ibi per Innoc. de priuile. & in. c.
paſtoralis j. de donation. habebunt enim præſentatio-
9 nẽ Rectoris ex tali cõceſsione, vt hîc dicitur. ¶ † Quin-
tò & vltimò, quãdo eccleſia eſt eis ſubiecta, quo ad tem
poralia & ſpiritualia: & tunc conſydera, quòd ſi eſt ſubie
12 cta pleno iure, non habet locum formalitas huius text.
quia in tali eccleſia habent ipſam plenam inſtitutiõem:
vnde non eſt neceſſe recurrere ad Epiſcopum pro inſti-
tutione: vt in. c. vnico. de cap. mo. lib. vj. Facit. c. quoni-
am. de priuil. ipſi enim iſto caſu ponunt ibi vicarium, &
deponunt. de quo vide bo. gl. & no. in cle. j. de exceſ. præ-
lato. ſuper ver. ad menſam. quæ multum notabiliter de-
clarat, quando & quibus modis eccleſia dicitur pertine-
re ad menſam religioſorũ, vel alterius. Aut eſt ſubiecta
in ſpiritualibus & temperalibus, id eſt, quòd religioſi ha
beant ibi temporalia, & etiam inſtitutionem collatoriã
tituli, non authorizabilem quo ad populum: & tunc ha
bet locum quod dicitur hîc, pro cura populi debet re-
curri ad epiſcopum: ex quo eis non eſt ſubiecta pleno iu-
re: vt in. d. c. vnico. de cap. mo. Et ex his clarè habes, qui-
bus modis eccleſia ſecularis poteſt pertinere ad religio-
10 ſos: & in quibus caſibus debet ſeruari iſtud. c. ¶ † Sed
nunc reſtat examinare, quo iure eccleſiæ ſeculares poſ-
ſunt pertinere ad religioſos modis prædictis: & exami-
nabimus gloſ. in ſinguli ſuis partibus. Nam ponit gloſſ.
quatuor modos: quandoq; pertinet ad eos ex donatione
laici: quandoq; ex donatione Epiſcopi: quãdoq; ex pro-
pria fundatione: quandoq; ex tranſlatione iuriſpatrona-
tus duntaxat: vt quia fortè acquiſiuerunt villã, vbi erat
iuſpatronatus: vel quia patronus laicus conceſsit eis ſo-
lum iuriſpatronatus. ¶ † Ad primum dicit gl. hîc, quòd
11 ex conceſsione laici intellige patroni, & cõſenſu Epiſco-
pi tranſfertur ius in religioſos, nõ ſolùm reſpectu præ-
ſentandi, ſed quo ad temporalia. alleg. xvj. q. j. c. vl. & idẽ
videtur velle gl. xvj. q. ij. in ſumma. Mihi nunquam pla-
cuit hoc dictum gl. nam cũ laicus patronus non habeat
nisi iuſpatronatus, nec poteſt diſponere aliquatenus de
temporalibus eccleſiæ: [a] vt probatur. x. q. j. c. nouerint.
non poteſt plus iuris tranſferre in religioſos, quàm ipſe
habeat: vt in regula, nemo poteſt. de regu. iur. li. vj. Nec
ob. confirmatio Epiſcopi: quia confirmans non donat
aliquid de nouo: ſed tantùm authorizat donationem fa
ctam. c. inter dilectos. de fid. inſtru. Nec ob. c. paſtoralis.
de do. quia illud. c. loquitur, quando Epiſcopus donauit
ſimpliciter eccleſiã conſentiente patrono. Sed in caſu no
ſtro, non donat Epiſcopus, qui habet ius diſponendi de
tẽporalibus: ſed donat laicus, licet pro gl. faciat: quia lai-
cus donando eccleſiã, videtur donaſſe non ſolũ iuſpatro
natus, ſed ipſam eccleſiã: qa verba ſunt cõcepta in eccle-
ſiã, nõ iuſpatronatus. Sed per hoc nõ recederem â priori
dicto: quia videtur donare quod ſuũ eſt: ar. in. l. ſerui ele
ctiõe. § Labeo. ff. de le. j. ſecus fortè, ſi patron⁹ diſſiſſet cõ
ſentiẽte epiſcopo, donamus vobis talẽ eccleſiã, ita vt ver
bũ dono, etiã referatur ad Epiſcopũ. quo caſu loquitur
illud. c. paſtoralis. Et in hoc caſu fortè poſſet ſaluari hoc
dictum gl. & reperi, q; do. Ant. etiam impugnat hoc di-
ctum gl. ſed ſaluat in duobus caſibus. ¶ Primus, quando
laicus de facto poſsidebat totam eccleſiam reſpectu re-
dituum: & eam pôſt contulit religioſis de conſenſu Epi-
ſcopi. & ſic dicit loqui. c. vlti. allegatum in glo. & facit. c.
cum apoſtolica. de his quæ fi. à Præla. Poſſet de hoc du-
bitari ratione prædicta: quia nemo plus iuris &c. Nec
obſtãt iura alleg. per eum: quia loquuntur, quando laici
habent decimas cum titulo, & non poterat donatio ve-
rificari, niſi quo ad totum ius: ſed in caſu noſtro nõn po-
teſt verificari reſpectu iuriſpatronatus. ¶ Secundus ca-
ſus eſt, quando patronus tempore fundationis contulit
dotem eccleſiæ, & eam ſubiecit religioſis de conſenſu
Epiſcopi: hunc caſum non admitterem in præiudicium
Epiſcopi & Rectoris eccleſię. Nam poteſt eſſe ſubiecta
religioſis, non tamen quo ad reditus. Cum ergo verba
hoc non ſonent, non debet plus operari iſta ſubiectio
ſimpliciter facta, quàm illa, quam facit ius commune
quo ad Epiſcopum. † Et pro hoc vide gloſſ. prę allega. in
d. clemen. j. de exceſ. prælat. quę dicit, quòd licet eccleſia
ſit ſubiecta etiam pleno iure religioſis, non tamen per
hoc poſſunt extendere manus ad reditus, niſi ſit ſubiecta
13 quo ad tẽporalia. & facit. d. cle. quia regulares. ¶ † Quan
doq; ſecundum glo. laicus donat eccleſiam ſine conſenſu
Epiſcopi: & non valet conceſsio, per. c. illud. de iurepat.
Aduerte, ſi conceſsio fieret laico: clarum eſt, quòd non
valet, etiam reſpectu iuriſpatronatus ſine conſenſu Epi-
ſcopi: vt probatur in. c. j. de iurepatro. lib. vj. ſed vbi con
ceſsio eccleſiæ fieret loco religioſo, tunc neceſſariò non
requiritur conſenſus Epiſcopi quo ad iuſpatronatus: vt
communiter not. doct. in. d. c. j. tenuit Ioan. And. xvj. q.
ij. in ſum. Et puto, quòd licet patronus dixerit, concedo
vobis eccleſiam hanc, quòd valet conceſsio reſpectu iu
riſpatronatus: quia ſi non valet quod ago, vt ago: debet
valere, vt poteſt: ex quo peccatur in materia, & non in
forma: vt probatur in. c. vno. de ſpon. lib. vj. Nec obſtãt
iura alleg. in glo. quia loquuntur quando patroni conce
dunt eccleſiam clerico ſeculari. Nã tunc non habebũt li-
centiam cõcedendi iuſpatronatus, nec proprietatem ec
cleſiæ ſed donare titulum in eccleſia: & hoc non poteſt
laicus: ideò ex toto conceſsio non valet. Sed quando do
nauit loco religioſo, videtur voluiſſe donare, aut ex toto
reſpectu iuriſpatronatus, quod habebat. ideò omni caſu
debet valere, ſaltẽ reſpectu iuriſpatronatus. Et ex his ha
bes, quòd ius poteſt cõpetere loco religioſo ex donatio-
14 ne laici. ¶ † Vnum tamen aduerte, quòd ex tranſlatione
iuriſpatronatus in perſonam eccleſiaſticam, aſſumit tale
iuſpatronatus naturam patronatus eccleſię: vt probatur
in tex. iuncta gl. in. c. j. vnde religioſi habent quatuor mẽ
ſes ad præſentandum, & poterũt exigere adminiſtratio-
15 nem de tẽporalibus: licet laici non potuiſſent. ¶ † Quã-
doq; & ſecundo modo eccleſia pertinet ad religioſos ex
donatione Epiſcopi: & tunc aduerte ad formam conce-
ſsionis. Si enim donauit quo ad temporalia, habebit locũ
quod. ſ. dixi. Et intellige, quòd hæc donatio fiat ex cauſa
b & cum conſenſu capituli. [b] aliâs non valet. in. d. c. paſto-
ralis. de don. & in cle. ij. de reb. eccl. nõ alie. Idẽ dic, q; quã
do donatio talis fit per Papã quo ad temporalia: vt pro-
batur in. d. c. paſtoralis. de priuil. Aut Epiſcopus dona-
uit pleno iure vtendo hac generalitate verborum. & gl.
hîc ſentit, quòd etiam operatur conceſsio reſpectu tem-
poralium: ſed glo. ſentit cõtrarium in. d. c. cle. j. de exceſ.
Prælat. Nam eccleſia eſt ſubiecta Epiſcopo pleno iure:
& tamen non habet temporalia eccleſiæ: ſed puto, quòd
habito reſpectu ad perſonas religioſorum, quia conceſ-
ſio eis fit, vt habeant vnde viuant, quòd tunc intelligitur
pleno iure, id eſt, quo ad temporalia & ſpiritualia: & hoc
caſu poterit ſaluari dictum huius gloſſ. ſecus putarem,
vbi conceſsio fieret alijs perſonis, vt ibi Papa conceſsiſ-
ſet ius non religioſis: quia tunc priuilegium debet re-
ſtringi propter præiudicium Epiſcoporum. Quandoq;
fit conceſsio ſimpliciter per Epiſcopum, vt quia dicit:
donamus vobis talem eccleſiam. & tunc ſerua, c. paſtora
lis. de dona. & quòd talia iura competant religioſis ex ta
libus conceſsionibus Prælatorũ vltra reditus tempora-
les. vide Innocent. in. c. lateranenſi j. eo. & Ioan. And. hîc
16 poſt eum. ¶ † Quandoq; & tertiò, religioſi habent eccle
ſiam ex fundatione propria: & tenet hîc gloſſ. quòd ha-
bent eam quo ad temporalia. allegat iura, quæ hoc non
probant:

a ¶ Temporalibus eccleſiæ. Adde vi-
dendum Ro. conſi. clxxvij.

SEB. SAPIA.
b ¶ Cum conſenſu capituli. Ad hęc vi
de Felin. in. c. in no ſtra. col. pe. verſic.
ſextò no. vbi dicit, quòd ſi religioſus
habuit beneficium ſecularių ab Epi-
ſcopo & ſpolietur licet ſit inhabilis
reſpectu tituli, ta-
men competit ſibi
poſſeſſorium, &
conſequenter facit a
fructus ſuos.

probant: nec video quo iure probatur hoc dictum gloſ.
Nam iura dicunt, q; immediatè, dum eccleſia eſt cõſecra
ta, pertinet ad Epiſcopũ: & ſuccedunt iura, quæ volunt
Rectorẽ ponendũ in qualibet eccleſia. in. c. cũ non igno
reſ j. eo. & xvj. q. vij. c. omnes baſilicæ. Nam vt. ſ. dixi, eti
am Epiſcopus ædificans eccleſiam in alieno territorio,
nõ habet, niſi ſolum iuſpatronatus: ergo idem dic in re-
ligioſis: cùm totum territorium ſit Epiſcopi de iure. cõ-
cordat. c. j. de offic. ordi. Inno. tamen in. d. c. lateranenſi j.
eo. videtur prima fronte ſibi contrariari. Nam primò di
cit, quòd ſi religioſi ædificarent eccleſiã, retinent ſibi do
minium temporale: & poſſunt ibi ponere vicarium, &
deponere. & in alia glo. dicit, quòd non poſſunt religio-
ſi ædificare eccleſiam etiam cum proteſtatione: vt ſit eis
pro grangia, ſeu pro prioratu, ſeu pro proprietate qua-
dam: quia non poſſunt diminuere iura Epiſcoporum: &
ibi vide latius. Sed poſſet gloſſ. iſta ſuſtineri quando reli
gioſi in auxilium eccleſię proprię ædificant eccleſiam in
loco vicino: tunc videntur ambæ vna eccleſia in effectu.
ſic poteſt ſaluari glo. in. c. eam te. de æta. & quali. & quod
no. ibi doct. tamen no. hanc glo. propter ipſius authori-
tatem. Vltimo modo poteſt ſpectare ad religioſos iuſpa
tronatus varijs modis: vt quia dotauerũt eccleſiam tan-
quam laici: vel acquiſiuerũt cum vniuerſitate: vel patro
nus laicus dedit eis tantũ iuſpatronatus: & quod ius ha
beant, dictũ eſt ſuperius: & iſta ſuperficialiter ſufficiãt:
quia multa dici poſſent, quæ cauſa breuitatis omitto.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt habere plures dignitates, nec in vna, nec in diuerſis eccleſijs: quia omnia iura prohibent: & conſuetudo in contrarium non valeret.*
2 *Nec diſpenſatio Papæ, niſi ex legitima cauſa.* ʒ.

CAP. XIII.

1 ADhæc. ¶ † Plures dignitates, vel per
ſonatus in vna, vel in diuerſis
eccleſijs, quis habere non poteſt: hoc dicit.
Ponit dictum & eius rationem ſubdit ibi:
cum ſingula. ¶ No. primò ibi: *omni rationi.* quòd omnis
ratio reſiſtit, vt quis habeat plures dignitates, vel perſo-
natus. Eſt enim primò contra naturam recti ſermonis.
nam de eo, qui habet duos canonicatus, oportet dicere
ecce. P. canonici venit. Item eſt contra ius naturale & di
uinum, quod requirit, quòd vna ſit coniunx carnalis: ita
& vna debet eſſe cõiũx ſpiritualis. Itẽ cõtra rationẽ iuris
canonici, quod patet per ſe. Quartò contra ius ciuile, ſe-
cundum quod nemo poteſt eſſe de duobus collegijs. l. j.
ff. de colleg. illici. nec habere duas militias. l. iiij. C. qui mi
2 lit. non poſ. & de hoc latius in glo. c. ſequen. ¶ † Et ex his
infero, conſuetudinem non valere cõtra diſpoſition em
huius iuris. ad hoc quod leg. in. c. ad noſtram. de probat.
3 ¶ † Infero etiã, q; vbi diſpẽſandũ eſſet per Papã, niſi fiat
ex legitima cauſa, nõ valet quo ad Deũ: quia nõ poteſt di
ſpẽſare ſeu melius diſsipare vniuerſum ius, non ſolũ hu-
manũ, ſed etiã diuinũ: & ſic tẽpera ſecundã gl. hîc. & vide
bo. gl. in. c. nõ eſt de voto. ¶ Secũdò. no. ibi: *aſſiduitatem.*
q; omnes dignitates ſeu perſonatus exigũt aſſiduitatẽ. i.
continuã reſidentiã in eccleſijs: nec videtur, q; quis poſ-
ſit per alium in eis deſeruire. aliâs ratio huius. c. non con
cluderet. facit. ſ. de cler. nõ reſid. in. c. ex parte. cum. c. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens plures dignitates cogitur vnam dimittere.*
2 *Monachus per profeſsionem factam in vno monaſterio deſinit eſſe monachus primi. Nam nemo poteſt eſſe monachus plu-rium monaſteriorum: etiam conſentientibus Prælatis.* 3.
4 *Collegiatus quis non poteſt eſſe in duobus collegijs: quando exercitium vnius impediret exercitium alterius: aliàs ſecus.*

CAP. XIIII.

1 PRæterea. ¶ † Habens plures digni-
tates alteram dimittere có
pellitur. h. d. ¶ Primò narrat caſum, quem
ſecũdò corrigi mãdat: ibi: *mandamus.* ¶ No.
j. q; quis non poteſt eſſe Archidiaconus in diuerſis eccle
ſijs. Itẽ no. ar. q; regularis poteſt eſſe Archidiaconus. Sed
contra hoc opp. de. c. ſuper eoj. de re. Sol. hæc literâ pọt
intelligi dupliciter. Primò, q; iſti eccleſiæ erant ſeculares
& iſte erat clericus ſecularis. Sed tũc expone literam: ibi:
regulariter profeſſus. i. canonicè promiſit obedientiã Præ
lato vtriuſq; eccleſię. Nã canõ græcè, id eſt, quod regula.
Clericus enim ſecularis promittẽdo obedientiã Prẹlato
ſuo, dicitur profiteri. facit. c. legebatur. &. c. ego. N. ſ. de
iureiu. & ſic nõ ob. contrariũ. & hanc lec. ſentit hic Gof.
ZACHARIAS.
¶ Secũdò poteſt legi, q; vtraq; eccleſia erat regularis &
a cathedralis. & hanc ſentit Hoſt. & tũc ad contrariũ reſpõ
de, q; talis nõ poteſt eſſe Archidiaconus in eccleſia ſecu-
lari: ſed in eccleſia regulari ſic. & ita poteſt intelligi text.
Et ſecundũ hunc intellectũ not. hũc tex. q; in eccleſijs ca-
thedralibus regularibus regulares poſſunt habere digni
2 tates inferiores. & ſic vidi pluries obſeruari. ¶ † Sed cõ-
tra hanc lec. ſeu tex. ſic intellectum opp. ex quo iſte fuit
profeſſus in alia eccleſia, definit eſſe profeſſus alterius ec
cleſię: quia nõ pọt eſſe canonicus regularis, vel monach⁹
duarũ eccleſiarũ, etiã cõſentientibus Prẹlatis: vt in. c. cõ
ſtitutus. de elec. ergo eo ipſo, q; fuit profeſſus in ſecunda
a eccleſia de licentia Prælati prioris eccleſiæ, definit eſſe
monachus, vel canonicus. primę ar. in iurib. præal. & in
c. ſi quis iã tranſlatus. xxj. q. ij. So. Inn. fatetur cõtra: & di
cit hoc proceſsiſſe ex gratia. ſic etiã ſecundũ eũ proceſsit
ex gratia, vt iſti daretur optio: cũ non habeat propriã vo
luntatẽ. xxij. q. j. c. nõ dicatis. In hoc tamẽ vltimo poteſt
dici, q; ex quo habebat dignitatẽ, poterat explicare votũ
ſuũ in ſpectantibus ad illã dignitatem: quia ex quo vnũ
cõceditur: omnia pertinentia cõceſſa eſſe videntur. in. c.
prætereà. & in. c. prudentiã. de off. deleg. l. ad legatũ. &. l.
3 ad rẽ mobilẽ. ff. de proc. ¶ † Vltimò no. ex prædictis, &
ex tex. q; regularis, quia legitimè transfertur ad aliã eccle
ſiã regularẽ iterũ ibi profitetur. pro hoc tex. in. c. Abba-
tẽj. de ver. ſig. in ver. profeſsione facta. & vide qđ no. Io.
4 de lig. in cle. ne ĩ agro. de ſta. re. ¶ In gl. ſi. ibi. *ff. de colle. illi. l. j.* Nota in canoniſta gl. q; quis nõ poteſt aggrauatus eſſe
a duobus collegijs, [a] & hoc intellige, quãdo collegia habẽt
talia exercitia, ſeu ſtudia, q; exercitium vnius præſtat im
pedimentũ exercitio alterius. Nã poſſet contingere, q;
quis eodẽ tẽpore vocaretur ad diuerſa collegia: & nõ poſ
ſet vtriq; deſeruire: vt not. in. d. l. j. & ibi per Bar. & vide
de his collegijs per Inn. in. c. dilecta. de exceſ. prẹla. Itẽ in-
tellige gl. quando diuerſa collegia nõ eſſent ſubordinata.
Nã quandoq; duo ſe habent, vt totũ & pars. ſicut eſt in
collegijs doctorum, & vniuerſitate ſcholarium. Nam
quandoq; faciũt tantùm vnum corpus, vt in rebus per-
tinentibus ad ipſum corpus vniuerſaliter conſyderatũ:
ſicut etiam eſt in vniuerſitate Bononiæ: vbi ſcholares vl
tramontani faciunt vniuerſitatem de per ſe: & Artiſtę de
per ſe: & tamen nihilominus in certis actibus conueniũt,
& faciũt vnã vniuerſitatẽ. Nã tunc quis eſt de vniuerſita
te particulari, & vniuerſali. non habetis hîc alia vtilia.

SEB. SAPIA.
a ¶ Duobus collegijs. vide Abba. in repet. c. extirpan-
dæ. §. quia verò. co
firmatur iure ciuili. j.
de præbend.

SVMMARIVM.

1 *Electus ad vnam dignitatem, vel eccleſiam, cogitur dimittere aliam, quam habebat: aliàs non recipitur.* 2. 4.
3 *Clericus non poteſt habere plura beneficia in duabus eccleſijs, niſi diſpenſatiuè: vel de conſuetudine: in beneficijs non re-quirentibus reſidentiam, vel in vno curato, & alio non.*
5 *Eccleſia poteſt dici collegiata, etiã quòd in ea non ſit Prælatus.*
6 *Collegium ad ſui eſſentiam, non requirit Rectorem, ſed omnis po teſtas Rectoris eſt penes collegium: cuius vices poſſunt dari*

vni ex collegiatis.

7 *Vicarius Epiſcopi poteſt ad libitum remoueri.*

8 *Beneficiatus ſi ſit electus in canonicum à capitulo, an capitulũ videatur renunc iaſſe iuri reſidentiæ: an ille electus habeat primum beneficium renuntiare.*

CAP. XV.

1 CVm non ignores. ¶ † Si electus ad ſecundam eccleſiam noluerit dimittere primam: eligentes poſſunt reſilire & electum non acceptare. Et hodiè poteris ſeruare hoc. c. in beneficijs reſidentiam requirentibus: & etiam in curatis, ſi de facto nollent dimittere primam eccleſiam. Primò ponitur cauſa mandati: ſecundò mandatum, ibi: *cum igitur*. Tertiò ſoluitur obſtaculum. ibi: *quod ſi*. ¶ Caſus literalis. Archipresbyter & clerici cuiuſdam plebis elegerunt quendam presbyterum Rectorem cuiuſdam eccleſiæ in ſuum præsbyterum, ſiue in capella ſua. & ipſe conſenſit electioni: volebat tamen locum habere in vtraq; eccleſia Archipresbyter & clerici contradicebant, volentes: quòd in ſua eccleſia reſideret. & ſic orta fuit ſuper hoc quæſtio inter ipſos. vnde nuntius presbyteri, & quidam clerici alterius eccleſiæ ad ſedem Apoſtoli. acceſſerunt, Dominus Papa auditis hincinde propoſitis conſyderãs, quòd non eſt conueniens, vt idem presbyter locum habeat in duabus eccleſijs: mandat Archiepiſcopo Cantuarienſi, vt dictum presbyterum beneficio, quod habet, faciat manere contentum, quòd ſi fortè Archipresbyter & clerici alterius eccleſiæ in eum conſenſerint, & modò diſſentiant, non debet cum ipſorum ſcandalo in eorum eccleſia locum habere. Bernard. ¶ † Not. j. principium cum ſua deciſi. quòd vna eccleſia debet eſſe vnius ſacerdotis, non plurium: ſic econtrà, ſacerdos debet eſſe vnius eccleſiæ[a] & non plurium: & in hoc facit ad deciſionem huius text. ¶ † Not ſecundò ibi: *in duabus eccleſijs. &c.* quòd de iure communi non poteſt quis habere beneficia in duabus eccleſijs: quia habere locum in duabus eccleſijs eſſet contra iſtum tex. diſpenſatiuè tamen poſſet habere: vt in. c. de multa ẽ. eo. in fi. & etiam de conſuetudine in ſimplicibus non requirentibus reſidentiam: vel in vno curato & ſimplci. de quodic, vt notatur in c. gratia. de reſcriptis. libro. vj. & in clementina. gratiæ. eod. titu. & in. c. j. de conſue. lib. vj. dicam in. c. cum iamdum ẽ. eo. ¶ † No. iij: q; ſi clericus, vel prouiſus nõ vult dimittere primum beneficium, quod requirit reſidentiam, non tenentur electores ipſum acceptare: quod bene notabis. vide tamen ad hoc omnino per Innocent. in c. fi. ſ. de cleri. non reſi. Sed contra principium op. nam in multis eccleſijs ſunt multi clerici, vt canonici habentes diuerſas dignitates, ſicut Archidiaconus, Archipresbyter, Præpoſitus, & ſimiles. & ſic eccleſia non eſt vnius ſacerdotis. Solut. dicit Innocent. quòd ibi eſt Epiſcopus qui eſt ſponſus eccleſiæ. Nec obſtat, quòd ſint ibi habentes dignitates: quia habent officia diſcreta. & nemo poteſt dici ſponſus eccleſię, niſi eccleſia ſit ſua: ſed vt dixi, Epiſcopus eſt ſponſus. ad quod ſignificandum defert annulum: vt in. c. clerici. ſ. de vita & hone. cler. & in. c. ne pro defectu paſtoris. ſ. de electio. ¶ † Item præſuppoſito, q; in eccleſia ſint plures clerici. & ibi nullus ſit Prælatus: non tamẽ ſinguli ſunt prælati. nec eccleſia dicitur eſſe ſingulorum, ſed collegium & Prælatus & iuriſdictionẽ habet in ſingulos, & poteſt committere cui vult curam animarum: vt in. c. irrefragabili. in §. exceſſus. ſ. de offi. ordi. Et dicit Inno. ſingulare dictum, quod quotidie allegatur: videlicet, quòd ad eſſe collegij,[b] non requiritur, quòd ibi ſit Prælatus, vel Rector. quod ſemper notabis. pro hoc. l. j. ff. quod cuiuſquiſq; vni. no. ¶ † Ex quo infertur, quòd facientes collegium non tenentur ſibi eligere Rectorem: ſed ipſum corpus habebit omnẽ poteſtatem, quam ſolitus eſt habere Rector: & poterit committere iuriſdictionem contentioſam, vel pœnitẽtialem alicui collegio ad tempus, vel ad vitam: & eo caſu, quo committit ad libitum, non cenſetur commiſſari us habere curam: vt ſic incidat in. c. de multa ẽ. eod. ſecus autem vbi ſtatuto, vel conſuetudine non poſſet remoueri. quia tunc incideret in pœnã illius. c. quia vacaret prima dignitas, vel primum curatum acceptando hoc ſecũdum officium. quod notabis. Nã ſaltem eſt vicaria perpetua. & de his idem eſt iudicium: vt in cle. j. de offic. vica. & limita prædicta ſecundum no. per Inn. ſ. de conſti. & in. c. cum acceſſiſſent. ¶ † Et ex his poteſt inferri ad ſolutionem quæſtionis: nunquid vicarius Epiſcopi, vel alterius Prælati habentis iuriſdictionem, cenſeatur habere dignitatem, ſeu curam quo ad hoc, vt incidat in pœnam. c. de multa. & ſecundum hanc gl. Inno. videretur dicendum quòd non: [c] quia vicarius poteſt ad libitum remoueri: [d] vt no. in cle. & ſi principalis. de reſcri. & idem ſentit Inno. in. c. de multa. ¶ † In glo. in ver. *conſenſerint*. in fi. no. hanc lec. glo. Inno. in. c. fi. de cle. non reſi. dicit, q; ſi canonici eligũt ſcienter clericum habentem beneficiũ in eorũ canonicũ videntur renuntiaſſe iuri reſidentiæ, ſi ſcienter fecerunt: ſed ſi ignoranter, poſſunt recedere ab electione, prout dicitur hic: & videtur reſtringere ad electores ignorantes: ſed ratiões gl. vrgent vtroq; caſu: ideò poſſumus dicere ſaluando vtrũq; dictum, quòd aut clericus habebat beneficiũ, quod veroſimiliter non dimiſſet propter ſecundum: & tunc procedit dictum Inno. in. d. c. fi. Et limita prout ipſe ibi no. Si autem beneficium ſecundum erat meliusi: tunc in ſcientibus procedere poteſt diſpoſitio huius tex. Poterãt enim veriſimiliter præſumere illum dimiſſurum primum propter ſecundum. Sic videmus in eligentibus aliquem in Epiſcopum. ſ. de ele. cum in cunctis. ex quo ergo iſte non vult facere reſidentiam in beneficio, prout debet: non tenentur electorem ipſum admittere. Et ex his habes vnam lect. ſed huic obſtat tex. in fi. dum ponderat ſcandalum electorum. Nã ceſſante omni ſcandalo ſeruari debet, quod dicitur in gl. argu. in iuribus alleg. in ea. Et fortè metu huius contrarij Inno. ponit ſecundam lect. quòd iſte electus à principio nolebat dimittere primum, nec canonici volebant acceptare eum ad ſecundum, poſtmodum mutauit propoſitum, & volebat dimittere primum. ſed canonici indignati nolebant eum acceptare. nec poterant promoueri ſine ſcandalo: ideò fuit prouiſum: prout hîc dicitur. & hac ratione ponderatur hoc ſcandalum imminens. nam arbitror, quòd re integra locus erat pœnitentiæ. argumen. c. ſi tibi abſenti. de prębẽ. li. vij. vnde ceſſante ſcandalo, cui iſte cauſam dederat: debebat conſequi ſecundum: ex quo re integra volebat dimittere primũ. & vtraq; lectu. eſt bona: ſed ſecunda magis conſentanea literæ. Sunt & alij intellectus huius literæ de quibus nõ eſt curandum, quia diuinant.

SEB. SAPIA.
a ¶ Vnius eccleſię. Adde quod per iſtum tex. ſcribit. d. Abbas in. c. ij. j. de iurepatr. vbi dicit, quòd eccleſia debet eſſe vnius Rectoris.
SEB. SAPIA.
b ¶ Ad eſſe collegij. De veritate huius dicti: vide plenè per Feli. in. c. ex literis. col. iiij. ſ. de conſtit.
c ¶ Quòd non. Ad de quod voluit Ol. conſ. ccxxvij.
ZACHARIAS.
d ¶ Ad libitũ remoueri. Adde quod notauit in Apoſti. ad iſtum. in. c. pen. in ver. etiam ſi interuenijſſet iuramentum. ſ. de offi. vica.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi fuerit ordinatus ad ſacros ordines per Epiſcopum ſine titulo alicuius beneficij: debet ſuſtẽtari & ſibi prouideri in omnibus neceſſarijs à dicto Epiſcopo, vel eius ſucceſſore, donec ſibi de beneficio prouideatur. 9. niſi ad preces alterius fuerit ordinatus: tunc enim præſentator debet ſibi prouidere. 6. 15.*

2 *Clericus, ſi luxuriosè & inhoneſtè diſſipauerit fructus beneficij ſui, tenetur de ſuo patrimonio reficere.*

3 *Clericus pauper licitè locat operas ſuas ſpirituales: nec cõmittit ſimoniã: quia non principaliter vendit: ſed quia vult viuere.*

4 *Bona eccleſiaſtica dicuntur eſſe de patrimonio Dei.*

5 *Argumentum ab etymologia ſemper procedit negatiuè: affirmatiuè non: niſi diffinitioni non contradicat.*

Epiſcopus

7 *Epiſcopus ordinando aliquem clericum ad preces alterius Epiſcopi, non debet, vel tenetur illum examinare: quia præſumit examinatum à præſentante. 13.*

8 *Lis non conteſtatur, quando examinatur aliquis clericus.*

10 *Epiſcopus tenetur prouidere indigentibus: & maximè clericis.*

11 *Clericus ſine titulo ordinatus, debet ſuſtentari prius ab hæredibus ordinatis: quàm eius ſucceſſore.*

Hæredes tenentur ex delicto defuncti de iure canonico.

Delictum Prælati, an noceat Eccleſiæ.

12 *Doctor, ſi poſt gradum doctoratus reperitur inſufficiens, poteſt reprobari: & gradu doctoratus priuari.*

14 *Licentiatus poteſt, dum aſſumit gradum doctoratus reprobari: etiam ſi paruo interuallo poſt licentiam doctoretur: per rationes hîc poſitas.*

Scholaris antequàm doctoretur, debet ter examinari: primò à promotoribus: ſecundò priuatè: tertiò publicè.

CAP. XVI.

1 CVm ſecundum. ¶ † Ordinato ad ſacros per Epiſcopũ ſine ti. nemine præſentãte: ordinator, vel ſucceſſor cõpellitur in neceſſarijs ꝓuidere, donec titulũ habuerit. Primò ponitur cauſa cõſtitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui ꝓmulgatio. Secundò determinatio caſus præpoſiti ſpecialiter. Secunda ibi: *inde eſt*. ¶ Caſus literalis. Sume caſum ad mediũ capituli ibi: *inde eſt & c.* Epiſcopus Zamoren. ordinauit in ſubdiaconũ quendã clericũ. G. nomine ſine aliquo titulo, tandẽ morte præuentus eidẽ clerico in beneficio eccleſiaſtico nõ prouidit. poſtmodũ ſucceſſor illius requiſitus nõ prouidebat eidẽ. Acceſsit ad Papã exponẽs eidẽ qualiter prędeceſſor illius ordinauerat ipſum in ſubdiaconũ, nullo præſentãte. Scripſit Papa quibuſdã vt illũ ſubdiaconũ examinarẽt, ſi dignus eſſet ad eccleſia ſticũ beneficiũ obtinendũ: Zamoren. Epiſcopo citato, vt examinatiõi interſit: vnde ſcribit Papa Epiſcopo Zamoren. ꝓ cũ clericus à prędeceſſore ſuo ordiatus fuerit ſine certo titulo: ſi examinatores prædicti, eo citato, vt examinatiõi interſit per ſe, vel per aliũ, vt liceat ſibi proponere quicquid rationabiliter duxerit proponendũ: tã ſuper idoneitate perſonæ, quàm etiã ſuper quãtitate & qualitate beneficij quo illũ iuuenerint eſſe dignũ, tãdiu neceſſaria vitæ ſibi miniſtret, donec in eccleſia Zamoren. vel alia per ipſum beneficiũ cõpetens aſſecutus fuerit: ſciturus pro certo, ꝓ ſi dignus repertus fuerit, & ipſe Epiſcopus ei neglexerit ꝓuidere, cũ Papa ſuper hoc fuerit requiſitus: cõpellat ipſum per diſtrictionẽ eccleſiaſticã ad prouiſionẽ ipſius. Occaſione huius negotij pręmittit Papa illa, quæ procedũt hoc modo. Hoc dicit Apoſtolus: Qui altari ſeruit, viuere debet de altari: & q ad onus aſſumitur: emolumentũ inde debet habere: ergo patet ꝓ clerici, qui deputati ſunt obſequio Ieſu Chriſti, de ipſius patrimonio viuere debẽt. Clerici enim à cleros, quod eſt ſors vel hæreditas, appellantur. & ideò dũ ordinatur, vel aſſumũtur in hæreditatẽ domini: vel aſſequũtur hæreditatem in ipſo: dignũ eſt, vt eccleſiaſticis ſtipendijs ſuſtẽtentur: in qua & per quã diuinis obſequijs aſcribũtur. Licet aũt prædeceſſores Inn. ordinatiões eorũ, q ſine titulo promouẽtur, quãtũ ad executionẽ: irritas eſſe voluerint & inanes in iniuriã ordinãtiũ. Inn. volens benignius agere cũ taliter ordinatis ſtatuit, ꝓ ꝑ ipſos ordinatores, vel ſucceſſores eorũ, tãdiu prouideat ordinatis, donec ꝑ eos beneficia eccleſiaſtica fuerint cõſecuti. Ber. ¶ † No. primò, ꝓ ſecundũ Apoſtolũ licitũ eſt clerico viuere de rebus eccleſię. licet enim ipſe Apoſtolus abſtinuerit quę rendo ſibi victũ manibus: vt nõ daret locũ falſis Apoſtolis, ſeu materiã exercẽdi quæſtũ: nõ tñ per hoc impoſuit alijs: vtſic teneantur facere: imò expreſsè permiſit, vt hic patet. & Hieron. ponderauit illud verbũ, viuere: quaſi licitũ ſit de beneficio percipere neceſſaria vitæ: nõ aũt luxuriari. vnde dicit ibi, ꝓ ſacerdoti de altari viuere, nõ luxuriari permittitur. xliiij. di. in prin. & ponitur luxuria ꝓ omni luxuria, ſeu illicita cõcupiſcentia. ¶ Ex quo not. cõtra beneficiatos cõuertẽtes reditus in vſus inhoneſtos, & crederẽ, ꝓ ſi haberent patrimoniũ, tenerẽtur de ſuo reddere eccleſię, quod malè expenderũt. xij. q. iiij. & in. c. j. & ij. ¶ Not. ſecundò ibi: *ad onus eligitur & c.* ꝓ clericus dicitur deputari ad onus. Non enim eſt facilè dignè gere re clericatũ, imò difficillimũ propter onera annexa. & vide xl. di. per totũ. Et põdera, ꝓ verbũ altare largo modo cõprehẽdit omnẽ eccleſiã. ¶ Item no. ibi: *à mercede*. ꝓ ſtipendiũ clerici, ſeu beneficiũ eſt ſibi quaſi quædã merces ratiõe oneris. ¶ † Et ex hoc infero, ꝓ licitè pauper locat operas ſuas ſpirituales: nec cõmittit ſimoniã. ex quo non principaliter intendit vendere diuina, ſed vt viuat. facit ad ea, quæ dixi in. c. ſignificatũ. ſ. e. ¶ No. ibi, patet à ſimili. ꝓ Princeps arguit à ſimilitudine rationis: ergo fortius & ſubiecti poſſunt cauſas decidere per idẽtitatẽ ratiõis. pro hoc. l. nõ poſſunt. ff. de leg. cũ multis ſimili. ¶ † No. ibi: *de patrimonio Ieſu Chriſti. ꝓ* bona eccleſiarũ non ſunt Prælatorũ: ſed patrimoniũ Ieſu Chriſti ſuo ſanguine acquiſitũ. dominium ergo eccleſiarũ pertinet ad Deũ. pro hoc. c. cum ex eo. de elect. li. vj. ibi: *de patrimonio Ieſu Chriſti ditari. &* c. & vide Inno. in. c. cum ſuper. de cau. poſ. & proprie. & gl. in. c. cauſa Carpenſis ẽ. de verb. ſig. & eſt cõtra Prælatos reputantes ſe dominos. ¶ † No. ibi: *vt ipſa nominis ratio, & c.* ꝓ licitum eſt arguere ab alluſione, ſeu ab etymologia vocabuli. [b] Et dic ꝓ argumentum à vivo cabuli, ſemper eſt validum in iure, cum negatiuè ſumitur: ſed affirmatiuè valet, dũmodo non contradicat diffinitioni rei. l. ij. ff. ſi cer. pe. & no. in. l. j. ff. de teſt. Declaro. mutuum dicitur: quia de meo fit tuum: vnde vbicũq; de meo non fit tuum, non eſt mutuum: ſed affirmatiuè non valet: quia non ſemper vbi de meo fit tuum, eſt mutuum. Nam hoc contingit in donatione. ſic & teſtamentũ ſecundũ etymologiã, quaſi mẽtis teſtatio. verũ eſt dicere negatiuè, ꝓ vbi nõ eſt mẽtis teſtatio, nõ eſt teſtamẽtum: ſed affirmatiuè nõ ſemper valet: quia codicillus eſt mentis teſtatio: & tamen non eſt teſtamentum. l. fi. idem C. de codici. vbi verò diffinitioni non contradicit, valet argumentum affirmatiuè ſumptũ: vt hîc. & in. c. cleros. xxj. diſt. cum multis ſi. ¶ Not. quare ordinati dicuntur clerici. Nam ſic appellantur propter ſignificatum vocabuli: quia ſunt electi in ſortem, ſeu partem Dei: & deputati ipſius obſequijs: & ſic ſunt ſtipendiarij Dei: ideò aduertant ne ſint proditores. ¶ Item no. ex hoc, & ex text. bonũ eſſe habere nomen bonum: quia ſæpe homines aſſumunt argumentum ab etymologia vocabuli. & quanquam nõ valeat argumentũ ab etymologia nominis pro prij: quia non ſequitur, vocatur Angelus: ergo eſt. vel bonus, ergo eſt. Ex hoc, quia nomina propria ad placitum ſunt inuenta: tamen ex horrido [c] nomine ſæpe homines ſuſpicantur ſiniſtrũ: putantes à prauo euentu illud fuiſſe impoſitũ. pro hoc vide bo. tex. cũ gl. in. l. facta. ſ. in dãda. ff. ad Trebel. Et ideò dicebat Io. an. ꝓ ſi nomina venderẽtur, deberẽt cum magno precio bona emi. vnde deteſtandi ſunt, qui habent nomina ad libitum, & recipiũt nomina horrida. & hæc eſt vna de cauſis, quare in coronatiõe Papę mutatur nomen: vt no. in proœ. ſexti. ¶ Itẽ not, ꝓ Papa ſolus poteſt mutare conſtitutionẽ concilij. nã concilium Nicenũ fecit illam ordinationẽ, vt ordinatio ſine titulo eſſet irrita: vt patet. lxxx. di. c. j. vnde ſolus Innoc. hoc mutauit: vt hîc facit. c. ſignificaſti. de elec. vide quod ibi dixi. ¶ † Itẽ no. ibi: nullo præſentante &c. ꝓ vbi quis fuit ordinatus ſine titulo ad preces alterius, non tenetur ordinator prouidere ordinato, ſed præſentatoꝛ. Fortè enim Archiepiſcopus præſentans ordinandũ, dixit Epiſcopo vtiq; illũ eſſe idoneũ: vel vnus Epiſcopus ordinatus ſit de beneficio percipere neceſſaria vitæ: nõ aũt luxuriari. vnde dicit ibi, ꝓ ſacerdoti de altari viuere, nõ luxuriari permittitur. xliiij. di. in prin. & ponitur luxuria ꝓ omni luxuria, ſeu illicita cõcupiſcentia. ¶ Ex quo not. cõtra beneficiatos cõuertẽtes reditus in vſus inhoneſtos, & crederẽ, ꝓ ſi haberent patrimoniũ, tenerẽtur de ſuo reddere eccleſię, quod malè expenderũt. xij. q. iiij. & in. c. j. & ij. ¶ Not. ſecundò ibi: *ad onus eligitur & c.* ꝓ clericus dicitur deputari ad onus. Non enim eſt facilè dignè gere re clericatũ, imò difficillimũ propter onera annexa. & vide xl. di. per totũ. Et põdera, ꝓ verbũ altare largo modo cõprehẽdit omnẽ eccleſiã. ¶ Item no. ibi: *à mercede*. ꝓ ſtipendiũ clerici, ſeu beneficiũ eſt ſibi quaſi quædã merces ratiõe oneris. ¶ † Et ex hoc infero, ꝓ licitè pauper locat operas ſuas ſpirituales: nec cõmittit ſimoniã. ex quo non principaliter intendit vendere diuina, ſed vt viuat. facit ad ea, quæ dixi in. c. ſignificatũ. ſ. e. ¶ No. ibi, patet à ſimili. ꝓ Princeps arguit à ſimilitudine rationis: ergo fortius & ſubiecti poſſunt cauſas decidere per idẽtitatẽ ratiõis. pro hoc. l. nõ poſſunt. ff. de leg. cũ multis ſimili. ¶ † No. ibi: *de patrimonio Ieſu Chriſti. ꝓ* bona eccleſiarũ non ſunt Prælatorũ: ſed patrimoniũ Ieſu Chriſti ſuo ſanguine acquiſitũ. dominium ergo eccleſiarũ pertinet ad Deũ. pro hoc. c. cum ex eo. de elect. li. vj. ibi: *de patrimonio Ieſu Chriſti ditari. &* c. & vide Inno. in. c. cum ſuper. de cau. poſ. & proprie. & gl. in. c. cauſa Carpenſis ẽ. de verb. ſig. & eſt cõtra Prælatos reputantes ſe dominos. ¶ † No. ibi: *vt ipſa nominis ratio, & c.* ꝓ licitum eſt arguere ab alluſione, ſeu ab etymologia vocabuli. [b] Et dic ꝓ argumentum à vivo cabuli, ſemper eſt validum in iure, cum negatiuè ſumitur: ſed affirmatiuè valet, dũmodo non contradicat diffinitioni rei. l. ij. ff. ſi cer. pe. & no. in. l. j. ff. de teſt. Declaro. mutuum dicitur: quia de meo fit tuum: vnde vbicũq; de meo non fit tuum, non eſt mutuum: ſed affirmatiuè non valet: quia non ſemper vbi de meo fit tuum, eſt mutuum. Nam hoc contingit in donatione. ſic & teſtamentũ ſecundũ etymologiã, quaſi mẽtis teſtatio. verũ eſt dicere negatiuè, ꝓ vbi nõ eſt mẽtis teſtatio, nõ eſt teſtamẽtum: ſed affirmatiuè nõ ſemper valet: quia codicillus eſt mentis teſtatio: & tamen non eſt teſtamentum. l. fi. idem C. de codici. vbi verò diffinitioni non contradicit, valet argumentum affirmatiuè ſumptũ: vt hîc. & in. c. cleros. xxj. diſt. cum multis ſi. ¶ Not. quare ordinati dicuntur clerici. Nam ſic appellantur propter ſignificatum vocabuli: quia ſunt electi in ſortem, ſeu partem Dei: & deputati ipſius obſequijs: & ſic ſunt ſtipendiarij Dei: ideò adueruant ne ſint proditores. ¶ Item no. ex hoc, & ex text. bonũ eſſe habere nomen bonum: quia ſæpe homines aſſumunt argumentum ab etymologia vocabuli. & quanquam nõ valeat argumentũ ab etymologia nominis pro prij: quia non ſequitur, vocatur Angelus: ergo eſt. vel bonus, ergo eſt. Ex hoc, quia nomina propria ad placitum ſunt inuenta: tamen ex horrido [c] nomine ſæpe homines ſuſpicantur ſiniſtrũ: putantes à prauo euentu illud fuiſſe impoſitũ. pro hoc vide bo. tex. cũ gl. in. l. facta. ſ. in dãda. ff. ad Trebel. Et ideò dicebat Io. an. ꝓ ſi nomina venderẽtur, deberẽt cum magno precio bona emi. vnde deteſtandi ſunt, qui habent nomina ad libitum, & recipiũt nomina horrida. & hæc eſt vna de cauſis, quare in coronatiõe Papę mutatur nomen: vt no. in proœ. ſexti. ¶ Itẽ not, ꝓ Papa ſolus poteſt mutare conſtitutionẽ concilij. nã concilium Nicenũ fecit illam ordinationẽ, vt ordinatio ſine titulo eſſet irrita: vt patet. lxxx. di. c. j. vnde ſolus Innoc. hoc mutauit: vt hîc facit. c. ſignificaſti. de elec. vide quod ibi dixi. ¶ † Itẽ no. ibi: nullo præſentante &c. ꝓ vbi quis fuit ordinatus ſine titulo ad preces alterius, non tenetur ordinator prouidere ordinato, ſed præſentatoꝛ. Fortè enim Archiepiſcopus præſentans ordinandũ, dixit Epiſcopo vtiq; illũ eſſe idoneũ: vel vnus Epiſcopus ordina-

SEB. SAPIA.
a ¶ De ſuo. Vide Fe. in. c. accepimus. co. iij. ver. tertiò decla ſ. de fi. inſt. vbi dicit, ꝙ Prælat' cogit ſoluere de ſuo patrimonio omitten do ea, quæ ſunt vtilia eccleſiæ. & ꝙ teneatur ad reſtitutionem, ſi conuertit reditus in vſus inhoneſtos, tradit Fel. in. c. poſtulaſti. col. ix. verſi. & ſcias. ſ. de reſcript.
SEB. SAPIA.
b ¶ Vocabuli. Vide Abb. in. c. j. in fi. ſ. de iud. & in conſti. lxxxij. in. c. quanto. col. j. in. j. volu.
¶ Vocabuli. Ad. de Raph. fulg. con ſil. lj. & ciiij. & Cu. conſil. lxxv. Anton. Franciſc.
¶ An & qñ valeat ar. ab etymologia vocabuli, ſiue à vi nominis, quod idẽ eſt. Dicendum eſt ꝙ regulariter valet vt in. l. j. j. ff. de fi. inſt. i. l. iij. ſ. appellata. ff. ſi cer. pe. vbi per Bar. & doc. & per Bart. & Alex. in. l. j. ff. de furt. & in l. j. ff. de acq. poſ. & in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in Ru. ff. fol. mat. & habeſ in. ſ. nõ aũt. inſt. de leg. agnat. ſuc. & in. §. itẽ vetuſtas. inſt. de hær. quæ ab inteſt. Quod intelligeverum in nõie appellatiuo: ſecus aũt eſt in nõie proprio: qa non ſegtur; iſte appellat bonus. ergo eſt bonus. vel Puduan⁹: ergo eſt de Padua. vt plenè ꝑ Bar. in. d. ru. ff. fol. ma. in. ij. col. Item hoc verũ niſi repugnaret diffinitiõi: vt per Bar. ibi. & ꝑ Alexandr. in. l. iij. ff. de iu. om. iu.
SEB. SAPIA.
c ¶ Ex horrido. vide And. Sicu. in. c. j. j. de dep. vbi hoc notat ex illo text. in ver. vir Belial. & ſubdit quòd impu tandum eſt illi, qui contraxit cum habẽte ſimile nomẽ. de quo etiã per. d. Iaſ. l. cunctos populos. in. ij. lec. co. vij. ſ. de ſum. tri. & fide catho.

uit clericum alterius ad præſentationem illius. diſtingue tamen inter cõmiſsionẽ generalẽ & ſpecialẽ: prout habes gl. in. c. ſi Epiſcopus j. e. ti. li. vj. ¶ † Et ex hoc infert Inn. ꝙ Epiſcopus non tenetur examinare clericũ præſentatũ per aliũ Epiſcopũ. ſi tamẽ ſciat eũ indignũ, peccat ordinando: qđ no. quia nõ debet cõmittere rẽ illicitã ad petitionẽ illius, q̃ diſpẽſare nõ poteſt. ¶ † No. caſum, in quo ꝙ ceditur lit. nõ cõteſt. vnde quãdo proceditur ſup examinatiõe clerici. ¶ † No. ibi: *vitæ neceſſaria.* ꝙ ordinator ſeu ſucceſſor tenet prouidere ordinato in oibus vitæ neceſſarijs: & ſic in veſtibus: cibis & medicinis & ſimilibus: ſicut dicim⁹ de alimentis. l. legat. ff. de ali. & cib. leg. ¶ Oẽs glo. ſunt faciles & expoſitiuę & ſatis cũ declaratione tex. fuerũt expeditæ: quare capio gl. in verbo ſucceſſores ibi: *ne in cleri. opprobrium.* Inno. & Hoſt. addũt alias rationes.

10 Nã † Epiſcopus tenet ex generali officio omnibus prouidere indigẽtib⁹, maximẽ clericis. xvj. q. j. c. poſſeſsiões. & c. fi. & x. q. j. per totũ. vnde fortius debet ꝓuidere iſti ordinato ſine titulo. Item opprobrium eſt ipſi Deo, vt aſſumpti in eius patrimoniũ, mendicent. nec procedit dictũ glo. ꝙ hîc puniatur eccleſia: cũ Epiſcopus prouideat de menſa ſua. Poteſt enim dici, ꝙ nullũ ſubeſt peccatum, nec ratiõe peccati tenetur ſucceſſor: ſed potius ex quadã alia obligatione tacitè cõtracta per prædeceſſorẽ nomine eccleſiæ: ideò tenetur ſucceſſor. ar. in. c. dilecti. de foro compet. & hæc ratio magis ſtringit, quàm præcedentes. Fuit enim fauorabile ipſi eccleſiæ vt augeatur numerus clericorũ, propter cultum diuinum. vnde non poteſt dici, ꝙ in damnũ eccleſiæ cõtraxit. ¶ † Sed circa iſtã partem gl. poteſt dubitari, quid ſi iſte ordinator habet hęredes reſpectu patrimonij ſui: nunquid prius ſunt cõpellendi hæredes, quàm ſucceſſor in dignitate? Hoſt. & cõmuniter doc. ſeq. dicunt, ꝙ ſic: ſiue dicamus ordinatorẽ fuiſſe obligatum ex quaſi cõtractu, ſiue ex delicto. Nã obligatio deſcendens ex cõtractu tranſit in hæredem. l. veteris. C. de contrahen. & conſti. de iure canonico tenetur hęres ex delicto: vt in. c. fi. de ſepul. dicit etiam Hoſt. ꝙ ſi iſte ordinator viueret, & haberet patrimoniũ, cõpellere tur ipſe de ſuo prouidere: & tantũ aſsignare ordinato per ſe, vnde viuere poſſet. quod dicit procedere etiã ſi ordinator eſſet depoſitus: vel qualitercunq; amotus ab Epiſcopatu. ¶ Ego dubito vtrũ hæc dicta ſint indiſtinctè vera: nã iſtę tex. præbet arg. in contrariũ dũ dicit, huic ordinato prouidendũ per ordinatores, vel ſucceſſores. & indiſtinctè mãdat cõpelli ſucceſſorẽ: nec præcipit, vt diſcutiãtur priùs hæredes ordinatoris. Et ideo pro ſolutione vera prędictarũ queſtionũ eſſet conſyderandũ, vtrũ iſta obligatio quæ cõtrahit ex ordinatiõe ſine titulo ſit realis aut perſonalis. Nã ſi eſt realis: vt quia obligatur eccleſia: dicta Hoſt. nõ procederẽt: vt in. d. c. dilecti. ſi perſonalis, adhuc poſſent impugnari dicta ſua. quia nõ debet haberi recurſus ad eccleſiã propter impotentiã perſonę: quia delictũ prælati nõ debet nocere eccleſiæ: ideò dicerem, ꝙ vbi eccleſia cathedralis eſt potens: tũc obligatio videtur realis. Nã quemadmodũ põt ſacerdos præſentare aliquẽ ad titulũ ſuũ: vt in. c. per tuas. de ſimo. ita & Epiſcopus põt ordinare, vt ordinati viuãt ex reditibus eccleſię cathedralis. & ideò tex. fecit mentionẽ de ordinatore tũ, vel ſucceſſore: ſed vbi eccleſia eſſet impotens: tũc cũ Epiſcopus deliquerit, teneat ipſe, vel hæres ſuus per regulã, delictũ perſonæ. ¶ † In gl. in ver. proponere. ibi: *ſibi medicus.* Nã medicus quantũcunq; probatus, ſi poſtea reperit nõ idoneus, poteſt reprobari: [a] vt in §. reprobari. alle. in gl. Et videt velle Io. An. ꝙ ſit ſpeciale in medico, fauore publicę vtilitatis. Sed tu die idẽ eſſe in quolibet docẽte. licet em̃ quis fuerit in doctorẽ tanquam ſufficiẽs, promotus: ſi tũ poſt reperitur inſufficiẽs, debet reprobari, [b] & inſignijs doctoratus priuari. pro hoc bon. text. in. l. grãmaticos, C. de profeſ. & medi. li. x. & de hoc etiã not. in. d. §. reprobari. Nã in eis ſubeſt vtilitas publica, cũ propter præſumptionẽ grad⁹ doc. ad multas publica officia aſſumũtur: & per imperitiam multos lędũt. ¶ † In ea gl. ibi: *totũ ſit de gratia.* Poteſt dici, ꝙ nõ vſq; quaq; cõtineat gratiã: quia vbi promoueretur ad beneficiũ, debet ſuperior eſſe cautus, vtrũ ſit idoneus: maximè cũ tẽpore ordinatõis multa poſſunt latẽre: ſed ſequens ſol. gl. eſt tutior, vt fiat examinatio propter nouam cauſam. ¶ † Et habes ex hoc & ex gl. ꝙ examinatus [c] & approbatus in licẽtia: poteſt in examine doc. reprobari: cũ ex noua cauſa potuit inutilẽ ſe reddere: vt ſi fuit interuallũ magnũ inter licẽtiã & doctoratũ. Poſſet etiã dici, quòd nõ dato interuallo adhuc licitè poteſt reprobari in examine publico. Nã antequã aliquis adipiſcatur gradũ doctoratus, debet ter examinari: & trinã approbatoriã reportare. Primò em̃ debet examinari à doctoribus præſentãtibus: vt in. l. nemini. C. de aduo. diuer iu. Secundò debet examinari à doc. in priuato examine. Tertiò in publico. ad hoc facit l. magiſtros. C. de profeſ. & medi. iũcta cle. ij. de magi. & ita habet cõſuetudo. Et hæc cõſuetudo videtur ſatis ꝓbata. l. vnica. C. de athletis. li. x. vbi dicitur, ꝙ debet ap ꝓbari, ſeu reportare trinã victoriã in bello antequã ꝓmoueatur: vt ibi dicitur. Nõ em̃ poteſt in vnico examine de prehẽdi ex toto ſciẽtia vnius, fortè fuit pũctatus in materia ſibi familiari. & ita no. Bar. in. d. l. vnica. & Arch. in. c. de quibuſdã. xxxvij. diſt. & hoc no. contra ſcholares, qui faciunt ſe promoueri tantũ per vnicũ examẽ. ¶ † In gl. fi. ibi: *hoc ignorauit.* Videtur gl. velle, ꝙ ſi Epiſcopus ſciebat titulũ alteri debitũ, & ordinatus ignorabat: tunc tenetur ſibi prouidere de alio: & in hoc bene loquitur. ar. in. c. fi. beneficia. j. eo. ti. li. vj. Si aũt vterq; ſciuerit ordinator. ſ. & ordinatus: tunc ſentit gl. vt Epiſcopus nõ teneatur, quaſi dolus cũ dolo cõpenſandus ſit. l. cũ ambo. ff. de cõpenſa. hoc dictũ gl. non placet mihi ſimpliciter: ſed reſtringerẽ quando Epiſcopus à principio non tenebatur prouidere: vt in caſu. c. ſequentis. ſed in caſu noſtro cum Epiſcopus teneatur iſti prouidere propter ratiões. ſ. aſsignatas, nõ videtur ꝙ fraus vtriuſq; habeat eludere prouiſionem huius. c. Nam aliàs de facili circumueniretur diſpoſitio huius. c. quia Epiſcopus ordinans aliquẽ ſine titulo, & nolens obligare ſe ad neceſſaria vitæ, conueniret cum ordinando: vt promoueret ad titulum alteri debitũ: & ſic releuaret ſe ab hac obligatiõe: quod nõ eſt dicendũ, cum diſpoſitio. c. ſit fundata ſuper publica honeſtate: vt patet ex rationibus prædictis. ideò nec directè, nec indirectè poteſt ordinatus huic fauori renũcia re. ar. c. ſi diligẽti. de foro cõpe. Sed ſi Epiſcopus ordinaſſet bona fide ad titulũ, quẽ nõ credebat alteri debitũ: tũc poterit cõuenire non ex diſpoſitione huius. c. ſed ex generali obligatione, qua tenetur omnibus indigentibus.

¶ Reprobari. Adde quod Old. conſ. xviij. ideò cõſuluit quòd admiſſus ſucceſsiuè ad duas eccleſias parochiales, ſi ad tertiam fuerit repertus inſufficiens, quòd poteſt reprobari: quia maior diligentia eſt adhibẽda in remedio animarum, quàm corporum.

¶ Reprobari. idem tenet Bartol. in. d. l. grammaticos, per illum tex. vide Bald. in. l. ij. in fin. C. de li. & eorum li. qui dicit, ꝙ doctor reprobatus propter delictum non poteſt amplius approbari. ſequitur do. Alex. in addi. in. d. l. grammaticos. & idem d. Alexan. in addit. ad Bar. in. l. j. C. de dig. li. xij. in addit. mag. in. ij. col. & ad prædicta vide multa ſimilia per do. Anto. cor. in addit. ad Ab. in. c. ij. in. j. not. ſ. de poſtul. præla. Item dixit ſing. Hoſt. in ti. de decu. §. qui confitendũ. quòd Cardinalis ſemel reprobatus non poteſt amplius reſtitui. ſequitur. Aud. ſicu. in addit. ad Bal. in. d. l. ij. in fin. Cauteat. d. Anton. de ſauona. Cardinalis ſancti yi talis, qui fuit legatus vmbriæ totius, & poſtea Bononię & Romãdiolę, quę nunc tenet in carceribus Iulius ij. ponti. maxi. de cuius depoſitione & vita dubitatur. A Eñ. de fal.

¶ Examinatus. Multa circa hoc cõgerit Felyn. c. cum venerabilis, col. vlt. ẽ. de except. & ibi etiam Dęci. col. vlt.

CAP. XVII.

INter cœtera. ¶ † Qui ignorãti ſcienter contulit prębẽdam, quam non potuit: illa euicta, aliam, quã poteſt, conferre tenetur. & eſt ſingularis diſpoſitio. Narrat primò factum. Secundò mandatum decernit, & cauſam exprimit. ibi: *ſupradicto Epiſcopo.* & nõ eſt alibi in ſi. ¶ Caſus literalis. V. & Hug. permutationẽ ſuarum prębendarum affectantes, eas in manu Epiſcopi renuntiauerunt. poſtmodum mandauit Papa Decano Remenſi, vt prębenda. V. inueſtiret Hug. Sed Epiſcopus loci, hoc intelligens, contulit eam magiſtro. P. vnde orta lite inter magiſtrum. P. & Hug. dominus Papa reuocauit prefatam renuntiationem, & vtriq; reſtituit beneficium ſuum. & ne magiſter. P. remaneret fruſtratus ſpe ſua, mandat Papa Epiſcopo, vt prębendam alicui nõ cõferat, donec aſsignauerit magiſtro. P. prębendale beneficium in eadem eccleſia: & ſi cõtra illud fecerit, illud caſſat, ne fraudulenter viſus ſit illi contuliſſe prębendam. Bern. ¶ No. j. ibi: *per commutationem.* quòd in permutatione beneficiorum interuenit renuntiatio. & per conſequens beneficiorum vacatio. de quo vide bonam gloſ. in cle. j. de rerum permu. & in. c. ſi per tua debita. de reſc.

2 libr. vj. ¶ † Not. ij. quòd prębenda vacans ex cauſa permutationis, non debet conferri alteri: quàm permutare volenti. & hodie collatio eſt ipſo iure nulla: vt in. d. cle. vna. nec expectans Apoſtolicus poteſt tale beneficium acceptare: vt in. c. j. de rer. per. lib. vj. & ſic hodie diſpoſitio huius. c. in prima parte non habet dubium. ¶ † Vltimò no. & tene menti caſum mirabilem, quòd conferens ſcienter beneficium alteri debitum, tenetur illo euicto il li prouidere de æquiualenti beneficio. Et ſic eſt caſus in quo donator tenetur de euictione, ſcienter conferendo alienã rẽ, vel alteri debitã. de hac tamẽ materia dic latius

4 vt dicetur in gl. fi. ¶ † In gl. ij. in fi. ſed gl. nõ reſpõdet ad contrariũ. ſ. formatũ. doct. ſentiũt, ꝙ cõtrariũ procedit in rebus prophanis: ſecus in rebus ſpiritualibus: vt ſunt beneficia. debent enim purè renũtiari: & nõ ſub cõditione. facit quod leg. & no. in. c. ex parte. de off. deleg. ¶ Sed oppo. extrà gl. alio modo. Ex quo enim hęc prębẽda vacabat, debuit valere collatio illi magiſtro. P. facta: nec debebat retractari. arg. in. c. dilectus. el. ij. j. e. Inn. vario modo ſoluit. Primò, ꝙ propter fraudẽ hic adhibitã, ſaltem re ipſa, Papa ex officio ſuo retractauit illã collationem. quæ ſolutio prima fronte videtur improbari, per. d. c. di lectus. & per id quod ſequitur in ſequen. gl. Nã ibi patet, quòd ſi contra mandatũ Papæ Epiſcopus confert alicui beneficium, tenet collatio: nec retractatur: licet Epiſcopus aliter veniat puniendus. Sed poteſt dici ſaluãdo hanc ſolutionẽ, ꝙ non ſolùm hîc cõtemnebatur prouiſio Papæ: ſed ſupplãtabatur is, qui ex cauſa permutationis præbendam reſignauit: ideò voluit Papa prouidere huic decepto. & intantum equitas hoc ſuadebat, vt hodie ſit edi tum ius de nouo, annullãs collationem talem ipſo facto

5 vt in. d. cle. vna. ¶ † Secundò ſoluit, quòd in iſtis ſpiritualibus eſt ſpeciale, vt interueniẽte authoritate ſuperioris abſq; alia traditione, acquiratur ius permutare volẽtib⁹ in rebus permutatis. Et no. bene hanc ſolutionem: quotidiè enim allegatur. & pro ea facit capi. ſi tibi abſentij. eodem titulo. libro. vj. Vbi patet, quòd ex ſolo titulo in iſtis ſpiritualibus abſq; alia traditione acquiritur ius in re. Hæc tamen ſolutio, licet ſit vera & nota. in ſe: tamen non congruit huic literæ: quia Papa non interpoſuerat authoritatem ſuam: ſed mandauerat tertio, vt collationem illam faceret. Tertia ſolut. quòd Papa acceptando renuntiationem & mandando alteri collationem: aduocauit ad ſe totum negotium. & ſic eripuit poteſtatem ordinario. argumen. c. vt noſtrum. de appellatio. & hæc ſolutio ſatis potuit ſuſtineri. Soluitur & aliter hodie: ſed

6 non eſt inſtandum per. d. cle. vnicam. ¶ † Sed hîc quæritur, quid ſi capitulũ recipit aliquem in canonicũ authoritate propria: demũ prębenda vacante contulit alteri: nunquid teneat talis collatio? Inno. & communiter doc. ꝙ ſic: quia non poterunt dare ius ad prębendam vacaturam. & ſic ex illa receptione in canonicum, nõ habuit ille ius afficiens prębendam primò vacaturam, meritò collatio illius tãquam liberè alteri facta tenuit. Nec ob. ſi dicatur, quòd perſona eccleſiaſtica nõ poteſt variare: vt in. c. cũ aũt. de iurepa. vbi dicitur, quòd ſi patronus ecclеſiaſticus ſemel præſentat, nõ poteſt amplius variare, & præſentare alium. Illud enim loquitur ſecundũ Inno. quando præſentatio fuit facta ad beneficium vacans: nõ aũt loquimur de beneficio vacaturo: ad quod obtinendum non poteſt inferior citra Papam dare ius. Nec ob. c. relatum. ſ. eo. Nam vt ibi dixi, fatendum eſt, ꝙ capitulum obligatur ad prouidendũ illi: nõ tamen ſequitur, ꝙ

a prębenda primò vacatura ſit affecta pro eo. & tene mẽ ti hoc commune dictum do. Sed ego limitò per vnũ peregrinum. & ſingulare dictũ Inn. in extraneo loco. ſ. de maio. & obe. in. c. ſtatuimus. vbi dicit, ꝙ capitulũ prouidendo alteri extraneo, vel alicui collegio poſteà recepto tenetur prouidere illi primò recepto, quem illuſit, de reditibus communibus, iuxta formam. c. dilectus. el. ij j. e. & opti. facit ille tex. Nã capitulũ illud obligatur ad illam prouiſionẽ propter tranſgreſsionẽ mandati Papæ: ita de bet hic obligari per tranſgreſsionem mandati legalis: vt

7 in. d. c. relatum. in fi. ¶ † Quid autem in recepto authoritate Papæ ſub expectatione prębendæ: prolixè tracta xit hîc Inn. ſed hodie habes tex. clarum in. c. nõ poteſt j. eo. li. vj. vbi patet, ꝙ prębenda primò vacans, adeò eſt affecta pro iſto recepto authoritate apoſtolica: vt non valeat collatio alteri facta. & vide de materia quod not. in. c. ſi capitulo. & in. c. ſi ſoli. de conſec. præben. li. vj. Et habes ex prædictis bonam diuerſitatem & quotidianã inter receptum authoritate Papæ, & receptum authori

8 tate capituli. ¶ † In gl. ſi. ibi: *in veritate non dicitur donare.* No. ꝙ collatio beneficiorũ non eſt propriè donatio. & pro hoc vide gl. in * c. iã verò *. §. ex his, xxiij. di. vj. ¶ Sed contra hoc facit, quia reſpectu illius, cui confertur, eſt vera liberalitas, vt in. c. relatum. ſ. eo. ergo nõ debet iſte teneri de euictione, ſicut nec alius donator. Credo quòd hoc fuit ſtatutum in odium collatorum: ne iura ſpiritualia tractentur ita fraudulenter: & ne inducantur ad conferendum beneficia alijs debita. ar. in cle. vna. in prin. de

a renun. Et an & quando donator teneatur de euictione [a] in rebus prophanis: dic, vt le. & no. in. l. ij. C. de eui. & in

9 l. Ariſto. ff. de dona. Et no. iſtam gl. iuncto tex. ¶ † Et in fin. glo. concludo clarius intellectum huius. c. vt colligit ex dictis doc. & ex gloſſ. Aut enim vterq; ſciuit, ſcilicet collator & is cui facta fuit collatio: & tunc non tenetur prouidere ſibi de æquiualente beneficio. quia dolus cum dolo compenſatur. in. c. intelleximus. de adulte. Nec fuit iſte deceptus per collationem, ſed ſeipſum decepit. hoc verum. quando Epiſcopus ex mera liberalitate contulit, ſecus em̃ ſi tenebatur conferre rationem ordinis collati, prout dixi. ſ. c. præcedenti. Aut vterq; ignorauit: & tũc non tenetur iſti prouidere: quia fraus ceſſat, ſuper qua fundare ſe videt iſte tex. Et intellige, vt dixi, in collatiõe facta ex mera liberalitate: ſecus ſi ex neceſsitate, dequa in c. præcedẽti. Aut Epiſcopus ſciuit, & alter ignorauit, & habet propriè locũ iſte tex. Si aũt ecõtra, Epiſc. ignorauit: & alter ſciuit: tũc ceſſat iſta ꝓuiſio: quia collator nõ fuit in fraude: imò alius, q̃ ſciẽter bñficiũ acceptauit,

ZACHARIAS: ¶ Quando donator teneatur de euictiõe. Adde Bartol. in. l. Iulianus. §. j. ff. de verb. ob. & omnino in. l. ſi pro re. §. j. & ibi Alex. ff. de euict. Ant. Franciſ. ¶ De hoc, an donator teneatur de euictione, & quã do: vide in. l. Ariſto. in. §. Labeo. ff. de dona. & in. l. ij. C. de euict. vbi per Bal. & adde ꝙ donans rem alienam, & tradens: ſi cauit de euictione, liberatus eſt à prima actione, licet dominium nõ tranſtulerit: vt plenè per Io. de Imola. in. d. §. labeo. & per Alex. in. l. ſi. §. ſi. ff. de verbor. oblig. Adde tamẽ quòd donator nõ tenetur vltra quã facere poſſit. l. inter eos. in fi. ff. de fideic. libe. & vide An. in. l. ſunt aũt. ff. de re. iud. & ibi plenè per Alexã.

¶ SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, vel alius Prælatus cõferens alicui beneficiũ, quod cõferre nõ poterat: illo euicto debet ſibi de alio prouidere. 3. 9.*
2 *Collatio beneficij vacantis cauſa permutationis, ſi fiat alteri, quàm permutare volenti, eſt ipſo iure nulla.*
4 *Beneficia debent purè renuntiari.*
5 *In ſpiritualibus acquiritur ius in re, ex ſolo titulo, citra aliquam traditionem.*
6 *Canonicus receptus ſine prębẽda, nõ habet aliquod ius ad prębendam vacaturam: adeò quòd poterit alteri conferri: ſed debet ipſi canonico à recipiente prouideri.*
Patronus, ſi ſemel præſentauit vnum: non poteſt poſteà alium præſentare ad beneficium vacans: ad vacaturum, hîc innuitur, quòd ſic.
Beneficia vacatura nullus citra Papam poteſt conferre.
7 *Beneficium vacaturũ alicui collatum à Papa, adeò ſibi debetur: vt ſi poſteà conferatur alteri, ſit nulla collatio.*
8 *Donator an & quando teneatur de euictione: vide remiſsiuè.*

Cap.

¶ SVMMARIVM.

1 *Electus caſſatur, ſi vnum ex pluribus oppoſitis contra eum, probatur, quod tamen ſufficiat ad eius caſſationem.*
2 *Electio alicuius dignitatem Eccleſiaſticam, ex quot & qui-*

bus cauſis poſſit caſſari.

3 *Beneficium, in quo quis erat minus canonicè intruſus. ſi impetretur à Papa non facta mentione de tali intruſione, talis impetratio eſt ſurreptitia.*

4 *Intruſus dicitur ille, qui ſine legitimo titulo, licet ſit electus, adminiſtrat: vel titulo legitimo fuit priuatus : & tamen miniſtrat.*

5 *Tolerantia ſuperioris, non inducit diſpenſationem in his, quæ ſunt contra ius.10.*

6 *Clericus, an poſſit licitè ſine diſpenſatione obtinere plures præbendas: vel plura beneficia ſimplicia. & caſu quo nō poteſt, an Epiſcopus poſſit diſpenſare.9.*

7 *Epiſcopus non poteſt recipere clericos alienos, quoad ordines eis dandos, ſed quo ad beneficia ſic, & poſtquam eis dedit beneficia poterit eos ordinare, quia incipiunt eſſe ſui ſubditi.*

8 *Cōſuetudo valet q̄ in ſimplicibus beneficijs, nō ſit opus reſidere.*

CAP. XVIII.

CVm iandudum. ¶ † Opponēti plura contra electū, ſufficit alterū probare: quod ad caſſationē eius ſufficiat: vel ſpecialius ſic. Caſſatur electio illius, qui poſsidet plures dignitates atq; præbēdas: & idem ſi detineretur aliquo vitio hîc ſcripto. h. d. ¶ Et primò ponit ſex, quæ opponebātur cōtra electum. Secūdò diffinitionē quæſtionis cōditionalē. Tertiò reſpōdet tacitæ quæſtioni, vel obiectioni. Secūda ibi: *mādamus*. Tertia ibi: *cum multa*. ¶ Caſus literalis. Vacante præpoſitura Siclunēſi, à quibuſdā canonicis eccleſię Siclunē. electus fuit quidā noīe Ioā. de bitinia maiore parte capituli prius appellante: & quibuſdā canonicis abſentibus, & nō vocatis, ad petitionē iſtius Ioā. commiſſa fuit cauſa quibuſdā iudicibus. iudices illi confirmauerūt electionē ipſius Io. tādem cauſa cōmiſſa fuit alijs iudicibus ad petitionē partis aduerſę. illi caſſauerūt cōfirmationē priorum iudicū. demum Papa caſſauit proceſſus priorum & ſecundorū iudicū: reducens cauſam ad eū ſtatum: in quo erat ante primā cōmiſsionē iſtis omnibus ſic peractis. R. Siclunēſis canonicus: oppoſuit ſe iſti Io. proponēs multa contra ipſum. ſ. pluralitatē dignitatū & beneficiorū, cōtra cōci. Latera. & q̄ die intruſionis ſuæ ante cōfirmationem adminiſtrare præſumpſit, & poſt caſſationē confirmationis electionis ſuæ miniſtrauit. His & alijs auditis mandat dominus Papa quibuſdā iudicibus, quòd ſi inuenerint prædictum Ioā. habere plures dignitates atq; præbendas: aut aliquod aliud de præmiſsis, quod ſufficiat: in uenerint eſſe verum: eidem Ioan. ſuper ipſa præpoſitura ſilentium imponant ab impetitione ipſius Siclunēn. eccleſiam abſoluentes. In fi. reſpondet Papa quaſi tacitè quę ſtioni poſſet quis opponere domino Papæ: quare vos iſtum repellitis. multi ſunt: qui habent pluralitatem dignitatū & beneficiorū. Multa per patiētiā tolerātur, quę ſi in iudiciū deducerētur, exigēte iuſtitia caſſarētur. Ber.

2 ¶ † No. j. ſex vitia, ſeu defectus, quæ opponi poſſunt cōtra electū ad dignitatē eccleſiaſticā. Primò multitudo dignitatū. Secūdò pluralitas præbēdarum. Tertiò ambitionis vitiū. Quartò delictum auaritię. Quintò, quod ſe ingeſsit ad dignitatem obtinēdam, de qua quęritur. Sextò quia intruſit ſe adminiſtrando ante confirmationem obtentam, vel poſteà caſſatam. Sed antequām procedam ad vlteriora, quęro nunquid quodlibet prędictorū de per ſe ſufficiat ad caſſationem electionis? Cōcludę prout colligitur ex dictis doc. quòd primum: ſcilicet multitudo dignitatum ſufficiat: probatur in. c. dudū. el. ij. ſ. de elec. & clarius hodiè in extrauag. execrabilis. Ioan. xxij. vbi patet quòd tenens de facto plures dignitates, vel eccleſias curatas ſit ineligibilis. [a] Circa ſecundū videlicet prębēdarum pluralitatē: diſſenſio eſt inter do. Nā quidā tenēt hoc nō ſufficere arg. illius. c. dudū. vbi tex. tantū ſe fundat ſuper multitudine dignitatum, ſeu eccleſiarum curatarum. & pro hoc facit iſte tex. in ver. mādamus. vbi Papa videtur multitudinē præbendarum copulare ad multitudinē dignitatum, quaſi pluralitas ſola præbendarum non ſufficiat. Alij tenuerāt contrarium exponētes dictionē atq; pro vel. Nā ſæpe copulatiua reſoluitur in diſiunctiuā: vt in. l. ſæpe. ff. de ver. ſig. & no. in. c. ij. de reſcri. Et certè hæc quæſtio pendet ab alia: nunquid ſit licitum obtinere plures præbēdas. & de hac latius ſ. ſubijciam. Tertium obiectū, ſcilicet ambitionis vitium, ſufficit de per ſe. Eſt enim peccatum mortale. pro hoc. c. quia intantum. ſ. eo. & vide bo. tex. viij. q. j. c. in ſcripturis. vbi patet quòd dignitas non eſt conferenda ambientibus: ſed potius fugientibus. Et eſt ambitio quædam aſpiratio ad dignitatem, procedens ad actum. Quartum ſcilicet auaritię delictum, per ſe ſufficit. lxxv. diſt. c. florentinū. & no. hîc in gloſſ. Quintum, quia ſe ingeſsit, ſufficit ad caſſationē: quia nemo debet ſe ingerere: vt in. c. qualiter. ſ. de elect. Sextum, quia adminiſtrauit ante confirmationem, [c] vel poſt caſſatam, per ſe ſufficiat: vt in. c. auaritiæ. de elect. lib. vj. & in. d. c. qualiter & quando. ¶ † Et ex iſto ſexto & quinto collige vnum, quòd intrudens [d] ſe in beneficium fortè authoritate Principis ſeculariſ: & poſteà impetrat illud à Papa non facta mentione de intruſione, eſt repellendus. Talis enim promotio fuit ſurreptitia. Nam ſi Papa ſciuiſſet, de facili ſibi non prouidiſſet propter ambitionis vitium. & quia ingeſsit ſe adminiſtrationi ante omnem prouiſionem. Nam ſi repellitur ille, qui habuit electionem, & non expectata confirmatione adminiſtrauit: potius eſt repellendus, qui ante omnē electionem & vacationem ſe intruſit in beneficium. & notabis hoc: quia multi errant & iniuſtè poſsident propterea beneficia. & vide quod not. in. c. ſi apoſtolicę. de præben. li. vj. in nouel. ¶ † Not. quòd intruſus [e] dicitur, qui titulo legitimo non prędecedente ingerit ſe adminiſtrationi, etiā ſi præceſsit electio, quod notabis. Idem eſt, ſi priuatus fuit titulo legitimè prius habito: vt no. Inno. in. c. qualiter & quando. el. ij. de accu. ¶ † Vltimò nota, & tene menti ſi. tex. qui quotidiè allegatur, q̄ per tolerantiam ſuperioris non videtur diſpenſatio inducta in his, quæ ſunt contra ius. & circa hoc vide pulchram gl. iij. diſt. in. c. ſi. In cōtrariū [f] vide tex. cum glo. in. c. quia circa. de conſan. & af.

6 ¶ † Vltimò quæritur, quia. ſ. dixi opiniones eſſe, an pluralitas præbendarum, repellat quem ab beneficio obtinendo: nunquid de iure communi poſsit quis habere plures præbendas: vel plura beneficia ſimplicia: nam de curatis de dignitatibus, & perſonatibus deciſum eſt j. cod. c. de multa. & in hoc multum inſtat hîc Inno. ſed referā principaliores opiniones, quę colligūtur ex gloſſ. ſua.

g ¶ Prima opi. [g] quia inſpectis iuribus antiquis non eſt licitum, niſi in vnico beneficio intitulari. Nam debet eſſe quiſquis cōtentus ea vocatione, qua vocatus eſt. & ſi nō ſufficit ſibi illud beneficium: quærat ſibi victū induſtria ſua, ſeu manibus. ad hoc. xj. q. j. c. j. & facit. c. clericus victum. xcj. diſt. & c. cum non ignores. ſ. eo. & lxxxix. di. in c. ſingula. cū multis ſi. ſed inſpectis iuribus poſteà ſequētibus. videtur q̄ liceat plura obtinere. pro hoc. c. cū eccleſiaſticæ. de excep. & quod le. & no. in. d. c. dudū. & in. c. dilec. filius. ſ. de reſcri. & in. c. ex inſinuatiōe. de procu. cū multis ſi. ¶ Secunda opi. q̄ nimia multitudo reprobatur à iure: ſeu duo vel tria ſimplicia licitū eſt poſsidere. pro hoc. c. quia intantū. ſ. eo. Tertia opi. q̄ in titulū non poteſt quis habere plura beneficia, ſed vnicū tm̄ ſic: vt q̄ de nomine ſolū ab vno beneficio, ſed alia habeat quaſi in ſtipendiū: dūmodo nō requirāt reſidentiā. Quarta videſ op. Inn. in qua reſidet. ſ. vt non ſolùm in beneficiū, ſed in titulū poſsit qs habere plures prębēdas ſine aliqua diſpēſatiōe, etiā ī diuerſis Epiſcopatib⁹: videſ tm̄ requrere duo. Primò, vt tales p̄bēdæ nō requirāt reſidentiā. Secūdò: vt eas obtineat, non propter fructus, ſeu vtilitatē propriā: ſed propter bonū publicū: vt quia eſt p̄ſona induſtriosa, & melius ſcit gubernare iſte decē brīficia, quàm alius vnū. & ita reſpōdet ad ca. ſanctorū. lxx. di. quod facit in oppoſitū. Dicit enim illud intelligēdū, quādo propter concupiſcētiā quis vult obtinere plures prębēdas. illud enim

7 nō licet, nec iure cōmuni, nec diſpēſatiuè. ¶ † Nec ob. ſe cūdū eū ſi dicatur, q̄ alienus Epiſcopus nō debet eū recipere: vt in. c. fraternitatis. ſ. de cle. nō reſi. & in. c. primates. lxxj. di. quia illa iura loquūtur de ignotis: vel loquūt vt nō recipiātur quo ad ordines, ſed quo ad beneficia recipi poſſunt: & ratione beneficiorū poteris ei cōferre ordinē. & notabis ſemper hoc dictū. ¶ Ex hoc enim potes ſumere vnā cautelā, quādo vis recipere ordines ab Epiſcopo nō tuo, ſine Epiſcopi tui licētia. Nā obtineas primò beneficiū ab alio Epiſcopo: & tūc cū ratione beneficij incipias eſſe ſubditus eius, poteris ad eo ordinari. & pro hoc facit. c. iij. de tēp. or. lib. vj. Nec ob. ſi dicatur, q̄ iſte erit perplexus, ſi Epiſcopi mādarēt ſibi cōtraria: cū debet obedire priori: niſi ſumma neceſsitas vrgeat. & de hoc vide latius hîc per In. Hoſ. aūt hoc tractās in. c. ſuper inordinata j. e. & in. c. literas. de cōce. prēb. poſt multa cōcludit, q̄ de iure cōmuni quęlibet prębenda, ſeu brīficiū requirit propriū miniſtrū. Vnde quēadmodū inplurib⁹ caſtris, quorū quodlibet requirit certos homines ad ſui cuſtodiā, nō pōt quis obtinere locū pluriū: ita & in brīſi cijs eccleſiaſticis. dicit tamē ne multę aīę illaqueātur, q̄ diſpēſare poterit Epiſcop⁹, etiā propter prerogatiuā p̄ſonę: vt quis habeat plures prębēdas, nō in titulū, ſed in beneficiū. Et vt clarè habeātur prędicta, faciam⁹ duo mēbra. Primū nūqd de iure poſsit quis obtinere plura ſimplicia. Secūdū in caſu, in quo de iure cōi, nō eſt licita plu

a ralitas: vtrū Epiſcopus poſsit diſpēſare. ¶ Circa primū [a] cōcludo ſic: q̄ aut beneficia requirūt reſidētiā ſiue inſpecto iure cōmuni: ſiue ſpeciali ſtatuto: & indubiè nō eſt licitū de iure plura retinere. Sunt enim incōpatibilia propter onus reſidētię. pro hoc. c. pe. ſ. de cle. nō reſi. & hoc eſt ſecūdū mētē iuris. Nā quodlibet beneficium creatur propter officiū: vt in. c. ſi. de reſcr. li. vj. Si verò nō requi

8 rūt reſidētiā: puta, † quia cōſuetudo eſt in oppoſitū, quę ſatis valet in ſimplicibus: vt in. c. cum omnes. de conſt. & tūc aut ſufficit vnū ad cōgruè ſuſtētādū clericū: & nō licet tenere plura beneficia propter vtilitatē propriā: imò eſt peccatū mortale, cū ſit ibi vitiū ābitionis & auaritiæ & occupat ſtipēdia aliorū pauperū: vt no. glo. in. d. c. dudum. Et ſic etiā poteſt intelligi. d. c. ſanctorū. vbi dicitur quòd quis non poteſt eſſe prębendarius & canonicus in diuerſis eccleſijs. Aut vnū per ſe nō ſufficit: & licet tenere plura vſq; ad congruam ſuſtentationē: & ſic poſſunt intelligi. c. gratia de reſcri. lib. vj. & cle. gratiæ. eod. titu. & c. cum teneamur. à cotrario. ſ. eod. & hoc quo ad pri-

9 mum. ¶ † Ad ſecundū nunquid poſsit Epiſcopus diſpēſare in caſu prohibito: aſſumendo dicta Ioan. And. quæ ſolent multum allegari: in. c. literas. prælleg. vbi dicit, quòd in diuerſis eccleſijs poteſt Epiſcopus diſpēſare. In eadem verò poteſt circa difformia beneficia: ſed non circa conformia. vnde non poſſet diſpēſare, vt quis in eadem eccleſia habeat duos canonicatus: licet poſsit diſpēſare, vt ibi habeat dignitatem & canonicatum cum prębenda: iuxta not. per gloſſ. in. c. j. de conſuet. libr. vj. Et eſt ratio diuerſitatis. Nam per diſpenſationem in diuerſis eccleſijs, vel in eadem circa difformia, non frangitur ibi numerus: nec tollitur eccleſiæ ſuffragium canonicorum. Si enim in qualibet eccleſia eſt numerus duodenarius: poteſt ipſe computari, & numerum complere in qualibet eccleſia, ac ſuffragium ſuum in ſingulis actibus eccleſiarum preſtare. Nam poterit vocari ad capitulum vtriuſq; eccleſię, & vtri q̄ dare cōſiliū ſuū. Idē erit ſi habet dignitatē & canonicatum in eadem eccleſia. Nā

poterit tūc preeſſe, vt habēs dignitatē, & aliās tanquàm canonicus: ſed ſi haberet duos canonicatus, frangeretur numerus eccleſiæ. Finge enim, quòd in eccleſia debent eſſe duodecim: & ex diſpenſatione ſex obtinent diſpenſatiuè omnes canonicatus: quia quilibet habet duos. hîc enim nunquam poteris numerare duodecim canonicos nec habent concilium, niſi vt ſex, vnde eccleſia multū læderetur. ¶ Sed aduerte: quia quatenus ſimpliciter dicitur, q̄ in diuerſis eccleſijs pōt diſpenſare circa duas præbendas, nō videtur ſimpliciter procedere: imò tex. apertiſsimè eſt in contrariū. d. c. ſanctorum. vbi dicitur, q̄ licet ex diſpenſatione Epiſcopi poſsit quis præeſſe duabus eccleſijs: non tamen poteſt ex eius diſpenſatiōe eſſe canonicus & præbēdarius in diuerſis eccleſijs. Et videtur prima fronte mirabile, vt indulgeat diſpenſationem Epiſcopus in diuerſis eccleſijs, & nō in diuerſis præbendis. Sed non mireris. nam intellige illum tex. q̄ diſpenſatio reſpectu eccleſiarū, ſit propter vtilitatē publicā: ſed reſpectu diuerſarum præbendarum, ſi propter vtilitatem priuatā. Nā prębēda daf canonico, vt inde viuat: nō ſic pręcisè datur eccleſia curato: ſed principaliter, vt populū regat. Ideò ex quo quis habet vnā præbendā, non eſt licitū vt habeat ſecūdā. intellige ſi prima ſufficit. nō ſic eſt in eccleſia: quia vt dixi, ibi notatur vtilitas publica. Ideò limitārē dictū Io. An. vt poſsit diſpenſare in duabus præbēdis, [a] quando vna non ſufficit. aliās procedat illud. c. ſanctorū. quod ſic intellige: licet ibi gloſ. diuinando aliter dicat. Et plenè circa hāc materiā vide, quod dixi in rep. §. qui verò in. c. extirpandæ j. eo. ti. Et q̄ poſsit Epiſcopus in caſibus prędictis diſpenſare: licet beneficia requirant reſidentiā, probatur apertiſsimè iure can. antiquo & nouo. Primò in. d. c. ſanctorū. Secūdò in. d. c. de multa j. eo. Nā cū. c. ſanctorū. cōcederet Epiſcopo generaliter diſpēſationē. c. de multa. ſolū ademit reſpectu eccleſiarū curatarū & dignitatum, ſeu perſonatuū: & ſic in alijs ſimplicibus remanet ius antiquū. l. præcipimus. in fi. C. de app. & de præſum. nōne. Et nūquid ſimpliciter ſit adēpta diſpēſatio in iſtis, dicetur in. d. c. de multa. ¶ In. gl. pe. in. fi. & circa hoc vi-

10 de, quod dixi in. c. cū non ignores. ſ. eo. ¶ † In gl. fi. in fi. Hoſt. adducit in contrariū illā. l. j. in §. ſcientiā. & l. ij. & l. ſed ſi pupillus. ff. de iuſt. Debet enim ſuperior proteſtari, & contradicere, ſi nō vult cōſentire. Soluit ipſe, q̄ reſpectu prætorū & quo ad tāgentia animas ſubditorū, tolerantia Papæ operatur permiſsionē: ne animæ illaquearentur. ſed quo ad illegitimè promotū, non inducit permiſsionem ſeu diſpenſationē: quaſi velit dicere, q̄ ex quo Papa nō cōtradicit, abſolutæ ſunt animæ ſubditorū iſtius, propter fidē, quā habebat. de quo vide opi. Gul. in. d. c. dudū. Sed reſpectu iſtius, qui indignè tenet plura bene ficia, nil operatur tolerātia Papæ propter malā fidē, quā habet. ¶ Sed aduerte, quia ſecundū hoc nūquàm tolletur ius per cōtrariū vſum, etiā Papa tolerante: quia videtur ſecundo hoc tolerare per patientiā: non aūt q̄ velit ius relaxare: contrariū eſt difficile. Sed poteſt dici, q̄ vbi lex ſuperioris habet cōſuetudinē in cōtrariū à principio, vel ex poſtfacto: tollitur lex ſuperioris, maximè ſuperiore ſciente, & non contradicente. Quod intellige ſi cōſuetudo eſt aliās rationabilis: vt in. c. ſi. de cōſue. & vide iij. di. c. ī iſtis §. leges. & quod ibi no. ſed vbi cōſuetudo nō eſſet ratiōabilis, vel nō eſt cōis: quia aliqui ſeruāt, & aliqui nō: & tūc reſpectu nō poteſt ſeruantiū procedere iſte tex. qn̄ pluresſunt ſeruantes, quàm nō ſeruantes. tunc enim pro priè eſt patientia ſuperioris, ſcilicet in nō puniendo trāſgrediētes: nō autem cauſatur diſpenſatio, vel permiſsio.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus receptus ſine titulo debet ſibi, quàm citius fieri poteſt, prouideri de præbēda: interim habebit quotidianas portiones. 4. 5. 6. 7. 8.*

a ¶ Ineligibilis. Add de do. Car. conſil. iij. Old rad. conſi. lxvij.

b ¶ In diſiunctiuā. Adde Old. conſi. clxj.

c ¶ Ante confirmationem. Adde Oldra. conſil. cxcj. & ccclviij. Ro. conſ. cccxxxiij. Calde. conſi. ix. de elect.

SEB. SAPIA.

d ¶ Quod intrudēs. Multa ad hoc accumulat Felin. in c. in noſtra. in ij. corollario. ſ. de reſc. & in. c. poſtulaſti. in vlti. char. e. tit. Adde Abb. in c. j. j. de conceſſ. præbend.

e ¶ Intruſus. Adde quis dicatur intruſus, Car. cōſ. xiiij. de verb. ſig. Ioan. de Imol. conſilio cxxvij.

SEB. SAPIA.

f ¶ In contrarium. Pro ſolutione huius contrarij, vide Abba. in. c. niſi, cum eſſent. in fin. col. ij. j. eo. Abb. & Fel. in. c. j. ſ. detreuga & pace.

g ¶ Prima opi. Ad de do. Card. conſi. ſ. alleg. iij.

a ¶ Circa primum. Adde do. Car. cōſ. liij. & eſt cōſi. Bal. d. Abba. conſ. xxxviij. &. xcv. iij. lib. Lap. al. xxxvj. xcvj. cxvj. & cxvij. Cal. conſi. xxv. ij. de præben.

In ſpiritualibus licita eſt compoſitio, maximè ſuperioris authoritate: videʒ in.c. niſi eſſent in.5.no.

Legatus de latere non poteſt dare alicui ius ad vacaturum beneficium, licet poſſit reſeruare ſibi collationem beneficij vacaturi, etiam reſpectu certæ perſonæ.

Canonici plures, an poſſint recipi ſine præbenda in eadem eccleſia. & ſi non poſſunt recipi, an caſſetur receptio omnium, an aliquorum.

Papa ſolus, nec alius citra eum, poteſt diſpenſare contra conſilium ʒ. prox i.c.nu.4.

CAP. XIX.

DIlectus filius. ¶ †Recepto in canonicũ, quã cito facultas ſe obtulerit, debetur prębẽda: & interim habebit quotidianas diſtributiões. h.d. Cõtinet quatuor dicta. Primò mãdatũ apoſtolicum. Secũdò ibi: *ad inſtantiam iuſtum & iniuſtum præceptum legan.* Tertiò ibi: *cum erog* iuſti proceſſus cõfirmationẽ & iniuſti reprobationẽ. Quatrò ibi: *facientes Papalem ſubiunctionem.* ¶ Caſus literalis. Epiſcopus Linconiẽſis de mãdato domini Celeſtini Papæ, cuidã clerico. G. nomine quãdam præbẽdam in eccleſia Linconienſi aſsignauit: ſed capitulũ noluit ipſum recipere ad eãdem. tãdem ad inſtantiam Remẽſis Archiepiſcopi, tũc Epiſcopi prenestini apoſtolicæ ſedis legati: talis cõpoſitio inter capitulum & ipſum. G. interceſsit: ꝙ receptus fuit in canonicum, & in fratrẽ, cõceſſo ſibi ſtallo in choro, & loco in capitulo, & participatione diuinorũ: ita tamẽ ꝙ fructus prębẽdæ recipere nõ deberet niſi loco proximè vacaturæ. Sed quia plures prębẽdę poſtmodũ vacauerũt, nec eidẽ. G. aliquã aſsignauerũt: acceſsit ad Papã proponẽs eidẽ omnia ſupradicta. Scribit Papa iudicibus, dicẽs dictũ. G. in canonicũ recipi, canonicis nõ obuiat inſtitutis. ſed vacaturã expectare prębendã, eſt cõtra Lateran. conciliũ. Vnde Papa factũ legati in eo, ꝙ dictũ. G. recipi fecit in canonicum, & in fratrẽ, approbauit: ſed ꝙ nihil reciperet in ſimili loco proximè vacaturæ reprobauit. quia verò indignum eſt, vt receptus in canonicũ beneficio careat, mãdat iudicibus vt Epiſcopũ & capitulũ prædictos cõpellant, vt ei prębẽdam cũ ſe facultas obtulerit, aſsignẽt: & portiones quotidianas, quæ fiunt in eccleſi a memorata ſine diminutione faciãt aſsignari eidẽ. Ber. ¶ †Not. j. ꝙ in ſpiritualibus licitè intercedit compoſitio maximè autoritate ſuperioris, pro hoc. c. ſtatuimus. de trãſactionibus. ¶ †Not. ij. ꝙ legatus etiã de latere prout erat iſte Epiſcopus preneſtinus, qui erat Cardinalis: nõ poteſt dare ius ad vacaturũ[a] beneficiũ. licet ergo legatus de latere poſsit beneficiũ reſeruare vacaturũ ſuæ collationi, etiã pro certa perſona: vt in c. cũ dilectus. de iurepatronatus. & in.c. penul. de offi. leg. lib. vj. nõ tamẽ poteſt dare ius ad beneficiũ vacaturũ. vt hîc. Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio: quia per reſeruationẽ nullũ ius acquiritur perſonę: poteſt enim variare legatus & alteri cõferre beneficiũ reſeruatũ. & ſic nõ datur tãta materia captãdi mortem proxi. ſed ſi poſſet dari ius ad beneficiũ vacaturum, acquireretur ius perſonæ, & de facili deſideraret mortem alterius: vt eius beneficiũ poſſet obtinere. ¶ Nota vlterius ꝙ receptio in canonicũ vltra numerũ prębẽdarum nõ diſſoluit illarũ numerũ: ſed prębendæ remanẽt in priſtino numero, & ſolùm ampliatur numerus canonicorũ. ¶ Itẽ not. ibi: *non obtinet inſtitutus.* ꝙ ſine peccato recipitur quis in canonicũ etiã ſine prębẽda. ¶ †Vltimò no. ꝙ receptus in canonicũ ſine prębẽda, debet accipere diſtributiones quotidianas. & in hoc eſt iſte bo. tex. Sed Io. An. cauillãdo dicit hoc poſſe procedere in receptis authoritate capituli: nõ autem in receptis de neceſsitate authoritate Papali. vel fortè hoc proceſsit hîc, ſecundum eum: quia canonici iſti cõtemſerant primũ mandatum apoſtolicum: ſed vt dixi, eſt cauillatio & diuinatio. Nam Papa madauit iſtum recipi: licet per cõpoſitionem ſponte eum poſteà receperint: tamen pareri fuit neceſſarium. Item Papa non fundat ſe ſuper contẽptu mandati: ſed tantùm, quia non eſt licitum, vt receptus in canonicum careat omnino prębenda. Debet enim habere ſubuentionem, quę haberi poteſt ſalua integritate prębendarum. Et quanquam aliqui dixerint hoc. c. loqui de portionibus priuilegiatis, & non de quotidianis diſtributionibus, hoc mihi non placet: quia tex. appellat portiones quotidianas. de hoc tamẽ dic, vt plenè dixi in.c.cum. M. de conſti. ¶ †In gloſ. j. ibi: *hic nihil percipiebat.* Hæc ſolutio gl. diuerſificat caſus: ſed non tollitur funditus contrarium. Nam licet in.c. relatum. aliquid ille perciperet, nihilominus habuit in promiſsis de conferenda ſibi prima prębenda vacatura. ergo quatenus promiſsio continebat vacaturam prębendam, debuit irritari, ſicut & hîc. Et per hoc dico: quòd etiam ſequens ſolutio gloſſæ non eſt bona: dum dicit, quòd vitium fuit hîc expreſſum à laico. quæſtione dicta. in capi. relatum. non fuit expreſſum, niſi vnum: id eſt non fuit ſibi facta promiſsio de vacatura: quod eſt contra illum textum. Ideo ſolue formaliter prout ibi notatum fuit: quòd non ex viribus promiſsionis ille fuit conſecutus prębendam, ſed ratione canoniæ: quia ex quo erat canonicus, non debebat carere prębenda. Et ponderauit ibi Papa promiſsionem: non quòd promiſsio haberet arctare illum Epiſcopum: ſed ad maiorem aggrauationem illius Epiſcopi, qui differebat illi prouidere. & ſic fecit hîc Papa. nam reprobauit promiſsionem: & poſteà mandauit iſti prouideri, tanquam canonico. & vide bo. gloſſ. in capitul. ij. de conceſ. prębend. libr. ſexto. ¶ †In gloſſ. iij. ibi: *eligimus te ad proximam vacaturam.* Pondera verba gloſſ. nam eius mens eſt hæc: quòd ſi promiſsio fit reſpectu vacaturi canonicatus, non tenet. Ad hoc enim vt teneat electio, oportet quòd purè de præſenti recipiatur in canonicum: & ſi promittitur ſibi prima vacatura prębenda, non tenet promiſsio: nec habet inficere receptionem in canonicum: quia ius canoniæ, quod creatur ex receptione in canonicum, eſt ſeparabile à promiſsione vacaturæ prębendæ, quo caſu regulariter vtile non vitiabitur per inutile: [b]vt in regula vtile. & quod ibi no. de reg. iur. li. vj. Et pro hoc dico, ꝙ opinio quorundam non procedit in eo, quod dicebant, quòd ſi receptio in canonicum, & promiſsio vacaturi beneficij expediuntur eodem actu, totum inficitur. hoc enim non eſt verum, quando ius receptionis eſt ſeparabile à promiſsione vacaturæ prębendę. ¶ †In ea. gloſſ. ibi: *ad quoddam ius de nouo creatum.* & iſtud ius caſſatur ex ipſa receptione in canonicum. Nam eo ipſo, quòd eligitur in canonicum, [c] acquiritur ius vocis dandæ, & alia exercendi, tanquam canonicus: ſicut eſt videre clariſsimè in recepto in eccleſijs regularibus, maximè mendicantium. Nam ſine qualibet prębenda, ex ſola receptione cauſatur ibi quoddam ius: vt ſit ibi de collegio. Et inquantum gloſſ. ſubmittit, quòd iſtud ius nouiter creatum expirat, quando aſsignatur ſibi beneficium vacans, intellige de beneficio prębendali. & in eadem eccleſia: quia non poteſt ibi habere duos canonicatus. imò incontinenti poſt perceptionem ſecundi, vacat primus: vt in cle. fi. eo. tit. Et inquantum dixi, ꝙ vacat primus: intellige quando primus eſt de numerarijs: aliàs autem non proprię vacat: ſed deſinit eſſe: vt in.c. dilecto ʒ. eo. ideò illud ius non poteſt cõferri alteri: vt quidam dixerunt. ſed ſi de nouo reciperetur alter, crearetur ius de nouo: vt in.d.c. dilecto. Et põdera dictum glo. in alio, dũ præſupponit, quòd beneficium prębendale vacans poteſt cõferri huic recepto vltra numerum. Nam Inn. ſentit hîc oppoſitũ dicendo, ꝙ vt non augeatur numerus prębendarum, debet cõferri alteri

a ¶ Ad vacaturum. Adde Fede. conſi. Ixviij.

SEB. SAPIA.

a ¶ Vacaturũ. Idẽ tenet Iaſ. in.l. fin. col. v. in gl. in verbo obſeruari. C. de pactis. Decius in c. ex parte. j. in primo notabili. ſ. de offic. dele. vbi alia allegat.

b ¶ Per inutile. Adde, quando vtile per inutile vitiatur. Ro. conſi. cccxvij.

ZACHARIAS.

¶ Adde gl. ord. ad quam recurri ſolet in. l. pecuniæ fœnebris. ff. de vſu. Bar. Alex. in. l. græcè. & ibi remiſsiuè in ap. Cel. in verſ. an vtile per inutile. & in regula vtile. vbi etiam in addi. do. Nicol. Boerij. in ver. ádde ad iſtam. Iſtum in c. maſſana. poſt gl. fi. ſ. de elect. Cardi. Alex. in. c. turbat. &. c. ſi qd. xxxvij. diſt. & Ant. Barb. in repet. c. Raynal. char. antep. & ſeq. vbi multa accumulat. ſ. de teſti.

c ¶ In canonicum. Adde quod voluit do. Car. conſ. cviij. & conſil. ciij.

SEB. SAPIA.

c ¶ Canonicũ. An valeat ſtatutum, vel conſuetudo, ꝙ receptus vltra numerum, nõ habeat vocem: vide Feli. in. c. conſtitutus. col. vl. ſ. de reſcrip.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

a b c

alteri, qui ſuccedat in l ocũ mortui. Item dicit: quòd receptus in canonicum vltra numerum, non habet ius ad petẽdum prębendam poſteà vacantẽ: licet poſsit petere, vt ſibi prouideat ut de ſuperexcreſcẽtibus reditibus. Ratio ſecundum eum: quia ſuperexcreſcentes reditus frangunt numerum prębendarum: vt in.c.cum. M. de conſti. non autẽ ſic frangũt vacationẽ prębendarũ. Certè hæc dicta Inno. mihi non placent. nam non video, ꝙ frangatur numerus prębẽdarũ, ſi prębenda pòſt vacãs, conferatur iſti pòſt nouiter recepto: quia vt. ſ. dixi, illud ius creatum extinguitur. & iſte ſuccedit in locum mortui. & ſanctius eſt, vt habeat iſte, quã alter: ne ſtet ſic diu ſine prębenda: vt in.c. relatum. ſ. eodem. Item puto, ꝙ receptus vltra numerum, licet non habeat ius affectũ ad prębendam primò vacaturam: vt dixi in.c. inter cætera ſ. e. habet tamẽ ius canoniæ: ratione cuius poterit implorare officium iudicis, vt ſibi prouideatur de illa prębenda vacãte. arg. optimum in.d.c. relatum. nec video huic petitioni aliquid repugnare. Non enim dico, quòd habeat ius ad illam prębendam: ſed habet ius in genere, vt petat ſibi prouideri. Nec etiam in alio eſt verum dictũ Innoc. dũ dicit, quòd ſuperexcreſcentes reditus frangũt numerum. Nam dant facultatẽ frangendi: non frangunt ipſo facto: vt probatur clarius in.d.c. fi. de verbo. ſigni.

8 plenè dixi in.d.c. cũ. M. de conſti. ¶ †In ea. gl. ibi: *auget numerum canonicorum.* no. gloſ. iuncto tex. & idem videtur probari in.c. pro illorum ʒ. eo. vt receptio in canonicum vltra numerum, augeat numerum canonicorum, ſed non prębendarum. & colligitur hîc arg. ſubtiliter ex tex. Nam ſi frangeret numerum prębendarum, non vacaret ibi amplius prębenda: quia vacatio contingit reſpectũ numeri: vt in ca. dilecti ʒ. eo. ſed hic, & in.c. relatũ. ſ. eod. expectatur vacatura prębenda. Putarem tamen, quòd vbi receptio vltra numerum fuerat ſimplex, quòd immediatè quo ad omnes effectus rumpatur numerus canonicorum: & ita dicendum in omnibus aliis collegijs. & iſto caſu puto procedere quod. ſ. dixi, quòd talis receptus habeat omnem cõmoditatem in collegio, quã habet quilibet alter, ſeruata tamen integritate prębendę. Et ideò vt dicit hîc Inn. ſi in eccleſia non eſſent prębendę diſtinctæ: nec portiones priuilegiatę, quę ſucceſſerunt in locum prębendarum: ſed ſunt portiones ſecundum numerum canonicorũ: ita ꝙ portiones ſunt acceſſoriæ ad canonicatũ, tũc talis receptus debet habere portionem ſuam: ſecus vbi portiones eſſent priuilegiatæ. Et dicuntur priuilegiatę, quando ex priuilegio, vel ſtatuto fuit ſancitum: vt ex omnibus reditibus eccleſię fierent duodecim portiones. Nam iſtę portiones ſuccedũt loco prębẽdarũ innumeratarũ. Nulla enim eſt differẽtia inter portiões iſtas & prębendas diſtinctas: niſi in facto. quia prębẽda diſtincta diſtinguitur in certis reditibus, ſeu poſſeſsionibus, ſeu iuribus: vt puta quando tres poſſeſsiões, vel duæ deputãtur pro vna prębẽda: & illa prębẽda eſt propriè ſecũdũ vſum loquẽdi: & ſecũdũ quod iura capiũt in hoc tit. Portio verò priuilegiata eſt, quando omnes reditus ſunt communes: & percipiuntur per vnum loco capituli: vt in fine anni fiant certæ portiões ſecundũ priuilegiũ, ſeu ſtatutũ: & cuilibet datur portio ſua. ¶ Et ex prędictis habes colligere, ꝙ quando ꝙ in eccleſia ſunt prębendæ diſtinctæ modo prędicto: quoniã ex omnibus reditibus fiunt portiones, & illæ quãdoq; ſunt certæ & determinatæ: quãdoq; ſunt incertæ & indeterminatæ: quia diuiduntur ſecundũ numerum canonicorũ. vnde ſi ſunt plures, minus habẽt. ſi ſunt pauciores, habebũt portiones ampliores, & ecũdiores. Primo caſu receptus vltra numerũ, nõ recipiet portionem: quia illæ ſunt loco prębendæ: vt dixi. & non debet frãgi numerus determinatus. Secũdo caſu debet habere: quia nõ frangitur numerus, cũ nullus ſubeſſet numerus;

ſed fierent portiones, ſecundum quod ſunt ibi canonici. ſed ſi receptio fieret vltra numerum nõ ſimpliciter, ſed a hoc adiecto, vt ſit ſupernumerarius: tũc puto, quòd ius iſtius recepti ſit valde tenue & exile: nec rumpit in effectu numerum deſtinatũ. Et de iſto ſic recepto crederem procedere opinionẽ contrariã: vt talis non habeat vocẽ in capitulo: [a]nec aliquã commoditatem habeat in eccleſia: ſed eſt quoddã ius ventoſum. Nã nõ agebãt iſti in effectu numerũ rũpere ex quo dixerũt, ꝙ eſſet ſupernumerarius. & ex hoc arguo ad collegium docto. quando ha-

9 bet numerũ determinatũ. ¶ †In ea. glo. ibi: *ſed nunquid plures.* no. glo. vſq; ad finẽ. Ex qua habes quæſtionẽ quotidianã: nunquid poſsint recipi plures in canonicos ſine prębendæ: Glo. in effectu cõcludit hoc eſſe arbitrariũ. & dic in hoc arbitratu venire, vt cõſideretur numerus præbendarũ. Nam facilius admittitur receptio quinq;, vbi ſunt quinquaginta, quàm vbi ſunt tantum quinque, & ſic intellige dictum Ioannis. licet gloſſa aliter intellexerit. Et pro hoc facit: quia ius non reſiſtit huic receptioni: vt in.c. relatũ ʒ. e. & hic nõ determinat numerum: ergo recurrendũ ad arbitriũ ſuperioris. arg. cap. de cauſis. de offi. dele. l. j. ff. de iure deliberãdi. ¶ Sed hîc quæritur, quid ſi recipiatur multitudo vltra arbitriũ boni viri: nunquid vitiabitur receptio omniũ? Ioan. And. hîc concludit, ꝙ ſi fuerint recepti ſucceſsiuè, caſſabitur dun taxat receptio illorũ, qui fuerũt recepti vltra numerũ arbitrorũ. idẽ ſi fuerunt recepti inſimul, & appareat de ordine ſcripturæ. vnde ſecundũ ordinem ſcripturæ poſteriores tantũ repelluntur: [b]quia ſic videtur receptio facta. argu. in.c. mandato ʒ. eo. tit. li. vj. Sicut dicimus in ſimili, quando in eodem volumine reperiũtur ſtatuta cõtraria: vt nota. in cap. j. de cõ. & in.l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Si autẽ non appareat de ordine: vt quia fuit dictum: recipimus vos omnes in canonicos. & tunc vitiabitur receptio omnium. quia vtile non eſt ſeparabile ab inutili. pro hoc capi. cum ſuper. de offic. delegat. & in. l. j. in. ſ. Trebatius. ff. de aqua. quotidi. & æſtiua. & 10 hoc not. ¶ †In gloſſ. in verſi. *cum ſe facultas.* Hæc glo. ſentit contrarium ad text. quia de nihilo prouidet hîc Papa: cum ex facto capituli ille erant cõſecuturus hunc effectum. Glo. Reſpondet, tres effectus ponendo. Nam alius citra Papam non poterat dare, ſeu promittere ius vacaturum: & tene ſemper menti iſtam gloſſam, quòd

c nullus citra Papam diſpenſat contra concilium. [c] & facit c. ſi. de fil. presbyt. & vide gloſſ. in.c. cum dilecti. de elect. plenè dixi in. c. at ſi clerici. in. ſ. de adulterijs. ſ. de iudi. Secũdus effectus, quia ex iſta prouiſiõe habebit iſte portiones quotidianas. Tertius, pinguior fuit iſta prouiſio Papæ: quia mandauit prouideri cũ facultas ſe obtulerit: & non ſimpliciter cum vacauerit. & multis modis poteſt ſe offerre facultas abſq; vacatione: puta per ſuperexcreſcentiam redituum. Inn. aliter. ſed dicta gloſſ. ſufficiunt. & gloſſ. fi. ad idem tendit.

SVMMARIVM.

1 *Electio duorum ad vnam prębendam, non valet. intellige quando prębenda eſt annexa canonicatui: aliàs ſecus. 3.*

2 *Electio & collatio ad beneficia debent eſſe puræ.*

4 *Papa poteſt in vno epiſcopatu conſtituere duos Epiſcopos, alius citra Papam non poſſet.*

CAP. XX.

VÆ fraternitatis. ¶ Non tenet electio cũ ad vnã prębendã duo ſimpliciter eligũtur. h. d. Primò ponit deciſa facta narratio, & cõſulta tio. Secũdò reſponſio ibi: *nos.* ¶ Caſus literalis. Aliquando contingit ꝙ ad vnam prębendam vacantẽ duo eligũ-

¶ Vocem in capitulo. Adde Feli. latè conſi. ccxcij.

b ¶ Repelluntur. Adde an ordo ſcripturæ ſit attendẽdus, Fran. de Arc. conſi. cliiij. Anto. Franc.

¶ An ordo ſcripturæ debeat attẽdi: Dicas regulãr ꝙ ſic, adeò, ꝙ ordo ſcripturæ arguit ordinẽ intellectus: vt per gloſ. & doc. in. l. quoties ff. de vſufru. & per Bar. & Bal. in. j. cõſti. C. in. ſ. quibus. & per Bal. in. l. ad. uerſus. C. de fur. Et ideò q prior eſt in ordine ſcripturæ, præſumitur prior in tpe, vt ꝙ Bald. in l. j. C. de impu. & aliis ſubſt. vbi dixit, ꝙ regũla in dubio dat̃ ex ordine verborũ. Et vide Ang. ĩ auẽ. de her. & fal. i. ſ. & enim legata. & ꝙ Bar. ĩ. l. Gall⁹ ĩ. ſ. qdã. ff. de lib. & poſt. & ĩ l. ij. in. ſ. prin. ff. de vul. & pup. & ĩ. l. q duos. ff. de le. j. vbi dicit Bart. ꝙ dat̃ ele ctio legatario prius notato, vt eſt bo. tex. ĩ. l. ſi qs ſeruũ. ĩ. ſ. certũ. ff. de le. ij. & vide Bar. ĩ l. heredes. in. ſ. peto. ff. ad Treb. vbi dicit, ꝙ ordo ſcripturę reſpuit̃ inter pſonas, ĩter ęs cadit affectio. De quo ĩ. l. cũ pater. in ſ. pe. ff. de leg. ij. & vide do. Car. in cle. j. in princ. in xiiij. q. ꝙ iurepa. Et quo modo ĩtelligatur, ꝙ ordo ſcripturæ ſit attendendus: vide Spe. in ti. de primo & ſecundo de cre. in. ſ. v. in verſi. ſed nũquid ordo. & eundem Specu. in tit. de teſt. in. ſ. iij. & in. ſ. vij. Et adde, ꝙ ordo ſcripturæ nõ attendit̃, qñ cõſtat de ordine intellectus. l. cũ pater. in. ſ. fidei. ff. de legat. ij. & vide Bar. in. l. ita tamen. in. ſ. qui ſuſpectũ. & in. l. Sceuola. ff. Ad Trebel.

SEB. SAPIA.

c ¶ Cõtra conciliũ. Vide Deci. in.c. ex

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

a b c

parte. primo.in j. nor.ſ. de off. dele. Abb.in.c. dilecto. in.iiij.no.j.eodem

tur propter importunitatem petentium:quęsitum fuit à Papa, an talis electio de iure teneat? Papa cõsiderans,q; si duo vnam prębendam tenerent,illud esset contra concilium Turon. q; prębendarũ inhibet sectionẽ: & si vnus illorum prębendã haberet:sub expectatione alter cõtra laternen. concilij statuta remaneret. Respondet Papa,q; talis electio de rigore iuris est penitus cassanda. Ber.

1 ¶ †No.j.ex tex. hîc pro dictis Inn.in.c.maioribus.ſ.eo dem. vbi dicit, q; si duo eliguntur simpliciter ad vnam prębendã, non videtur electores diuidere prębendã in duas,scilicet q; vna prębenda esset cõmunis duobus. Requiritur enim factum in diuisione prębẽdæ, vt ibi plenè dictum fuit. ¶ No.secũdò q; vna ecclesia non potest conferri duobus. Intellige quando essent ibi, vt singuli: secus si vt collegiũ:quia tunc non contingeret aliqua sectio: sed ipsum corpus collegij repræsentat personam vnius.ar.in.l.mortuo.ff.de fideiusso. ¶ †Sed quęritur, quid si reciperentur duo sub conditione:id est vnus sub conditione alterius:puta eligimus illũ, & si noluerit acceptare,eligimus talẽ.quidã tenuerunt receptionẽ valere,& extinguitur ius secundi:eo ipso,quòd primus acceptat.arg.in.l.post aditam. C.de impu. & alijs substi. Dic hoc procedere respectu huius.c. nam per hũc modũ nõ fit diuisio:neq; datur ius ad beneficiũ vacaturũ: sed alio respectu nõ tenet hæc receptio: quia vota eligentiũ debent esse pura,non conditionalia.& idem in collatione: vt est text.cũ glo.cap.ij.de electio.li.vj.& hoc sentit hîc Ioan. An. remittendo ad illud.c.ij. ¶ Secundò opp. vide tur etiã,q; si duo purè recipiantur ad vnã prębendam, non potest cadere ille intellectus,vt vnus teneat sub expectatione alterius:quia cũ nõ apparet de quo: nos possumus vnũ præligere.arg.in.l.duo sunt Titij.ff.de test. tut.Sol.gl.fatetur contrariũ,& dicit q; mens literæ non est,q; illa verba possint habere illos duos intellectus: de quibus in litera, sed tantũ primũ: sed voluit arguere, q; etiam secundus intellectus non potuit sustineri de iure.

3 ¶ †In gl.iij.ibi: *sed prębenda diuidi non debet.* Intellige rem istũ tex. & consimilia iura, quando prębenda consistit non solũ in temporalitate:sed etiã in iure spirituali:vt quia prębendæ & canonicatus sunt connexi. Tunc enim propriè appellatur hoc ius prębendale vnicum & indiuiduum.& sic intelligitur.c.dilectoj̃.eo.sed vbi prębenda cõsistit in mera temporalitate:quia non est annexa iuri canoniæ:tunc non video repugnantiam,si prębẽda per se est sufficiẽs duobus, quominus possit dari duobus:vt habeãt illã communẽ,quẽadmodũ omnes canonici possunt viuere communiter ex reditibus ecclesię simul collectis. Et q; primũ intellectũ senserit hîc gl.potes colligere ex illis verbis ibi: *quasi dimidius canonicus &c.* non enim esset dimidius, si quisq; haberet ius canoniæ distinctum, fateor tamen quòd sine maxima causa hoc fieri non deberet:nẽ sint isti peioris conditionis, quàm prędecessor:argu.in.c.cum omnes.de consti. ¶ †In gl.fi. in fi.sed glos.non aperit quis possit in hoc dispẽsare. do. Anto.dicit, quòd solus Papa. non allegat sed ego adduco bonum text.in.c.dilecto.pæalleg.vbi expresse innuitur,quòd etiam legatus non potest in hoc dispẽsare. Est enim contra concilium Turonense,de quo in.c.maioribus.ſ.eo. sed contra concilium nullus citra Papam regulariter dispensat: vt nota.ſ.c. proxi. hoc autem Papa potest facere:quia in vno episcopatu potest constituere duos :vt in.c.non autem.vij. quæstione.j. fortius in vna prębenda. Et credo quòd tex. dicat hoc de rigore iuris: id est secundum ordinem iuris. Nam quandoque capitur rigor pro ordine: & tunc rigor est idem,quod vigor.& ita capitur in.c.super literis.ſ.de rescrip.

2 ✣ SEB. SAPIA
a ¶ Nisi essent. nõ est alibi tex.hic secundum Bal. in.c. j.ſ.inter pares.col. vlti.de leg. Conra. in vsibus feudorũ. & vide ad quod ipsum allegat.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Si duo electi ad vnam dignitatem compromittunt,possunt arbitri vnius electionem confirmare, & alteri de prouentibus dictæ dignitatis prouidere:ad quos prouentus non tenebitur successor in dignitate.2.neq; ipse confirmatus si remoueatur à dignitate:vel ex ea non percipiet fructus.10.*

3 *Actus, qui potest esse iustus & iniustus: si fuerit gestus à viris circunspectis: præsumetur iustus: id est in casu iusto gestus.*

Citatio,quæ potest esse iusta & iniusta,præsumitur iniusta:nisi sit facta,vel commissa à iudice circunspecto & honesto.

Clericus ordinatus ad maiores ordines à viro multum prouido & honesto:præsumitur habere ordines inferiores:quia non præsumitur istum ordinasse ad maiores,nisi fuerit informatus de moribus.

4 *Compromissum factum in iudicem tanquam in amicabilem cõpositorem,potest iudex in eodem facto procedere tãquam iudex, & tanquam arbitrator.*

Actus gestus ab habente duplicem potestatem,præsumitur gestus in dubio ea potestate:qua actus sustinetur.

5 *Arbitri non possunt se extendere, seu iudicare,nisi super his, super quibus fuit compromissum.*

6 *Arbitri possunt pro bono pacis tollere vni & dare alteri.7.*

8 *Sententia in spiritualibus non transit in rem iudicatam,respectu illius pro quo est lata,sed respectu illius,contra quem est lata,sic.*

Sententia licet iniusta,dat iustam causam detinendi illi, pro quo est lata,dummodò habeat bonam fidem.

9 *Princeps videtur dispensare,vbicunque rescribit:toleramus. secus si simpliciter tolerat.*

11 *Mortis appellatione,an veniat ciuilis,an naturalis?*

12 *Monachi & alij religiosi possunt habere aliquam pensionem ex permissione Abbatis:quæ potest eis auferri: nisi habuerint confirmationem à Papa: non tamen debẽt illud tenere, vt proprium.*

Monachi possunt statuere: vt eis debeatur certa pensio quolibet anno.

CAP. XII.

a Nisi essent.[a] ¶ † Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudices: poterit iudex alterum confirmare,& alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem facere:hoc dicit. Et primò excusat suspectam ordinationem & ipsius duo membra declarat. Secundò præmissis motiuis sub certa moderatione illam approbat. Secunda ibi: *quia igitur.* ista est pulcherrima dispositio & in toto corpore iuris non habes consimilem. ¶ Casus literalis. Vacante quodam prioratu,duo electi iuerunt ad ipsum.Causa commissa fuit super his duabus electionibus, vt negotium posset facilius expediri : partes compromiserunt super istis duabus electionibus in iudices delegatos, retenta sibi iurisdictione delegata:Iudices isti siue arbitri pro bono pacis & concordiæ ordinauerunt quòd vnus electus prioratum haberet, alter verò.xx. libras perciperet annuatim de reditibus capituli.& xl.libras de prouentibus prioratus:& hęc ordinatio ab omnibus est recepta & approbata:tandem petiuerunt illam ordinationem per sedem apostolicam confirmari.Super hoc rescribit Papa dicens,quòd illam ordinationem haberet valde suspectam propter malum exemplum:nisi tam illi,qui fecerint,quàm illi circa quos facta fuit , essent viri prouidi & discreti. Quod enim factum fuit per illos,vt vnus de duobus electis habeat prioratum : hoc factum fuit secundum iustitiam delegata iurisdictione. quod de altero factum est , vt ipse habeat viginti libras de reditibus capituli, & quadraginta libras de prouentibus prioratus percipiat annuatim:hoc secundum prouidentiam fuit

tiam fuit ordinatum ex arbitraria potestate:cum in delegatos fuerit compromissum retẽta iurisdictione delegata:& pro bono pacis & concordiæ cõsensi sunt se feciſſe. Quia ordinatio ista ab omnibus est recepta, & prior & capitulũ prouisionem huiusmodi sine grauamine possint exhibere,quæ facta fuit non ex pactione

2 partium,sed ex iudicum prouisione pro bono pacis. ¶ †Papa eã tolerat hoc modo videlicet: vt dignitas prioratus non remaneat onerata:ita,q; defuncto priore,successor ad pstationẽ.xl.li.nullatenus teneatur: ne circa prouentus prioratus aliqua sectio fieri vi

3 deatur.Ber. ¶ †No.ex text.iuncta glo.j. quòd actus qui aliàs prima fronte præsumitur iniustus: ex quo certo casu iustificari potest, si gestus extitit à prouidis & honestis, non præsumitur iniquus,imò iustus, & in casu possibili gestus.quod est bene nota. Et facit multum ad no. per Innoc.in.c.ij.de dilatio.vbi dicit, quòd si citatio prima fronte habeat iniustitiam in se:licet possit aliquo casu iustificari, nihilominus propter primam præsumptionem iniustitiæ nullius est momenti.Nam posset illud dictum optimè limitari per istũ tex.vt procedat, nisi iudex sit vir valde circunspectus & honestus: ita quòd non feciſſet illam citationem in casu à iure improbato.Et pro hoc vide no.dictum Inn.in.c.j.ſ.de cleri.peregri.vbi dicit,q; si quis probat se fuisse ordinatum ad certum ordinem à viro multum prouido & honesto:presumendum est, q; habeat alios ordines prædecentes:quia non est verisimile, q; vir circunspectus ordinasset eum ad maiorem ordinem, nisi fuisset informatus de minoribus.& facit hoc,vt solennitas prædecens extrinseca, nunquam præsumenda sit ratione probitatis personæ

4 actum exercentis. ¶ †Not.ij.q; in iudicem delegatum potest cõ

a promitti[a]:licet hîc tantùm fuit compromissum tanquam in arbitratorẽ,non autem tãquam in arbitrum. Ideo etiam de iure ciuili hoc potest tolerari.Sed vnum notabis perpetuò ex hac litera, q; si compromittitur in iudicem etiam tanquam in amicabilem cõpositorem, potest iudex in eodem facto procedere tanquam iudex, & tanquam arbitrator. Et sic limita quod habetur in auc. vt disse.iudi.& in auc.si verò contigerit.C. de iudi.Per compromissum enim factum in iudicem, nõ receditur à potestate iudiciaria, sed simul & semel potest iudex vtraq; potestate procedere. ¶ Et no.aliud pulchrum dictum,q; si iste iudex compromissarius excedit simpliciter metam iuris in pronunciando, quatenus fit excessus,seu à iure recessus,debemus hoc attribuere potestati arbitrariæ:quatenus autem iuridicè proceditur,attribuendum est potestati iudiciariæ.Ex quo infertur,q; actus gestus ab habente duplicem potestatem; semper præsumitur gestus in dubio ea potestate,secundum quam actus tolerari potest. [b]facit quod legitur & no

b 5 ta.in.l.iij.ff.de testa.mili. ¶ †Itẽ nota.ibi, *de reditibus capituli.& c.* tex.prima fronte mirabilem.Ex quo apertè colligitur, q; arbitrator potest extendere manum ad rem,super qua expresse non fuit compromissum.Nam hîc solùm fuit compromissum super dignitate prioratus.& tamen arbitrator non solùm condemnauit prioratem:sed etiam extendit manus ad reditus capituli. quod videtur contra id,quod leg.& nota.maximè per Bar.in.l.aquilia.ff.de trãsactioni.& quod ibi not.facit tex.in.c.cum dilectus.ſ.de arbit.vbi dicitur,quòd arbitri iudicare non valent nisi super his,super quibus extitit compromissum. Sed saluando prædicta,potest respon

. deri ad istum text.q; hîc valuit ista ordinatio propter consensum procura. superuenientium, vel quòd hîc non extendit arbitrator manum ad extranea. Nam fecit condemnationem in pecuniam, quæ est æstimatio illarum rerum,& tamen adiudicando rem vni,

c potest pro bono pacis[c] condemnare alteram partem in pecunia:

6 nec ab hoc dissentit Bart.in.d.l.Aquiliana. ¶ †Item nota ibi; *pro bono pacis.* bonum text.q; arbitrator solùm pro bono pacis potest tollere de iure vnius & dare alteri:& clarissimè ex pronũtiatione

d sua hoc appareat. Vnde notabis semper quòd non solùm [d]in casu dubio potest tollere de iure vnius,& dare alteri, sed etiam in casu certo,ex quo facit pro bono pacis. Nam clarissimum debebat esse prioratum pertinere ad illum,cui fuit adiudicatus, nec ratione iuris competentis in eo potest fieri condemnatio in pecunia: cũ tractemus de rebus spirituali, sed solùm ex bono pacis toleratur. Sic ergo limitandus est text.in.l.si societatem.in.ſ.arbitrorum.ff. pro soc.in.l.si de meis.in.ſ.recepisse.ff.de ar.facit.c.is,qui.in fi.ſ.de ma.

a ZACHARIAS. ¶ In iudicem delegatum potest compromitti. Adde doct. in.c.cum tempore.ſ. de arbi.&.c.cum olim.eod.tit. Abbat.antiq.in.c. exhibita.de re.permu.Spe.in eo.tit.de arbi.ſ.j.vers.in iudicem.& Bal.in sua marg.in ver.compromissum.versi.fi. & ad hoc quod dicit iste v ersi .vnum notabis.hunc tex. dicit ad hoc But.hic esse sing.Bal.in.c.inter pares.col. pe. vers.quæro si partes compromiserunt in tit. de lege Cõra.in vsi.feu.& Lanfran.in tracta. de arbit. parte.vij. q.xlix.

b ¶ Tolerari potest.Adde Ro. cõsilio.ccccxvij.

✣ SEB. SAPIA.
b ¶ Tolerari. Vide Bar.in disputatione sua incip. adunantia generalis. & Abb.& Fel.latè in.c.cum ex officij.ſ.de præscriptionibus.vbi tangunt, quòd in dubio ordinarius videtur procedere secundum illam iurisdictionem:secũdum quam actus valet.

c ¶ Bono pacis.Ade Alexã. consil. cxxxiij.ij.lib.Ro. consi.cccj.

✣ SEB. SAPIA.
d ¶ Non solùm.vide Rom.in consil. lv.incipiẽ. si volumus dicere cum allegatis per do.Iaſ. in.l.si super possessione. colum. j. C. de transact.vbi alle gat etiam Abbat. hic, vide eundem in.d.l. Aquiliana. ff. de transact.

e ¶ Dignitas prioratus.Adde an prioratus sit dignitas. Old.cõsi.cclxxxj. Anton.Francisc. ¶ An prioratus sit dignitas : dicas,q; sic, si est ecclesia cõuentualis secundum istum hic: aliter non,secundum Abba.anti.in.c.nisi essent. de præbend. & not. in. c. & si periculum.de præben.& per do. Car.in cle,j.de rescrip. & in cle.j.in ſ.fin. de sup. neg. prælato. vbi dicit, q; prioratus claustralis dicitur esse potius officium, quàm dignitas: vt ibi latè per eum.

a ¶ Ad compositionem. Adde q vbi antiqua est discordia, q iudex potest compellere ad pacem, vt voluit Roma. consil. xxxvj.
Anto. Francis. ¶ Circa hoc, quod de discordia, dicas q non solùm quando discordia est antiqua, sed etiã si sit noua potest iudex compellere partes ad concordiam: quia discordijs est celeriter obuiandum, ne scandala oriantur: vt est gl. in cle. j. in §. j. de iureiu. & habetur per do. Car. in c. suscepimus. de homici. Est enim discordia periculosa: vt in cle. dudũ. & ibi per do. Cardi. de sepul.

SEB. SAPIA.

b ¶ Ex se facere. cõtrarium notat Abbas in. c. cum pridem. in ver. & not. bene ex hac solutione. & in. c. super eo. in ver. item iudex. §. de transact.

c ¶ Non obligatur. Adde videndum, quod voluit Ro. cõsil. cccclxxxviij.

SEB. SAPIA.

d ¶ Quòd vbicũq;. Quomodo mors ciuilis æquiparetur naturali. vide Feli. in. c. licet. in. j. col. in ver. glo. magna. §. de offic. delega.

e ¶ Mors ciuilis. hic dicitur, quòd rogatus restituere post mortem suã: intelligitur de naturali, & non de ciuili. text. est not. in l. Statius. §. fi. ff. de iu. fisc. vide glo. in. c. placuit. el. secundo. xvj. q. j. Ia. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in ij. col. ad fi. ff. de libe. & posthu. & in l. ex facto. in xj. col. um. in princ. ff. de vulg. & pup. vide omnino illam glo. in. d. c. placuit. Et ideò si statutum dicat, quòd vxore decedente, vir lucretur certam partem dotis: non habet locum, si vxor ingrediatur monasterium. Ita dicit se consuluisse do. Ia. in l. si decesserit. in iij. not. ff. qui. sa. cog. quod dictum nota. quia cõuniter ignoratur. In contrarium facit glo. fin. in cle. pellat transact. imò pluries dicit eam fuisse ordinationem iudicũ: sed fuit amicabilis compositio. Sed tu consydera, q amicabilis compositio potest interuenire sine omni datione rei temporalis: & tũc ex quo gratis receditur à lite, non insurgit aliqua sinistra suspicio. Et de ista amicabili compositione gratis facta debet intelligi dictum. c. super eo. vnde põdera tex. illius capituli: dũ dicit, q si gratis & amicabiliter. &c. quòd quandoq; partes recedunt per amicabilem cõpositionem, sed nõ gratis: vt quia pars vult habere aliquod temporale, non pro recessu à lite: quia tunc esset transactio: sed pro expensis factis: & tunc hæc compositio potest habere ortum à partibus: & sine iudicis authoritate non valet. text. apertus est hîc, & facit. c. cum pridem. de pactis. nam licet partes simulent, quòd pro bono pacis: ius tamen præsumit contrarium, quòd potius capiat temporale pro renuntiatione spiritualis: sed si compositio habet ortum à iudice, & iudex est aliàs circunspectus & honestus: tunc toleraretur talis cõpositio. Et quan quam glo. hîc in seq. q. dicat authoritatẽ iudicis non sufficere sine confirmatione Papæ: contrarium tamen tenet hîc Host. & communiter doc. se. & idem glo. & Archi. j. q. iij. c. ea quę. & adducit Host. hanc literam, vbi Papa non dicit confirmamus: sed toleramus. & sic non inducit ius de nouo. ¶ † Mihi placet dictum Host. sed non ratio: quia vbicunq; in facto specifico, Princeps respondendo, vel scribendo, dicit: toleramus. videtur dispensare super illo actu aliàs illicito. tex. est cum glo. in. c. quia circa. de consangui. & affi. secus vbi Papa tolerat de facto, non resistendo: quia tunc nõ inducitur dispensatio, & sic intelligetur tex. in. c. iandudum. §. eod. adde hic ad ea quæ ibi dixi. Sed secundum dictum Host. vt dixi, mihi placet primò per principium. c. vbi Papa dicit, q habuisset hanc ordinationem suspectam, nisi illi fuissent prouidi & honesti. ergo non solùm ista ordinatio in se non erat mala: quinimo carebat omni suspicione malitiæ propter qualitatem personarum. Ad idem text. ibi: *possunt q; licitè & c.* nam antequàm diceret, toleramus. dixit, q licitè vigore illius ordinationis poterãt hanc pecuniã soluere: quare ergo dixit toleramus? credo: vt ex toto non videretur laudare hoc factum: ne assumeretur in exemplum, dicit se tolerare. Multa enim sunt toleranda, non laudanda, propter malum, quod posset subesse. ¶ Sed aduerte, quia text. iste loquitur quando fuit compromissum in iudicem. nunquid aũt cessante compromisso potuissent iudices hoc facere? dic, q nõ inuitis partibus: quia regulariter nõ possunt partes compelli ad cõpositionẽ. ²Pro hoc vide text. iuncta glos. in. l. j. ff. de no. oper. nun. & quod not. in cap. cum inter. R. de elect. & vide quod ibi dixi. sed si partes præstarent assensum suum ordinationi iudicis, procederet iste text. eadem ratione. Et ideò ponderatur hoc cõpromissum: quia iudices ex se facere ᵇhoc non potuissent. ¶ † In glos. fin. quæ est super verbo defuncto. no. glo. quam multi non habent in eo, quod extẽdit prouisionem suam in casu mortis naturalis ad casum mortis ciuilis. Nam supplet ad text. quemadmodum non obligatur successor defuncto prętore: ita nec eo aliter remoto à dignitate. & idem communiter tenent doc. super tex. Dicunt enim, q qualitercunq; iste remoueatur à dignitate, extinguitur hæc obligatio: dummodo in fraudem non renuntiet, & faciat suum affinem, vel nepotẽ institui. Et sentiunt per hoc doct. q ista obligatio non transit in hæredes istius prioris. Contrarium tenuit hic Pet. de Anchar. motus: quia litera solùm dicit, vt successor nõ teneatur: nihil dicit de hærede prioris, vnde quemadmodum obligatio contracta in persona Episcopi in casu. c. cum secundum. §. eo. transit in hæredẽ: vt ibi voluerunt doct. ita dicendum in hac obligatione. Sed aduerte hoc dictum esse verum, vbi simpliciter obligaretur persona prioris: quia regulariter omnis obligatio transit in hæredem. l. veteris. §. de contrahen. & commit. stipul. sed in casu nostro persona prioris obligabatur simpliciter, scilicet ad dandum pecuniam, vt speciem quandam. Nam tenebatur dare de reditibus prioratus: ergo eoipso, quòd non potest de illis reditibus dare, liberatur ab obligatione: vt leg. & nota. in. l. talis scriptura. ff. de legatis. j. & in. l. in ratione. §. prorsus diligenter. ff. ad legem Falcidiam & in. l. si vsufructus mihi. cum ibi nota. ff. de vsufruct. lega. facit textus. in l. quod te. ff. si certũ peta. Ex his puto, quòd existens in dignitate, & non percipiens omnes reditus, ex quibus possit illi satisfacere, non obligatur ᶜde suo. pro hoc vide tex. not. in. l. legatum. ff. de annu. leg. ¶ † Item ex prædictis not. quòd v bicunq; ᵈmors ciuilis operatur omnem effectum, quẽ mors naturalis: mors ciuilis equiparatur naturali. pro hoc bo. tex. in. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. vide bo. glos. in cle. ne romani. de elect. licet aliud senserit gl. xvj. q. j. c. placuit. quæ dicit, quòd mors ciuilis, ᵉnunquã æquiparatur naturali: nisi in casibus à iure expressis ᶠ& vide de materia in l. ex ea. §. insulam. ff. de ver. obli. & per Io. mo. in. c. si Episcopus. de supp. neg. præ. li. vj. per aliquos doct. in. c. cum sis. de conuer. cõiuga. ¶ Opp. contra tex. in eo, q annua pensio erat soluenda alteri ex electis. nam cum esset religiosus: quod patet ex eo, quia electus fuit ad prioratum: non poterat hanc pensionem consequi: cùm religiosus non possit habere proprium. xij. q. j. in. c. non dicatis. Sol. Innoc. ponit hîc duos intellectus ad text. Primus, quòd prioratus erat secularis: & sic clerici erant seculares. & hæc lect. satis potest sustineri. Nam verbum prioratus, est generale, & competit tam religiosis, quàm secularibus: vide tex. cum gl. in. c. cum de beneficio. j. eo. ti. lib. vj. licet. Host. instet per verbum capitulum, hîc positũ: quia congregatio religiosorũ dicitur cõuẽtus: clericorũ, verò dicitur capitulũ. sed dic, q secũdũ etymologiã non differũt: licet hoc procedat ex cõmuni vsu loquẽdi. & quãdoq; verbũ capitulũ adaptatur religiosis. de quo dic: vt not. in. c. capitulũ sanctę crucis. de rescrip. ¶ † Secũda sol. est, vt intelligatur in religiosis. & soluẽdo contrarium est dicendum secundũ eũ, quòd non dabitur hæc pẽsio isti religioso: vt habeat eam, vt propriam: & sic posit ad libitum dare, vel in testamento relinquere: sed habebit, vt dispensator in administratione: & poterit Abbas ad libitũ sibi auferre, ni si haberet confirmationem Papæ: & tunc in illa esset obedientarius solius Papæ, nec per Abbatem posset illa priuari. Et hæc dicta not. singulariter. Nam primò habes, quòd religioso licitè constituitur aliqua pensio, seu prouisio, non vt faciat eam: sed vt habeat dispensationem. & intellige permittente suo Abbate, vel sciẽte & non contradicente: nam vt seruus habet peculium ex permissione domini tacita, vel expressa, licet nõ posset habere propriũ. l. iiij. C. de manumis. & l. quàm Tuberonis. ff. de pecul. & facit hoc contra no. per Inno. in. c. dilectus. §. eod. vbi dicit, quòd portiones priuilegiatæ non possunt esse in monasterio: quia religiosi non possunt habere proprium. Nam certè ex quo superior concedit eis, seu

ZACHARIAS. ¶ Adde Alex. in. l. si quis sic. ff. solu. mat. glos. in authent. de nup. §. sed occasionem. colum. iij. Sed aduerte quòd statuta loquentia de morte, non intelliguntur de ciuili. Nam stante statuto: quòd vir per mortem vxoris lucretur dotem, nõ verificabitur, si ingrediatur religionem: vt consuluit Pet. de An. consi. lx. incip. in Christi nomine amen. vbi latè ar. pro & contra Ioan. And. in. c. fin. in princ. de donat. inter virum & vxorem.

f ¶ Expressis. Adde Old. consil. cc xxxiiij. & Anch. consil. cccxcvij.

eis, seu cuilibet eorũ certam portionẽ, non propter hoc dicuntur habere proprium. & ad idem vide Inn. in. c. insinuante j. ne cle. vel mona. vbi dicit, q religioso, vel monacho potest concedi, vt habeat vsumfructum pro necessarijs suis: ¹Idem apertè tenuit Bartol. in auc. ingressi. C. de sac. san. eccl. & vide multum not. per Io. an. in regula non est obligatorium. de reg. iur. lib. vj. in mercu. vbi format quæstionem, nũquid valeat statutum editum in monasterio: vt quisq; habeat decem quolibet anno pro indumentis: & tandem concludit, q sic: & vide ibi rationes efficaces. ¶ Secundò no. ex dictis Inn. q habens certã dispensationem ex confirmatione Papæ, non potest priuari per Abbatem suum. & est notabile dictum, maximè in pensiõe. & vide quod plenè dixi in. c. porrecta. de confirma. vti.

SVMMARIVM.

1 *Canonici priuilegiati super certo numero si aliquem postea supernumerarium acceperint: non possunt vti numeri receptione contra Papam, volentem etiam supernumerarium ponere.*
2 *Pronomen suus, importat dominium, quando profertur in materia, vbi cadit dominium: alàs importat iurisdictionem. 7. 8.*
3 *Canonicus promotus ante legitimam ætatem, habet vocem in capitulo.*
Canonicus, qui non est in sacris, repellitur à capitulo, ideſt nõ potest esse in capitulo.
Beneficium curatum non datur existẽti in sacris, si est ante tempus promotus.
4 *Priuilegium concessum personæ collegio, vel ecclesiæ, an tollatur per vnicam contrauentionem.*
5 *Statutum, vel consuetudo, an tollatur per vnicam contrauentionem?*
6 *Appellatione ecclesiarum prouinciæ, veniunt exemptæ.*
In beneficialibus, an fiat longa interpretatio?
9 *Clausula contradictores, quiescendo. &c. dat iurisdictionem iudici, non solum inter partes, sed etiã inter extraneos contradicentes de facto: & quanto tempore duret talis iurisdictio; & quid comprehendat: vide. 10.*
11 *Deputatus ponere aliquem in possessionem, vel conferre alicui beneficium, non tenetur compellere contradictores, nisi hoc fuerit sibi mandatum.*
12 *Possessio vtrum transferatur per inuestituram.*
13 *Executor datus ad faciendum prouidere, vel ad faciendum assignare, an possit per se prouidere, vel assignare.*
14 *Papa non videtur velle tollere priuilegium, si semel mandat ali quid contra illud, nec obedientes videntur illi renuntiare.*
15 *Legatus de latere non potest venire contra priuilegia concessa ecclesiæ.*
Delegatus est maior legato, respectu causæ sibi commissæ.
16 *Excommunicatus, an possit conferre beneficium, vel ordinari ad sacros ordines.*

CAP. XIII.

1 PRo illorum. ¶ † Canonici priuilegiati à Papa super certo numero, si sponte receperũt aliquem supra numerum contra impetrantes à Papa exceptione numeri vti non possunt. h. d. In prima ponit facti narratio. In secunda causæ commissio ibi: *quia verò*. ¶ Casus literalis. Dominus Papa mandauit Archiepiscopo Burgedalæ, vt in aliqua ecclesiarum suarũ magistro. P. competens beneficium faceret assignari, cõtradictores per cen. eccle. compescẽdo: qui recepto isto mãdato mandauit Decano & capitulo Xato. vt dictum magistrum reciperent in canonicum & in fratrem. Canonici Xatoñ. & aduersarij dicebãt, q habebãt certum numerum canonicorum: & ideò ipsum recipere non tenebantur. Archiepiscopus intelligẽs, q ipsi abusi fuerint indulgentia, de certo numero conseruando: dictum magistrũ P. de præbenda & canonica Xantoñ. ecclesiæ inuestiuit, & contradictores excõmunicauit. & quia canonici non recipiebant eundẽ, iterum accessit ad Papã petens sibi super hoc prouideri. Scribit Papa quibusdam dicens: quod de prædicto magistro per dictũ Archiepiscopum prouidè factũ fuit authoritate sua, voluit ratum habere. Mandat quatenus si constiterit prædictos canonicos indulgentiam de certo canonicorum numero non seruasse, authoritate propria aliquẽ vltra constitutum numerum in canonicum recepisse, excommunicationis sententiã, quam tulit dictus Archiepiscopus in eosdem tandiu faciant obseruari, donec dictũ magistrum recipiant in canonicum & in fratrẽ. & ea quæ ad canonicatũ pertinent duxerint assignanda. cũ legem dño Papæ imponere non possint, quã ipsi negligenter obseruarũt. Ber. ¶ † Not. j. hoc pronomẽ suum, ᵇverificatur etiã in eo, qui habet iurisdictionẽ in illo loco. Nã hîc fuit mãdatũ Archiepiscopo, vt in aliqua ecclesiarũ suarũ. &c. & vigore illius mandati potuit prouidere in ecclesia suffraganei sui, quæ in veritate non est sua, licet in ea habeat iurisdictionẽ. Nam ista ecclesia Xatoñ. est cathedralis: vt in. c. fij. de ver. sign. ¶ Et ex hoc, & ex tex. no. q licet istud pronomen suum, quãdo profertur in materia, vbi pót competere verum dominiũ, ᶜverificatur tantũ in domino, seu in eo, qui est dominus: vt in. l. quintus. ff. de aur. & ar. leg. si tamen fertur in materia, in qua non daretur dominiũ: tunc latè cõprehẽdit eum, qui habet iurisdictionẽ seu aliquod ius in illa re, de qua scriptum est. & pro hoc vide tex. in. c. si tibi absenti. eo. tit. lib. vj. vbi clericus potest dicere ecclesiam esse suam, in qua habet iurisdictionẽ. ad idem facit. l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. & not. in. c. examinata. de iudi. ¶ Et ex hoc infero, q si patronus etiam laicus in libello super iurepatronatus, diceret ecclesiam esse suam: non propter hoc vitiabitur libellus: cũ largo modo potest dici sua, ratione iurispatronatus, quod habet in ea. & libellus est latè interpretandus in fauorem libellantis. ff. de iud. c. si quis intentione ambigua. & vide text. cum gl. in. c. constitutus. de relig. domi. ita quòd verba impropriantur, ᵈvt libellus saluetur. Et vide de istis pronominibus meus, tuus, suus. bonam glo. in. l. j. de postu. præla. & tex. cum glo. in. c. quo iure. viij. distinctione. ¶ Nota secundò. ibi: *ecclesiastica districtione*. q excommunicatio venit appellatione districtionis ᵉecclesiasticæ: licet quidã dixerint alibi, q verbum districtio comprehendit alias pœnas citra censuras ecclesiasticas: & quòd excommunicatio interdictum & suspensio veniunt appellatione censuræ ecclesiasticæ ᶠ. Nam hîc vides, q excõmunicatio venit appellatione districtionis ecclesiasticæ. ¶ Not. iij. q. ius vocis dandæ in. c. pertinet ad canonicatum, & nõ ad præbendam: vt clarè probat text. iste in fi. & fact. ad ea, quæ dixi in. c. dilectus. §. alleg. ¶ † Et ex hoc infero ad notabilem quæstionem, & quotidianam: nunquid canonicus promotus ad sacros ante ætatem legitimam debeat habere vocem in capitulo? ᵍtenerẽ q sic. Patet, quia principaliter ista potestas descẽdit ex canonia, vt hîc, licet accidentaliter repellatur canonicus, si non est in sacris: ʰ vt in clemen. vt hi qui. de æta. & qualita. & tenet Pau. in clemen. generalem. de æta. & qualita. licet gl. teneat contrarium: secus esset dicendum, vbi actus procederet ex ordine: quia tunc paria sunt, vt quis nõ sit ordinatus ad ordinem requisitũ: aut quòd sit promotus ante tempus. Vide gloss. not. in. c. ei, cui. eodem titu. lib. vj. & eodem casu intellige dictam gloss. in clemen. generalem. Ex quo infero, quòd beneficium curatum non potest conferri existenti in sacris, si est ante tẽpus promotus. & multò fortius ex hoc vitiaretur impetratio. ¶ Item nota & tenementi hunc text. quòd si mandatur prouideri alicui de competenti beneficio, potest prouideri de canonicatu ecclesiæ cathedralis, etiam si præbenda non vacet; & sic illud dicitur competens beneficium habito respectu ad

a ¶ Necessar. suis. Adde Cal. cõsi. ij. de regu.
b ¶ Suũ. adde Franc. de are. cõsi. clv. & vide quod voluit Feli. consi. cc. lxxix. do. Cardi. consi. xxx.

SEB. SAPIA.

b ¶ Pronomẽ suũ. Vide de hoc pronomine suum. per Abb. in. c. quia. §. de iudi. Corset. in singularibus suis in verbo meus. Mod. in rub. ff. de ope. no. nun.

ZACHARIAS.

c ¶ Competere verũ dominiũ. gl. est fin. in. c. quo iure. & ibi Car. Alexã. & Gem. viij. dist. quæ tamẽ loquitẽ in dictione meus, Bar. in, l. j. ff. de sta. ho. & Anto. cor. plenè in suis sing. in ver. meus. inci. licet verbũ meus. tetigit aliqd Gul. de cu. in. l. omnia. nu. j. & quod ibi posuit Cel. Iapo. ad eum in versic. quę tunc habebat. C. de epis. & cle.
d ¶ Impropriãtur. Adde Roma. consil. ccxlv.

SEB. SAPIA.

e ¶ Districtionis. an veniat appellati. districtionis ecclesiasticæ, tradunt glo. & do. in c. j. in fin. §. de iure. iuran.
f ¶ Ecclesiasticæ. Adde Old. consi. lxxxvj.
g ¶ Vocẽ in capitulo. adde quod voluit Roma. consil. cccxxv.

SEB. SAPIA.

h ¶ In sacris. Licet canonicus qui nõ est in sacris nõ habeat vocem in capitulo, tamẽ si admitteret ad actus capitulares, vel ad electionem talis actus, vl electi, nõ vitiat, vt per Feli. in. c. cum. M. ferrariensis. col. xj. ver. & tamẽ dicit ista gl. §. de consti.

a ¶ Contrauentiõe, Adde qñ cõtrauẽniens priuilegio il lo amittat. Old. cõſi. cj. Ro. conſi. celij. d. Car. cõſi .cxxx. Antoni. Franciſ.

¶ Circa hoc quod dicitur de priuilegio, qũo tollatur, vel perdatur, ſeu quanto tempore duret: vide ꝑ Bart. ple. in. l. beneficiũ. ff. de cõſti. prin. in vlti. col. & ibi plene per Alex. Ade tamen ꝙ priuilegia indulgentiarum durant etiam eccleſia dirupta de facto, niſi eſſet dirupta de iure, vt per Innocen. in. c. cũ ex iniuncto. de oper. no. nunci. & habet per Dyn. & do. in. l. pater. in. §. Tuſculanus. ff. de lega. iij. & in. l. ſeruitutẽ. in. §. ſi ſublatum. de ſer. vrba. prædi. & in. l. cũ eſſent. in fi. defer. ru. prædi. Et an tollat priuilegiũ per nõ vſum, & quãto tẽpore: vide quæ habent per do. Ant. d. Abba. & Mod. in. c. cum acceſſiſſent. de conſti.

b ¶ Introducendã. Adde dom. Card. cõſil. cxxxxj. latius Aret. conſi. xxiij.

SEBA. SAPIA.

b ¶ Introducẽdam Idem tenet Fe. alia allegans in. c. cũ ac ceſsiſſent. co. ante pe. ver. ſeptimò limito. ſ. de conſtit. & do. meus. d. Rochus Curtius in repet. c. fi. colũ. lxiij. verſi. ſecũda ſit cõ ſuetudo. ſ. de conſuetu. vbi latè de hoc articulo.

c ¶ Prouincia ſua. Adde quæ ſuprà poſui, & quod vo luit Roma. conſil. b cclxj.

SEB. SAPIA.

d ¶ Clauſulã. Deiſta clauſula vide Feli. in. c. cauſam. colũ. xiiij. verſi. non obſtante collatione. ſ. de reſcri. & in. c. ſup eo. colũ. ij. verſ. ſecundò fillit. ſ. de offi. dele. vbi allegat Abb. hic, ancõ prehendat cõtradicentes. de iureiur.

e ¶ De iure. Adde Ro. conſi. cccclxx

id, quod conſequitur de preſenti: & quod conſecutus eſt in proceſſu temporis. & vide quod dicitur in. c. fi ĵ. eod.

4 ¶ † Vltimò nota id, ad quod quotidie allegatur iſta litera: ꝙ priuilegium conceſſum perſonæ ſiue collegio perditur vnica contrauentione[a] ſpontanea: etiam ſi fuit conceſſum rebus eccleſiæ. ſecus dic, vbi priuilegium eſſet cõceſſum loco pio, ſeu eccleſiæ: quia tunc requireretur ſpatium. xl. annorum, quemadmodum requiritur in preſcriptione cuiuſcunq; rei eccleſiaſticæ, vel ſpiritualis. Ita ſingulariter voluit Innoc. in. c. accedentibus de priui. & videtur ibi text. ſecundùm vnũ intellectum. & de materia in. c. cum acceſsiſſent. de conſti. Si aũt priuilegium pariter concerneret perſonatũ & eccleſiam: tunc per contrauentionem perditur priuilegium, quatenus tangit perſonam: ſed non quatenus tangit eccleſiam, ſed requiritur ſpatium. xl. annorum: vt dicit Inno. in. d. c. accedentibus. tamen intelligit ibi iſtũ tex. cum ſi. quando priuilegiũ concernebat ſolùm fauorem perſonarum. vnde ſi eſſet eccleſiæ vtile illud priuilegium, vel illam indulgentiam non violari: potuiſſent hîc canonici allegare iſtud priuilegiũ nomine eccleſiæ licet nõ nomine proprio. quod ſemper notabis. Et vide in ſimili notabile dictum Io. An. in. c. ve
5 niens. de tranſac. vbi dicit, ꝙ ſi perſona eccleſiaſtica contraxit, & obligatio ſit perſonalis: puta, quia ſuper fructibus, ſi in conſequentia læditur eccleſia, poterit petere reſtitutionem in integrum: ſecus vbi tantũ læderetur perſona quo ad fructus, quos faciebat ſuos. & adde gl. in cle. vna. de in integrum reſtitu. ¶ † Sed eſt notabile dubium in ſtatuto & in conſuetudine, nunquid per vnam cõtrauentionem tollatur conſuetudo, vel ſtatutum? Et primò concludo vnum caſum, quando ſtatutum ſeu cõſuetudo ſunt fauorabiliia eccleſijs: tunc enim non tollantur per vnicam contrauentionem: imò vnus ſolus de eccleſia poterit reſiſtere omnibus, & facere actũ retractari: vt not. dicit Inno. in. d. c. accedentibus. Sed eſt dubium, quando ſtatutum vel conſuetudo ſunt fauorabilia perſonis. & cõ cluſiuè dico, ꝙ ſi collegialiter illi, qui fecerunt ſtatutum ſeu rumpere poſſunt contraueniant directè: immediatè tollitur conſtitutio ſaltem, vt illam allegare non poſsint in prciudicium alterius. arg. hîc, vide bo. tex. in. d. cum acceſsiſſent. & ſic intellige Io. and. in. c. ad audientiam. ſ. de cle. non reſi. vbi hoc ſentit: ſecus puto vbi aliquis de vniuerſitate feciſſet contra ſtatutum alijs ſcientibus, & non contradicentibus. Nam tunc non conſtat clarè de intentione vniuerſitatis: quia fortius comprehẽditur animus ex actu poſitiuo, quã ex actu neglectiuo. iuxta not. in. c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſ. & proprie. In conſuetu
6 dine eſt magis dubium. & gloſ. valde not. in. l. nemo. in. §. temporales. ff. de reg. iur. ſentit ꝙ non. & illam glo. ſequitur Io. An. in. c. fi. de cõſue. Sed ego crederem gl. procedere ſecundùm diſtinctionem prædictã, quando aliquis de populo fecit aliquid cõtra conſuetudinẽ alijs ſcientibus & non contradicentibus: vt ex hoc non tollatur conſuetudo, ſed requiritur tantũ tempus, quantũ fuit requiſitũ ad introducendam[b] conſuetudinẽ. ar. in regula prima. de reg. iur. ſed vbi populus collegialiter de directo & ſcienter feciſſet actũ contra conſuetudinem: credo idẽ dicendũ in ea, quod in cõſtitutione: quia conſuetudo nõ debet eſſe maioris roboris, quã ſit conſtitutio: vt. l. de quibus. ff. de legi. &. j. diſtin. conſuetudo. ¶ † In gl. j. in fi. no. plura ex glo. Primò, ꝙ appellatione eccleſiarũ prouinciæ veniunt eccleſiæ etiã quæ ſunt exemptæ, quæ in prouincia. ſecus ſi diceret in aliqua eccleſiarum tuarũ: quia exempta nõ poteſt dici ſua. ſed bene dicitur in prouincia, ſeu diœceſi eſſe. vide bon. gloſ. in cle. frequens. de exceſ. præla. & tex. in. c. grauem. de offic. ordi. Et facit ad quæſtionẽ ꝙ ſi Papa conceſsit Epiſcopo fructus primi anni beneficiorũ vacantium in diœceſi ſua, veniunt eccleſiæ exẽptæ. & vide quod not. in. c. ſi propter tua debita. de reſcrip. lib. vj.

7 ¶ No. ij. quòd † Archiepiſcopus põt largo modo dicere quamlibet eccleſiã prouinciæ eſſe ſuã. & hoc ratiõe iu-
8 ris, quod habet in huiuſmodi eccleſijs. ¶ † Not. vltimò mirabilem caſum, vbi in beneficialibus fit larga interpretatio contra caſum. c. quãuis. de præben. li. vj. & ideò Inno. multum inſtat hîc, vtrũ regulariter, ſi mandetur pro uideri in aliqua eccleſiarum ſuarum, veniant eccleſiæ alterius Diœceſis: quæ tamen ſunt in prouincia ſua? [c] & licet in hoc fuerunt opi. ipſe tamen finaliter concludit, ꝙ ſic: maximè, quãdo apponitur illa clauſula: contradictores compeſcendo. &c. Nã non poteſt intelligi de eccleſijs ſolùm pertinentibus ad eũ: quia nõ poteſt ſeipſum compeſcere. vt in. l. pe. ff. de arbit. Concluderem in hac materia ſic: ꝙ aut ſcribitur ei, qui eſt obligatus prouidere impetranti: quia eũ ordinauit ſine titulo: & tunc ſi ſimpliciter dicitur, vt prouideant in aliqua eccleſiarũ ſuarum, non veniũt, niſi beneficia, in quibus habet collationem. arg. in. c. cum ſecũdum. ſ. eo. Et hoc caſu poteſt ſubſtineri opi. quam communiter reprobant hîc docto. Aut nõ erat hîc obligatus ad prouidendũ illi: & tũc ſi apponitur clauſula, contradictores. &c. debet intelligi prout hîc habetur, vt comprehendat omnes eccleſias prouinciæ. hoc enim videtur importare illa clauſula ratiõe prædicta. & hoc reſpectu põt dici, ꝙ non fit larga interpretatio. quia importat hoc ſenſus illius clauſulæ: quia in diœceſi propria, non poteſt ſeipſum compeſcere. Aut nõ apponitur illa clauſula, & fortè eſſet dicendũ contrarium: vt tantũ in eccleſijs immediatè ſibi ſubiectis faciat illi prouideri: quia literæ debent ſtrictè intelligi: vt in. d. c. quãuis. licet
9 Inn. hîc ſentiat oppoſitum. ¶ † In gl. ij. in verbo, *contradictores*. not. bene hanc gl. quam multi nõ habent: & fuit
d addita tempore Inno. & vult in effectu per iſtã clauſulã[d] contradictores compeſcendo: datur iuriſdictio non ſolùm inter partes, ſed etiam contra extraneos cõtradicen
e tes de facto: ſecus autem ſi contradicant de iure. [e] & eſt hoc magni effectus. Nam regulariter delegatus nõ habet iuriſdictionem in extraneos turbantes partes, niſi quando ſua iuriſdictio impeditur. & ita loquitur. c. j. de offic. deleg. Et pro hoc vide bo. glo. in. c. non ſolũ. de appel. lib. vj. quæ valde notanter dicit, ꝙ innouata per tertiũ appellatione pendente reuocantur officio iudicis ad quẽ: ſed debet ille conueniri coram iudice ſuo: & dic, vt ibi plenè no. ſed virtute huius clauſulæ ſecus eſt dicendũ. Et aduertendum, quia dubitari poteſt circa clauſulam de virtute comprehenſiua. nã comprehendit hæc clauſula, etiã extraneos: vt ſuprà dixi, & cõmuniter tenent hîc doc. licet Inn. multa dixerit. Item poterit ferre delegatus ſic datus excõmunicationem generalem in omnes, qui cõtradixerint de facto. & ita fecit iſte Archiepiſcopus. intellige tamen quando aliqua cauſa præceſſerit. nam ſi debet ferri excommunicatio pro futuris culpis: vt in. c. Romana. in §. caueant de ſenten. excõ. li. vj. ¶ † Dubitabat ſecundò, vt dixi de vi duratiua: ideſt quanto tempore durat poteſtas data per hanc clauſulã. Inn. ponit duas opi. Prima, ꝙ duret etiam poſt ſententiã: ſi tale eſt negotium, in quo ferenda eſt ſententia. non tamẽ durat poteſtas, niſi per annum poſt ſententiã latam: vt in. c. quærenti. de offic. delega. ſi verò non fertur ſentẽtia: vt puta mãdatur, vt faciat prouideri: tunc durat poteſtas, donec mandatũ impleuerit: poſteà verò extinguitur poteſtas poſt mandatũ executum. Sed mihi placet opi. quã tenet Io. and. in. d. c. quærenti. vt annus non detur indiſtinctè poſt latam ſententiam. Si enim executus eſt ſentẽtiam ſuam, & aliquandiu ille pacificè poſſedit, expirat prorſus citra annum poteſtas iſtius delegati: quia annus non datur, niſi pro executione fienda: vnde ceſſat tempus ex quo executio eſt facta, arguñ. optimum in. l. à filia. ff. ad Trebel. & in. c. cum ceſſante. de appel. Sed ſi incontinenti miſſus in poſſeſsionem moleſtatur, tunc poteſt exercere officiũ ſuum: quia

non poteſt

non poteſt dici eum fuiſſe executum, ex quo incõtinenti eſt facta turbatio. arg. d. l. diuortium. ff. de diuor. canoniza. de pœ. diſt. j. & in. c. nam & ego ĵ. de verb. ſig. ita dicerem in negotio vbi ſententia non eſt ferenda, ſi eſt executũ: & aliquandiu pacificè ille poſſedit, licet poſteà turbetur, non poteſt iſte commiſſarius ſe vlterius intromittere. Et ex hoc infertur, ꝙ quo ad vim turbatiuam parũ aut nihil operatur iſta clauſula. ¶ Sed aduerte ad alium notabilem effectum, quem ſentit Ioã. an. in. d. c. quærenti. vbicunq; enim deputatur quis ad nudum miniſteriũ,
a oppoſita iſta clauſula[a], poterit in ipſius executione exercere iuriſdictionem compeſcendo contradictores, ſine qua nullam habent iuriſdictionem, per tex. illius capitu li. licet gloſ. ibi dubitet. & Hoſti. tenet contrarium in. c. cum noſtris. de conceſ. præben. motus per. c. ex literis. de offi. delega. ſed illud. c. non obſtat. quia ibi delegatus ſimpliciter cõmiſit vices ſuas in executione illius actus: ideò tranſiuit iuriſdictio: ſecus vbi committeretur nudũ miniſterium. ¶ † Et ex hoc infero, ꝙ deputatus ad ponen-
51 dum aliquem in poſſeſsionem, non habet iuriſdictionẽ in contradictores: nec poteſt exercere. Idem ſi deputaretur ad conferendum. & ideo fuit appoſita hæc clauſula, *contradictores &c.* & eſt hoc addendum ad primũ membrum in quo fuit tractatum de vi comprehẽſiua: & hæc not. quia ſunt quotidiana. ¶ Et aduerte, quia alia clauſula, etiam hodiè multum inoleuit: videlicet, ponas in poſſeſsionem, defendas inductum. &c. Et dubitatur quanto tempore durat poteſtas illius clauſulæ? Quidam dixerũt ꝙ durat ad inſtar poteſtatis conſeruatoris, de qua poteſtate habet in. c. fi. de offi. deleg. lib. vj. & ſic, ꝙ claudatur anno. Ioan. an. hîc dicit, ꝙ audiuit curiam tenere, ꝙ ſi aliquandiu inductus in poſſeſsionem, pacificè poſſedit, expirat eius poteſtas, & ſatis mihi hoc placet: ne præiudicetur poteſtati ordinariæ. ar. in. c. ad hoc. de reſcri. & vide Archi. in. c. ſcientij. eo. tit. lib. vj. videtur tandem hoc te-
12 nere. Glo. iiij. eſt facilis. ¶ † In gloſ. iiij. in ver. inueſtiuit. ibi: *non adipiſcitur quis poſſeſsionem.* de hac materia vtrũ per inueſtituram transferatur poſſeſsio: dic vt not. Ioã. an. in. c. tranſmiſſam. de elec. dixi in. c. ij. de conſue. & dic
13 vt ibi. ¶ † In ea. glo. *& ſic per hanc decretalem.* hæc particula glo. vſq; ad finem tractat de executore dato ad faciẽdum prouidere: nunquid poſſit ipſe prouidere? & finaliter concludit ꝙ non: & reſpondit ad tex. ꝙ iſta inueſtitura non valuit. Inno. variè loquitur: ſed tandem ponit ſolutionẽ notabilem, quæ multũ allegatur. Dicit enim differentiam inter mandatum factum, vt faciat prouideri: & mandatum, vt faciat aſsignari. Primo caſu procedit dictum gloſſ. ſecundò verò procedit iſte text. Poteſt enim ipſe primo prouidere: & poſteà compellere ad faciendũ aſsignari beneficium de facto: quaſi velit ꝙ illa verba facias prouideri: ſonent in ius: ideò ius eſt conferendũ per aliũ. Sed illa verba: facias aſsignari: ſonant in factũ: vnde videtur ſibi data poteſtas prouidendi. Nam qui vult cõſequens, vult antecedens. & pro hoc vide bonum tex. in
c c. ex parteĵ. de ſpon. vbi verba executiua præſupponunt diſpoſitionem. ita dicẽdum in propoſito. & vide Hoſti. c. cum noſtris. præal. vbi voluit, ꝙ non ſit differentia inter prædictas formas: ſed vtroque caſu poſsit executor prouidere: quod non placet ibi Io. an. & bene. Nam text. in oppoſitum videtur in. c. Abbate. ſ. de reſcri. nam ſecũdùm illam opinionem, non eſſet differentia inter executorem datum ad prouidendũ, & compellendum: contra illud. c. Abbatem. & contra ea, quæ habentur in. c. ne captandæ. & c. fi ſoli. de conceſ. præben. lib. vj. ¶ In glo. in verbo, *authoritate propria.* ibi: *arg. contraĵ. de priuile.* de hoc dic vt plenè not. in. c. cum acceſsiſſent. de cõſti. & in
14 c. accedentibus. de priui. ¶ † In ea. gl. ibi: *non intelligeretur veniſſe. &c.* not. gl. ꝙ licet Papa mandet ſemel contra priuilegium indultum alicui eccleſiæ: nõ per hoc cenſetur tollere priuilegium: nec clerici obedientes cenſentur renuntiare priuilegio: ſed poterit de priuilegio opponi, ſi alia vice mandaretur contra priuilegium de pri
15 uilegio non habita mentione. ¶ † In eadem glo. ibi: *ſed quid ſi veniſſent.* ſigna glo. vſq; ad fi. & tenebis eam ſemper menti. Ex qua collige generaliter legatum etiã de latere non poſſe venire contra priuilegia conceſſa alicui eccleſiæ. & pro hoc facit, quia etiam delegatus non põt prouidere in eccleſia numerata: niſi fiat mẽtio de numero. vt in. c. conſtitutus. de reſcrip. multò fortius, nec legatus: cùm maior ſit poteſtas delegati reſpectu cauſę ſibi
16 commiſſæ, quã legati: vt in. c. ſtuduiſti. de offic. le. ¶ † In b glo. in verbo, *recipiant.* in fi. Pondera gl. nam ſequendo lecturam ſuam, quã poſui. ſ. in gl. iiij. ſequitur ꝙ excommunicatus poſsit conferre beneficium[b]. Nam vult hæc gloſſ. ꝙ iſti canonici non debent abſolui, niſi prius recipiant illum in canonicum: & ſic niſi conferatur ius canoniæ. ſed Inno. Io. an. & communiter doc. ſequentes tenẽt oppoſitum. vnde Inn. ponit vnũ notabile dictum, dicẽs ꝙ quantuncunq; quis ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, debet prius abſolui[c], quã ſatisfaciat, ſi fuit cõ
c tumax in exercendo actum ſpirituale. & ſic in ſpiritualibus non procederet regula in. c. ex parte. el. jj. de ver. ſig. aliàs ſequeretur abſurdũ. Pone enim ꝙ quis fuit excom
c municatus: quia nõ faciat ſe promoueri ad ordines. Nã ſecundũ opi. gl. iſte debet ordinari in excommunicatio-
d ne[d]: quod non eſt dicendum per. c. cũ illorum. de ſenten. excom. & per. c. ij. de ord. ab Epiſcopo. Ad iſtũ tex. reſpõdet dupliciter. Primò, ꝙ inueſtitura facta per Archiepiſcopum, tenuit: & reſtabat ſolũ nuda receptio facti. Et iſta bene põt fieri per excõmunicatum in eorum odium vt non transferatur aliquid iuris ſpiritualis. & not. hoc bene. & idem ſentit Inn. in. c. eam te. de reſcrip. Secunda ſol. ꝙ intelligatur tex. ꝙ mandetur receptio iuris: vt fiat expoſitio: quam facit hîc glo. in fi. donec receperunt. i. in effectu præſtando cautionem de recipiẽdo. Nam verba debent reſtringi & impropriari: vt euitetur abſurdum: in. c. cum dilectus. de conſue. ¶ In gl. fi. in fi. & ex hoc inferunt doc. ꝙ ſi aliquis de nouo ſpectaret in hac eccleſia, vbi fructus eſt numerus canonicorum per receptionem d vltra numerum ſponte factam: obſtabit ſibi exceptio reſpectu præbendæ non vacantis: licet reſpectu canonicatus excipi non poſsit: cùm numerus ſit ibi fractus.

xij. vbi de hac clauſula.

SEBA. SAPIA.

a ¶ Iſta clauſula. Vide Feli. in. c. dcętero. co. iij. ver. ad illud de clauſula amoto. vbi vult ꝙ executor datus cũ clauſula, amoto quolibet defenſore. põt aſſumere partes iudicis.

b ¶ Cõferre beneficiũ. Adde quod dom. de Ro. deci. cxxviij. de ſent. excõ. in antiquis. dicunt ꝙ executor excommunicatus poteſt prouidere de beneficio: maximè ſi ille cui facta eſt prouiſio, ignorat excommunicationem.

c ¶ Priius abſolui. Adde quod voluit Oldr. conſil. xciij. paulò ante finem.

d ¶ In excommunicatione. Adde an excommunicatus, ſit capax ordinis & tituli beneficij. d. Cardin. conſil. xl.

ZACHARIAS.

¶ Tu dic, ꝙ excõmunicatus promotus recipit ordinem: debet tamen deponi perpetuò. vt no. Ioã. and. in. c. ij. de cleri. ex. mini, & in c. j. & ij. de eo, qui fur. er. fil. quod in tellige de omni excõmunicatione, ſiue ſit Papalis, ſiue alia, de maiori tamen: vt plenè per Feli. in c. cum aliorũ. ver. not. in verſi. primos. colum. j ĵ. de ſen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui poteſt viuere de patrimonio ſuo, poteſt promoueri ad ſacros ordines: licet nullum habeat beneficium. 2. 3: poteſt tamen petere beneficium. & Epiſcopus poſſet ei prouidere: tamen non compellitur. 4. etiam ſi patrimonium dicti clerici caſmate perierit. & nu. 5.*

6 *Clericus tenetur ſoluere decimas de patrimonio ſuo, licet in eo fuerit intitulatus, quando fuit promotus, non habens aliud beneficium.*

7 *Clericus tenetur dicere officiũ ratione ſui ordinis, licet nullum habeat beneficium.*

8 *Patrimonium clerici, in quo ipſe fuit ordinatus nõ habens aliud beneficium, an poſſit per eum alienari ſine ſolemnitate, qua alienantur bona eccleſiaſtica.*

Paupertas voluntaria, non reprobatur in clericis, ſed neceſſaria ſic.

CAP. XXIII.

1 ¶ † VIs. Non beneficiatus habens ſuffi-
ciẽs patrimoniũ, ad ſacros legitimè promouetur. Ponit dictũ, cuius vnã determinationẽ inſerit, ibi: *dummodo.* ¶ Caſus literalis. Quidam clerici in minoribus ordinibus cõſtituti, nondũ fuerãt beneficiũ eccleſiaſticũ aſſecuti: habebant de bonis patrimonialibus, vnde commodè pote

rant sustentari: volebant promoueri ad sacros ordines. Resoõdet Papa consultus, ꝙ bene possunt ad superiores ordines promoueri: dummodò aliud canonicũ non obsistat, & intelligitur ordinatus ad titulũ sui patrimonij.

2 Ber. ¶ †No. j. clericum secularem licitè tenere bona pa
3 trimonialia: & ad sacros ordines promoueri. ¶ †Secundò collige argumentum ex tex. ꝙ habens patrimonium sufficiens, potest promoueri ad sacros ordines: licet expresè nõ assignetur sibi patrimonium in titulum. Satis enim est eum habere patrimonium, ex quo congruè sustentari potest. ¶ No. iij. ꝙ quidam dicũtur ordines minores, & quidã superiores: & alibi scilicet appellantur sacri. in. c. j. de cle. coniu. quanquã in veritate omnes ordines possunt dici sacri. de quo vide bonã. gl. xxxij. dist. in summa. ¶ In gl. j. ibi: *patrimonium proti.* Host. dicit hoc procedere, si hoc fuit actũ. quasi velit dicere, ꝙ si simpliciter habens patrimoniũ fuit ordinatus: nõ efficitur patrimoniũ titulus, seu patrimoniũ nõ succedit in loco tituli. & credo, ꝙ gl. hanc intentionẽ habuit: vt in effectu sit loco tituli: de quo videbo. gl. in. c. si Episcopus j. eo. ti.
4 lib. vj. ¶ †In ea. gl. ibi: *iudicium sibi manducant.* Io. an. dicit, ꝙ non est malũ, ꝙ Episcopus talibus prouideat de beneficio ecclesiastico: nec ipsi peccant petendo beneficiũ. Et ad iura allegata in gl. dicit respondendũ, prout dictũ fuit in Episcopo. Et in. c. Episcopus. s. eo. & no. bene hoc dictũ Io. And. Nã ampliat no. per Inn. in. d. c. Episcopus. sentit enim, ꝙ non solũ habens patrimoniũ, licitè põt petere beneficiũ, & ex eo viuere: sed etiã si fuit ordinatus ad titulũ patrimonij. & intellige, ꝙ potest petere: nõ tamen faciẽdo superiorẽ cõpelli: quia ex quo habet patrimoniũ cessat prouisio. c. cũ secundũ. sed poterit petere gratiosè. Nec obst. ꝙ patrimoniũ sit loco tituli: quia cũ seruiat ecclesiæ, non tenet viuere de patrimonio, per ra

ꝛ SERA. SAPIA. a ¶ Spirituale. Vide ad hæc Feli. in c. postulasti. col. viij. versi. circa faciendam mentionem. s. de rescrip. vbi tangit, an à tali patrimonio sit facienda mentio in literis, & paulò inferius tangit an clericus habẽs patrimoniũ possit viuere de beneficio.

5 tionẽ. c. cũ secundũ. s. eo. ¶ †In ea. gl. ibi: *quod Episcopus debeat eis prouidere.* hoc dictũ dicit Ioan. an. procedere ex obligatione generali, qua tenet Episcopus prouidere omnibus clericis indigẽtibus. iuxta no. in. d. c. cũ secundũ. quasi velit dicere, ꝙ ex quo fuit semel ordinatus ad titulum patrimonij, licet patrimoniũ perierat casmate, non potest Episcopus cõpelli ad prouidendũ, secundũ prouisionẽ. c. cũ secundũ. quia illa prouisio succedit cũ Episcopus fuit in culpa in ordinãdo, sine aliquo titulo. Sed not. ex alio dũ dixit, ꝙ tenetur prouidere ex obligatione generali: quia Episcopus peccat nõ prouidẽdo clericis nõ habentibus vnde viuerẽt: ex quo põt congruè de beneficijs ecclesiasticis prouidere: licet à principio nõ fuerit in culpa in ordinãdo. Nã Episcopus debet esse bonus paterfamiliàs: & dispensare ad beneficia ecclesiastica cuicunq;, prout opus est. Et per hoc intellige bonã limitationem ad not. in. c. relatũ. s. eo. vbi no. ꝙ Episcopus habet liberã facultatẽ in electione personarũ. Nã procedit illud, data paritate personarũ: vel quo ad hoc, vt inferiori nõ competat actio contra Episcopũ: sed ipse tenet prouidere, si vult satisfacere conscientiæ suæ prout quisq; indiges est.

6 ¶ †In gl. ij. ibi: *licet sit ordinatus ad patrimonium &c.* No. bene hanc gl. & ex ea infertur, ꝙ non solũ tenetur clericus soluere decimas de patrimonio suo, quãdo simpliciter obuenit sibi: sed etiã si fuit ordinatus in titulũ illius patrimonij. Et satis placet mihi hęc conclusio gl. quia patrimoniũ istud nõ fuit beneficiũ spirituale: vt statim dicam. nec debet iste ordinari cũ præiudicio ecclesiæ parochialis. arg. in. c. ecclesiæ. xvj. q. j. generaliter, an & quãdo clericus teneatur soluere decimas dicet in. c. nouũ genus.

7 de dec. ¶ †In eadẽ glo. ibi; *& dicas quòd non.* Vult ergo hæc gl. quòd ordinatus ad titulũ patrimonij, non potest deferere dicœcesim patrimonij: quasi sit illi alligatus, ratione tituli patrimonialis: quẽadmodum si haberet verũ beneficiũ. sed considera, quòd. c. primatus. alleg. in gl. nõ loquitur de solis clericis: sed etiam de laicis: nec habet respectum ad beneficium etiam spirituale. Vnde credo dicendũ prout dixi in. c. fraternitatis. de cleri. non resident. & in. c. cũ iandudũ. s. eo. vt si clericus iste sit notus, licitè possit recipi in alia diœcesi. Nã patrimoniũ non ligat eũ cum respectu illius nõ sit obligatus officiare certã ecclesiã: sed tantũ tenetur dicere officiũ, non respectu patrimonij, sed respectu sacri ordinis, quem recepit. vide gl.
8 xcii. dist. c. si. & quod not. in. c. j. de celebra. missa. ¶ †Et in si. gl. no. hanc vltimã quæstionẽ: quia satis quotidiana est: cũ hodie clerici pro maiori parte ordinantur ad titulum patrimonij. Et dubitari potest, vtrũ in alienatione huius patrimonij, debeat interuenire solẽnitas, quæ obseruãda est in alienatione rerũ ecclesiasticarũ. de qua. xij. q. ij. sine excep. Ioã. & Goff. tenent opi. Vincen. positã in gl. vt nõ possit alienari, sicut alia bonã bĩficij spiritualis. fatentur tamẽ quòd illi patrimonio nõ inhæret ius spiri
a tuale, a quo ad hæredes nõ sit transmissibile. vnde voluit quòd mortuo clerico extinguatur causa priuilegij: quẽadmodum dicimus in fundo dotali, ꝙ licet matrimonio stante alienari nõ possit. ff. de fun. dota. per totum. tamẽ sol. matrimonio nõ transit ad hæredes. Hosti. distinguit vtrum patrimoniũ fuit pro titulo assignatũ, vel non: vt primo casu procedat opi. Vinc. & prædictorũ. Nec obstat ratio Gof. quia facilius cõsumitur pretiũ, quã res. & sic transeũt doct. hîc. Et no. ex hac opi. Hosti. ꝙ simpliciter ordinatus põt disponere de patrimonio, prout vult: secus si fuit expresè ordinatus ad titulum patrimonij.

¶ Aduerte primò excludendũ vnum casum: ꝙ si iste ordinatus ad titulũ patrimonij cõsequeretur beneficiũ spirituale: licitè poterit disponere de patrimonio, prout vult: quia hoc casu cessat ratio præcedẽs: cũ possit viuere ex beneficio: sed vbi nõ habet, nisi patrimoniũ assignatum in titulũ: tũc est maior dubitatio iudicio meo. Inn. in. c. cũ Episcopus. s. eo. sentit opi. contrariã, ꝙ in alienatione illius patrimonij, nõ requiratur cõsensus Episcopi. & hæc opin. videtur mihi verior de rigore iuris: licet alia benignior & æquior: ne mendicẽt in opprobriũ cleri. Et si diceres, quid operabitur ordinatio ad titulum patrimonij, si illud potest ad libitũ alienare? Respõdeo, per hoc satisfit iuri: vt non videatur ille promotus sine alienа sustentatiõe. vnde satis est, ꝙ habuit vnde viuere posset. Nam paupertas voluntaria non reprobatur in clericis: sed necessaria sic: quemadmodũ legitur de ipsis Apostolis, actuum. j. & ij.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Beneficiũ potest conferri absenti: & ille absens potest per alium inuestiri. n. 2. An autem conferentes possint retrocedere, etiam si interuenit persona media. vide nu. 3.*

3 *Eligentes absentem in potestatem, vel conferentes beneficium absenti, non possunt ante eius acceptationem à tali electione retrocedere, quando habent tale officium nomine alieno: secus si nomine proprio.*

4 *Negotiorum gestor non acquirit dominium absenti ante, quàm ille ratificet.*
Negotiorum gestor potest interuenire, etiam in spiritualibus.

5 *Mandatum speciale requiritur in beneficialibus & alijs spiritualibus, nec sufficit generale.*
Coniuncta persona, nõ agit pro coniuncta in causis, in quibus requiritur speciale mandatum.

6 *Alius, istud pronomen non facit positionem præcedentis qualitatis.*
Beneficiatus, an possit se inuestire de beneficio suo per laicum.

7 *Mandatum ad contrahendum matrimonium, quale debeat esse.*

8 *Negotiorum gestor non acquirit, neque dominium, neque possessionem, illi cuius negotia gerit, ante eius ratihabitionem, numero. 4.*

Cap.

CAP. XXIIII.

1 ACcedens. ¶ †Absens potest inuesti f ri de beneficio, alio mediãte. Vel sic. Potest quis inuestiri de beneficio pro absente. vel coniungẽdo vtrũq; intellectũ dic. Absenti põt conferri beneficiũ alio median te. nec refert vtrũ absens inuestiatur per personã mediã vel persona media inuestiat pro absente. & est casus not. & quotidie practicatur. Et cõmunis diuisio: secunda ibi: *inquisitioni.* ¶ Casus literalis. Quærebatur hîc, vtrũ aliquis absens de beneficio ecclesiæ possit inuestiri? Respõdef, ꝙ aliquis nomine ac vice absentis de beneficio ecclesię potest inuestiri: quia ille dicit inuestiri, cuius nomine
2 alius inuestitur. Ber. ¶ †No. ꝙ beneficiũ acquiritur ab-
a senti a, siue inuestiatur absens per aliũ, scilicet per procuratorẽ, siue inuestiatur alius scilicet procu. suus pro domino. Et ex hoc habes duplicem practicã conferendi beneficiũ absenti. & vt clarius habeatur, Prima est ista: vt dicat superior: *conferimus, siue inuestimus talem absentem de tali beneficio per te.* Secũda practica, vt inuestiatur alius pro absente, hoc modo: *inuestimus te de tali beneficio nomine talis absentis.* & hæc practica videtur magis placere Papæ hîc: vt colligitur ex illo verbo magis. Et hũc text. potes adducere cũ quæritur in practica: vtrũ dominiũ alicuius rei acquiratur absenti sine cessiõe fiẽda per procuratorẽ. Nã põt dari absenti per procuratorẽ, vel procuratori nomine absentis. & pro hoc bo. tex. in. l. qui mi hi donatũ. ff. de dona. ad hãc materiã alle. ibi Bar. hoc. c.

3 ¶ †Secũdò opp. cõtra prædicta de. c. si tibi absenti j. eo. tit. lib. vj. vbi patet, ꝙ ibi nulla persona media beneficiũ põt conferri absenti. Sol. dic explicãdo latè materiã huius. c. & illius, ꝙ aut beneficiũ cõfertur absenti nulla persona media: aut mediãte aliqua persona. Primo casu per illam collationẽ, nihil acquiritur absenti: vnde nõ potest dicere absens beneficiũ esse suũ ante, quã acceptet: vt. d. c. si tibi absenti. & in. l. absenti. ff. de do. & in. l. quia absenti.
b ff. de acqui. pos. tamen cõferens non põt retrocedere b à collatiõe illa: donec absens declarauerit animũ suum: vt est text. sing. in. d. c. si tibi absenti. Ratione cuius notãter posuit Bart. in. d. l. absenti. Nõ enim est speciale in beneficijs: sed in quibuscunq; iuribus illud procedit, quando iura deferuntur per eũ, qui habet eligere, seu cõferre tanquã officialis, nõ functus est beneficio suo, eoipso, ꝙ elegit ipsum absentẽ. Et ideò si deputatus per cõmunitatẽ ad eligendũ potestatem, elegit absentẽ: licet absenti nihil acquiraf ante acceptationẽ: iste tn qui elegit tanquã functus officio, non põt variare c. & ista est vera ratio illius c. si tibi absenti. Secus est, vbi quis eligeret nomine proprio. pene exemplũ in Papa, vel etiã in cõmunitate huius ciuitates. Nã si eligitur absens põt retrocedere ante, quã ille acceptet: qa vt dixi absenti nihil est acquisitũ: nec iste est functus officio: qa eligit nomine proprio. ¶ Secũ do casu principali, qñ collatio fuit facta aliqua persona mediate: & illa persona media nõ habebat mandatũ: aut sic. Primo casu nõ acquirit absenti: quia requirit animus
4 pro hoc. l. si ego. & quod ibi no. ff. de neg. gest. † Nã nego
c tiorũ gestor, non acquirit dominiũ absenti d, nisi à tẽpore, quo dominus habuit ratũ: vt no. in. d. c. si ego. & vide bo. gl. & no. quã tenemenți in. c. quã sit. de ele. li. vj. quæ vult, ꝙ si in istis spiritualibus potest interuenire neg. gestor: oportet, ꝙ dominus habeat ratũ intra illud tẽpus, intra quod tenebatur ipse declarare animũ suũ. allega. l. pen. ff. rem ra. habe. & pone exemplũ, vt habetur in glo.
5 prædicta. ¶ †Secundo casu, qñ persona media e habebat
d mandatũ generale: & non sufficit in istis beneficialibus:
e nec in alijs spiritualibus: qa in his requiritur speciale mãdatũ: tum propter qualitatem rerũ; tum propter præiudiciũ: vt senserũt hîc doct. & domini de Ro. deci. lxxxiij. & vide quod dixi in. c. corã. de offi. dele. Ex quo infert ad vnũ dictũ notabile, ꝙ coniuncta persona non põt acceptare beneficiũ pro cõiuncto ad hoc, vt cõiuncto statim acquiraf: quia cõiunctio sanguinis non supplet speciales defectus mãdati: vt in. l. pater. ff. de mino. vt apertè voluit Inn. hîc, & domini de Rota, vbi. s. & Spec. in titu. de cõiuncta persona. Si verò habebat mandatũ speciale, tũc beneficium quæritur absenti, siue absens inuestiatur per procuratorẽ, siue procu. nomine absentis: vt hîc. & arg.
1 GRaue nimis. ¶ † Conciliũ prouinciale à beneficiorũ collatione suspendit eos qui post secundam correctionem indignis beneficia cõferunt. Pro uidet etiã ne quis interim beneficia cõferat: & illam suspensionem relaxat solus Papa: vel solus Patriarcha. Primò narrat delictum. Secũdò prouidet ibi: *voluntas*. ¶ Casus literalis. Quidam Prælati ecclesiarũ carnali affectiõe ducti, non iudicio rationis promouẽt indignos ad beneficia ecclesiastica: vnde multa pericula imminent ecclesijs: volẽs conciliũ huic morbo mederi, præcipit vt prætermissis indignis, promoueant idoneos, qui Deo & ecclesijs valeãt deseruire: & de hoc fiat diligens inquisitio in concilio annuatim. Et si aliquis post trina monitionẽ culpabilis repertus fuerit per ipsum conciliũ, suspẽdatur & in eodẽ cõcilio persona idonea instituatur, & quæ sup pleat suspensi defectũ in beneficijs cõferendis. Et hoc idẽ circa capitula, quę in his deliquerint obseruẽt. delictũ verò Metropolitani, ex parte cõcilij domino Papæ nuntietur. & vt istud statutũ melius obseruetur, sententia huiusmodi suspensionis sine licentia Romani Põtificis, vel proprij Patriachę non relaxetur. Bar. ¶ Not. j. ibi: *cum possint viros &c.* Arg. à cõtrario literæ, quòd in defectũ idoneorum possunt indigni assumi ad beneficia. Nã secũdũ Hostien. cõstruẽda est domus ex lapidibus, qui occurrunt. & melius est locũ implere, quàm vacuũ dimittere. arg. in l. generaliter. §. spurios. ff. de decu. vbi in defectum legitimorum spurij assumuntur in decuriões. ¶ *Sed* aduerte, quia idem Hostien. in quadam alia apostilla sentit contrariũ. Dicit enim, quòd si vnus solus reperitur idoneus, illi soli sunt potius conferenda plura beneficia, quã indignis ad hoc. xxj. q. j. *. c. j. *Concordaré sic quòd vbi tanta est indignitas, quòd non potest prouideri sine peccato: vel sine graui aliorum scandalo: & tunc procedit secundum dictum. Secus si non est tanta indignitas: vt quia patitur solùm defectum in scientia: in alijs tamen est bonus clericus. & tunc procedit ar. à cõtrario huius literæ. & vide quod no. Io. an. in. c. cum adeò. de rescri. vbi sentit, quòd etiam mandato Papæ non est obtemperandum, quando est tanta indignitas [a] ex parte promouendi: vt sine peccato mortali promoueri non possit.
3 ¶ † No. ij. ꝙ morum inhonestas, & literarum defectus impediunt quem promouendum, & quandoqꝫ deijciũt
b iam promotũ, [b] vt in. c. fi. de ẽta. & quali. ¶ † Tertiò no.
4 ꝙ concilium prouinciale habet iurisdictionem super omnes de prouincia: vnde & Prælatos ex proprio delicto potest suspendere. Episcopum tamen deponere non potest: ibi enim requiritur authoritas Papæ. iij. q. vj. c. accu
5 satus. &. c. quamuis. ¶ † No. iiij. ibi: *annuatim*. ꝙ conciliũ prouinciale debet fieri annuatim [c]. & idem dicendum de synodo episcopali. in. c. sicut olim. el. ij. de accusa. vbi vtrunqꝫ dictum probatur. & est bonus text. in materia istorum consiliorum. ¶ No. ibi: *post primam & secundam correctionem*. ꝙ delictum iteratum grauius punitur, maximè pręcedente monitione: tum, quia videtur delictũ cõsuetudini deputatum. l. tertia. C. de Episcopa. audié. & c. monasteria. de vita & hone. cleric. Tum: quia videtur incorrigibilis. ca. cum non ab homine. suprà de iudicijs.
6 ¶ Nota, ꝙ prælato suspenso à collatione beneficiorum, non succedit capitulum. Pro hoc. c. j. de supplen. negli. præla. lib. vj. & c. quia diuersitatem j̃. de concef. præbẽ. & generaliter posset dici, ꝙ prælato suspenso à toto officio propter delictum proprium, diu continuatum, non succedit capitulũ, vt videtur tex. no. in. c. fi. de sta. reg. secũdum intellectum, quem ibi dabo. Nam hoc clarè probatur ibi in Abbate suspenso, vel remoto. ¶ No. in ver. &
7 hoc ipsum. ꝙ licet. ſ. prouiderit text. contra Prælatos, seu collatores beneficiorũ nihilominus in hoc prouidet specialiter contra capitula. ¶ Ex quo potes colligere notabile dictum, ꝙ in materia pœnali, prouisio concepta in veram personam, non extenditur ad fictam & representatam. & pro hoc tex. opti. in. l. iij. de nego. gest. ¶ No ta vltimò casum in quo ille, qui suspendit, nõ potest absoluere. regulariter contra de pœniten. distin. j. c. verbũ. Sed ratio specialitatis huius ponitur in textu, vt de facili hæc suspensio non remittatur: & quatuor Patriarchæ
8 honerentur. ¶ † Potes etiam colligere, ꝙ Metropolitanus nõ potest puniri per capitulum prouinciale. & hoc, quia ipse est caput concilij: & sic facit in arg. ꝙ Papa non potest puniri per concilium generale: cũ sit caput ipsius concilij. pro quo facit opti. tex. in. c. significasti. de elect.
9 ¶ † In glo. j. ibi: *imò ex officio*. Pondera gl. nam per hanc dictionem imò: quę venit correctiuè ad pręcedentia, vt legitur & not. xvj. q. j. c. prædicator. sentit ꝙ hanc inquisitionem facit concilium, etiam fama non præcedente. Sed ob. c. qualiter & quando. el. ij. de accu. vbi tex. loquitur de inquisitione fienda ex mero officio, & tamen requirit infamiam præambulam. Inno. primò reddit rationem diuersitatis, dicens, ꝙ hîc non fit inquisitio, vt pœna irrogetur alicui specialiter: sed vt subditus reddat rationem de talento sibi commisso. hæc ratio non placet Hostien. & mihi multominus. Nam. c. qualiter. loquitur de ratione administrationis reddenda. Item hîc venit imponenda pœna suspensionis. Reddit secundò Inn. aliam rationem dicens, ꝙ ista cõcilia principaliter fiunt ad correctionem morum. xviij. dist. c. quoniam & est tex. in. d. c. sicut olim. quasi velit, ꝙ ibi non agitur ad pœnam. Sed in cõtrarium facit, quia pœna venit imponenda, vt prędixi. nec per inquisitionẽ debet aliquis infamari, ex quo infamia non præcesit. Hostien. reddit duas alias rationes, quæ profecto non satisfaciunt contrario. Ideò breuiter dic, ꝙ iste tex. loquitur de inquisitione generali, &
c non contra certam personam, generalis [a] etiam inquisitio potest & debet fieri per superiorem: cum debeat purgare prouinciam malis hominibus. c. j. de offi. ordi. l. con gruit. ff. de offi. præsi. & in hac non requiritur quòd infamia præcedat. Contraria loquuntur in inquisitione speciali contra certam personam, in qua requiritur, quòd infamia præcedat. & hoc apertè sentit Inno. in. c. j. de postu. præla. & probatur dictis iuribus. &. c. sicut olim. præalle. Vidimus etiam, quòd propter hanc inquisitionem generalem debet Prælatus annuatim visitare dicœsim. c. cum venerabilis. de censi. & de offi. Arch. c. mãdamus. Et aduerte ꝙ si in hac inquisitione generali nominatur a aliqua persona, fit inquisitio specialis contra illam personam nominatam: nec depositiones factæ inquisitione ge
d nerali facient fidem in speciali [a]: vt no. specialiter Innoc. in. c. bonæ. de elec. & per Bart. in l. fi. ff. de quæstioni. &
10 hæc no. ¶ † In glo. ij. in fi. Sol. clarius secundum doct. ꝙ contraria procedunt respectu illius beneficij duntaxat quod confertur indigno. Nam nõ requiritur aliqua monitio: sed incontinenti potestas prouidendi illa vice deuoluitur ad capitulum vt superiorem: iuxta ea, quę habentur in contrarijs hîc signatis. Istud. c. loquitur de suspensione generaliter fiendà à collatione omnium beneficiorum. Hæc enim pœna cum sit grauis: non infligitur ipso iure: sed oportet, ꝙ præcedat bina monitio: & postmodum sequatur sententia suspensionis: vt dicit Innoc. vtraqꝫ pœna potest concurrere illa respectu illius beneficij sine admonitione ex vnico delicto tantùm: ista respectu delicti continuati, & quo ad omnia beneficia.
11 ¶ † In gl. super verbo, suspendatur ibi.: *essent irregulares*. Aduerte, quia glo. non videtur bene dicere. imò iudicio meo est contra. c. cum in cunctis. de elect. Nam ibi patet ꝙ collatio facta indigno, est ipso iure nulla, & potestas prouidẽdi pro illa vice deuoluitur ad alium. Pone enim ꝙ collatio parochialis ecclesiæ fuit facta patienti defectum in ætate, vel prorsus illiterato, dicemus ne illos tolerandos, quia non sunt irregulares? certè minimè, imò
e etiam Episcopus debet remouerì [c]. c. fi. de ætа. & qualit. ¶ Dic ergo sic: quòd aut isti sunt indigni illa indignitate quæ impedit vires collationis ipso facto vt in quatuor defectibus, qui habentur in. c. cum in cunctis. ſ. alleg. & tunc in dubio sunt isti de facto remouendi, quia nullum habent ius in beneficijs, vt ibi. Aut non est talis indignitas: & tũc si est magna debet remoueri & priuari, ex quo est inhabilis. arg. c. j. de ætа. & quali. &. xvj. q. vij. c. inuen
c tum. xviij. q. ij. si quis abbas. Aut non est tanta indignitas & poterunt tolerari. & hoc casu posset procedere gloss. Nam multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum: xxxix. dist. Petrus. & vide ad intellectum. c. cum in cunctis. quod no. Io. and. in regu. odia. de reg. iur. in mercu. Nec obst. quod gl. subijcitur hic de monitione: quia illa non fit, vt euitetur pœna ca. cum in
12 cunctis. vt. ſ. dixi: sed vt euadat pœnam huius. c. ¶ † In gl. super ver. persona. in fi. Non bene respondet indicio meo: ad. c. cum in cunctis. dic, vt prædixi, ꝙ illud. c. prouidet in collatione beneficij indigno facta. Nam in tali collatione pro illa vice succedit capitulum. sed hic loquitur, cum Episcopus suspenditur generaliter à collatione
c omnium beneficiorum in quibus non fuit commissum delictum: vnde hæc potestas non deuoluitur ad capitulum, nec ad Archiepiscopum: sed solùm ad Papam: nisi aliud fuisset hic prouisum, vt patet in. c. quia diuersitatẽ prælle. & vide quod legitur & no. in. c. j. de sup. neglig.
13 Præla. lib. v. & c. quãquàm. de electio. eo. lib. ¶ † In glo. fi. in fi. Sed aduerte ad vnum notabile dubium: ponamus quòd Papa non reseruasset istam absolutoinem sibi vel concilium prouinciale excommunicaret subditu alicuius Prælati, nunquid posset ille Prælatus absoluere subditum suum? Hoſt. hîc instat Io. an. clarè cõcludit, quòd excommunicatus per canonem concilij prouincialis potest absolui ab Episcopo suo: mouetur quia non debet esse maioris potestatis constitutio concilij prouincialis,

a ¶ Indignitas. Ad de: ꝙ nõ valet collatio facta per Papam notoriè indigno tanta indignitate, ꝙ nutriretur peccatum, vt latè concludit Fely. in c. si quando. colũ. iij. versic. propter illud dictum Inn. ſ. de rescrip.
b ¶ Iam promotũ. Adde ꝙ Episcopus indoctus, si est indignè promotus, meretur decapitari. secundum gl. ſ. fi. in. l. qui cum vno. in prin. ff. de re. mili. Fel. in. c. si quãdo. co. v. ver. cõsidera tertiò. ſ. de rescri. Et quę sentẽtia requiratur in Episcopo vide gl. & Archi. lxj. dist. c. statuimus. Et vtrum Papa possit dispensare cum illiterato, vt sit Episcopus. dixi in apostil. ad istum post eum in rubri. ſ. de fum. tri. nu. 6. in ver. Episcopi.
c ¶ Generalis. Adde Old. consi. cc. lxxviij. & vide quę latè posui. in apo. meis ad Ange. de are. in tract. malefi. in ver. fama publica precedente.

SEB. SAPIA. ZACHARIAS S.

SEB. SAPIA.

SEBA. SAPIA.

quàm generalis: vel Papę. Sed ab ista potest Episcop⁹ absoluere, si Papa non reseruauit sibi absolutionem: ergo fortius poterit absoluere à constitutione prouinciali. & no. semper hoc dictū domi. Anto. Dicit enim, licet hoc seruetur in practica, potest tamen dictum cauillari: quia Papa in sua constitutione hoc specialiter prouidit, fortè propter locorum distantiam: vt in c. nuper. de sentē. excommu. ergo non debet hoc extendi ad constitutiones aliorum. Sed primum dictum plus mihi placet: & videtur casus in d. c. nuper. versi. quia tamen conditor canonis. vbi Papa nō fecit in hoc specialem prouisionem: sed processit ex coniecturata mente conditoris canonum. Nam non reseruando sibi absolutionem, videtur alijs 14 concessisse. ita apertè dicit ibi tex. ¶ Et ex hoc infero ad vnum quotidianum dubium. Pone, quòd statutū Episcopi Senensis fulminat excommunicatiōem contra intrātes monasterium monialium. Quidam forensis incidit in illam excommunicationem: nūquid poterit absolui ab Episcopo suo ? & credo quòd sic per supradicta. Nam illa est excommunicatio communis: nec debet esse maioris potentiæ, quàm excommunicatio lata per constitutionem Papæ. Dico tamen, ꝙ prædicta non procedunt in excommunicatione lata per viam sententiæ: & non statuti[a] à consilio principali, vel ab alio Episcopo ratione delicti: quia sententia lata ab homine, nemo præter ferentem, vel superiorem potest absoluere. c. pastoralis. §. pretereà. de of. or. ¶ Sed pro declaratione cap. quæritur, ꝙ debeant interesse in concilio prouinciali: de quo hic? Sol. scire debes, ꝙ iura faciunt hic mentionem de tribus concilijs: vnum est generale, cui præest Papa: & dicitur generale: quia repræsentat totam ecclesiam vniuersalem. & in isto qui debeant interesse, non reperitur iure decisum. nec doc. nec glo. specificè hanc materiam attingūt, quod viderim. & de isto dicetur Deo duce in disputatione nouissimè fienda. Et est aliud & secundum concilium prouinciale, sic dictum: quia repræsentat ecclesiam prouinciæ: & in hoc interesse debēt Episcopi prouinciæ xviij. distin. p totū. Sed multū dubitatur q̄d de capitulis ecclesiarū cathedralium. Inno. videtur hic tandem tenere, ꝙ nisi specialiter eorum interfit, non sunt de necessitate vocandi: sed mihi videtur tex. in cōtrarium in c. fin. de his quæ fi. à præla. Tertium est concilium Episcopi, quod appellatur synodale: & in hoc debent conuenire omnes clerici diœcesis. xviij. dis. decernimus. vide quod dixi in c. super his. de maio. & obe. & de his duobus conciliis, quam potestatem habeant: & qui debeāt interesse: ponit hic Inno. licet super generali concilio ipse & cæteri transierunt, sicut muscipula super prunas.

a ¶ Statuti. Adde Fed. conf. xvj. vbi dicit ꝙ Episcop⁹ absoluit ab excōicatiōe canonis, nisi Papa sibi specialiter reseruasset; non aūt à sententia hominis. & ibi vi de multas differētias inter sententiam & statutum.

ZACHARIÆ.

b ¶ De reditibus ecclesiæ. Quod not. in apostō. ad istum in c. reprehēsibilis. nu. 8. in apost. inver. testari. s. de appella.

SEB. SAPIA.

b ¶ De reditib⁹ ecclesiæ. Quòd prælatus possit viuere de reditibus ecclesiæ, & in quos vsus possit illos dispēsare, vide Fel. in c. postulasti. co. vij. versi. quō clericus. s. de rescrip.

c ¶ Necessariò. Ad de quòd voluit Old. cons. xj.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debet sustentari de fructibus beneficij, non obstante aliqua consuetudine in contrarium.*
2 *Patronus etiam ecclesiasticus non potest sibi vendicare fructus beneficij, vel ecclesiæ reseruata exiguæ portiōe rectori: nec valet consuetudo in contrarium.*
3 *Clerici de iure diuino debent esse literati.*
4 *Clericus debet alere se de fructibus beneficij: & etiam alere famulos, si qualitas personæ patitur ipsum habere famulos: & debet plures habere: quia fortè est aliqua delicata persona.*

CAP. XXX.

1 EXtirpandæ. ¶ † Rector ecclesiæ nō obstāte cōsuetudine Episcopi, vel patroni: debet de reditibus ecclesiæ sufficientē habere portionem. h. d. ¶ Primò ponitur excessus. Secūdò prouisio. ibi: *cum igitur*. ¶ Casus literalis. Patroni ecclesiarum & alij quidam prouentus ipsarum, ita sibi vsurpant, ꝙ de sua portione presbyteri nequeāt sustētari: ita quòd presbyteri in quibusdam locis nō obtinēt, nisi quartā quartæ: scilitet sextamdecimam decimarū. & ideò ibi nullus sacerdos inuenitur, qui habeat peritiam literarum. Cū ergo qui altari seruit, viuere debeat de altari: statuit concilium: vt non obstante aliqua consuetudine alicuius personæ, personis ipsis sufficiens portio relinquat. Bernar. ¶ † No. primò quòd non valet consuetudo, vt patroni etiā ecclesiastici quia de his propriè loquitur istud ca. vendicent sibi reditus ecclesiæ exigua portione rectori reseruata. ¶ † Secūdò nota, quòd ad tenuitatem beneficiorum, sequeretur quasi necessaria assumptio & promotio imperitorū: & ideò esset multum cauendū, vt ecclesiæ parochiales non ædificētur sine dote sufficienti: vt detur facultas clericis vacādi studio. Nam per studiū prouidetur toti ecclesiæ vniuersali: & requiritur hæc scientia in presbyteris etiā iure diuino. vnde dixit Deus per Prophetam, quia tu scientiam repulisti: & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Oseæ. iiij. ca. & habetur transsumptiuè in c. nisi cum pridem. de renuntia. ¶ No. ibi: *nullam, vel modicam peritam.* ꝙ nulla, vel modica peritia æquiparantur: imò modica aliquādo ducit in errorem. quia credit verū sentire, quod tn ignorat: sed prosur inexpertus consuluit alios. ¶ No. tex. allegabilē in ver. *cum igitur*. probat aperte, ꝙ clericus licitè viuit de reditibus ecclesiæ [b]: & debet inde habere sufficientē portionē. Et declara hoc dictum secūdum plenè dicta in d. c. de monachis. s. eo. Nā videtur loqui in ecclesia, cuius proprietas pertinet ad aliū ex priuilegio, vel ex cōsuetudine: vt in c. cōsultationibus j. de dona. & c. c. pastoralis. de priuile. ¶ † In gl. sup ver. *sufficiens*. No. gl. quòd reditus beneficij debent esse sufficiētes, nedum clerico: sed etiam suis. & alleg. bonū text. qui hoc probat. l. dist. c. studeat. Et intelligo de suis, qui quasi necessariò [c] trahunt moram cum clerico. Nam secūdum qualitatem personæ debet habere seruitores. Non enim debet sibi coquere: & si est doctor, vel notabilis persona oportet ꝙ habeat famulū, vel famulos. & ideò dicit hæc gl. ꝙ minus sufficit pauperi, quā diuiti. Nā pauper qui alias non est nobilis, vel literatus nō indiget tanto apparatur. vnde dum gl. dicit de diuite: mihi nō placet illud verbum: nec. c. quòd aliæ. hoc probat. sed loquitur de persona delicata, quæ ex defectu naturę nō potest contentari cibis grossis & communibus. & ideò intellige glo. secundum ea, quę habentur, & no. in. c. de multa. in fi. s. eo. vide quod no. xxj. q. j. in sum. & in. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non residens in ecclesia parochiali, vel non: ponens vicarium, quando est annexa præbendæ priuatur ea. videj. in repeti. in. iiij. co. ver. oppo. & videtur in ver. his expeditis.*
2 *Clericus habēs ecclesiam curatam debet in ea seruire per se, & non per alium: nisi ex iusta causa ad modicum tempus velit seruire per vicarium: sed an isto casu requiratur licentia Episcopi: vide remissiue.*
3 *In episcopum potest quis eligi, nisi saltem sit subdiaconus.*
Canonici non existentes in sacris, non habent vocē in capitulo.
Episcopus potest compellere canonicos ad subdiaconatum.
4 *Ecclesia parochialis unita præbendæ, vel alteri dignitati, potest per vnum teneri ratione connexitatis.*
5 *Clericus habens præbendam & ecclesiam parochialem illi annexam, debet seruire in ecclesia maiori ratione præbendæ.*
Clericus habens dispensatiuè plura beneficia, debet seruire magis digno: & alteri per vicarium.
6 *Vicarius perpetuus in aliqua ecclesia, vbi seruit pro alio, nō debet habere oēs fructus. sed tantū congruentem portionem.*
7 *Episcopus potest ex beneficio pingui constituere duo ex causa.*
8 *Quæ beneficia requirunt residentiam.*
9 *Clericus non deseruiens ecclesiæ per se, vel alium: an ex consuetudine possit percipere fructus. & nu. 9. & 11.*
10 *Pœna quādo apponitur negatiuè, non committitur, nisi præcedat monitio: secus quando apponitur affirmatiuè. & nu. 12.*

vbi aliter

vbi aliter dicitur. & j. in repeti. nu. 16. 19.

11 *Clausulæ etiam odiosa in fine positæ, concernit omnia præcedentia, et tam diuersa.*

1 QUi verò. ¶ † Priuat⁹ est parochialis ecclesia rector in ea non residens: nisi sit annexa dignitati vel præbendæ: quo casu debet ibi habere perpetuū vicarium, & in fine prohibet in fraudē Rectoribus de ipsius prouētibus pensionem in beneficium dari. h. d. Vel sic. Nō residens in ecclesia parochiali: non ponens vicarium quando est annexa beneficio maioris, priuatus est ea. h. d. secūdū dictū sibi: *aliud autem*. ¶ Casus literalis. Dicitur in §. isto, quòd q habent parochialē ecclesiam in psona propria deseruiat eidē in ordine debito: & nō per vicariū: nisi fortè illa parochialis ecclesia sit annexa dignitati, vel præbēdæ: in quibus casibus per vicarium poterit ibi seruire canonicè institutum, qui habeat de prouentibus ecclesiæ congruam portionem: aliōquin sciat se illa priuatum authoritate huius decreti: & alij conferatur, qui velit & possit quod dictum est adimplere: id est, deseruire in ecclesia per seipsum. In fine dicit, ꝙ nullus de prouentibus ecclesiæ, quę debet habere curam proprij sacerdotis alicui conferat pro beneficio pensionē. Ber. ¶ † No. j. quòd habens ecclesiam curatam, tenetur illi deseruire personaliter: non autem potest constituere vicariū. videtur enī electa industria psonę: & sic nō pōt cura alteri delegari. Ad hoc. c. is cui. de offi. dele. li. vj. & s. de of. del. c. fi. & facit. l. inter artifices. ff. de sol. Hoc ītellige, nisi ex cā: & ad tempus velit sibi constituere vicariū: quo casu nunquid teneatur habere licentiā Episcopi: an solus possit constituere, vide tex. in. c. cum ex eo. de elec. lib. vj. & ibi per Io. and. & valet consuetudo, quòd ad modicum tempus possit solus ipse. & ibidem habetur quid faciendū in absente causa studiorū. ¶ No. ij. ibi: *in ordine.* & c, quis tenetur deseruire bñficio suo in ordine, quē ipsum
a beneficium requirit. [a] Si enim est ecclesia parochialis, debet Rector esse sacerdos. Idem in Abbatibus, Præpositis: & simi. vt in c. j. de æta. & quali. *Si verò* est Archidiaconus, sufficit quòd sit diaconus. c. cum in cūctis. §. inferiora. de elec. Si sunt canonici, debent ad minus esse subdia
3 coni: secundum Hosti. † Nam cum non posset eligi in Episcopum, nisi saltem sit subdiaconus. c. à multis. de æta. & quali. debent electores saltem esse in eodem ordine, vt electus & electores cōueniant. & propter hoc dictum Host. emanauit cle. vt hi, qui. de æta. & qualit. vbi dicitur, quòd canoni ci non existentes in sacris, non habent vocem in capitulo. & de hoc dic, vt plenius ibi no. & tene menti hoc dictum Host. Ex eo enim potest inferri, ꝙ Episcopus potest compellere canonicum: vt saltē se faciat promoueri ad subiaconatum: quia aliās ecclesia patitur defectum in consilio suo, & in administratione respectu ordinis. & de hoc tamen recurrendum est ad d.
4 cle. ¶ † No. iij. quòd ecclesia parochialis potest vniri p̄ bendæ & alteri dignitati: & ꝙ quis potest habere dignitatem & ecclesiam parochialem, quando vna venit accessoriè ad aliam. expresiūs habetur in. c. super eo j. eod.
5 tit. li. vj. ¶ † Not. iiij. quòd habens præbendam & ecclesiam parochialem illi annexam, debet deseruire in ipsa p̄ benda. & sic in ecclesia maiori: & sic præbenda ratione ecclesię in qua est, censetur maior, quā ecclesia parochialis. Et facit hęc litera in ar. ꝙ habens duo beneficia requirentia residentiā ex dispensatiōe, tenetur deseruire personaliter in maiori, & alteri per vicarium. quod etiam sentiunt hîc do. Et per hoc potest limitari gloss. nota. in c. non potest j. eod. libr. vj. quæ dicit, quòd habens duo beneficia incompatibilia, ex dispensatione pōt deseruire cui vult, vel p se, vel p vicariū vt riq̄. Debet enim illa gl. restringi, quando beneficia sunt æqualia: secus si vnum sit dignius reliquo. argu. opti. hîc. Si quis tamen vellet cauillari, & illam gl. ītelligere, vt iacet, posset respōdere ad istum tex. quòd hęc ecclesia parochialis erat annexa alteri: vnde ratione annexionis illa censetur quasi membrum alterius: vnde principaliter obligatur iste ad seruiendum ecclesię principali. sed quando sunt duę ecclesię per se stantes, non magis vrgentur à iure ad seruiendum vni, quàm alteri: sed primum dictum videtur æquius. argu. in l. j. ff. ad Silla. Debet enim subuenire mā
a gis indigenti. facit quod no. Inno. in. c. cum. iandudum. s. eo. ¶ No. ibi: *idoneum & perpetuum.* quòd vicariorū
b quidam sunt vicarij perpetui, & deputati ad curam animarum in foro pœnitentiali: quidam sunt temporales. & istorum quidam deputantur in foro pœnitentiali: vt
c in casu. c. cum ex eo. alle. quidam deputantur in foro cōtentioso, vt vicarij Episcoporum. de offic. vica. per totum. Et qualiter cōstituatur hîc perpetuus vicarius: dic, vt in glo. super ver. *perpetuum.* & in. c. ad hęc. de offi. vica. Et no. bene hunc tex. quòd de iure communi non potest quis deseruire per vicariū temporalem, etiam si ecclesia parochialis sit annexa prębendę, vel dignitati suæ.
6 ¶ † No. ibi: *congruentem. &c.* quòd iste vicarius etiam perpetuus, non debet habere omnes fructus ecclesię: sed tantùm congruentem portionem. Et no. quòd appellatur vicarius, & non Rector, quia cura saltē habitu pertinet ad Rectorem principalem. & ad istum vicarium solùm pertinet exercitium. de quo dic, vt no. in cle. vnica.
7 de offi. vica. & aliquid per gl. in. c. exposuistij. e. ¶ † No. in ver. *illud.* & tene mēti, quòd cessante fraude potest ex prouentibus vnius beneficij, constitui aliud beneficiū. Et sic collige bonam practicam, quòd vbi est vnum alta re multum pingue, vel ecclesia multum abūdans, poterit superior, maximè eavacante, ex certis reditibus constituere aliud beneficium: vel pro sacerdote, vel pro cle-
b rico. [b] Iste enim tex. solùm prohibet in fraudem: quia fortè quandoq; Episcopus volens prouidere cōsanguineo, vel amico, constituebat sibi pensionem pro beneficio: secus autem vbi cessaret fraus. Sic puto, quòd debeat intelligi. c. conquerente. de cle. non resi. vt ibi dixi. & facit. c. per tuas. & quod ibi not. j. de simo. ¶ Et ex prędictis no. quòd pensio potest constitui ex reditibus vnius beneficij alij assignanda. pro hoc. c. ad audientiam. de rescript. facit. c. quanuis. eodem titu. lib. vj. Sed tex. iste hîc loquitur, quando constituitur pro beneficio: non autem pro
8 sustētione nuda alterius. ¶ † Sed quęro ante, quàm descendam ad glos. hîc est prouisum de habente ecclesiam parochialem, vt deseruiat p se, nō per vicarium: quid dicendum [1] in alijs beneficijs? Host. hic sentit, quòd idem. Dicit enim: habens personatum, tenetur illi deseruire: vt in. c. ex parte. de cleri. non resid. De cardinalibus probatur in. c. ij. eo. ti. Item dicit in habente prębendam, suprà eo. ti. c. pen. Idem in alio ti. etiam viginti solidorum: vt in. c. conquerēte. Et per hoc sentit Host. quòd quodlibet beneficium ecclesiasticum requirit residētiā. quod satis plenè dixi in. d. c. conquerente. facit. c. peruenit. de appel. Ad istum text. qui facit arg. pro contraria parte, dum solùm prouidet in ecclesia parochiali: credo posse responderi, quòd habuit respectum ad communem consuetudinē, secundū quam ista minora non requirūt residentiam. & deseruit per vicarios. Et quòd cōsuetudo valet: probatur in. c. gratię. de rescrip. li. vj. vbi de hoc. & c. cum omnes. de consti. cum si. ¶ An autem valeat consuetudo in ecclesia parochiali, vt per alium quis possit deseruire [c] ? Ioan. de lig. in d. c. cum omnes. dicit, quòd non. Et pro eo induco bonum tex. in. c. licet canon. in fi. de elect. libr. vj. vbi Episcopus non potest dispensare, nisi ad tempus super residentia. Sed contrarium videntur hîc sentire doc. Dicūt enim in quodam casu excepto, quòd

a ¶ Requirit. Ad de eundem consi. xxvj.

¶ Clerico. Adde quod voluit Calde. consili. vj. hoc titul.

SEB. SAPIA.

c ¶ Deseruire. Vide Abb. in consi. xcvj. incipi. Iesus Christus. in. ij. vo. vbi vult, quòd ista consuetudo valeat: & sit communis per totam Italiā. vide Moder. in. c. cum omnes. s. de constitut.

ratione conſtitutionis ſeu conſuetudinis rationabilis poteſt quis deſeruire per alium: & quando ꝙ percipere fructus etiam per alium non deſeruiendo. Et hoc vltimum eſt vnum ſing. dictum limitans multa dicta Hoſtien. qui ſemper fuit in opi. vt non valeat cõſuetudo, ꝙ quis percipiat fructus: & non deſeruiat ſaltem per vicarium. ¶ Sed comprehẽdendo mẽtem doc. diſtingue, ꝙ aut beneficiũ eſt curatum: aut eſt beneficium ſimplex. Primo caſu ſi eſt annexum alteri: ſerua quod hîc dicitur. Si non eſt annexum, tenetur deſeruire eccleſię parochiali: niſi conſuetudo rationabilis, vel conſtitutio habeat, vt poſſit deſeruire per vicarium[a]. Secus vbi conſtitutio, vel cõſuetudo nõ eſſet rationabilis &c. Exemplum, quando canonicus eccleſiæ cathedralis habet eccleſiã curatam in titulũ: & eſt neceſſarius eccleſiæ cathedrali pro cõſilijs & alijs, nec ſuſtentari poteſt ex prębẽda. hæc enim cã eſt ſatis rationabilis, vt cõcurrẽte cõſuetudine, vel ſtatuto poſſit tenere vtrunq; & illi deſeruire per vicarium: ſecus vbi nulla ratio concurrat vt quia ſolũm vagandi cauſa nõ vult deſeruire eccleſiæ. Secundo caſu, quãdo beneficium eſt ſimplex: aut indiget ſeruitore: & tunc non valet cõſuetudo: vt non deſeruiat ſaltem per vicariũ: quia cõſuetudo eſſet nimis onerosa eccleſiæ. & hoc caſu intellige not. per doct. in. d c. cum omnes. ſi verò eccleſia non patitur defectũ in miniſtris: tunc valet conſuetudo: vt poſſit recipere reditus in abſentia, etiam non conſtituendo ſibi vicarium in loco ſui. & ſic diſtingue & intellige dicta doc. hîc, & poteris ſaluare cõſuetudinem hodiernã, quæ multum inoleuit in cathedralibus eccleſijs. & facit. c. cũ oẽs. ſ. alle. vbi nihil dicitur de vicario. & vide hîc multos caſus exceptos per doc. in quibus poteſt quis deſeruire per vicarium. ¶ † In gl. *ſuam.* in ver. *priuatum.* in fi. Hæc gl. multũ vacillat, quia ibi fuit viſum valde rigoroſum, ꝙ ex non reſidẽtia ſit priuatus quis ipſo iure, ſine monitione[b], ſed tandẽ in fi. videtur approbare intellectũ, vt pœna iſta cõcernat ſolũ primum caſum huius §. ſcilicet quãdo non deſeruit per ſe, in eccleſia curata alteri non annexa. Hoſti. tenet hîc aliam lect. vt pœna concernat ſolum ſecundum caſum, quando eſt annexa, & nõ deſeruit per vicarium perpetuũ. & dicit, ꝙ ſi intra ſex menſes nõ preſentat Epiſcopo vicarium, incidit incontinenti in iſtam pœnã: & priuatur non ſolũ preſentatione: ſed etiã fructibus beneficij invita ſua. Adducit in arg. c. ij. de conceſ. prębẽd. hæc lec. Hoſt. videtur placere doc. ſequẽ. vt loã. an. do. Gardi. & do. Anto. tum, vt euitetur iurium corrẽctio: tum, quia videtur magis exoſum, ſi poteſt deſeruire per vicarium. & non deſeruit: & ſic iura poſita, de cleri. non reſi. remanent incorrecta. Inn. aũt videtur velle, ꝙ pœna referatur ad primũ caſum. Sed aduerte, omnes ferè doc. hîc poſt Inno. in hoc conueniunt, ꝙ pœna huius. c. nõ habeat locum niſi poſt admonitionem factam congruis loco & tempore, reſidendo & præfixo tempore, vt reſideat. quo lapſo, ſi nõ deſeruit, priuatus eſt ipſo facto. ¶ † Et ponit hîc Inno. vnam theoricam, quæ allegatur per omnes: quòd vbi pœna[c] apponitur negatiuè nõ committitur, niſi præcedat monitio: ſecus ſi affirmatiuè: vt in caſu. c. ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. aſſignat rationem, quia facta patent, negata latent, & eſt vna theorica multũ ſolennis. Sed ego hũc §. commentaui ſolenniter & repetij: & interſerui materiam diſpenſationis circa pluralitatem beneficiorũ: & ibi plenè videas, ſed quãtum ad propoſitũ nõ fui ſecutus hanc theoricam Innoc. ¶ † Et pro intellectu. c. duo ſunt videnda. Primò nunquid pœna huius §. referatur ad primum, vel ſecundum caſum. Secundò nunquid requiratur monitio ante, quã committatur pœna. Quo ad primum credo ꝙ iſta pœna cõcernat vtrunq; caſum. Probatur per. c. inquiſitionis. de appel. vbi patet, quòd clauſula etiã odioſa poſita in fine diſpoſitionis, concernit etiã omnia precedentia: etiam ſi ſunt diuerſa. Item facit tex. hîc, dũ dicit: *qui velit & poſſit quod dictum eſt adimplere &c.* vnde pondera illa verba, *quod dictum eſt &c.* Cum enim ſint verba indefinita concernunt omnia præcedentia. Item iſte §. emanauit principaliter propter primũ caſum: vt patet in prin. Si ergo pœna nõ referretur ad primũ caſum, de nihilo ſeruiret iſte tex. cùm iã per priora iura latius eſſet prouiſum: vt qui deberet deſeruire p ſe in eccleſia collegiata: vt in. c. quia nõnulli. &. c. relatum. de cle. non reſi. ergo cum iſte §. fuit conditus in concilio generali, & principaliter emanauerit propter primum caſum, nõ debemus dicere, ꝙ pœna nõ referat ad primũ caſum. Concludo ergo, ꝙ pœna huius §. concernit vtrumq; caſum & oĩa præmiſſa. ¶ † Ad ſecundum, nunquid requiratur ſaltem monitio, vt pœna ipſo iure committatur? Et credo, quòd nõ. nam eccleſia militans poteſt punire, & afficere delinquentẽ omnino occultum. & licet pœna non habeat locũ quo ad nos habet tamen locum re ipſa, & quo ad Deum: [d] vt diſputat gl. in cle. j. de hære. vnde licet factum lateat nos, tamẽ non latet Deum. & contra theoricam Inno. adduco glo. no. in. l. j. de his, quibus vt in. de qua facit feſtum Bar. in. l. in cognitione. ff. ad Sillan. vbi concludit, quòd pœna apposita non vindicanti mortem defuncti, ipſo facto eſt inflicta, ex quo habuit quis facultatem vindicandi & non vindicauit: & ſic eſt pœna apposita negatiuè: ideſt ſi non fecerit &c. intelligit apposita eo ipſo, quòd quis habuit facultatem faciendi & non fecit. Vnde aduertendum, ꝙ quãdo ꝙ ſpe prẽmiorũ quis inducitur ad aliquid non faciendum: & tunc in ſtipulantibus non debetur prẽmiũ, niſi definant facere. l. ſi ita ſtipulatus. de ver. obl. Exẽplũ: promitto tibi decem, ſi capitolium non aſcenderis. non debentur tib: decem, niſi deſinas primò poſſe aſcendere: nec ſufficit, quòd habueris facultatem aſcendendi, & nõ aſcẽdiſti. In legatis verò aliud eſt: nã ne ſint inutilia ipſis legatarijs, prouidetur per cautionem de nõ faciendo. de qua in. l. mutianæ. ff. de condi. & demõ. Quando ꝙ metu pœnæ inducitur quis à lege ad aliquid faciendum: & tũc eo ipſo, quòd habuit facultatem faciendi, & nõ fecit: pœna eſt cõmiſſa: vt in. d. l. j. & ſic in caſu huius. c. & pro hoc bonus tex. in. c. cupientes. poſt prin. de elec. lib. vj. Ratio enim Inno. non concludit, niſi quo ad ignorãtes: nã illud quod eſt certum naturæ, eſt certum legi. l. ſi pater. ff. de ſol. vnde ſi ſine cauſa non reſidet, vel non ponit vicariũ, & habuit facultatem faciendi eo ipſo, lex priuat, & injicit vinculum ſuum: quia vt dixi: poteſt afficere delictum omnino occultum: ſed quia homo poteſt dubitare, vtrũ ex cauſa nõ facit reſidentiam: ideò prẽmittitur monitio & ſic quo ad certificationem eccleſiæ militantis. *Si* ergo poſſit probari ex coniecturis, quòd habuit facultatẽ reſidendi erit priuatus ſine alia monitione: nec placet, vt expectetur lapſus ſex menſiũ: vt dicit Hoſt. quia c. ij. quod alle. nõ loquitur in eo, qui habet ponere vicarium perpetuum. ſed in debente cõferre: vt ibi dicam latius. ¶ Nũc reſtat reſpondere ad iura, quæ requirunt reſidentiã: maximè ad. c. ex tuæ. de cle. non reſi. Ad quæ põt dari multiplex reſponſio: ſed hîc ſubijcio tantum vnã. Poſſunt primò ſaluari in ſimplicibus beneficijs. Secũdò, quando nobis eſt ignotum, vtrum ex cauſa non reſideat: tunc enim poteſt ſaluari theorica Inn. ſecus vbi ex cõiecturis indubitatis poteſt patere, quòd ſine cauſa nõ reſideat. ¶ Vlti. ſcias, quòd non ponens vicariũ in eccleſia annexa prębẽdæ, vel dignitati priuatur ipſe ſolũm in vita ſua: non autem priuatur dignitas, vel prębenda: quia delictum perſonæ non debet nocere dignitati. & de hoc videas latius hîc per doct. ¶ In gloſſ. penul. in fin. Sed primum dictum eſt verum vt probatur. in. c. ſuper eo j. eo. titu. li. vj. Nec dicitur habere duas eccleſias curatas: cum altera eſt annexa prębendæ. Eſt enim intitulatus in prębenda, & nõ in eccleſia annexa. & ſic limita. c. de multa. ſ. eo.

¶ Solen-

a ¶ Per vicariũ. Ad de videndũ Lap. alle. c. xxxvj. & vide melius per Anchara. conſi. xvij.

b ¶ Sine monitiõe. Adde videndum Feder. conſi. cix.

SEB. SAPIA.

c ¶ Quod vbi pœna. Hanc doctrinam declara, & limita, vt eſt Imo. & Io. de Ana. relatos per Feli. in c. j. col. iij. verſi. ſecũdo intelligũt. ſ. de conſtitu. vt nõ procedat, quãdo agit de pœna grui, vt eſt depoſitio. & ad hanc doctrinam vide plenè per eundẽ Fel. in. c. ij. j. de magi.

SEB. SAPIA.

d ¶ Quo ad deum. Idẽ voluit Abb. in. c. excõicatiõi. j. de rapto. & Fel. in. c. ij. co. ij. verſi. tertiò limita. j. de magiſt.

¶ Solennis Repetitio domini Nicolai. §. qui verò. c. extirpandæ. de præbẽ. quæ in lecturis ordinariè non habetur, & fuit per ipſum repetita anno domini. M. cccc xv.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non ſeruiens per ſe, vel per alium in eccleſia parochiali annexa canoniæ: an priuetur etiam nulla monitione præcedente.*
2 *Eccleſia parochialis requirit reſidentiam, nec in ea regulariter per alium deſeruitur. 4. 6.*
Papa ſolus poteſt diſpenſare ſuper non reſidentia in perpetuum in beneficio: ſed ad tempus ex cauſa quilibet ſuperior poteſt.
3 *Doctor, an poſſit per alium æquè idoneum legere, & conſequi ſalarium.*
4 *Quilibet ſacerdos ſiue bonus, ſiue malus conficit corpus Chriſti, nõ tamen exaudiuntur preces mali ſacerdotis, ſicut boni.*
5 *Clericus habens plura beneficia diſpenſatiuè, cogitur maiori deſeruire.*
6 *Citatus à duobus iudicibus, debet maiori obedire.*
Clericus diſpenſatus ad duo beneficia, videtur diſpenſatus quòd nõ teneat reſidere.
7 *Vniuerſitas ſcholarium in qua tot ſunt laici, quot clerici, dicitur eccleſiaſtica, quia maius dignum attrahit ad ſe minus dignum.*
8 *Canonici debent eſſe ad minus ſubdiaconi.*
Cardinalis nullus eſt, qui non ſit Diaconus.
9 *Vicarij alij ſunt perpetui, alij temporales, qui conſtituuntur ad ſeruiẽdum pro alio in aliqua eccleſia curata. & quare ſic dicantur.*
Clerici abſentes ex iuſta cauſa participant de fructibus: aliàs fructus conuertuntur in vtilitatem eccleſiæ. 31.
10 *Eccleſia parochialis, quæ dicatur: & quis dicatur parochianus. 11.*
12 *Presbyter parochialis poteſt delegare curam ſuorum parochianorũ ad modicum tempus ſine licentia Epiſcopi.*
13 *Beneficium in quibus caſibus non requirit reſidentiam.*
14 *Vicarius perpetuus non priuatur officio, ſi moriatur rector, qui ipſum poſuit, & alter ſuccedat.*
15 *Vicarius perpetuus, an rector dicatur habere ius curæ in eccleſia parochiali?*
17 *Clericus, qui poteſt & debet ſeruire per vicarium, & non ſeruit: ipſo facto eſt priuatus.*
18 *Clericus non reſidens per ſe in eccleſia curata alteri non annexa, cauſa legitima ceſſante, ipſo facto eſt ea priuatus. ſed an requiratur aliqua monitio: vide nu. 19.*
Clauſula etiam odioſa in fine poſita, reſpicit præcedentia, etiam extranea.
20 *Electus in prælatum alicuius eccleſiæ immediatè ſubiectæ Papæ, debet immediatè poſt conſenſum electioni preſtitum, ire ad Papam ad proſequẽdam electionem: aliàs priuatur ipſo facto.*
21 *Citatus non ſpecificata die debet comparere: quàm citius poterit. Idem ſi dies fuit præfixa: & in ea non potuit comparere.*
Delictum omnino occultum, ligatur per conſtitutiones eccleſiæ militantis.
22 *Monitio non requiritur, quando certum eſt illum, cui debet fieri, non habere facultatẽ aliquid faciendi, vel in aliquo actu interueniendi. 19. & ſe.*
23 *Collator beneficiorum, ſi non conferat beneficium vacans intra ſex menſes, priuatur ipſo iure: ſecus eſt in illo, qui habet inſtituere præſentatũ, vel electum confirmare.*
24 *Clericus, qui ex aliquo facto ſuo occulto, eſt priuatus ipſo iure à beneficio, non retinet illud bona conſcientia, licet illud cõſtet niſi ſibi, quia Deum nihil latet.*
25 *Epiſcopus nullam cauſam audire debet, ſine ſuo capitulo, vbi ſolennitas iuris requiritur: aliàs ſecus.*
26 *Clericus abſens à ſuo beneficio, præſumitur fraudulenter abeſſe: ideò requiritur triplex citatio: ſed ſi conſtaret de fraude, ſtatim poteſt priuari.*
27 *Clericus, an poſſit habere duo beneficia curata, vel duas dignitates in vna vel diuerſis eccleſijs: in eadem, vel diuerſis diœceſibus, ſiue curata, ſiue ſimplicia: ſiue requiran t reſidentiam, ſiue non. 30. & 46.*
Beneficia plura & plures dignitates, quibus caſibus poſſunt eſſe apud vnum.
28 *Impetrans beneficium debet facere mentionem de primo obtento, etiam minimo.*
29 *Papa poteſt diſpenſare generaliter, vt vnus poſſit habere plura beneficia curata, cum cauſa tamen: aliàs ille diſpenſatus non teneret cum conſcientia: & Papa non diceretur diſpenſator, ſed diſſipator. 43.*
Epiſcopus an poſſit diſpenſare in pluribus curatis beneficijs propter vtilitatem eccleſiæ. 38. & 40. & ſeq.
30 *Clericus non poteſt plura beneficia, etiam ſimplicia requirentia tamen reſidentiam, de iure communi tenere. quid autem, ſi non requirant reſidentiam. vide nu. 34.*
31 *Clericus beneficiatus, an poſſit percipere fructus ſui beneficij in abſentia, tam de beneficijs curatis, quam ſimplicibus. 9.*
Conſuetudo, quòd in beneficijs ſimplicibus quis non cogatur reſidere, quo caſu valeat.
32 *Clericus vagans poteſt priuari beneficio, etiam ſimplici.*
33 *Clericus abſens cauſa ſtudiorum, poteſt percipere fructus etiam beneficij curati: quia dicitur ſaltem ſeruire eccleſiæ vniuerſali.*
35 *Conſuetudo ſuper plralitate beneficiorum, an valeat: dato quòd de iure communi non poſſint plura teneri.*
36 *Conſuetudo, quòd poſſint retineri plures eccleſiæ parochiales, non valet.*
Idem, quòd poſſint teneri plura beneficia ſimplicia: ſiue exigant reſidẽtiam: ſiue non.
37 *Præſcriptio circa illa, quæ ſunt ad publicam vtilitatem, non valet.*
38 *Clericus vtrum poſſit retinere plura beneficia: & qualia cum diſpenſatione Epiſcopi.*
Papa ſolus poteſt diſpenſare circa plures dignitates, perſonatus, & beneficia curata, qui ardo iſta principaliter conceduntur in honorem perſonæ quo caſu legatus de latere non poteſt. 39. & ſeq.
Epiſcopus poteſt aliquo caſu diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum curatorum. 40.
41 *Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper duobus ſimplicibus beneficijs diſformibus, vel ſuper vno curato, & alio ſimplici in eadem eccleſia: in diuerſis verò diſtingue, vt hîc dicitur. nu. 42.*
Conſuetudo, quòd poſſit diſpẽſari per Epiſcopum ſuper duobus beneficijs conformibus, non valet.
42 *Diſpenſatus à Papa ſuper pluralitate beneficiorum cauſa cognita, eſt tutus apud Deum, aliàs ſecus.*
44 *Papa licet poſſit tollere ius poſſitium pro libito voluntatis, procedit quo ad eccleſiam militantem: ſed quo ad Deum non poteſt, quando eſt fundatum ſuper bono & æquo.*
Papa de ſola hæreſi poteſt iudicari, de alijs verò non: quia Papa iudicat omnes: & à nemine iudicatur.
45 *Acceptio perſonarum non debet eſſe penes Papam, ſcilicet, quando ſunt perſonæ æqualis conditionis: aliàs ſecus.*
46 *Clericus non poteſt eſſe pluralis in beneficijs, ſiue ſimplicibus: ſiue curatis iure ſpeciali ceſſante. 30. 35. & 36.*
Beneficia etiam ſimplicia de iure ſcripto, requirunt reſidentiam perſonalem. 30.
Clericus habens beneficium ſimplex de cõſuetudine poteſt in abſentia percipere fructus, etiam nullo vicario, vel ſubſtituto relicto, niſi ex abſentia graue præiudicium inferat eccleſiæ, vel ſit vagabundus. 31. verſi. ſed aduertendum. & ſeq.
Conſuetudo non valet, quòd quis poſſit ſeruire beneficio curato per ſubſtitutum: neque quod poſſit ad lõgum tempus aliquẽ ſubſtituere. 32. ver. ex prædictis. & nu. 2.
Beneficia plura ſimplicia etiam reſidentiam iure ſpeciali non requirentia, non poſſunt de iure eſſe penes vnum. 36. ver. aut quærtur, quando vnus per ſe eſt ſufficiens. 34.
Beneficia duo curata, non poſſunt eſſe penes vnum etiam ſtante de hoc cõſuetudine: & etiam quod vnus per ſe non ſit ſufficiens. & nu. 36.
Epiſcopus poteſt diſpẽſare ſuper duobus curatis, ſi hoc faciat principaliter ob bonum publicum. 29. 39. & 40. & ſeq.
47 *Beneficium curatum, vel gratia de eo obtinendo, an vacet per adeptionem ſecundi ſimplicis requirentis tamen reſidentiam, & ſi vacat, an vacet ex tacita renuntiatione, vel quomodo. 49. & 51. an ipſo facto. 52.*
Beneficium ſimplex vacat per adeptionem alterius ſimplicis ipſo facto.
48 *In pœnalibus non fit extenſio, vbi non eſt eadem ratio. 50.*
52 *Canonici ſcienter eligentes in canonicum aliquem habentem conſimile beneficium in alia eccleſia: videntur ei remittere reſidentiam quo ad canoniam: ſed non quo ad præbendam, ſi quam habet: ſecus ſi ignorabant ipſum fore beneficium.*
53 *Papa committit ſimoniam accipiendo pecuniam de beneficijs, vel de titulo ipſorum. 58. quia gratis ſunt conferenda: pecuniam etiam conuertendo in vſus pios. 54.*

a ¶ Æ què idoneũ Adde q̃ Ro. fin. fuis. fol. xxj. dicit q̃ põt filium substituere, vt facie- 54
bat Bar. & ibi vide alium casum. 55

ZACHARIAS.

¶ Adde, q̃ voluit alle. Rom. xxiij. fin. xclxiij. vel secũdũ veriorẽ sup putationẽ, singu. clxvj. inc. illẽ cuius industria. de quo per Ant. cor se. fin. suis. in ver. substitutus. inci. volens seruire per substitutum. no. Iac. rebuf. in l. j. num. 2. & ibi in apo. Cel. in ver. p substitutũ. C. de prin. agen. in re. li. xj. & dixi aliqd in apost. ad istum inci. firmiter. nu. 2. in versi. alium substituere. post alios. ŝ. de summa trinitate.

ℭ SEB. SAPIA.

a ¶ Æ què idoneũ. Vide per Areti. & alios in l. continuus. §. fi ab eo. ff. de ver. obl. & la tè per Feli. in d. c. fi. §. his autem. ŝ. de offi. del. e.

b ¶ Maiorẽ eligere. Adde pro hoc quod consuluit Ro. consi. xlvj. q̃ confœderatus cũ duobus Principibus: si eodem tẽpore ab ambob⁹ fuerit requisitus, quòd debet maiori obedire.

ℭ SEB. SAPIA.

c ¶ Minus dignũ. Vide Deci. in ru. de iudi. in j. lectu. col. ij. vbi limitat illã reg. q̃ dignior a sint præponẽda: vt non procedat, quãdo illa veniunt accessoriè.

Simoniaci dicũtur propriè illi, qui corrumpunt: corrupti verò vocantur Giezziatici.

Simonia est species hæresis.

Papa peccat, si committit aliquid, quod sit contra Dei institutа.

Simonia non committitur, si pecunia accepta venditur à Papa administratio temporalium alicuius loci pij: sed ille, qui emit non est tutus quo ad deũ.

Papa non potest facere ea, per quæ deniger̃atur status ecclesiæ.

Constitutio. lex siue statutum, potest in eodem facto etiã inseparabili aliquem ligare, & aliquẽ non.

Crimen Simoniæ oritur ex pecuniæ datione propter beneficij spiritualis institutionẽ, adeò, vt etiam Papa huiusmodi crimine inuoluatur, si talis beneficij administratio & executio clauũ potestatem cõcernat. Et aliàs secus, licet alio crimine inuoluatur. Et tum quid de dante?

nulla differentia habita,an ſit perſona literata,an potens, vel vilis vel illiterata:ſed ſolũ ponderato,an fiat principaliter propter vtilitatem eccleſiarũ.& hoc caſu dicã Epiſcopo diſpenſandi poteſtatem minimè eſſe ademptam.& ſic.c.ſanctorũ.in hoc non eſſe correctum:quia cũ nullum ius habeatur expreſſum contra.c.ſanctorum.niſi.c.de multa.quod propriè loquitur:vt. §. dixi: videlicet, quando diſpenſatio ſit principaliter ob honorẽ & prærogatiuam perſonæ:dicã etiã hodiè illud.c.in alijs caſibus obtinere firmitatẽ. Fortè enim in aliqua perſona multũ ſolicita de diuite,qui melius ſciret gubernare,& augmẽtare duas eccleſias,quã duo rectores: vel non reperitur aliquis acceptare volens illã eccleſiam, niſi cura tus alterius eccleſiæ.nam ſatis eſſet abſonũ dicere hoc caſu Epiſcopis eſſe ademptã poteſtatẽ:cum nullibi hoc cauetur expreſsè. Nõ tamen dico prout dicũt Hoſti.& Pe.& Abb.q.c.de multa.loquatur quando diſpenſatio fienda non eſt:vt.§.dixi:ſed quando principaliter ob prærogatiuã perſonarũ:ſecundariò ob bonum publicum ſpirituale:vt.§.dictum eſt. Nã in fauorẽ perſonæ non debet recedi à iure cõmuni:vt in.c.miramur.lxj.diſt.ſed propter vtilitatem ſuperuenientem ex perſona,bene receditur â iure cõmuni:vt dicit glo.no.in præalleg.c.miramur,& ſatis probatur in.c.de multa.§.eo. Fateor tamẽ,q ille qui diſpenſat,non debet habere reſpectum ad perſonam ſed ad vtilitatem cõmunem, quæ ſequitur ex perſona:diſpenſatio tamẽ hoc caſu principaliter concernit vtilitatem perſonæ:licet diſpenſans habeat,& habere debeat reſpectum ad bonum commune. ¶ Et huiusiuris correctionis cauſa potuit oriri ex indiſcreta diſpenſatione, quam faciebant Epiſcopi: vnde Papa ad hoc obuiandum,voluit ſibi ſoli reſeruare diſpenſationẽ, quando venit fienda principaliter propter prærogatiuam perſonarum:quia ex dilatione nullum imminet periculum eccleſijs.ſed quando venit fienda principaliter propter prærogatiuam & vtilitatem eccleſiarum,voluit ius antiquum remanere incorrectum quia ex dilatione potuiſſet irrogari eccleſijs maximum præiudicium.& hæc diſtinctio eſt multum æqua,& eccleſijs fauens:& prouidetur per eam fraudibus adhibendis,& etiam vtilitati eccleſiarum:& euitatur iurium correctio,inquantum fieri poteſt. nec alia iura ſuperius allegata apertè faciunt contra hanc concluſionẽ. Sed.c.ordinarij.de offi.ord.lib. vj. facit aliquantum contra hanc concluſionem,in.§.ſi verò.vbi dicit text. q ſi dubitatio oritur ſuper diſpenſatione circa duo curata,recurrendum eſſe ad ſedem apoſtolicam,cuius eſt æſtimare quem modum ſui beneficij eſſe velit.&c.ergo tacitè innuit,q ſolus Papa diſpenſet: aliãs dixiſſet recurrendum eſſe ed eum,qui diſpenſauit.Sed reſpondeo,quòd Papa retulit ſe ad id,quod ſæpius & frequentius accidit.iuxta not.in c.literas.de deſpon.impuber. Nam rarò contingit diſpenſatiõem fieri per Epiſcopum & ſuper ea dubitari,ſed vt plurimum ,ppter varia reſcripta,quæ ab apoſtolica ſede emanãt oritur hæc dubitatio.ſed in alio ille tex.facit pro:quia in princi.dicit epiſcopũ debere cõpellere quoſlibet detinẽtes duo curata, ad oſtendendũ diſpẽſationes,quarũ authoritate illa poſsident.& ſic non dicit,diſpẽſationes ſedis apoſtolicæ: ſed in genere dicit, quarum authoritate &c.ſufficit quòd ille tex.non venit diſpoſitiuè ad correctionẽ.c. ſanctorũ.debet ergo intelligi & reſtringi ſecũdũ alia iura. ¶ Aduertendum tamen , quia circa duas perſonas,vel duas dignitates, vel præpoſituras,ſeu adminiſtratiões,aut duo officia, vel eorum alterum cum reliquo obtinenda in eadem eccleſia etiã cõſuetudine exiſtente Epiſcopus diſpẽſare nõ poteſt:vt in.c.j.de cõſue.lib. vj.vbi eſt expreſſum. An autẽ poſsit diſpẽſare circa prędicta in diuerſis eccleſijs,quo ad officia nõ curata:Ioã. mo.ibi dicit q conſtitutio non loquitur in diuerſis Eccleſijs:ſed Archid.ſub dubio fatè,ibi etiam de diuerſis Eccleſijs hoc intelligit, quo ad dignitates, perſonatus,vel officia.& dicit quòd in illo.c.j.loquitur de eadem: quia ſic de facto occurrit.Ioan.and.ibi dicit,q illud.c.non procedit in diuerſis Eccleſijs quo ad officia non curata. ¶ † Secundo caſu principali,ſcilicet cum quæritur quid in pluribus ſimplicibus. glo.communiter tenet,q Epiſcopi diſpenſatione poſsit quis obtinere plura ſimplicia,ſeu curatum,ſeu dignitatem cum ſimplici: vt no.gloſſ.in.c.literas.de conceſſ.præben.&.c.de multa.§.eod.& q.dudũ.ij.de elec.& in.c.ſuper eo.j.eo.tit.lib.vj.& in.c.j. de cõſue. eo.libr.Et huius opi.fundamentũ elicitur ex.c. ſanctorũ.lxx.diſt. vbi indiſtincte permittit Epiſcopo diſpẽſare etiã circa duo curata.&.c.de multa.tantũ loquitur de curatis & dignitatibus.In ſimplicibus ergo,vel curato & ſimplici , remanet antiqua diſpoſitio prælleg.c.ſanctorũ.Sed Ioã.an.in.c.literas.aliter,& melius videt diſtinguere.& idem ſentit gl.in cle.fi.j.eo.tit.videlicet,q aut vult Epiſcopus diſpẽſare ſuper pluribus beneficijs ſimplicibus,vel curato,vel dignitate & ſimplici beneficio,in eadẽ eccleſia,aut diuerſis.Primo caſu,aut beneficia ſunt difformia,vt ſuper dignitate & præbenda:& poteſt argui ex.c.j.de cõſue.lib.vj.& quod ibi no:facit.c.cũ noſtris.de cõceſ.præbẽ. Aut ſunt vniformia & ſuper duabus præbendis,vel canonijs:& non poteſt:imò cõſuetudo in contrarium non valeret:vt præalle.c.literas. & no.in præalleg. cle:fi. ¶ Quæ autẽ ſit ratio,quare magis in diuerſis officijs eiuſdẽ eccleſiæ,quàm canonijs poſsit Epiſcopus diſpenſare?dic ſecundũ Ioã. an.& bene,q ſi eſt canonicus pluriũ eccleſiarum ex diſpenſatione ſemper eſt reperire in qualibet eccleſia numerũ completum ,nec frangitur numerus:quia in vnaquaq; ero decimus, vel duodecimus,vel quartusdecimus ſecundũ ordinẽ receptionis meæ,& idẽ ſi in eccleſia ſunt beneficia de per ſe & canonicatus.Nam nunc canonicatui, nunc officio potero deſeruire:ſed ſi mihi canonico detur in eadem eccleſia alia canonia:tunc aut eccleſia non habet numerum,aut habet:ſi non habet,non procedit iteratio :quia fieret tantummodo quo ad vocem , ſicut cùm ſecundò manumittitur manumiſſus:baptizatur baptizatus , ordinatur ordinatus.lxviij. diſt.c.quod verò.& quod ibi no. ¶ Secũdo caſu cum habet numerum,per diſpenſationem numerus frangitur.nã ſi eſſent.xij.canonici:& habeo duas præbendas,tantùm eſſent. xj.& ſic de ſingulis. Nõ enim poteſt eadẽ perſona bis numerari.patens eſt ergo ratio fractionis numeri.Item ſubtrahitur eccleſiæ alterius cõſilium & ſubſidiũ.Nam ad hoc ex prima canonia tenebatur,& ſic per ſecũdam nil additur.vnitas ergo eccleſiæ & officiorũ prohibet,& diuerſitas eccleſiarum & officiorũ permittit.Et per hoc non obſt. q plus ſit habere dignitatẽ & canoniam,quã duas canonias, quia hoc vltimo caſu militat ratio prohibitionis.ad hoc,quòd not.Io. an.in.c.ſi.de trãſlat.prælat.& gl.in præalle.clemen.ſi. ¶ † Tertio caſu principali quando talia beneficia ſunt in diuerſis eccleſijs.& tunc Io.an.& communiter doct.in præalleg.c.literas.& in.c.cum iandudum.§.eo:tenent,q Epiſcopus poſsit diſpenſare.ſed contra hoc apertè facit.c.ſanctorum.vbi dicit tex.licet enim Epiſcopi diſpenſatione vnus diuerſis præeſſe poſsit eccleſijs,canonicus tamẽ præbẽdarius,niſi vnus eccleſiæ in qua conſcriptus eſt:eſſe nõ debet,& ſic apertiſsimè dicit Epiſcopũ diſpenſare nõ poſſe:vt vnus habeat duas præbendas etiã in duabus eccleſijs. ¶ Et ideò videtur ſic dicendum,q aut Epiſcopus vult diſpenſare ſuper duobus beneficijs,vel duabus canonijs,& poteſt.Aut ſuper duabus præbendis diuerſarũ Eccleſiarum,quarum quælibet per ſe ſufficit: & nõ poteſt.Et iſte eſt proprius præalle.c.ſanctorum.licet ibi glo.dicat q etiam ſuper duabus poteſt,quando ſunt in eodem Epiſcopatu: ſecus ſi in diuerſis.& in hoc vltimo caſu videtur intelligere illud c.quod non placet,quia eſt maxima limitatio ad illum text. Et primum intellectum ad illud.c.videtur ſentire Innocen.in.c.fina.de cleric.non reſiden.vbi dicit,q Epiſcopi diſpenſatione non poteſt quis eſſe canonicus præbendarius in diuerſis eccleſijs,ſed canonicus tantùm ſic, per præallega.c. ſanctorum.à contrario , vbi dicitur,quòd non poteſt eſſe canonicus præbendarius in diuerſis eccleſijs:ergo canonicus tantùm ſic. Et ratio diuerſitatis ſecundùm eum,quia ſi haberet duas præbendas :notaretur cupiditas: vt in.c.cum iandudum.§.eodem. Item diminuerentur præbendę aliorum:& non debet fieri diſpenſatio cum alterius præiudicio. hoc vltimum intellige quando præbendæ non ſunt diuiſæ :quo caſu fieret alijs præiudicium,ſi diſpenſaretur cum alio . ſed quòd habeat canoniam in alia eccleſia,eſt potius oneris, quàm commodi.Item expedit eccleſiæ plures habere conſiliatores:quia integrũ eſt iudicium.&c.lxiij.diſtin.exempla.&.c.prudentiam.de officio delega.Sed dices quare duo beneficia poſſunt alicui diſpenſatiuè concedi:& non ſic duæ præbendæ?Innocen.non reddit rationem:ſed poteſt dici,q præbenda principaliter conceditur alicui, vt inde quis neceſſaria ſibi ſuſcipiat:vt dicit tex.xij.q.j.c.fin. vnde ſi quis habet præbendam ſibi ſufficientem,aliam non debet conſequi,ſed beneficium conſequitur principaliter propter diuinum cultũ;& vt gerat negotia beneficij.vnde poterit eius reditus conuertere in vtilitatem beneficij.& ſic nulla hoc caſu denotatur cupiditas.Et hoc puto verum,niſi diſpenſatio fieret principaliter propter prærogatiuam perſonæ . quo caſu dico Epiſcopum poſſe diſpenſare etiã ſuper duabus prębendis diuerſarum eccleſiarum.arg.in præalleg.c.de multa.vbi tantùm prohibetur circa curata & dignitates

43 circa ſublimes & literatas perſonas. ¶ † Sextum erat examinandũ,an ſit tutus quo ad Deũ ille,cum quo diſpenſatur per Papam circa pluralitatem beneficiorum vtilitate publica non ſuadente.Ioã.de lig.vbi.§.dicit,q non. Sed aduerte:quia pro ſolutione huius dubij præmittendum eſt,quod no.beatus Tho.ij.ij.q.xcvij.arti. vltimo: vbi diffiniens diſpenſationẽ dicit,q diſpenſatio eſt commenſuratio communis ad ſingula:inde gubernator familiæ dicitur diſpenſator:quia diſpenſat ſingula ſingulis & laborẽ & præmium.& tali diſpenſatione indigemus, quæ legẽ vniuerſalem ex cauſa interdum relaxaret.Hoc autem,ſcilicet communem relaxare, ſpectat ad illũ , qui poteſt legem communem edere,vt eſt Papa,vel Imperator:non ad inferiorẽ,niſi quatenus à lege ſibi permittitur:vt plenè legitur & no.in.c.at ſi clerici.de iudi.&.c.dilectus.de temp.ord.& per Archi.in.c.licet canõ.de elec. lib.vj.Diſpenſans aũt debet habere intuitum rationis & boni vniuerſi,& cauſæ propter quã diſpenſat:quæ cauſa in beneficijs poteſt eſſe triplex: neceſsitas, vtilitas, & euidens prærogatiua meritorum:vt in.c.de multa. &.c. expoſuiſti.§.eo.&.j.q.vij.c.diſpenſationes.cum duobus ſeq.quibus ceſſantibus:vt quia diſpenſans nuda voluntate mouetur,non habens intuitum ad aliquod prædictorum,non meretur dici diſpenſatio,ſed diſsipatio.Requiritur enim in diſpenſatione fides & prudẽtia.vnde Luc. xij.Quis putas fidelis eſt diſpenſator & prudens,quẽ cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam. &c. Infidelis autẽ eſt diſpenſator,qui non habet intuitum ad bonum commune. Item eſt imprudens in non comparando cauſas prædictas:& ideo diſsipator propriè dici poteſt. ¶ Ex his ſequitur ſolutio quæſtionis,in qua diſtinguendũ eſt inter diſpenſationem factam cauſa cognita:vt ſit tutus etiam quo ad Deum ille,cum quo Papa ſuper pluralitate diſpenſauit.Aut hoc fecit ſine cauſæ cognitiõe: & nõ ſit tutus quo ad Deum,ſed quo ad forum eccleſiæ militantis,in quo ſæpe fallitur & erratur:quo caſu Deus aliter iudicat de homine,quàm miniſtri Dei & iuſtitiæ: vt in.c.cum æterni.de re iudi.&.c.à nobis.j.de ſenten.excõ. Ad hoc facit quod legitur & no.de voto.c.nõ eſt .xxiiij.

44 q.iiij.ſi is qui.&.xxiiij.q.j.manet. ¶ † Sed contra prædicta facit,quia prohibitio pluralitatis deſcendit à lege canonica,nõ diuina:ergo aliud eſt dicendum in Papa : qui

a poteſt ſupra ius* diſpenſare,& illud in totum etiam tollere:quia ipſe ſolutus eſt legibus:iuxta not.per Inn.in.c. cum ad monaſterium.de ſtat.regu.vbi expreſsè tenet, q Papa contra ius poſitiuũ,vt cõtra illud,q non liceat habere duas curatas:poteſt nuda volũtate diſpenſare: quia eius eſt tollere,cuius eſt concedere.& de factis Papæ di-

* ſputare non licet.xvij.q.iiij. * c.ſi quis ſuadeñ*.§. qui autem.& idem tenet Inn.in.c.dudũ.ij.de elect. Facit quod not.in.c.propoſuit.de conceſ.præben.& in .c.j.de cõſti. Sol.dico prædicta procedere quo ad forum militãtis eccleſiæ,in quo non licet diſputare de factis ſuis: quia ipſe de alijs iudicat:ſed à nemine iudicatur, niſi in caſu hæreſis:vt in.c.ſi Papa.xl.diſt.&.ix.q.iij. c.aliorũ. ſed quo ad Deum non procedunt.nam ius ſcriptum fundatum eſt ſuper bono communi.iij.diſtin.c.erit autem lex.hoc autem priuata conſyderatione iſtius, vel illius, non debet omitti.lxj.diſtin.c.miramur.de reg.licet. cum ſi.Diſpenſatio autem per priuatam conſiderationem illud remittens irrationabilis eſt,cum apud Papam non debeat eſſe acceptio perſonarum.de iudi.c.nouit.cum concord.ſed negari non poteſt acceptio vnius perſonæ,q alijs communiter denegatur.Item ſi Papa eſt negligens,vel remiſſus,& non attentus circa bonum publicum grauius punietur à Deo:vt in.c.ſi Papa.prælegа.& maximè circa bona eccleſiaſtica,quę ſunt Dei:vt in.c.ex eo.de electio. lib.vj.Inn.in.c.cum ſuper.de cau.poſſeſ.& proprie.facit quod not.xij.q.j.expedit.& in.c.cauſaj.de verb.ſigni. & j.q.iiij.ſaluator.xxiij.q.viij. conuenior. Nam quæcunq; eccleſijs offerantur,dicuntur eſſe oblata Deo.xij.qõ.ij. c.res.&.c.videtes.vnde nõ debet attenta carnalitate & affectione ſpeciali de his rebus diſponere:ſed attẽto bono publico ſpirituali.Debet enim eſſe fidelis & prouidus diſpenſator,& non infidelis:& eius iudiciũ debet de vultu Dei prodire:vt in.e.vt noſtrũ.vt eccl.bñfi.&.c.cũ æter-

45 ni.de ſent.& re iud. ¶ † Sed cõtra p̃dicta opp.& videt,q nullo caſu licet diſpenſare:quia non debet eſſe acceptio perſonarũ apud Papã:vt in.c.nouit.de iudi.& ita debet iudicare magnũ vti paruum,vt ibi habetur. Sol. dic, q non eſt acceptio perſonarum , niſi vbi circa inæqualia ſeruatur æqualitas.Sublimia enim & ſcientia cum labore quæruntur. Non mirum ergo ſi ob maiori quæſitũ labore, maius cõfertur præmium. & is gradus cęteros antecellat, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerint anteire: vt not.in.c.de multa.§.eo.vbi hæc pro maiori parte notantur. Ex omnibus prædictis'elicio tales concluſiones cum corollarijs. ¶ † Prima concluſio,

46 q non ſolùm in dignitatibus & curatis,ſed etiam in ſimplicibus iure ſpeciali ceſſante probibeſ quis eſſe pluralis. Alia concuſio,licet de iure ſcripto ſingula beneficia reſidentiam expoſcant perſonalem,iure tamen ſpeciali permittente fructus in abſentia percipere:nullo etiam vicario ibidem ſubſtituto:minimè prohibetur ,dummodo graue præiudicium Eccleſiæ ex hoc nõ inferatur. In curatis tamen nequeunt prædicta ſibi locum vendicare.

c.§. SED. 3 APIA. ¶ Ex quo infertur corollarium,conſuetudinem nõ va-

a lere:vt per ſubſtitutũ poſsit quis in curato deſeruire. Ex quo infertur etiam aliud corollariũ, curatum propria authoritate nequire ſua cura ad longum tempus ſubſtituere. ¶ Alia cõcluſio:quanquã beneficia ſimplicia iure ſpeciali inducẽte, reſidentiam non requirant perſonalẽ nequeunt tamen de iure communi regulariter plura in eadem accumulari perſonæ:ſi ex illorum quolibet cleri cus commodè viuere poteſt:aliàs ſecus. Ex hac infertur corrolarium:ſolam reſidentiam cauſam non eſſe beneficiorum accumulationem prohibendi. ¶ Alia cõcluſio: beneficiorum ſufficientia præſuppoſita:conſuetudo minimè valet,vt quis in eis poſsit eſſe pluralis:nec etiã data inſufficientia,ſi beneficia ſunt curata. ¶ Alia concluſio:ſi diſpenſationem principaliter ſuadet bonum publi cum ſpirituale:poteſt circa duo curata,etiam hodiè Epiſcopus diſpenſare:ſecus ſi principaliter ſuadet prærogatiua perſonarum. ¶ Alia concluſio:licet circa duorũ beneficiorum diſformium,vel ſimplicis & curati cumulationem queat in eadem vel in diuerſis Eccleſijs Epiſcopus diſpenſare:in eadem tamen circa conformia, vel diuerſa circa duas præbendas,niſi principaliter ſuadeat prærogatiua perſonarũ,diſpenſare nõ poteſt. ¶ Ex qua infertur corollarium : q facilius inducitur diſpenſatio circa beneficiciorum,quàm præbendarũ accumulationem. ¶ Alia concluſio. Is cum quo ſuper pluralitate beneficiorum vtilitate tantùm priuata ſuadẽte, etiam per Papam diſpenſatur,quoad Deum tutus minimè exiſtit. ¶ Ex qua infertur,corollarium,q nec is quo ad eccleſiã triumphantem tutus exiſtit,qui de inuitu eccleſiæ quæſitis ex indulgentia,ex eadem cauſa conceſſa is teſtatur.

47 ¶ † Quæro certum eſt , quòd per adeptionem ſecundi non curati,vacat primum conſimile ipſo facto: vt in.c. de multa.§.eod. An eodem modo vacet primum curatũ per adeptionem ſecundi nõ curati exigentis tamen præciſam reſidentiam de iure communi, conſuetudine, vel

a ¶ Supra ius . Vn de dixit Bal.in.c. cum ſuper. col. j. q Papa eſt ſupra ius:contra ius : & extra ius.& ſecũdùm Bald. in.c.j. qual.do.feu.propri. priue. Papa eſt omnia ,& ſuper omnia.& ſecundùm Hoſt.in c. cum veniſſent. §. de iudic.poteſt Papa ęquare quadrata rotundis,& multa de poteſta te Papæ, ponit Feli.in.c.j.col.iij. §. de conſtitutio,

ſtatuto? Inno. in c. j. de cle. non reſidē. videtur ſentire ꝙ ſic, etiam ſi primum non eſſet curatum: ex quo vtrunq; requirit reſidentiam de iure ſpeciali. Nam dicit Inn. ibi differentiam eſſe inter conſuetudinem: quæ eſt, quòd continuam reſidentiam faciat: & eam, quæ habet quòd non percipiat beneficium, niſi reſideat: quia ſecundum primam conſuetudinem videtur ipſo facto renunciare primæ præbendæ recipiendo ſecundam, quę ſimiliter reſidentiam requirat: ſecundum aliam autem conſuetudinem non videtur renunciare: cum hoc non habeat conſuetudo. ad hoc. c. de multa. ſ. eodem. in ſimili. Pro quo etiam facit, quod no. glo. in clemen. gratiæ. de reſcrip. quæ dicit, quòd recipiendo quis etiam beneficium ſimplex, requirens etiam reſidentiam, videtur renunciare gratiæ ſuper beneficio curato obtinēdo, ex quo non poteſt vtrunq; de iure retinere. Io. cal. in præallega. c. fi. dicit, ꝙ licet pro hoc faciat identitas rationis, ſ. incompaſsibilitas: per. d. cle. gratiæ. quidam tamen dicunt, ꝙ. c. de multa. non habet locum in huiuſmodi ſimplicibus. ¶ † Ipſe autem Ioan. Calde. tenet contrarium: quia per identitatem rationis non extenditur ius etiam pœnale. de elect. c. ſi poſtquam. §. ij. lib. vj. Ioan. Andr. in addi. Specu. de cleric. non reſiden. ad fi. dicit quòd gloſſ. dictæ clemen. non eſt vera: & hoc fuit dictum originale Old. conſil. clxv. ſecundum do. Card. in præalle. c. fin. vbi etiam dicit hoc vltimum dictum eſſe verius: quiaid quod dicit. d. c. de multa. quòd per adeptionem ſecundi vacet primum: eſt pœna quòd debet extendi per identitatem rationis: de quo remittit ad not. per ſe in. c. cum dilectus. de conſue. & in. c. per inquiſitionem. de electi.

48

SEB. SAPIA. a ¶ Pœnalis. Vide multa per Iaſo. in l. penulti. ff. de in ius vocan. & auē quas actiones. C. de ſacroſan. eccle.

49 ¶ † Pro deciſione huius articuli duo ſunt videnda. Primùm, an primum beneficium vacet adepto ſecundo nō curato ex diſpoſitione. c. de multa. Secundò præſuppoſito, quòd nō vacet ex diſpoſitione illius. c. an vacet per tacitam renunciationem ex adeptione ſecundi. de qua iudicio meo tacitè ſenſit Inno. in præalle. c. fina. & gl. in præalleg. cle. gratiæ.

SEB. SAPIA. b ¶ An Papa. Vide de hac quæſtione per Cardi. ſancti Sixti in tractatu de potēt. Papæ. q. xlv. & latè per Feliñ. in. c. ex parte. primo. in prin. ſ. de offi. deleg. vbi multa allegat pro & cōtra, & per eundē in. c. j. col. verſicu. inquantū. d. Abba. j. de ſimo.

50 ¶ † Circa primum eſt videndum, nunquid præalle. c. de multa. cum ſit pœnale debeat extendi: cum ex ſui tenore non poſsit aptari quæſtioni noſtræ cum loquatur de beneficijs curatis. Et ſic eſt diſcutienda illa ſubtilis & profunda materia: nunquid conſtitutio pœnalis debeat extendi: quā materiā hic proſequi non intendo: quia neceſſariā non exiſtimo de præſenti. nam illa videtur clariſsima veriſsima & indubitata ſententia: quia ſaltem vbi ratio pœnalis conſtitutionis expreſſa non eſt: vel non eſt omnino eadem ratio in caſu, de quo quæritur, conſtitutio pœnalis[a] extendi non debet: & ſic extenderet proprium caſum: vt in. c. pœnę. de pœni. diſt. j. de hoc not. pleniſsimè per Io. an. in regu. odia. de reg. iu. li. vj. in mercu. vbi reſpondet ad. c. ſi poſtquàm. ſuperius alleg. gl. eſt no. in. c. j. de tēp. or. lib. vj. & in. c. fidei fauorē. de hęr. li. vj. vbi bo. gl. multum not. ad propoſitū noſtrū: vt inſt. de act. §. itē miſta. vbi etiā bo. gl. & in cle. j. de ele. & in. c. conſtitutionē. iuncto. c. nō ſolum. de reg. iur. li. vj. cum infinitis ſimilibus. per Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Hic enim nō eſt eadē ratio. nam negari nō poteſt, quin maius periculū immineat ex retētione duarū parochialiū, quàm duorum ſimpliciū, & reſidentiā exigentiū: vel ſimplicis & curati: per rationem ſ. proxi. dictam. meritò conſtitutio pœnalis diſponens de curatis: vt per adeptionem ſecūdi, vacet primum: nō extenditur ad ſimplicia. Nam vbi maius periculum vertitur, ibi cautius eſt agendum: vt in. c. vbi periculum. de

a

51 ele. libr. vj. ¶ † Circa ſecundū videlicet, an ſaltem vacet primum ex tacita renuntiatione, quæ inducitur ex adeptione ſecūdi? Inn. vt dixi tenet, ꝙ ſic. & alleg. præalleg. clemē. gratiæ. quæ ſe fundat tantū ſuper tacita renuntiatione. Sed aduertendū, quia Inn. in illo. c. fi. videtur ſibi contrarius. Nam primò dixerat, ꝙ ſi clerici alicuius ecclęſiæ exigentis reſidentiam ex ſtatuto, eligunt ſcienter aliquem clericum habentē cōſimile beneficium: videtur renuntiare ſtatuto illi: ſuper reſidentia. & hoc quo ad eanoniam & non quo ad præbendam: ne hoc vergat in præiudicium eccleſiæ. vnde ille beneficiatus erit in ſecunda eccleſia canonicus ſine prębenda: ſi autē elegerūt ipſum ignorantes, quòd aliud obtineret beneficiū, niſi ille renuntiauerit primo: poſſunt illū refutare ſecundū Inn. quod eſt contrariū eius, quod. ſ. dixi ſecundū eum. Nā hīc ſentit, quòd per adeptionē ſecūdi reſidentiā exigentis, nō vacat primū ipſo facto: quod etiā reſidentiā exigebat: ſed clerici videntur renūtiaſſe iuri ſuo, ſi ſcienter ipſum elegerūt. Si verò ignoranter, & ille nō vult reſignare primū, poſſunt illū renuere, & nō acceptare in canonicū. & in fi. ſuæ gl. ſentit, ꝙ iſte inſtitutus in ſecundo, videtur renuntiare primo propter incōpaſsibilitatē & ideo eius ſentētia tanquā doctoris cōtrarij ſequenda

52 non eſt. ¶ † Et ꝙ nō inducatur tacita renūciatio, probatur per multa iura. Primò per iura antiqua, ſecundùm quæ habentibus duo beneficia incompaſsibilia dabatur optio retinendi alterū: vt in. c. referente. &. c. prætereà. ſ. eo. quod non fuiſſet, ſi propter incōpaſsibilitatem, & per adeptionē ſecundi induceretur tacita renūtiatio primi. Probatur etiā quia per ius nouū vacaret primum. Item probaꝝ per alia iura ſuperueniētia. & primò per. c. nonnulli. de cler. non reſi. vbi cauetur, quòd recipiēs beneficiū incōpaſsibile cū primo debeat priuari. Secundò per ſnīam, ꝙ minimè eſſet, ſi per adeptionē ſecundi induceretur tacita renūciatio primi. Probatur etiā & per ius nouū inductū per. c. de multa. ſ. eo. & extrauag. execrabilis. Io. xxij. vbi hodie diſponitur ꝙ adeptionē ſecūdi curati vacet primū ipſo facto. Nā ſi induceret tacita renunciatio primi per adeptionem ſecundi exigentis reſidentiā, fruſtra emanaſſent iura præalle. videlicet. c. de multa. & c. execrabilis. & tamen, vt in eis patet, eſt iuris noui inductio. ¶ Ad clementi. gratiæ. iuncta gl. quæ videtur obſtare, duplex poteſt dari reſpōſio. Primò, ꝙ illa clemen. loquitur de habente literas ad dignitates ſeu beneficiū curatū ab ordinario, per cuius adeptionē videtur renunciare gratiæ Papali: cū non poſsit vtrūq; retinere. & hunc intellectū videtur ibi cōmuniter ſentire doct. & ſic non eſſet vera glo. in prædicta clemē. gratię. quæ intellexit text. etiā de illo, qui cōſequitur beneficiū ſimplex expoſcēs reſidētiā. Sed quia verba illi⁹ cle. optimè adaptanť etiā ad adipiſcētes poſt gratiam, beneficiū ſimplex: ideò dico ꝙ illa gl. poteſt ſtare: & quod illa clē. intelligatur de iure ad rē, prout loquitur: quo caſu per adeptionē ſecundi non curati exigentis reſidentiā, inducitur tacita renunciatio gratiæ ſuper beneficio curato. Et eſt ratio: nā literę impetratæ ob beneficia, aſſumunt vigorem ex intentione ſcribentis: vt in. c. cū cauſa. &. c. fi. ſ. eo. ſed de intentiōe Papæ mādantis alicui prouideri de beneficio curato, vel dignitate, non exiſtit vt prouideretur illi, qui obtinet beneficiū, quod requirit præciſè reſidentiam. arg. in. c. ad aures. &. c. poſtulaſti. ſ. de reſcrip. &. c. quia nonnulli. &. c. relatum. ſ. de cleri. non reſiden. ergo eoipſo quòd impetrans conſequitur tale beneficium ab ordinario tacitè videtur renūciare gratiæ: cùm non poſsit conſequi beneficium, & effectū gratiæ contra intentionē mandantis. Ad hoc. c. ſi pauper j. eo. titu. libr. vj. Et iſte videtur eſſe proprius intellectus clegratiæ. & eſt multum pulcher. per quem toleratur: ibi gloſ. & verba text. non impropriantur. nec. c. de multa. extenditur. Et ex his cōcludo, quòd per adeptionem ſecundi beneficij, reſidentiā exigentis, non inducitur ipſo iure vacatio primi cōſimilis, vel curati: cum inducatur tacita renunciatio gratiæ ſuper tali beneficio conſequē

53 do. ¶ † Quæro, certum eſt ꝙ beneficium ſpirituale gratis & liberè eſt conferendum: an Papa[b] recipiens pecuniam de

b

niā de titulo ſpiritualis beneficij, dicatur cōmittere ſimoniā: & ſic inuoluatur peccato: & eā dans poſsit ſalua conſcientia illud beneficium retinere? hāc quæſtionem expreſsè non reperio per aliquē tactam, niſi multū ſuccinctè per do. Card. in. c. j. de ſimo. vbi ex dictis doc. intulit, ꝙ Papa pōt vēdere titulum beneficij: licet deberet abſtinere: quia eſt res mali exempli. & hoc intulit ex eo, quod dicūt ibi aliqui doc. ꝙ titulus de ſimonia non habet locū in Romana curia: ſicut nec lex Iulia de ambitu

a locū habet in curia Principis. ff. ad legē Iul. de ambitu. l. vna. pro hoc quod not. lxxxij. diſt. c. presby. &. j. q. vj. c. vlti. Videtur ergo in Romana curia excuſare à ſimonia ſcientia & tolerantia Papæ. arg. de offi. deleg. c. ex parte. & quod ibi not. & hoc fatetur Hoſti. verum in his, quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita: ſecus ſi prohibita: quia ſimoniaca. iuxta not. in præallega. cap. ex parte. Alij verò ibi contrarium dicentes, quòd ex quo conſtitutio promulgata eſt, hoc prohibens: tenet & firma eſt, & omnes ligat. Dicit tamen ibi Io. and. quòd non ligat promulgantem. C. de legi. l. Princeps. Et ex his ſentit ibi. do. Car. ꝙ vendere titulum beneficij, non eſt ſimonia: quia prohibitū. ¶ Ego verò legendo illud. c. tenui contrariū quod corroborabā rationibus & tex. Et primò inducit talis ratio: per titulū beneficij confertur executio ordinis & clauium, nō tantùm bona temporalia. Vnde ſciendum, ꝙ in ordinatione datur poteſtas clauiū in habitu, ſed non in actu. In inſtitutione verò, ſeu collatione beneficij, datur executio illius poteſtatis. tex. eſt apertus in

☞ *c. generaliter*. §. ecce ſufficiēter. & in. c. ſeq. xvj. q. j. Nō enim quis pōt parochianum alterius ſoluere, vel ligare, vel in alterius eccleſia celebrare, ſine illius licentia: vt in c. cūctis. & quod ibi no. xvj. q. j. &. ix. q. ij. quaſi per totū &. xiij. q. j. c. j. de parochia. c. vt dominicis. &. c. nullus. & de pœni. & remiſ. c. omnis. cū ſimi. quæ quidē executio eſt connexa ipſi ordini, ſeu ſacramento ordinis: ergo vē dendo executionē ordinis videtur vendere ipſum ordinem, & donū Dei. ad hoc. j. qō. iij. ſi quis obiecerit. &. c. ſaluator. j q iij. in quibus iuribus cauetur, ꝙ qui vendit vnū ſine quo alterum non peruenit: neutrū inuenditū relinquit: & ſic in vendendo executionem poteſtatis, qui non prouenit ſine ordine, videtur vendere ipſum ordinē. & de hoceſt gl. ſing. in. c. licet. de pœ. quę eſt finalis in ordine: quæ apertiſsimè dicit, quòd in recipiendo pecunias à vicarijs, vt permittat eis celebrare in vicarijs ſuis venditur executio ordinis: & per cōſequens ipſe ordo. & ideo hoc eſt ſimoniacū. Itē vendendo ordinis executionem videtur vendere donū Dei. hoc enim prouenit ex dono Dei & non Papæ. ad hoc. c. verbū. de pœni. diſt. j. vnde ordinis executio dicitur ordinis perfectio: vt in. c. qui perfectionē. j. qō. j. Hæc autē ſunt prohibita vendi, quia ſimoniaca. vnde vēdere ordinē & eccleſiam ſeu altare. i. executionē altaris, æqualiter prohibētur: & vtroq; caſu appellatur ſimoniaca hæreſis: vt in. c. præſbyter. j. q. j. ibi: *quia altare & decimas. c.* ſpiritū ſanctum emere, vel vendere: ſimoniacā hæreſin eſſe, fideliū nullus ignorat. Idē dicit tex. in. c. altare. j. q. iij. hoc aūt vendere in vtroq; teſtamento prohibetur: vt in. c. qui ſtudet. j. q. j. vbi habetur de Giezi & Simone mago, qui primò fuerunt authores huius ſceleris. Vnde ſimonia dicitur à Simone mago, qui primò in nouo teſtamento author huius ſceleris extitit, in volendo emere gratiā Dei. Nam cum Apoſtoli eſſent Hieroſolimis, & per manus impoſitionem darent ſpiritum ſanctum: Simon magus obtulit pecuniam Petro, ſi daret illi poteſtatem illam vt ipſe ſuis ſpiritum ſanctum eodem modo conferret: & tunc recepit damnationem à Petro inquiente: Pecunia tua tecū ſit in perditiōe, quia donū Dei &c. ad hoc. j. q. j. c. Petrus. &. c. qui ſtudet. prope fin. In veteri teſtamēto Giezi famulus Heliſei prophetæ, voluit vendere ſanitatem Naam. Nam legitur in 4. Regum, ꝙ cum Naam Princeps militię Syrię, iuſſu Heliſei ſepties lotus in Iordane, mundatus à lepra recederet, Giezi puer Heliſei, videns ꝙ dominus ſuus nihil accepiſſet ab eo, clam ſecutus eſt eum dicens, duos filios prophetarū ad Heliſeum veniſſe: & nō habet quid ante eos ponat, ideo rogabat ex parte Heliſei, vt aliquid ſibi mitteret. Naaman verò miſit ei duo talenta & veſtes mutatorias: quæ omnia Giezi abſcondit: & poſtmodum ingreſſus ſtetit coram domino ſuo: cui dixit Heliſeus, venis Giezi? qui reſpondit, non iuit ſeruus tuus quōquā: Heliſeus verò dixit, nōne cor meū erat præſens, cū accepiſti argentum, & veſtes: vt emas iumenta, boues, ſeruos & ancillas? ſed lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo inæternum. & egreſsus eſt ab eo leproſus: & Naaman cādidus factus eſt, vt nix. Et ſic Giezi fuit author huius ſceleris in vendendo. vnde propriè emptores omnes ſunt appellandi Simoniaci: venditores verò Gieziatici, à Giezi: vt dicit glo. j. q. j. in ſumma. Et ſic patet ex prædictis, quòd vendere quæ proueniunt à Deo, eſt prohibitum: quia ſimoniacum: & de ſe eſt nequiſsimum. ſed nullus dubitat, quòd

a executio ordinis proueniat ex dono Dei: ergo ex eius venditione etiam Papa inuoluitur ſimonia. Item eccleſiam vendere prohibuit ipſe Deus in figura. & apertiſsimè habetur in. c. ex multis. j. q. iij. vbi dicit tex. ꝙ Calcedon. cōcilium vnum ex principalibus, ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt: & eos qui ſacram manus impoſitionem per quam ſpiritus ſanctus cōfertur, mercari dignoſcuntur: vtroq; caſu authoritate inexpugnabili illos à beneficio, iſtos à ſacro ordine iubet expelli. Tamen humani generis redēptor, omnes ementes & vendentes de templo eijciens cathedras vendentium columbas euertit: numulariorum æs effudit. Ex patris authoritate denuncians dicens: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. & poſt puſillum ſubijcit text. quòd ſicut per columbarum venditores deſignantur illi, qui ſacrā manus impoſitionem vendere conantur: & ſic per numularios eccleſiaſtici beneficij venditores denotantur: qui domum Dei (euangelio teſte) ſpeluncam latronum faciunt. &c. vide etiam bonum tex. in. c. qui ſtudet. ij. q. j. vbi multipliciter probatur hoc crimen eſſe prohibitū vtroq; teſtamento. & vide in. c. presbyter. ea cauſa. & q. vbi probatur, ꝙ obtinere beneficium per ſimoniam,

54 eſt crimen hæreſis. ¶ † Ex prædictis ergo apertiſsimè liquet hoc, ſcilicet vendere titulum beneficij eſſe à Deo prohibitum. ergo Papa non excuſatur. xxv. q. j. ſunt quidam. & quod not. in præalleg. c. ex parte. &. c. j. de ſimo. & ob iſtam authoritatem prohibet ibi Papa etiam pro canonicatu, ſeu prębenda pecuniam exigi, etiam in vtilitatem fabricæ eccleſię, vel pauperum conuertendam. Ad idem bo. tex. in. c. ex diligenti. de ſimo. vbi dicit tex. ꝙ præſtare homagiū, & ſic dare aliquid temporale pro ſpirituali beneficio, contrarium noſcitur diuinis & humanis legibus. & hoc ideò dicit ibi glo. quia eſt cōtra ve

55 tus & nouum teſtamentum. ¶ † Et prędicta puto procedere, quando executio beneficij, vel officij concernit diuina! vt puta altaris adminiſtrationem, vel clauium executionem: ſecus autem ſi concerneret tantùm adminiſtrationem temporalium: vt eſt videre in hoſpitali: nam tunc non puto Papam committere ſimoniam recipiendo quid temporale: quia hoc non eſt vendere donum Dei: ſed id dicitur ſimoniacum, quia prohibitū ab eccleſia. Et in hoc poſſet procedere ſimilitudo de lege Iul. de ambitu. quæ non habet locum in Romana curia: vt. ſ. dictum eſt. & hoc ideò, quia ipſe Princeps hoc prohibuit: ſecus autem ſi prohibuiſſet Deus. dico tamen ꝙ vtroq; caſu Papa debet abſtinere: & malè facit, ſi nō abſtinet: licet hoc vltimo caſu nō dicatur ſimoniam pro-

ZACHARIAS. a ¶ Non habet locum in curia Romana. Adde iſtū in. c. cū veniſſent. nu. 7. & ibi poſui in apoſtil. ad eū. in ver. de delicto ſimoniæ. vbi etiā Feli. col. j. ver. in quantum abbas. vbi dicit hāc eſſe communem opi. ſ. de iudic. & alibi. quid in. c. j. nu. 5: & ibi etiā poſui in addi. in ver. in curia romana. j. de ſimo.

56 priè committere. ¶ † Nam Papa non potest id facere,
a per quod denigratur seu decoloratur status ecclesiæ. j. q.vij.c.& si illa.xxv.q.j.non igitur.facit quod no.de iureiuran.c.& si Christus.& de hoc in Specu.in tit.de leg. §.nunc breuiter.vbi ponit casus,in quibus Papæ prohibitum est dispensare: & inter cæteros prohibitos con-
57 numerat supradictũ. ¶ † Vtroq; enim casu putat istum qui dedit pecuniam,etiam Papæ nõ esse tutum,quo ad Deũ: & ligari cõstitutione Papali super hoc promulgata:licet ipse Papa sua constitutione non ligetur:nec mirum,quòd vnus ligetur,& alter non. Nam hoc cõtingit propter diuersas qualitates personarum . Papa enim non ligatur: quia nemo potest se ipsum ligare,quia etiã absoluere seipsum non potest:,vt in.c. fina.de pœ.& remiss.quia discretio personarum debet esse inter agentẽ & patientem.sunt enim correlatiua: quæ non possunt in eadem persona cadere:vt in.c.fi.de institu.& in.c.debitum.de biga.& in.c.per vestras.de iurepatronatus . Sed quòd subditus non ligetur,nihil obstat,ex quo constitutio remanet firma:nec fuit sublata per habentem potestatem illa vice dispensandi. Videmus etiã,q; in facto inseparabili vnus peccat,alter non.vnus punitur , alter non.xxxiiij.quæstio.ij.c.in lectum.& pone exemplum cum plures eligunt indignum,quorum aliqui sciũt,aliqui ignorant.de elec.c.cum in cunctis.§.clerici.eo.tit.c. scriptum.ad fi.Item pone cum plures committũt actũ, ex quo debetur suspensio iuris,sed alter est Episcopus, qui de iure nullam sententiam suspensionis incurrit ,ni si de ipso expressa mentio habeatur.de elect.c.si cõpromissarius.§.huiusmodi.de sent.excom.c.quia periculosum.lib.vj.¶ Et hoc vltimum apertissimè sentit Io.an. in regula,cui licet.in mercuri.lib.vj . vbi format quæstionem in similibus terminis:videlicet Bononien. episcopi statutum excõmunicat ludẽtes ad hazardum: ludit demũ Episcopus cũ Titio:quæritur nũquid vterq; ligetur,vel neuter? & tandem post multa diffinit Episcopum nõ ligari:sed Titium sic.Ita in proposito dicã istum dantem pecuniã ligari cõstitutione papali:sed Papam non. ¶ Ad legem Iulia.de ambitu.respondẽ,vt dicit Io.an.in præall.regula cui licet.in fi.quæstionis.q; il
3 la lex punit ambitum.i.ambitionem & cupiditatẽ quærentis administrationem & pecuniam dantis populo, per quẽ elicitur exprimens id non habere locum in vrbe,vbi princeps magistratus erat.probat ergo solum illa lex,q; si statutum diceret,qui luserit alibi,quàm in palatio nostro:vel cum alio,quàm cum nobis:vel familia nostra &c.q; ludens in loco exempto,vel cum persona exempta ligatus non esset:& multa alia:quæ possent in contrariũ allegari in hac quæstione:q; iste non ligetur,
58 si Papa non ligatur.vide ibi Io.and.¶ † Ex prædictis omnibus elicitur cõclusio.ex pecuniæ datione propter beneficij spiritualis institutione simoniacum crimẽ oritur:adeò quòd etiam Papa tali crimine inuoluitur,si talis beneficij administratio & executio clauium potestatem:cum altaris administratione concernit :aliàs secus. licet alio crimine inuoluatur:dans tamen vtroq; casu, quo ad Deum:& etiam quo ad ecclesiam militãtem tutus minimè existit hæc est conclusio noua. Abbas.

SEB. SAPIA.

a ¶ Denigratur.vide quæ copiosè accumulat Felin. in.c.si quãdo.col. iij.verſic.propter illud dictum . & col.v.ver.dicta p istum tex.ſ.de rescrip.vbi tangit quãdo Papę obediendum, & nunquid possit disponere contra statutum ecclesiæ.

b ¶ Exigere rationẽ. Adde q; etiã nõ potest ipsum amouere propter dilapidationem: sed debet petere vt amoueatur, vt laicus:vt dicit Fede. consil.xcv.de quo etiã per eundem consi.ciiij.

c ¶ De fructib⁹ ecclesiæ . Adde videndum do.Car. consi. xcv.vbi an æquiparetur tutori.

ZACHARIAS.

¶ Adde quod nota.in apostil.ad istum,in.c. reprehensibilis. nu.18. in versi.testari..ſ. deap p.Cardi. in clemẽ.gratiæ.nu. 58
12.& ibi in apost. Celsi.in versic.q; clerici precisè.de rescrip.& Franc. in.c.præsenti.nu. 10.& ibi iterum in apostil. eiusdẽ Celsi.de off.ord. lib.vj.

d ¶ Ignotum. Adde idem esse in habente iuspatr. 1
vt dicit Fed.consil.ſ.alleg.xcv. 2

ZACHARIAS.

e ¶ Facit plenam 3
probationẽ. Adde nota.in apost. ad istum, in.c.in
præsentia. nu.5. 4
in apost.in versi. prælatorum.j.de renunciat.

5 Literæ commendatitiæ Prælatorum faciũt plenam fidem in his quæ sunt modici præiudicij.puta quando commendant clerici cum eorum alteri Prælato.6.

6 Episcopus,an debeat examinare clericum sibi per literas commendatitias præsentatum.

7 Nominatim expressi in pœnalibus,qui dicantur.

In odiosis non est recedendum à proprio significato verborum.

Excommunicatus,si est aliquis cum suis fautoribus, oportet illos declarare ante,quàm sint excommunicati.

Ciuitas,si est interdicta,non erit interdictus populus illius ciuitatis: & ideo poterit alibi audire,secus si interdicatur populus.

CAP. XXXI.

IN lateranensi.¶ Non debẽt religiosis ecclesias, vel decimas à laicis sine Diocesanorum consensu recipere excommunicatos,vel interdictos ad diuina admittere in ecclesijs quoq; quæ ad eos non pleno iure pertinẽt instituere & destituere.sed præsentabũt Diocesani ad eas viros idoneos.h.d. vsq; ad finem.Primò ponit tenorem concilij lateranen. Secũdò approbat & renouat ibi: *nos autem.* Tertiò addẽdo declarat ibi: *sanè.*¶ Casus literalis.Quod dicitur hic,habetur.ſ.de priuileg.cum & plantare.vsq; ad.§.sanè.In quo prædicto concilio dicitur,vt tales præsentare procurẽt in ecclesijs,quæ ad ipsos pleno iure nõ pertinent: quos vel conuersatio illorum notos reddat:vel commendet
1 testimoniũ prælatorũ.Ber.¶ † Not.primò, q; hîc pro maiori parte renouatur,quod erat sancitũ in cõcilio lateranen.Et fortè hac ratione nõ poterat dubitari ,vtrũ propter non obseruantiã esset introducta facultas ,seu consuetudo in cõtrariũ.& vide quod in simili no.in clemen.ſtatutum.de elec.vbi gl.not.nũquid cõsuetudo semel reprobata posit induci.tetigi in.c.ij. de probatio.
2 ¶ † Nota secũdò,q; religiosi nõ possunt admittere ad diuina excõmunicatos,vel nominatim interdictos:si tamen admittũt de facto,nõ per hoc efficiuntur irregulares.c.j.is qui.de senten.excom.lib.vj.sed incurrũt pœnam.c.Episcoporũ.de priuile.eo.lib. ¶ † No.tertiò ,q;
3 patroni ecclesiastici habẽt pinguius ius in ecclesijs patronatus,quàm seculares.nam possunt exigere rationẽ de rebus temporalibus,quod laici patroni nõ possunt . & qualiter sit exigenda hæc ratio à Rectore ecclesiæ,vide per Inn.in.c.cum & plantare.j.de priuileg. Et ex hoc & illo.c.cum & plãtare.collige rectorem ecclesię non pos
c se ad libitum disponere de fructibus ecclesiæ,ˢ sicut cõ patrimonio.De his enim fructibus ecclesiæ possunt cõpelli ad reddendũ rationẽ,nõ tamẽ multũ subtiliter exigenda est ratio:vt not.in.d.c.cum & plantare.¶ Ex hoc infero,q; cũ pinguius ius habeat Episcopus in beneficio quàm patronus,quòd quemadmodũ potest patronus exigere rationẽ:ita & fortius Episcopus.argu.in.c.dilectus.ſ.de offi.lega.Laicus verò patronus de his se non
4 intromittit:vt in.c.nouerint.x.quæstione.j. Nota † q; in ecclesijs pertinẽtibus ad religiosos pleno iure non fit præsentatio Rectoris Episcopo,sed ipsi instituũt,& destituũt.Intellige,quãdo populus est exemptus:aliàs ratione curę,debet recurri ad episcopũ.de quo in.c. vnico.de capel.mona.lib.vj.Et quãdo dicãtur ecclesiæ sub iectæ alicui pleno iure? dic,vt in.c.quoniam j.de priuil. Nã pleno iure dicunt,quãdo Episcopus nullũ ius Episcopale ibi exercet,sed tota iurisdictio pertinet ad Abbatẽ,seu ad aliũ prælatũ.¶ † No.q; habens collationem beneficij,nõ pot in populo nõ exẽpto instituere clericũ
d ignotumᵈ.Et no.q; testimonium Prælatorũ facit plenam probationẽ ᵉsuper idoneitate personæ instituendę
e quæ alias in illis partibus est ignota.Nam cũ agatur de modico præiudicio,literæ cõmẽdatitiæ prælatorũ faciũt plenã fidẽ.ad hoc quod no.in.c.innotuit.de electi.

SVMMARIVM.

Consuetudo semel reprobata ,an possit iterum induci, vide remissiue.

1 *Clerici non debent ad diuina admittere excommunicatos, si tamen admiserint,non efficiuntur irregulares.*

Patronus ecclesiasticus habet pinguius ius in ecclesia,quàm patronus laicus,& ideò potest exigere rationem administrationis temporalium,quod non potest laicus.

5 *Ecclesia dicitur ad aliquem pertinere pleno iure,quando Episcopus nullum ius Episcopale ibi exercet , & ideò præsentatio instituio, & destitutio pertinent ad illum,qui eam habet pleno iure.*

Vnde

Vnde pondera,q; tex.non loquitur de dispositione,sed testimonio prælatorum. Testimoniũ verò est assertio fine iuramẽto:vt in.c.tuã. de coha.cler.& mul.Et quali
6 ter multis modis ecclesiæ possunt pertinere ad religiosos:dic plenè vt dictũ fuit in.c.de monachis.ſ.c.¶ † Sed quæro,nũquid Episcopus,dũ fit sibi præsentatio ratiõe curæ possit examinare clericũ sibi præsentatũ per collatorẽ beneficij? & intellige,vt dixi de eo,qui habuit prius collationẽ:sed solũ aditur Episcopus rõne curæ populi sibi subiecti.Inn.hîc expresè non tãgit:sed solũ dicit,q; si p̃sentatus est notus,debet admitti p Episcopũ ,nisi aliquid probet cõtra eũ.Si verò est ignotus,nõ est admittẽdus,nisi probet bono testimonio:puta p literas prelatorũ,vt hîc.vel per diuturnã cõuersationẽ honestã habitã in loco:vt dicit Host.quòd noti dicunt hi,qui sunt oriundi in illo loco.¶ Ex his tamen verbis tacitè sentit Inn.q; ignotus pot examinari.sed ipse Inno.latius prosequitur hanc quæstionẽ in.c.veniẽs.de verb.sig.lib.vj.in quadã additiõe,quã pauci habẽt.sed eã ponũt ad literã Archi. & Io.and.vbi cõcludit,q; Episcopus non pot istũ examinare:q; examinatio fit per illũ,qui habet imponere manũ,puta cõfirmatoriam,cõsecratoriã,vel ordinatoriã: sed in hoc casu Episcopus nõ cõfirmat collationẽ,sed solũ recognoscenda est cura animarũ ab eo. Vnde cura venit accessoriè ad collationẽ factã per istos religiosos,seu alios. Io.de lig.sentit cõtrariũ.ſ.c.proxi. Sed iste tex.pot adduci pro opi. Inn.dũ requirit,vt nõ præsentet.ego puto sic dicendũ:q; aut quęritur de bonitate intrinseca:sci licet respectu morũ:aut de extrinseca & accidentali: vt de sciẽtia & similibus.Primo casu loquitur iste tex.nã si aliàs quis est notus,debet præsumi idoneus:nisi probet contrariũ.vt in.c.fi.de presump.nec oportet q; amplius examinetur,ex quo habuit collationẽ p habentẽ potestatẽ.Si autẽ est ignotus,pot eũ examinare:cũ aliàs non teneatur eũ admittere,vt hîc.Secũdo casu,puto q; Episcopus possit talẽ examinare:quia respectu curæ animarũ nõ potest dici idoneus,nisi prius probet:& periculo
a sum est cõmittere inexperto curã animarũ:ª vt in.c. eũ fit.de æta.& quali.Pro hoc facit,quod legitur & not.in c.fi fortè.de elec.lib.vj.Itẽ cũ Episcopus teneat reddere
7 rationẽ de cura:vt hîc:ergo Episcopus pot eũ examinare.& hæc pars tutior est.¶ † Vltimò q̃ro qui dicant no minatim excõmunicati,vel interdicti.& facit ista quæstio ad multa.nã sæpe in aliqua dispositiõe requirit,vt
b aliquid fiat nominatimᵃ.Inn.dicit hîc,q; si interdicit ciuitas,vel castrũ:oẽs de illo loco dicunt nominatim excõmunicati,vel interdicti.arg.c.cũ in partibus.de verb. signi.Idẽ si interdicũtur expresis noĩbus proprijs:secus
c si excõicatur Petrus cũ fautoribus ᵍsuis.Nã fautores nõ dicunt nominatim excõicati:sed oportet,q; prius facta fide de fauore denũcient excõmunicati:nisi notoriè cõstaret de fauore.Sed cõtra hoc dictũ Inn.vide gl.not.& Pau.in cle.j.de vita & ho.cle.in versi.noĩatim. Pro primo dicto vide gl.in.c.cõstitutus.de sen.excõ.lib.vj.pro cõcordãtia dicerẽ,q; vbi agitur de incurrẽdo pœnã ipso iure:nõ dicit quid fieri noĩatim,nisi exprimant nomina propria:q; hoc importat etymologia hui⁹ verbi nominatim. Nam in istis odiosis,nõ est recedendũ à proprio significatu verborũ:vt in.c.ſtatutũ.de elect.lib. vj.facit quod dixi in.c.tuæ.de cleri.nõ residen.nisi fortè circunſtãtiæ sint ita ſtrictę,q; teneãt ex toto vicẽ nominis proprij.pro hoc.l.ij.ff.de libe.& posthu.& insti.de exhære. lib.§.nominatim.&.l.quoties.§.si quis nomẽ.ff.de hære. insti.& facit.l.certũ.ff.si cert.pet.Si verò nõ agitur de in currendo pœnã ipso facto,sufficit quòd aliquid nominetur per circũstantias,licet nõ ita ſtrictas.Sic intelligit Inn.hîc,dũ ponit exemplũ,qñ interdicitur ciuitas:& intelligit quando interdicit populus alicuius ciuitatis:nã interdicta ciuitate,non est interdictus populus:quia populus posset alibi audire diuina.de quo in capi.si sententia.de senten.excom.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Clericus absens,qui vel quia studet in Iure , vel Theologia.5. vel ex alio priuilegio recipit fructus beneficij sui,non participat de quotidianis distributionibus.4.c.8.*

2 *Clerici etiam habentes dignitates,possunt se absentare ex causa studij.*

3 *Priuilegium partim fauorabile,& partim odiosum, restringitur in quantum est odiosum,& alteri præiudicat.*

7 *Priuilegium concessum à Principe,non intelligitur derogare consuetudini loci,nisi in eo fiat expressa mentio de consuetudine.*

9 *Clericus absens causa studij,an teneatur relinquere vicarium loco sui?*

CAP. XXXIII.

1 LIcet vobis.¶ † Absens in Theologiæ studio fructus beneficiorũ suorũ percipit in absentia:sed quotidianas distributiones nõ.h.d. Vel sic secundũ aliũ intellectũ. Dispensatus super habẽdis fructibus in absentia,quotidianas distributiões non percipit.h.d. Primò ponit priuilegij tenorẽ. Secũdò eius interpretationẽ.Secunda ibi: *nolumus.* ¶ Casus literalis.Dns Papa mandauit Abbati & Priori sanctæ Genouefæ:quatenus magistro.R.Archidiacono Eboracen.in sacra pagina studere voleti,prouentus suos ecclesiasticos faceret integrè ministrari.Dubitatur vtrũ deberẽt ei facere distributiones,quæ tantũ residẽtibus cõcedũtur.Respondet Papa,q; non vult,q; ei faciãt dari distributiões, quæ tantũ residentibus,& his,qui intersunt horis canonicis
2 exhibentur.Ber.¶ † No.j.q; etiam habens dignitatẽ,vt Archidiaconus,potest se trãsferre ad studia literarũ,& deserere propriã dignitatẽ:debet tamen habere licentiã superioris,quã tenetur sibi impendere:vt legit & no.in relatũ.ſ.de cleri.non resident.& de Abbatibus vide per Io.an.in.c.iij.j.ne cler.vel mona.vbi idẽ tenet.¶ † Secũdò not.q; priuilegiũ pro parte fauorabile,& pro parte
3 odiosum,debet restringi quatenus prę iudicat alteri,vel cultui diuino.Nã priuilegiũ hîc cõcessum super fructibus integrè percipiẽdis,nõ extendit ad quotidianas distributiones:cũ habeant naturã separatã ab alijs fructibus ecclesiæ:& fuerint introductæ in fauorẽ cultus diuini:vt canonici facilius cõuenirent ad diuina:vt in clemen.si dominũ.de reliquijs & vene.sanctorũ. ideò non debentur,nisi interessentibus diuinis.De quo plenè dicendũ:vt habetur in.c.vnico.de cle.non residen.lib.vj.
4 ¶ † Opp.cõtra tex.de.c.fi.de magist.vbi patet,q; de iure cõmuni quilibet studẽs,vel docens in Theologia percipit fructus in absentia:ergo nõ fuit necesse impetrare hoc priuilegiũ.Sol.potest intelligi hoc.c.dupliciter.Primò,q; istud mandatũ continebat priuilegiũ:& sic ad cõtraria dic,quòd nondũ emanauerat istud.c.Secũdò potest intelligi,q; istud mandatũ Papæ cõtinebat ius commune.fortè enim canonici de facto nolebant sibi respõdere:vel impetrauit iste ad cautelã:quia solet plus timeri,quod specialiter iniungitur j.de hæreticis aduersus.
5 ¶ † An autẽ studens ᵈin iure habeat hoc priuilegiũ.dic, d vt dixi in.d.c.tuæ.ſ.de cleri.non residẽ.& tex.in .c.cum ex eo.de elec.lib.vj.facit q; sic.Nã scientia iuris est necec saria ad regimẽ ecclesiæ & totius orbis.Vnde afsistẽs in iure addiscẽdo,vel docẽdo non solũ promouet vtilitatẽ propriã,sed etiã proficit ecclesiæ vniuersali.& vt di- d
cit tex.in auf.habita.C.ne filius pro patre. loquendo de scientia iuris,q; per scientiã iuris mundus illuminatur: & ad obediendũ Deo,& eius ministris vita subiectorũ informatur.facit.d.c.cũex eo.&.c.super speculaj.de magist.quod no.in.c.j.de cõsangui.& affinita.Vbi dicitur,

a ¶ Curam animarum.Adde,quod voluit Oldr. consi.xviij.

b ¶ Nominatim. Adde qualiter quid dicatur fieri nominatim, Alex.cõsi.lxxx. j.lib. Anto.Francisc. ¶ Quando aliqd dicatur nominatim fieri:dicas, q; illud dicitur fieri nominatim,quãdo exprimitur,q; de eo dubitari nõ pot.l.j.ff. de libe. & posthu.& ibi plenè per Alex. Et adde q; primò nominatus præsumitur esse maior. ita Bal.in.l.pe.C. de verb.sig.per.l. j.de albo scribendo.& habet in.c. in Christo pater. de cõse.dist.ij.& ideò prior nominatus, præsumit magis dilectus à nominãte:vt per Bal.in rubric.C.si quis omi. causã testa. Et adde q; primò nominatus præsumit magis dilectᵍ,& debet magis honorari, vt per Bal.in auf.hoc amplius. in pen.colũ.C.de fideicom.

SEB. SAPIA.

b ¶ Nominatim. Quando quid dicatur fieri nominatim.vide Franc. Curtiũ.in consil.xlviij,col.xiij. cũ seq.& in cõsil. xlix.colũ.xvj. Et ibi an dicatur fieri nominatim quod exprimit verbis generalibus:& in specie de excommunicatione, qñ dicat fieri nominatim,vide gl. in c.cũ & plantare, in versi. nominatim.j. de priui.

c ¶ Cũ fautoribus, Adde quod voluit Ang.cõsi.cc.

d ¶ Studens, Vide Abba.in consil. lxxxix.incip. in ecclesia catanẽsi. & Car.in cle. j.§. sanè.in.vj. qõ. de statu mona.

quòd canonista est pferẽdus Theologo in prælatura in partibus, in quibus nõ vigent hæreses: in illis verò locis
d ſa in reſcripto delegationis: eſt ipſo iure nulla. [d] Et voluerunt quidam ſumere ex iſto tex. arg. q ſententia excommunicationis lata à delegato contra intentionẽ delegantis, eſt ipſo iure nulla. Vin. tamen in. c. ex inſinuatione. de reſcrip. dicit, q quidam volentes facere nouam ſectam: dixerunt, q proceſſus delegati, aut eſt iniuſtus, aut nullus: ſi iniuſtus eſſet cõtra intentionem delegantis, & per cõſequens nullus. arg. huius. c. Sed profectò illud dictũ nec primum, non approbatur communiter à doct. licet vt refert hîc dominus meus dominus Car. multi docto. conſuluerunt, quòd ſententia excommunicationis lata à delegato contra intentionem delegãtis, eſſet nulla. ſed nec ſibi, nec domino Ant. nec mihi placet hoc dictum. Nam de intentione delegantis non eſt quòd feratur excommunicatio ſine monitione: & tamẽ lata etiam à delegato tenet: vt not. Innoc. in. c. illudj. de cle. excommunicamini. Vide etiam Inno. in. c. pro illorum. ſ. eo. vbi dicit, quòd licet ſententia excommunicationis feratur à delegato ſine cauſæ cognitione: nihilominus tenet, licet ſit iniuſta. Et generaliter de proceſſu executorum iniuſto, vide Inn. in. c. ad aures. de reſcript. vbi tenet illum tenere. Vide etiam pulchrum dictum Inn. in. c. prudentiam. de offi. delega. vbi plus dicit, q ſi delegatus fert ſententiã cõtra clauſulã inſertam in reſcripto, cõcernẽtem inſtructionem circa merita cauſæ: nihilominus tenet ſententia. Quoniam regula generalis habet q ſententia lata contra ius litigatoris, valet: vnde opus eſt appellare: vt in. c. cum inter. de re iud. Ad iſtum tex. dic, q excõicatio fuit hic lata excedendo vires mãdati. Nã non habebat poteſtatem prouidẽdi de rectoria ſeu dignitate, ideò nõ potuit cogere ad obſeruantiã illius, quod non cadebat ſub poteſtate
6 ſua. & ad hoc vltimũ not. ſemper hunc tex. ¶ † Sed quæro quid ſi mãdatur prouideri in eccleſia de beneficio: & in eccleſia vbi dirigitur illud mandatũ, ſunt præbendæ, & alia beneficia minora: nũquid poſsit prouideri de præbenda? doctores hîc cõiter dicunt, q nõ: ſed ſi nõ eſſent ibi, niſi præbendæ, ne mãdatũ ſit fruſtratorium, poterit prouideri de præben. arg. c. Abbatẽj. de verb. ſig. Domi. Car. dicit: q nõ videtur eſſe differẽtia, vnde etiã poterit in primo caſu, ꝓuideri de præbẽda. Nihil allegat: ſed ego allego & adduco tex. in. c. pro illorũ. ſ. e. vbi ſimpl⁹ fuit

de do. Card. conſiv. & quid de Abbatijs, ibidem.

a ¶ Nõ includitur. Adde Oldr. conſ. ccvij.

✠ SEB. SAPIA.
b Cauſa mandatur. vide Fel. in. c. poſtulaſti. col. vj. vers. ſi. circa glo. ſecundam. ſ. de reſcrip. vbi latè quid veniat appellatione beneficij.
c ¶ Curatum. Ad. de Cal. conſ. xiiij. hoc eo. tit. vbi ponit, an habẽs gratiam ad præbendam, poſsit obtinere præbendam facerdotalem.
A Eneas de Falco.
¶ Circa hoc, qd hic dicitur, an prębẽda facerdotalis debeatur expectãti, vel contineatur in gratia expectatiuaadde do. Car. in cle. ij. in. §. j. in xj. q. de æta. & qualit. & ſi ſit queſtio de præbenda inter plures, vbi debeat iudicium agitari, & qualiter, vide Spec. in tit. de act. & peti. in. §. ſuper. in ver. ſed qualiter & ſeq. & per eundẽ in tit. de cõpe. iudi. adi. in prin. in ver. qualiter ergo fiet. Et adde q præbendarius agens poſſeſſorio ad præbendã nõ tenetur probare fundũ eſſe præbendæ, per quẽ acquiſiuit poſſeſsionẽ apprehẽdi, vt per do. de Ro. dec. cclxxx. incip. ſed ex prædictis. in not. qd eſt no. pro itelligẽtia eorũ, quæ habẽtur in. c. conſultationibus, de offi. del. & in. c. ex cõqueſtione. & in. c. cũ ad ſedem. de reſti. ſpol.
d ¶ Ipſo iure nulla. Adde Oldra. cõſi. lxxxj.

mandatum, vt prouideretur de beneficio & vigore illius mandati fuit prouiſum de canonicatu & præbenda. ſed nihilominus mihi plus placent dicta doct. quia canonia eſt longè honorabilior, quàm aliud beneficium ſimplex. vnde canonici dicuntur clerici primi gradus: & alij clerici ſimpliciter beneficiati dicuntur ſecũdi gradus: vt notat Inno. in. c. ſedes. de reſcr. ideò cum in reſcripto ſit fiẽda ſtricta interpretatio, debemus in dubio intelligere de beneficio minori. ar. hîc & in. c. j. & ij. de fil. presby. li. vj. & in. c. quanuis. de prębend. lib. vj. Nec obſt. c. pro illorũ. quia ibi fuit mandatũ de beneficio competenti, quo caſu dicunt hîc doc. ℭ competens intelligitur ſecundũ qua litatẽ perſon æ. vnde ſi meretur canonicatũ, poterit prouideri de eo: licet in eccleſia ſint alia beneficia: & licet ipſi non allegent. tex. eſt nota. in. d. c. pro illorum. ¶ †Quid autem ſi mandatur prouideri de beneficio præbendali, vel alio: nunquid venit beneficium curatũ? Quidam cũ quibus tranſit Io. And. tenent quòd ſic: per illam dictionem, vel alio: quaſi voluerit comprehendere beneficiũ curatum. Sed moderniores tenẽt oppoſitum, & melius: & contra hanc ſententiam antiquorum videtur text. rotundus in. d. c. pro illorum. vbi dicitur, quòd niſi fiat expreſsè mentio de cura, non venit beneficium curatum. Nec ob. dictio alio. nam potius facit pro: quia regulariter dictio alius, facit poſitionem eiuſdem qualitatis cum preſentibus: vt no. in. d. ca. ſedes. debet ergo intelligi mandatum de beneficio prębendali, vel alio. ſ. ſimili. ſed curatum nõ eſt ſimile: vt in. d. c. cũ in illis. Nam maior idoneitas & maior ętas requiruntur in beneficio curato, quàm in alijs ſimplicibus. vt dixi in. c. ſuper inordinata. ſ. eodẽ.

8 ¶ †In gloſſ. in ſi. not. glo. & idem nota. in. c. accepimus. de ęta. & quali. in glo. penul. & vide quod plenè dixi in. c. Rodulphus. de reſcrip. vbi tetigi, an & quando Comitatiui[a] veniant appellatione ciuium, & econuerſo. & videtur textus de ciuitate in. c. ſi ciuitas. de ſen. excom. lib. vj. Vbi etiam habetur, nunquid appellatione ciuitatis veniant ſuburbia. & dicitur quòd ſic: quia prouiſio faciẽs mẽtionem de ciuitate, fruſtraretur effectu ſuo, niſi comprehenderet etiam ſuburbia. & in hoc eſt ſingularis. ille textus. in quo eſt materia odioſa, quòd appellatione ciuitatis, non ſolũm venit id, quod muris clauditur, ſed etiam ſuburbia. Et ex hoc crederem, quòd ſi ſtatutũ dictaret, quòd in ciuitate non poſsit exerceri certa ars ad effectum, vt ciues ſint intenti alijs artibus: quòd non poterit exerceri in ſuburbijs: quia de facili ciues defraudarent dictam legem eundo ad ſuburbia. & pro hoc facit. c. ſuper ſpecuĩ. de priuileg. vbi interdicitur, ne leges legantur Pariſijs, vel in locis vicinis. ¶ †In glo. ij. ibi: *de conceſ. præben. quia cunctis.* Adde. lib. vj. de materia huius gl. vide tex. ibi & an executor poſsit ſeruare ſibi primam vacaturam, vel aliam & interdicere collatori ordinario, ne conferat. Vide hodie text. in. c. executor. in. c. ſi capitulo. de conceſ. præben. lib. vj. Et de executore dato ad cõpellendum: vide bonum textum in. c. ſi ſoli. eo. ti. lib. vj. per quem textum reprehenditur opinio huius gl. in fin.

a ¶ Comitatiui. Ad de quæ ibi poſui. ℭ ⁊ EB. SAPIA.

a ¶ Comitatiui. Vide Bar. in conſilio cxxvj. incipi. ciuitati Camerini, cũ multis allega. per Fel. in. d. c. Rodulphus in. vij. col. ver. quarta concluſio. & per Ludo. Bologni. in commento Theodoſiani priuilegij. in ver. vel comitatiuos.

De clerico ægrotante uel debilitato, Rubr.

¶ Continuatur ad præcedentia hoc ordine. Suprà viſum eſt de clericis non reſidentibus, & de prębendis non conferendis eiſdẽ: ſed quia dubitari poterat, nunquid eis ægrotantibus ſint prouentus eccleſiæ ſubtrahendi, merito poſt præcedentia, ſubijcit iſtam rubricam.

ℭ SVMMARIVM.

3 Clericus, licet infirmus percipit fructus ſui beneficij. 7. quod intellige, ſi ante infirmitatem reſidebat: aliàs ſecus. 6.

2 Canonici poſſunt ſtatuere ſuper qualitate & quantitate diſtributionum.

3 Papa, non poteſt priuare clericum ſuo beneficio, ſine cauſa.

Papa non eſt tolerandus, volens turbare ſtatum eccleſiaſticum ſine cauſa rationabili.

4 Donatio facta à clerico ſuæ concubinæ, non valet: ſicut nec facta à milite ſeculari.

Clericus, nec miles ſeculi, non tenentur cedere bonis, nec poſſunt conueniri vltra quàm facere poſſint.

5 Priuilegia conceſſa militibus ſeculi: extenduntur ad clericos, vbi eſt eadem ratio: aliàs ſecus.

6 Caſus ſuperueniens recipit declarationem ſecundum ſtatum præcedentem.

8 Famulus, ſi infirmatur eſt alendus à domino: etiam in expenſis magnis non ratione famulatus ſaltem, quia eſt diues & proximus.

Pauper poteſt intentare officiũ iudicis contra quemcunque diuitem, vt ſi bi ſubueniat.

Epiſcopus tenetur ſubuenire pauperibus.

9 Salarium non debetur famulo infirmo, quando illud ſalarium ſi bi debetur ratione ſuæ perſonæ tantum, ſecus ſi datur contẽplatione aliorum.

Poteſtas, ſi moritur: adhuc debetur ſuis hæredibus ſalarium.

10 Doctor vel aduocatus, qui moriuntur ante eorum exercitium ſi nitũ, an debeãt habere ſalarium totius tẽporis, vel pro ratæ

CAP. I.

1 CVm percuſsio. ¶ †Clericus infirmus integrè percipit beneficij ſui fructus. h. d. Ponit dictum, cuius rationẽ interſerit ibi: *quia.* ¶ Caſus literalis. Quidam ſacerdos infirmitate detẽtus non poterat eccleſiæ deſeruire, propter quod Epiſcopus ſuus ſubtrahebat ei conſueta ſtipendia ſua. Sacerdos conqueſtus eſt domino Papæ. mandat papa illi Epiſco. ℭ propter hæc conſueta ſtipẽdia ſua ei nõ ſubtrahat: ſed omnia ſibi quæ ſi ſanus eſſet, percipere poſſet, miniſtrare debeat, & quia alij exemplo huiuſmodi eſſent deterriti, inueniri fortè non poſſet, qui vellet eccleſiæ militare

2 Ber. ¶ †Nota primò ibi: *quæ conſueta ſunt.* ℭ in diſtributionibus faciendis attenditur cuiuſq; eccleſiæ conſuetudo. Poſſunt etiam canonici inter ſe ſtatuere, vel cõſuetudinẽ inducere ſuper qualitate & quantitate diſtributionum, & modo diſtribuendi, à iure tamen non improbato. & pro hoc bo. gl. in. c. veniens. de verbo. ſig. libr. vj.

3 & per Inn. in. cũ cõſuetudinis. ſ. de conſue. ¶ †No. ij. ibi: *exemplo deteriti.* ℭ clerici non debent inhumaniter tractari: ne alij terreantur à clericatu. hoc enim videtur turbare ſtatum eccleſiaſticum, nedũ præſentẽ: ſed etiã futurũ. Et põt adduci hæc ratio multũ no. in arg. ℭ clericus nõ debet priuari beneficio ſuo ſine cauſa: etiã per Romanũ ponti. Nã ſi exiſtẽti in infirmitate, & ſic impotẽtia ſeruiẽdinõ debet ſubtrahi bñficiũ ne ex hoc turbeť ſtatus eccleſiæ: ergo multò fortius, vbi nulla ſubeſt cauſa rationabilis. Papa autẽ nõ eſt tolerãdus volens turbare ſtatũ eccleſiaſticũ ſine cauſa rationabili: vt not. dici In. in. quãto. de conſue. ſed de hoc in diſputatione dicetur plenius.

4 ¶ †No. ibi: *militare eccleſiæ.* quòd quilibet clericus dicitur miles Dei, & militat in eccleſia. pro hoc text. cum glo. xj. q. j. Chriſtianus. xxxij. q. c. reprehẽſibile. Ex quo infertur, quòd quẽdamodũ nõ valet donatio facta concubinæ per militem ſeculi: vt in. c. ij. C. de dona. inter vi. & vxo. & ita nec donatio facta cõcubinæ per clericum: cũ ſit miles celeſtis, & honorabilior quàm ſecularis miles. xcvj. diſt. in. c. duo ſunt. & ita diſputãdo tenuit Ric. malum. & ſequitur Bart. in. in. l. affectionis. ff. de dona. & vide quod not. Ioã. andr. in. d. c. de hisĩ. de ſepul. quod bene notabis. Pro hoc facit glo. not. quæ cõiter tenetur in. l.

in. l. miles. ff. de re iud. quæ vult, quòd ſicut propter debita miles ſeculi, non tenetur cedere bonis, nec poteſt cõueniri vltra quàm facere poteſt: ita nec miles dei. de hoc dicam plenè in. c. Odoardus. de ſolu. & in. c. ij. de pign. & vide aliam gl. in ſimili. in. l. ſtipendia. C. de excep. rei iud.

a quæ dicit, ℭ ſicut ſtipendia militum[a], non ſunt capiẽda pro executione ſententiæ: & ſic nec ſtipendia clericorũ.

5 ¶ †Ex his omnibus cõclude notabilem regulam, quòd priuilegia tributa militibus ſeculi, debẽt obſeruari quo ad milites Dei. Quod intelligo in caſibus, in quibus ſub eſt eadem ratio. ar. c. generaliter. xvj. q. j. Hoc dico, quia militi ſeculari non imputatur ignorantia iuris: cùm habeat vacare armis. l. j. & quod ibi not. C. de iur. & fa. ign. & no. j. q. iiij. ſ. notandum. ſed militi Dei non ex totopar ceretur: cum ipſe poſsit intendere ſcientiæ & ſtudio literarum. de quo vide quod no. in regula ignorantia. libro

6 vj. ¶ †No. ibi: *quæcunq; ei, ſi ſanus eſſet. &c.* ℭ clerico ægrotanti nihil eſt ſubtrahendum de his, quæ conſueuit percipere in ſanitate. Infirmitas ergo fingit eum reſidere & intereſſe diuinis. Et intellige hoc, quando infirmitas eſt cauſa immediata non deſeruiendi. Nam ſi prius non reſidebat: infirmitas ſuperueniens, non tamen excuſat eum: vt dicunt hîc doctores. & bene: & latius dixi in ca. ad audientiam. de cleri. non reſid. Nam caſus ſuperueniens recipit declarationem ſecundum ſtatum præcedentem: vt in. c. maiores ĩ. de baptiſ. ¶ †Not. vltimò ibi: *exiguitate.* quòd de omni diſtributione prouentuum, eccleſiæ, ſeu qualitercunq; occurrentium debet infirmus habere portionem, quam ſolitus erat percipere tempore ſanitatis, quantumcunq; talis portio ſit exigua, & modica. & hodie clarius prouiſum eſt in diſtributionibus quotidianis: vt ægroto non dengentur. de cleric. non reſidẽ. c. vno. lib. vj. ¶ Sed contra hoc tex. facit principium cap. vbi narratur, quòd iſte canonicus iuit perſonaliter ad Papam: ergo non erat morbo detentus. Solu. poterat eſſe talis infirmitas, quæ impediebat deſeruire eccleſiæ, nõ autem ambulare: quia fortè amiſſerat officium linguæ.

8 ¶ †In glo. fin. ibi: *paſcendi ſunt. &c.* not. bene glo. quòd dominus tenetur paſcere famulos ſuos tempore infirmitatis. Sed dubitatur nũquid teneatur ad omnes impẽſas: fortè enim eget magna cura & diuturna & in medicis eſt exponenda magna quantitas pecunię. De hac. q. vide per Barto. in. l. ſi cum dotem. ſ. finautem. ff. ſol. mat. & in. l. rebus. ff. commo. Et concludit, quòd ad magnas expenſas non tenetur. arg. illius legis, in rebus. Quod intellige ratione famulatus, ſeu alia ratione: quia proximus ſi ille nõ habeat, vn de ſibi ſubueniat, poteſt implorare officiũ iudicis contra eum: vt ſibi ſubueniat, ſi eſt ſoluendo. Et i-

b dem poteſt facere pauper contra quemcunq; diuitem. b vide textũ cum gloſſ. not. xlvij. diſt. in. c. ſicut. facit. c. paſce. lxxxvj. diſt. & maximè epiſcopi tenentur ſubuenire pauperibus, & his qui non poſſunt manibus laborare.

9 lxxxij. di. c. j. xij. q. j. in. c. videntes. ¶ †An autem famulo

c infirmo debeatur ſalarium? & cõmuniter tenetur ℭ nõ[c]: quia caſus contingens in perſonam illius, qui locabat operas ſuas, liberat conductorem à præſtatione mercedis. l. ſi vno. ſ. idem cum quidam. & quod ibi not. ff. loc. & not. in. di. l. in rebus. Hoc tamen limita quando ſalarium debetur alicui ratione perſonæ ſuæ duntaxat: ſecus autẽ ſi datur ſibi etiam ex contemplatione aliorum: vt datur poteſtati. habet enim ſoluere ſuis iudicibus, & alijs famulis ſuis: de quorum obligatione non liberatur per mortẽ. vnde cum hæredes defuncti teneantur illis ſoluere, ex quo conducti ſunt: ita & poteſtas poteſt petere ſalarium

10 ab eo, qui eum conduxit. de quo dicendum, vt plenè no. in. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſ. ¶ †Quid autem in doctore & aduocato, qui deceſſerunt non finita conducta, ſeu cauſa aduocationis: nunquid eorum hæres debeat habere ſalarium totius temporis: an verò tenetur pro rata ſeruitij, ſeu temporis? dic vt no. per gl. & Barto. in. l. j. ff. de var. & extraor. cog. & vide aliquas rationes Bar. in. d. l. diem functo. & ad materiam vide Inn. in. c. propter ſterilitatem ĩ. de loc. Abbas.

ℭ SVMMARIVM.

1 Presbyter, qui caret medietate manus cum duobus digitis, miſſam non poteſt celebrare, alios verò ſacerdotales actus poteſt exercere.

2 Presbyter infirmus, vel debilitatus, qui non poſſet, niſi cum ſcandalo celebrare, eſt inhabilis ad celebrandum.

3 Presbyter, qui non poteſt aſcendere ad altare ſine baculo, nõ eſt permittendus celebrare, aliàs ſecus.

4 Presbyter deformis, vel debilitatus, non eſt irregularis, ſed inhabilis ad celebrandum.

CAP. II.

1 RResbyterum. ¶ †Presbyter, cui medietas palmæ cũ duobus digitis eſt abſciſſa, miſſam non celebrat: ſed cæteris ſacerdotalibus fungi põt. h. d. Primò prohibet, & cãm reddit. Secũdò permittit ibi: *ipſum.* ¶ Caſus literalis. qdã ſacerdos amiſerat duos digitos cũ medietate palmæ ꝑ quẽdã prędonẽ abſciſſos. Epiſco. illius queſiuit, vtrũ deberet permitti celebrare miſſam. dicit Papa, quòd non permittat eum celebrare, quia nec propter debilitatẽ ſecurè, nec ſine ſcandalo propter deformitatem, debet celebrare: in alijs ſacerdotalibus of

2 ficijs permittat eum celebrare. Ber. ¶ †Nota primò bonam regulam ad cognoſcendum an & quando clerico in firmo ſeu debilitato ſit interdicendum officium ſacerdotale, vel ipſius pars. Sufficit enim omnis cauſa, quæ reddit ipſum debilem ad exercendum illud officium, vel de formem. Nam tunc propter ſcandalum, & primo caſu propter debilitatem eſt ſibi interdicendum illud officiũ in loco, quo dictę cauſæ, ſeu altera earum concurrit.

3 ¶ †Nota ibi: *quòd ſola difformitas ſufficit.* & facit pro dicto notabili gl. in. c. ſi quis. l. diſtin. quæ dicit, quòd ſi clericus aſt adeò claudus, quòd nequit aſcendere ad altare ſine baculo, non eſt permittendus celebrare: ſecus quando aliter eſſet claudus. & vide ad materiam quod legi. &

4 nota. in. c. ſecundo. ſ. de corpo. vitia. ¶ †Vltimò not. ℭ difformitas, vel debilitas non reddit clericum irregularem: ſed tantùm reddit impotentem & inhabilem reſpectu illius officij: in quo prædicta concurrunt. ¶ In gloſ. prima in fine. de quo in regula factum legitimè. de reg. iur. lib. vj. Et dic quòd caſus hîc ſuperueniens nõ facit ac ſi ab initio actus non valuerit, ſed ſolùm impedit exercitium, quatenus viget impedimentum &c.

ℭ SVMMARIVM.

1 Rector eccleſiæ ſi eſt leproſus, datur ei coadiutor, qui debet habere portionem de facultatibus eccleſiæ, & datur per inferiorem à Papa, niſi ſit Epiſcopus: nam tunc ſolus Papa dat numero. 2.

3 Leproſo poteſt interdici ingreſſus eccleſiæ, ſi non poteſt ingredi ſine ſcandalo aliorum: etiam ſi clericus ſit leproſus. 4.

Scandalum, quo caſu eſt ſufficiens, quòd quis priuetur iure ſuo, vide ĩ. proxi. c. nu. 2.

4 Marito leproſo non eſt ſubtrahenda vxor: nec econtra, ſine eorũ conſenſu.

5 Coadiutor debet viuere de facultatibus eccleſiæ. ſed quid ſi facultatis non ſufficiunt, & ipſi, vel rectori, vide infrà numero ſexto.

6 Parochiani compelluntur prouidere neceſſaria eorum ſacerdoti

a ¶ Stipendia militum. Adde, vt per Ancha. conſil. ccc. lxxix.

b ¶ Diuitem. Adde Ro. ſing. ſuis folio xiij. Anton. Franciſ.

c ¶ An famulus in firmus debeat habere ſalarium pro tẽpore infirmitatis, habetur per Bart. & do. in. l. diẽ functo. ff. de off. aſſeſ. in conſi. quod inc. quidam fergilius. & c. conſuetudinẽ in. ſ. qui verò. de cle. non reſi. & vide de gl. doct. & Flo. ri. in. l. arboribꝰ. ſ. de illo. hîc allegat. Et adde ꝙſi factus ſanus ſeruiat domino, quatenus ſerui uiſſet nõ infirmus, debet habere ſalarium. ad quod vide Bal. in. l. fi. ad fi. de condi. inſer. & ibi idẽ dicit in ſtipendiario: cuius tamen contrariũ ſimpliciter tenet Bar. in. l. operę. ff. de vſufru. leg. & idẽ Bar. per illum tex. in. l. ſi vno. in. ſ. item cũ quidam. ff. loc. vbi etiã per Alex. & vide etiã Alex. in. ſ. finautẽ in ſeuiſsimo. hîc alleg. & ad materiam vide Spec. in ti. de loca. in. ſ. v. verſic. hîc etiam allega.

b ¶ Quod clericus. Contrariã opinia. latè firmat Felin. in. c. quæ in eccleſiarum. col. 25. verſic. recipit modo hoc ſecundũ mẽbrum. ſ. de conſti. quando autẽ Papa non ſit tolerãdus faciens cõtra ſtatum eccleſiæ, tãgit idem Fel. in. c. ſi quando. colũ. v. ſ. de reſcr.

non habenti, vnde viuat.
Prælatus potest pignorare bona Ecclesiæ pro eius sustentatione, si non habet, vnde viuat.
Coadiutor non dicitur propriè Prælatus.

CAP. III.

1 DE rectoribus. ¶ † Si rector eccle
siæ sit leprosus, dan
dus est ei coadiutor. hoc dicit. Secunda ibi:
hoc. ¶ Casus literalis. Dicitur in hac decret.
ꝙ leprosi non debent, nec possunt ministrare altari propter scãdalũ aliorũ, qui sani sunt: sed dandus est illis coad
iutor, qui habeat curam animarum. & de facultatibus ec
clesiæ habeat portionem, vnde possit sustentari. Bernar.
¶ † Not. primò, quòd morbus lepræ est impedimẽtum
sufficiens: vt rectori seu prelato detur coadiutor, qui ha
beat curam animarũ. Et not. quòd iste coadiutor potest
dari per inferiorẽ Papæ. Nam speciale est in ipsis & præ
latis superioribus: vt eis inuitis non detur coadiutor, ni
si per Romanum pontificem: vt in. c. vno. eo. tit. libr. vj.
Alijs potest ergo superior propriùs coadiutorem depu
tare, arguendo ibi per locum à speciali. & pro hoc tex. in
c. seq. & c. fi. ¶ † No. ibi: *ecclesias ingredi*. arg. bonũ ꝙ le
proso potest interdici ingressus ecclesiæ, cũ nõ potest in
gredi siue scandalo aliorum. & sic nota, quòd scãdalum
est sufficiens causa, ꝙ quis priuetur iure suo, quod proce
dit * nisi illud sine peccato fieret: vel fieri omitti posset: *
vt not. in. c. ij. de de noui ope. nun. ¶ † No. quòd clerico
prohibetur accessus ad ecclesiam suam propter lepram.
Nõ sic contingit in coniugio carnali. nam sibi nõ est sub
trahenda vxor: nec econtrà maritus vxorij. de coniu. le
pro. per totum. Ex quo potes colligere ar. quòd fortior
est obligatio inter maritum & vxorem, quàm inter præ
latum & ecclesiam. Ex quo videtur, quòd vinculum con
iugij carnalis sit fortius: quàm cõiugij spiritualis. ¶ † Vl
timò no. ꝙ coadiutor b debet viuere à facultatibus eccle
siæ: & inde recipere congruam portionem. ¶ Sed hîc in
surgit quæstio notabilis & quotidianæ: quid si reditus
ecclesiæ non sufficiant coadiutori & prælato ægrotanti?
glo. fi. tenet, quòd est prouidendũ primò coadiutori: &
Prælato infirmo prouidebit Episcopus. alleg. lxxxij. di.
in. c. j. & in. c. ij. Illa tamẽ iura hoc non probant, sed tantũ
faciunt in argumen. In eis enim dicitur quòd Episcopus
debet prouidere pauperibus & his, qui manibus labora
re non possunt. & fortè ob hoc Vincet. tenuit hic cõtra
rium, dicens, quòd infirmo subueniendum est in loco.
xviij. q. ij. ca. in nullo. sed illud. c. non loquitur in hoc ca
su. do. Car. refert se consuisse contra hanc glo. Et conclu
dit quòd primo subueniendũ est Prælato infirmo, &
coadiutori subueniatur per Episcopũ, vel parochianos:
motus quia prelatus infirmus censetur deferuire: vt in. c.
j. s. eo. ergo ei tanquã digniori subueniendum. Item facit
tex. in fi. dum congruam portionẽ mandat dari coadiuto
ri. ergo prælato infirmo relinquuntur cœteri prouẽtus:
& sic prælatus infirmus videtur hîc potior. sed cõtra hãc
secundam confidetationem suam, & contra hunc tex. ad
duco tex. c. sequẽ. vbi mandatur, vt necessaria duntaxat
dentur infirmo: ergo reliqua sunt in dispositione coadiu
toris. ¶ Et ex hoc insurgit aliud dubium non tãtum hîc
per doctores: videlicet quis habere debet dispositionem
redituum ecclesiæ. nam iste tex. facit quòd prelatus infir
mus. In contrarium facit. c. seq. Ego sic distinguerẽ, quòd
aut infirmitas impedit administrationem in tẽporalibus
& in spiritualibus, & tunc coadiutor habet administra
tionem in vtrisq; & debet dare congruam portionem in
firmo, & cõgruã retinere pro se: & reliquos fructus con
uertere in vtilitatem ecclesiæ seu dispẽsare, sicut tenetur
bonus rector. Et sic potest intelligi tex. seq. & facit. c. j. de
cleri. non resident. & c. peruenit. de appel. & quod in ma
teria coadiutoris dicam in. c. fi. Aut infirmitas solùm red
dit impotentẽ in spiritualibus: & tunc officium coadiu
toris se non extendat ad temporalia, Prælatus percipiet
omnes reditus: dabit congruam portionem coadiutori.
Et hoc casu procedit iste tex. nam pondera, quòd solùm
datur hîc coadiutor curę animarum. ¶ † Quid autẽ si re
ditus vtrique non sufficiant attingendo principalem quæ
stionem satis potest teneri ex quadam bona æquitate, vt
prælatus infirmus preferatur, & ad prouidendum coad
iutori compellãtur parochiani. Pro hoc vide bonam gl.
in simili. de consecr. distin. j. in. c. omnis Christia. & quod
no. in. c. de his j. de eccles. ædifican. In quibus iuribus no.
si presbyter non potest cõgruè viuere ex reditibus eccle
siæ, possunt parochiani compelli ad subueniendum sibi.
quod intelligo, quando sacerdos aliter viuere nõ potest:
aliàs autẽ tenetur propria industria victũ quærere: & im
putãdum est sibi, qnòd beneficium exiguum acceptauit.
xcj. di. c clericus victum. & c. j. de celebr. miss. pro hoc fa
cit quod no. doct. in. c. ex presentium j. de pig. vbi notabi
liter sentiunt docto. & principaliter Io. and. ꝙ etiam res
ecclesiæ potest Prelatus pignorare pro sua subsistentatio
ne, si aliter viuere nõ potest. facit. c. autum. xij. quæsti. ij.
Et ad decisionem principalem bene facit ratio. capit. j. s.
eodem. ne alij terreantur à clericatu videntes clericatos
deseri tempore infirmitatis. ¶ In glos. in ver. *curam*. hæc
gl. colligit argu. ꝙ coadiutor sit prælatus. Et potest elici
arg. quòd prælatus dicitur quasi ante latus: i. alijs presup
positus: sed iste coadiutor deputatur ad curam animarũ
exercendã: ergo est prælatus. Sed glo. fi. in fin. colligit ar.
in contrarium & potest argumentari hoc modo: coadiu
tor habet hîc solùm vnam portionem ex reditibus eccle
siæ ergo nõ est prælatus. quia prælatus habet liberã admi
nistrationem omnium redituum: vt in. c. cum nobis. in
fi. s. de electio. Veritas est quòd adiutor nõ est prælatus,
sed solùm habet exercitium curæ: vnde ius prælaturæ &
cura in habitu, residens penes infirmũ: vt satis probatur
in. c. vno. s. fi. eo. ti. lib. vj. Item probat diuersitas vocabu
lorum: nam si esset prælatus non diceretur coadiutor. in
l. si idem. C. de codi. vbi dicit, quòd testamentum & codi
cillus nõ sunt idem: aliàs quare essent diuersa vocabula.
& hîc non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Rector ecclesiæ leprosus remouetur ab officio administrationis quo ad exercitium tantum. 4. debet tamen ex reditibus ecclesiæ sustentari.*
2 *Prælatus potest dici largo modo rector ecclesiæ.*
3 *Prælatus, vel quilibet sacerdos potest remoueri ab ecclesia sua ad bonum publicum, & ob scandalum vitandum: quo casu debet sibi prouideri de bono cambio.*

CAP. IIII.

1 VAnos. ¶ † Si rector ecclesię sit lepro
sus, ab administrationis offi
cio remouetur: sed de bonis ecclesiæ susten
tatur. Secunda ibi: *dicimus*. ¶ Casus litera
lis. Quidã sacerdos diuino iudicio fuit lepra percussus.
quærebat an propter hoc deberet remoueri ab officio
prelationis? Respõdet Papa quòd remoueri debet ab ad
ministratione propter scandalum & abominationẽ popu
li: ita tamẽ quòd necessaria secundùm facultates ec
clesiæ sibi, dum dixerit, ministrentur. Bernard. ¶ Nota
primò ibi: *diuino iudicio*. quòd quãdoq; corporis infir
mitas, seu moribus prouenit diuino iudicio, propter
peccata hominum. ad hoc vide quod no. in. cum. infirmi
tas j. de pœniten. & remis. & ibi dixi & in. c. cũ percussio.
2 vij. q. j. ¶ † Nota secundò ibi: prælationis officio quòd Rector

a Rector ecclesiæ [a] parochialis potest dici Prælatus. & in
hoc tene menti istum tex. Sæpe enim hunc ad hoc soleo
allegare. est enim Prælatus in foro pœnitentiali. & intel
lige, quòd est Prælatus largo sumpto vocabulo: stricto
autem non dicitur Prælatus. vt no. Paul. in cle. dudum.
de sepul. & facit quod no. in. c. ij. de iudi. & ibi dixi. Nam
habens iurisdictionem, propriè potest dici Prælatus. &
3 quod habetur in. c. j. s. de eta. & quali. ¶ † Not. ibi: *quòd
pro scandalo & abominatione &c.* quòd propter bonum
publicum potest quis remoueri ab ecclesia sua: licet nul
b la causa ex culpa sua [b] prouenerit. pro hoc quod no. Inn.
in. c. nisi pridem. de renunt. & Ioan. An. in regula, quod
ob gratiam. de regu. iur. lib. vj. in mercu. Et hoc notabi
le est verum ex se: vt ex toto possit remoueri ob hanc
causam, sed ratione infirmitatis non videtur hoc prece
dere: vt ex toto remoueatur. argument. hîc in fine. & in
c. præcedenti. & de hoj. cum glos. ¶ Vltimò not. quòd
incidens in infirmitatem perpetuam sustentandus est de
reditibus ecclesiæ suę: vnde non debet deseri tempore
infirmitatis. Et nota, quòd alimenta sunt exhibenda iu
xta facultates ecclesiæ. facit. l. cũ alimenta. ff. de alimen.
4 & ciba. lega. ¶ † In glos. in ver. *administrationis*. ibi: *&
dandus est huic coadiutor*. & prima opinio videtur verior
& communior per. c. s. proxi. quod loquitur de morbo
lepræ: & tamen solùm prouidet de coadiutore. Nec ob
stat iste text. dũ dicit eum remouendũ ab administratio
nis officio: quia debet remoueri quo ad exercitium: sed
ius prælaturę remanebit penes eum. Nam per hanc pro
uisionem prouidetur infirmo & populo: vt in. c. seq. in
fi. Host. tamen distinguebat inter Episcopum & inferio
rem Prelatum. vt Episcopo detur coadiutor: vt in. c. se
quent. aliter verò remoueatur. sed Ioan. An. & commu
niter alij sequentes, tenent primum dictum indistinctè.
Nam videmus quòd propter mortem lepræ non dissol
uitur matrimonium carnale: licet nõ possit ibi proui
deri de coadiutore: multò fortius nõ debet dissolui spi
rituale, in quo potest prouideri per coadiutorem. Item
posset contingere, quòd saltem diuino miraculo iste li
beraretur ab infirmitate: & si substitutus non posse re
moueri inde, remaneret iste priuatus sine culpa sua.
5 ¶ † Conclude ergo, quòd aut non potest quis admini
strare sine scandalo populi: potest tamen retinere ius
prælaturæ. & tunc prouidebitur per dationem coadiu
toris. Quandoq; non potest retinere etiam ius prælatu
ræ sine scandalo: vt quia est exosus populo, propter deli
c ctum fortè sibi imputatum, & poterit tunc remoueri: [c]
sed debet superior sibi prouidere de bono cambio: vt no
ta. dicit Innocent. in. c. nisi cum pridem. de renunt. & s.
tetigi. Et vide ad intellectum huius. c. quod dixi in præ
ceden. Potest tamen secundum aliam lectu. gl. colligi ex
tex. alia practica: vt infirmo consentiente alijs substitua
tur in totum: sed superior decernat ęgrotanti alimenta
quamdiu vixerit. & poterit hoc fieri sine peccato: cum
hoc non procedat ex pactione inter substitutum & ęgro
tantẽ: sed ex dispositiõe iuris superioris. Et intellige quã
do infirmitas est perpetua: de quo dicetur infrà in. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si non potest exercere Episcopale officium propter morbum incurabilem: datur sibi coadiutor. 2.*
3 *Coadiutor non potest dari suffraganeo per Metropolitanum: sed solum per Papam.*
4 *Episcopus electus confirmatus, nondum consecratus, an possit ex toto remoueri per morbum superuenientem.*

CAP. V.

1 XParte. † Episcopo qui propter
morbum incurabilem pa
storale officium exercere non potest, dan
dus est coadiutor. Sunt duæ partes. Secũda

ibi. *verum*. ¶ Casus literalis. Episcopus Aurasiensis gra
ui morbo & incurabili ferè per quadrennium labora
uit: ita quòd officium Episcopale exercere non poterat:
propter quod ciues illius terræ petebant ab Archiepi
scopo Arelatẽ. Metropolitano suo instanter, vt eis su
per hoc prouideret: Archiepiscopus significauit hoc do
mino Papæ: qui respondet, ꝙ nõ potest illum ad renun
tiandum compellere, nec addenda est afflictis afflictio:
sed est eis potius miserandum: cum ille in officio suo
laudabiliter se habuerit. vnde Papa volens tam Episco
po, quàm ecclesiæ prouidere: mandat Archiepiscopo,
vt det illi coadiutorem virum prouidum & honestum,
per quem tam Episcopo, quàm populo vtiliter consu
2 latur. Bernard. ¶ † No. j. ibi: *incurabili morbo*. arg. quòd
non propter quemlibet morbum dandus est coadiutor:
sed debet esse incurabilis. ad hoc. c. vnicum. eod. tit. libr.
vj. & not. in. c. seq. ¶ No. ij. ibi: *principes &c.* quòd prin
cipatus terræ & ciues ciuitatis, non possunt prouidere
de coadiutore: sed possunt supplicare superiori, vt supe
rior eis prouideat de Prælato. ¶ Item nota. ibi: *nec
possit, nec debeat*. quòd quędam possumus, quæ non
debemus: quædam verò non possumus, nec debemus:
quædam possumus & debemus. Nam multa potest Pa
pa, quæ facere non debet: cum iudicari ab alio regulari
ter non possit. ad hoc nona. q. iij. c. aliorum. & c. nemo.
3 ¶ † Nota quòd Metropolitanus non potest prouidere
suffraganeo de coadiutore. spectat enim hoc ad solũ Pa
pam in Episcopis & superioribus: de quo dic, vt habe
tur plenè in. c. vno. eodem titul. libr. vj. ¶ Vltimò nota
quòd per dationem coadiutoris prouidebitur populo
& ęgrotanti. Nã prouidetur populo: quia habet exerce
re officium ægrotantis: prouidetur infirmo: tum, quia
coadiuuat eum in officio suo: tum, quia non remouetur
4 à prælatura. ¶ † Sed hic dubitatur per doctores nũquid
electus & confirmatus nondum consecratus sit remo- c
uendus ex toto propter morbum incurabilem superue
nientem? Vin. tenuit hîc, quòd sic: cum iste adhuc non
habet plenum ius: cùm restet consecrationis mu
nus: à quo remoueri potest per exceptionem: vt in. c.
superbis j. de accusatio. sed contrarium ipse sentit in. c.
fina. de corpor. vitia. motus per. c. cum in cunctis. s. de
elect. * in. s. inferiora. vers. hoc * sanè. vbi patet, quòd si
propter infirmitatem non potest quis promoueri ad or
dinem requisitum, non debet à beneficio remoueri. Di
cit hîc Ian. And. quòd fortè illud dictum intellexit non
in Episcopis: istud in Episcopo. & videtur placere domi
no Anto. & iste remouetur. Ego dubito per. c. ij. de tran
slatio. prælato. vbi dicitur, quòd consecratio non addit
ad vinculum coniugale: vnde ex quo sine culpa promo
ueri non potest: indignum est, vt remoueatur: vt in. d.
ver: hoc sanè. secus si culpa sua incidisset in infirmitatẽ.
argumen. c. j. de æta. & qualita. ¶ In glo. ibi: *pastoralis*. Et
de hoc vide quod ibi no. gloss. & vide glo. in ver. volue
runt. in. d. c. vno. libr. vj. vbi plenè habetur de coadiuto
re Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor quis sit: & qualis esse debeat: & vnde dicatur, & cuius ætatis esse debeat. 3.*
2 *Coadiutor non potest esse laicus in spiritualibus: nisi ex permissione Papæ.*
Laicus non potest excommunicare: & esse commissarius in causa spirituali ex permissu Papæ.
3 *Papa, an teneatur confiteri peccata sua proprio sacerdoti. vide remissiuè.*
4 *Religiosus potest esse coadiutor illi officio, cui potest principaliter præesse.*
Religiosus potest promoueri ad vicariatum alicuius Episcopi.
Coadiutoris officium expirat mortuo naturaliter, vel ciuiliter

I

SEB. SAPIA.
a ¶ Quòd Rector ecclesiæ. qui dicãtur propriè Prælati, tradit Feli. in c. ij. col. fi. in gloss. fin. s. de iudicijs.
b ¶ Ex culpa sua. Faciunt nota. in. c. ex literis. in glo. ij. j. de homi. vbi solum scandalum sine culpa facit haberi aliquem pro irregulari. Et dicit Bal. in. l. j. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. ꝙ propter euitandũ populi scandalum, punitur non puniendus.

ZACHARIAS.
c ¶ Poterit tunc remoueri. Adde Car. in. c. nisi cum pridem. s. de renũ. Felin. in. c. super eo. Mod. in. c. ex literis. el. j. j. de homi. & Ludo. Ro. sing. dccxciij. in ci. m. Episcopus.

SEB. SAPIA.
a ¶ Quod scandalũ. Multos effectus, quos operatur cã euitandi scanda li, ponit Feli. in. c. 2 nihil cum scãdalo col. j. cum duabus sequentibus. s. de præscript.
b ¶ Coadiutor. Ad de videndũ de ma teria coadiutoris, per Old. consi. xl iiij. & vide. d. Car. in consi. lxx. Anton. Francis. a ¶ Cui debeat dari coadiutor & quod sit eius officiũ vide { que habens. in. c. j. de cleri. ægrot. lib. vj. & per Ol. in cõ si. xliiij. in princi. Et adde, ꝙ coadiu tor debet dari ini quo administrato ri: vt in. c. genera li. de sup. negli. pre 5 la. & habetur per b gl. in. c. ad apostoli cæ de re iu. lib. vj. & vide Spe. in tit. de inquisi. in. s. nũc videndum. in vers. vel dic tertiò. & ha betur per. d. Abb. in. c. venerabili. de offici. dele. Et per quẽ detur coadiu tor, ad quorum in stantiã deni. & ex quibus causis, & quid facere possit & ad quid teneat: vide plenè p Spe. in tit. de seu. in. s. quoniam ad fi. & vide Old. cõsi. xl iiij. vbi etiã ponit, an coadiutor datus Episcopo, vel alte ri habenti, ius con ferendi, possit cõ ferre beneficia, & an religiosus pos sit dari coadiutor. vide do. Car. in. cle mẽ. j. q. de reg. & vide glo. summæ. vij. q. j.

illo, cui in officio coadiuuabat.

5 *Coadiuuator datur Episcopis & superioribus à solo Papa: aliis verò ab aliis superioribus.*

CAP. VI.

CONsultationibus. ¶ Breue est, & non summatur. ¶ Nota ꝙ in dignitatibus inferioribus prouidendum est per dationem coadiutorum. & intellige vbi Archi. haberet multa explicare. Nam in quibusdam locis multum adiuuat officium Episcopi: ideò appellatur oculus Episcopi. in. c. j. de offic. Arch. Et vt habeatur materia coadiutoris, quęram post doctor. † & primò quid sit coadiutor. Dic, ꝙ is qui datur ex causa iuris, vel iudicis authoritate ad coadiuuandum officium præsidentis. Et dicitur coadiutor à coadiuuando: sicut tutor à tuendo: & procurator à procurando. ¶ Secúdò quæritur, qualis debeat esse coadiutor. dic, ꝙ debet consyderari officium, ad quod deputatur. Si enim deputatur in temporalibus tantùm: tunc debet esse prouidus & discretus ita: vt temporalia bene sciat regere & gubernare. si verò datur in spiritualibus: puta ad curam animarum: tunc debet habere scientiam, per quam sciat populum regere: & aliàs sit discretus & honestus. Et in summa potest dici, quòd habere debet requisita ad illud officium, in quo deputatur coadiutor. Ideò si datur regi, debet esse magnanimus & potens: prout habetur in. c. grandi. de sup. neg. prælat. li. vj. ¶ Tertiò quæritur cuius ætatis esse debeat. communiter concluditur, quòd debet esse illius ætatis, quæ requitur in administratiõe illius officij. vnde si datur curator debet habere. xxv. annos. & videtur expressum in. c. nemo deinceps. de elect. li. vj. Si datur Episcopo, debet cõpleuisse. xxx. annũ: quia hãc ętatem debet habere Episcopus: vt in. c. cum in cunctis. de electio. dicit tamen Ioan. An. de hoc vltimo se dubitare, & ita transit. Ego dicerem, quòd aut deputatur Episcopus in temporalibus duntaxat, & videtur sufficere quòd habeat xxv. annos: quòd illa ætas est perfecta quo ad administrationẽ temporalem. Nam in tali ætate potest esse tutor & curator & procurator. l. fi. ff. de leg. tuto. in. c. qui generaliter. de procurato. lib. vj. Sed si deputatur in spiritualibus, tunc posset procedere primum dictum, vt requirantur. xxx. anni: quia illa ætas est multum matura, quæ requiri debet in administratione officij Episcopalis: cum multa arduа acturus sit. & aduerte, quia si non est Episcopus, non poterit exercere pontificalia: licet iurisdictionem Episcopalem tantùm. Si verò aliàs Episcopus, poterit hęc exercere. argument. c. aquam. de consc. eccle. vel alt.

2 ¶ † Quartò dubitatur, nunquid laicus possit deputari coadiutor. & cõmuniter tenetur, ꝙ deputari non potest

a illi officio: cui præesse nomine proprio nõ potest: [a] sed officio cuius est capax poterit coadiutor deputari. Vnde potest esse coadiutor Regis, vel Principis: vt in. d. c. grandi. sed nõ potest esse coadiutor clerici in spiritualibus: quia laicus administrare non potest: vt in. c. ij. de reiud. nec in temporalibus: quia non debet esse laicus generalis administrator ecclesiæ. lxxxix. dist. iudicatũ. dixi in d. c. ij. Puto tamen, ꝙ Papa posset eum deputare coadiutorem etiam in spiritualibus. Nam potest dare laico potestatem excommunicandi: vt no. gl. xxxij. q. j. c. verum. in. c. bene quidem. xcvj. dist. & committere causam spiritualem: vt not. in. d. c. ij. sed ea, quæ competunt soli sacerdoti, vt est confectio Eucharistiæ, non potest Papa committere laico: vt not. dicit gloss. in. c. peruenit. xcv. dist. quia Deus hoc commisit solis sacerdotibus: vt in. c. j. in §. vna. ẽ. de sacra vnctio. vnde licet Papa sit solutus legibus suis, non tamen est solutus lege diuina. xxv. q. j. in. c. sunt quidam. & vide quod dixi in. c. significasti. de fo. cõpe. Vbi tetigi, nunquid Papa teneatur confiteri peccata sua: ita vt constitutio. c. omnis. de pœni. & remiss. cum liget. ¶ † Quintò quæritur, nunquid fœmina possit deputari masculo: vel econtrà: aut fœmina fœminæ. Ad primum communiter tenetur, ꝙ non: tum fœmina non debet se immiscere cœtibus virorum: vt in. c. mulieres. de iudi. lib. vj. tum, quia istud officium est virile, quod non cadit in fœminam. c. dilectus. de arb. Masculus autẽ non videtur posse deputari in officio fœminæ propter primam rationem: sed fœmina fœminæ potest deputari in officio, quo potest esse ipsa principalis. Vnde monialis potest deputari in coadiutricẽ Abbatissę, seu Priorissę: cùm possit esse Abbatissa, seu Priorissa. Nam hoc casu istud officium non est virile: cum cadat in mulieres.

4 ¶ † Dubitatur & sextò, de religioso: nunquid possit deputari coadiutor? & communiter videtur, ꝙ potest deputari illi officio, cui præesse potest principaliter. & sic potest esse coadiutor Episcopi Abbatis, & Rectoris curati. Nec obstat, si dicatur, ꝙ hoc officium non est perpetuum: quia mortuo Prælato ciuiliter vel naturaliter, est extinctum officium suum. & sic cum non desinat esse clausstralis, & sub obedientia sui Abbatis: non videtur, ꝙ possit promoueri: cùm non habeat velle: sed dependet à voluntate Abbatis. xij. q. j. c. nolo. Ioan. And. hoc non obstante tenet primum. & communiter omnes docto. dant simile. Nam videmus, ꝙ promouentur ad vicariatum alicuius Episcopi: quod quidem officium est temporale. iuxta not. in cle. & si principalis. de rescript. Est enim hoc officium curatum & ordinarium. ad hoc. c. ex frequentibus. j. tit. j. Nec obstat secundum eum, obiectũ contemplationis. Nam tolerantur propter bonum publicum, seu maius bonum. Nã officium monachale non est præferendum necessitate ecclesiæ: vt dicit tex. xvj. q. j. c. vos. & c. qui verè. Nec obstat defectus proprię volũtatis: quia suppleretur per licentiam sui superioris. & ad hoc optimè facit tex. in. c. ij. de test. lib. vj. vbi deputatur executor testamenti: cum licentia sui superioris. illi autẽ officio cui præesse non potest principaliter, non potest

5 coadiutor deputari. ¶ † Vltimò quæro, per quem debeat deputari coadiutor? communiter tenetur, ꝙ in Episcopis & superioribus, deputatio spectat solùm ad Papam. & hoc est clarum: vt patet in. c. vno. præallegat. In aliis citra Episcopũ spectat ad eum, qui potest Prælatũ inuitum destituere, seu ipsius cessionem admittere. Nã quemadmodum solus Papa deponit Episcopos & superiores, ita & ipse solus coadiutorem dare potest: secus in aliis: cum possit destitui per alios citra Papam. Sed not. quia docto. sentiunt ex his verbis, ꝙ si collatio beneficij spectet ad Prælatum inferiorem Episcopo, ꝙ datio coadiutoris pertinebit ad Episcopum: quia habens collationem tantùm non potest inuitum destituere nec admittere renuntiationẽ iuxta: no. in clem. vnica. de renun. & intellige, nisi beneficium illud pleno iure esset subiectũ illi Prælato inferiori. Nam tunc ille est quasi Episcopus respectu illius beneficij: vt in. c. vnico. de ca. mo. libr. vj.

De institutionibus *Rubr.*

¶ Cõtinuatur ad præcedentia. Suprà visum est de collatione prębendarum: sed quia parũ est cõferre, nisi sequatur institutio: ideò subijcitur hęc Rub. de institutionibus. vel aliter, & sic: Quia dubitari posset ad quem pertinet collatio, seu institutio prębendarũ & beneficiorũ: ideò post Rubricę de prębẽdis, subijcit hãc Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clerici quorũ numerus non est determinatus in ecclesia, debent tot institui, quo possunt de reditibus ecclesiæ sustentati. 2.*

3 *Clericorum & ecclesiarum appellatione, non veniunt monachi, nec monasteria.*

4 *Commodè viuere & sine penuria viuere, differunt inter se.*

Reditus

5 *Reditus ecclesiæ vel prębendarum, si augmentatur: an augmentur prębendæ vel numerus earum.*

CAP. I.

1 NOn amplius. ¶ † Numerus clericorum debet institui in ecclesijs collegiatis, secũ

2 dum facultatem ipsarũ. h. d. ¶ † Not. primò, ꝙ in ecclesijs, vbi numerus nõ est determinatus, succedit quædã iuris determinatio: vt tot recipiantur, quot possunt sine penuria ex reditibus ecclesiæ sustentari. Et tene menti istum tex. quia quotidie allegatur. & collige bonam practicam contra Prælatos, qui intuitu auaritiæ nolunt instituere multos monachos, vel clericos in ecclesia. Nam

a possunt compelli per superiores [a] eorum: vt tot ponãt, quot possunt de reditibus ecclesiæ sustentari. & non tradas obliuioni hoc. Et intellige etiã, quòd habeatur respectus ad alia onera ecclesiæ. Nã ex reditibus ecclesiæ non solùm clerici sunt pascendi, sed etiam ipsa ecclesia est reparanda: & hospitalitas solita tenẽda est. in. c. pastoralis. de his, quæ fiunt à Præla. & in. c. de monachis. ẽ. de præben. cum si. ¶ † No. ij. arg. ꝙ appellatione clericorũ [b] seu

3 b ecclesiarũ, non veniunt monachi, seu ipsorũ monasteria. quod verũ est in stricta significatione: aliàs secus. vide gl. in. c. iij. de supplen. negli. præla. ¶ † No. ibi absꝙ pe-

4 nuria. Satis enim est ꝙ sine penuria ibi esse possint, licet non cõmodè. Nã sæpe potest quis sine penuria viuere cũ xl. florenis, sed non cõmodè. Vide ad hoc bon. glo. in. c. j. de sta. reg. lib. vj. in fi. & hodie ibi determinatur in monasterijs monialium: vt non teneat receptio facta vltra quàm suppetant facultates monasterij. ¶ Vltimò potes colligere exceptionem proponendam contra impetrantem in ecclesijs non numeratis: vt quia reditus ecclesiæ non sufficit ad tantũ numerum supportandum. & facit

5 c. fi. de præsum. ¶ † In gl. j. ibi: *à numero consueto*. Aduerte, nã hæc gl. procedit in ecclesia, in qua est certus numerus canonicorũ: quo casu propter modicũ augmentũ, nõ debet alterari numerus. Et dicit Vincen. ꝙ augmentũ tenetur diuidere in alias prębendas. do. Ant. dicit, ꝙ cedit cõmuni mensæ. Sed tu consydera, quòd quandoꝙ augmentatur reditus prębendarũ distinctarum: & tunc augmentum cedit prębendæ, quæ augmentatur, iuxta no. in. c. cum. m. de consti. Quandoꝙ prębendæ nõ sunt distinctæ: sed omnia bona sunt communia: & in fine anni reditus diuiduntur inter canonicos: & tunc procedit dictum Vincent. Quandoꝙ vltra prębendas distinctas augmentantur communia bona capituli: & procedit dictũ do. Ant. sed in casu. c. nostri, tot sunt ponendi, quot congruè possunt sustentari. Nam iste tex. loquitur in ec-

c clesia non numerata. [b] vnde tunc aduertendũ, quòd vbi reditus multũ excrescunt, potest numerus consuetus augmentari: vt in gl. nõ tamẽ est fractus ipso iure: vt in. c. fi. de verbo. signifi. & dic vt plenè not. in. d. c. cum. m.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt in canonicos institui: quia ius spirituale non cadit in laicos: possunt tamen habere prębendas simplices: quia consistunt in temporalitate.*

2 *Numerus canonicorum à quo debet statui, tam in ecclesia curata, quàm non?*
Clerici non possunt facere statuta super arduis sine consensu Episcopi: in negotijs verò tangẽtibus ipsos clericos possunt,

3 *Episcopus non potest explicare ardua sine consensu capituli: in alijs verò sufficit consilium.*

5 *Canonicus debet esse subdiaconus: aliàs non habet vocem in capitulo.*

6 *Monachus non potest esse laicus & interesse singulis tractatibus monasterij, vna cum alijs, qui sunt clerici.*

Laici nõ possunt esse, vel interuenire in electione alicuius Prælati etiã de consuetudine: nisi essent laici habitu & professione, prout sunt monachi laici, vel conuersi: aliàs secus.

7 *Laici non possunt præscribere iura spiritualia: nisi sint laici conuersi: quia isti non sunt simpliciter laici.*
Conuersi non interueniunt in actibus spiritualibus, vbi sunt clerici: in alijs verò sic.

CAP. II.

1 IN Ecclesia. ¶ † Laici in canonicos nõ possunt institui. Primò decisè narrat factum. Secũdò prouidet ibi: *cum laici*. ¶ Casus literalis. In quadam ecclesia erat cõmuniter certus numerus canonicorũ, tandem vacauerũt ibi quædã prębendę. In eadẽ ecclesia qui dã laici erant intitulati: quærebatur vtrũ tales laici deberent cõputari in numero clericorũ, vt numerus reputaretur plenus? Respõdet Papa, quòd laici non debent in clericorũ numero cõputari: ne differant numerũ canonicorũ adimplere de personis idoneis. & tales assumẽdi sunt, per quos in diuinis Deo cõgruè valeat deseruiri. B.

2 ¶ † No. j. ibi: *in stituere curatis*. quòd alius citra Papã potest statuere numerũ canonicorũ in ecclesia. Qui autem hoc facere possit. Inn. hîc dicit, ꝙ in ecclesijs cathedralibus, hoc pertinet principaliter ad Episcopũ, sed in alijs collegiatis inferioribus pertinet ad clericos illius ecclesiæ. Fatetur tamẽ, ꝙ si malè instituerunt, Episcopus poterit corrigere. & ita transeunt cõmuniter doct. Sed mihi hæc dicta non placent indistinctè: nã cũ statuere numerũ in ecclesia sit dare nouũ statutũ ipsi ecclesiæ, dicerẽ quòd ecclesia inferior non potest facere tale statutum sine cõsensu sui Episcopi. Nã & ipsemet Inn. alibi voluit, quòd clerici inferiores nõ possunt facere statuta sine cõsensu Episcopi propter cõionem, quæ est inter Episcopũ & ipsas ecclesias. Nã Episcopus est Prælatus, saltẽ mediatus cuiuslibet ecclesiæ inferioris suæ dœicesis: & per eũ gubernãdæ sunt ecclesiæ. x. q. j. in. c. regenda. & c. nouerint. & hoc voluit no. Inn. in. c. requisisti j. de test. & ẽ. de consti. & in. c. cũ accessissent. & notabis hoc dictũ bene. Crederẽ tñ hoc dictũ restringendũ ad statuta sup ar

d duis [d] negotijs. Nã super tangentibus ipsos clericos dun taxat, & nõ statũ ecclesiæ, soli clerici etiã ecclesiæ cathedralis statuere poterũt sine licẽtia Episcopi. Ad hoc bo nã gl. in. c. cõstitutionẽ. in verb. statutũ. de verb. sig. li. vj. & per Inn. in. c. cũ cõsuetudinis. de consue. ¶ † Itẽ in alio

3 nõ placet dictũ Inn. hic, vt solus Episcopus possit statuere numerũ canonicorũ in ecclesia. Nam puto requirendum consensum, seu saltem consilium canonicorũ. Nã regulariter Episcopus non statuit sine consilio canonicorum: vt not. Ioã. And. in. c. j. de consti. li. vj. facit. xv. q. vij. c. Episcopus nullius. & vide Inno. in. c. nouit. de his, quæ fi. à pręla. vbi tradidit regulã menti cõmendendã: ꝙ

e ardua [e] non explicat Episcopus sine cõsensu canonicorũ: sed in alijs non arduis sufficit consiliũ. Ad prędicta facit in arg. illud. c. nouit. cũ. c. quanto. eo. tit. & c. pastoralis. de dona. & cle. si vna. de rebus eccle. nõ alienan. quinimo certo casu, quando vult statuere super iuribus pertinentibus ad clericos inferiores, debet ipsos clericos sal tem vocare: vt not. ipsemet Innoc. in. c. vestra. de locat.

4 ¶ † Not. secundò ex tex. quòd ius canonię non cadit in laicum. Licet ergo possit laicus prębendari, non tamen potest canonicari: quia prębenda consistit in temporalitate: vt no. in. c. cum. m. de consti. dixi in. c. maioribus. ẽ. de præben. Ius verò canoniæ consistit in spiritualitate, quę non cadit in laicũ: vt in. c. causam. de prędcrip. & in. c. Massana. de elec. cum simi. ¶ † No ibi: *per ecclesiasticos ordines*. ꝙ in promouendo ad canonicatum nõ est à iure requisitus certus ordo. Satis enim est, quòd sit clericus. Solũ enim in iure habemus expressum, quòd si non

SEB. SAPIA

c reſtitui, ſi læditur: & quid in perſonis illius capituli? ¶ In ea glo. ibi: *& nota tria. & c.* glo. hîc colligit tria no. in principio. & quartum in fin. gloſ. ¶ Primum eſt, quòd factum Prælati, non præiudicat eccleſiæ. Sed hoc non eſt notabile: imò iura in hoc ſunt clara: vt. xij. queſt. ij. c. ſine exceptione. & in. d. c. peruenit. cum multis ſim. ¶ Secundum notabile, quòd iuramentum Prælati valet in damnum eccleſiæ. ſed hoc notabile non colligitur hîc, ſed potius contrariũ: ideò declara, vt. ſ. dixi. ¶ Tertiò no. quòd eccleſia poteſt agere ſine Prælato. Et hoc notabile poteſt colligi ex tex. dupliciter. Primò, ꝙ eccleſia Eboracẽ. egit ſuper his iuribus, excluſo Archidiacono. Secũdò poteſt intelligi, ꝙ egit contra Archiepiſcopum: & ſic ſine ipſo Archiepiſcopo, qui eſt Prælatus eccleſiæ. Sed quatenus intelligitur primo modo, dixit ideò ꝙ hic ſine Archidiacono, quia reddidit ſe indignum per iuramentũ. Quatenus intelligitur ſecundo modo dicendũ eſt, quòd ex quo

19 lis eſt inter capitulum & Prælatum, non poteſt intercedere conſenſus Prelati: quia nunquàm conſenſiſſet contra ſe. Et de materia dic, vt no. in. c. edoceri. de reſcr. & in c. ſignificauit. de appel. ¶ † Vltimò gl. colligit, quòd agẽti interdicto vti poſsidetis non obſtat exceptio abiurationis. & pro hoc facit quod interdictum vti poſsidetis eſt poſſeſſorij: vt in. c. licet. de probati. vnde is obtinet, qui probat ſe poſſediſſe tempore litis conteſt. vt inſtit. de interdi. in. §. hodiè. ideò exceptio abiurationis cũ cõcernat ius proprietatis, non obſtat interdicto poſſeſſorio: quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acqui. poſ. Et ſi diceremus contrarium, ſequeretur quòd dominus rei poſſeſſę propria authoritate poſſet turbare. quod eſt cõtra. l. ſi quis. §. vnde vi. & c. xvj. q. vj. placuit. Nam hoc nota bile non eſt verũ in ſe. Sed aduerte, quia ex litera poſſet colligi contrariũ. Nã hîc Papa pronũtiauit Archidiaco

a ¶ Vacantis. Adde Lap. allega. lxxx. circa medium.

b ¶ Sed non quatenus. Adde videndum do. Franc. de Areti. eius conſil. cxiiij. vbi in facto conſuluit.

SEB. SAPIA.

b ¶ Quatenus. Quomodo hoc procedat declarat Fel. in c. ij. col. iij. verſi. ad ſecundum. de iureiu. poſt Abb. ibi. col. ij. verſ. venio ad ſecundum.

SEB. SAPIA.

c ¶ Vinculare ſe. Vide quod in ſimili Fel. no. in. c. ſi verò. col. iij. Item dic de iuramento. vbi poſt Abb. tangit an valeat iuramentum, quòd nõ erit Epiſcopus, vel monachus, vel non acceptabit promotionem, vide Are. reprobantẽ in cõſilio. cxiij. in. ij. & iij. col.

ZACHARIAS.

d ¶ In vita ſua. Add de Anch. in. c. verum. de foro compe. li. vj. Car. in de men. j. in. vj. opp. de pe. & in cle. ij. §. j. de hær. Bal. in c. j. §. item ſi clericus. de ca. Conrar. in vſi. feu. & Alex. conſi. xxiij. volu. j.

num tuendum in poſſeſsione, donec fuerit probatum ipſum adiuraſſe &c. ergo exceptio abiurationis obſtitit Archidiaconio. & videtur ſentire gl. quòd hîc fuit actum interdicto vti poſsid. Sed cõtra hoc facit, quod prędixi: quia non debet admitti exceptio abiurationis. Item quia debuiſſet Papa ferre diffinitiuam ſuper poſſeſſorio. Nã vbi agitur nudo poſſeſſorio, ferenda eſt diffinitiua: vt in c. fin. de iudic. & ibi plenè dixi, vt in c. licet prædallegato.

¶ Metu huius contrarij & aliorum, quę poſſent formari, Inn. hîc & multi alij doct. multum inſiſtunt ponendo varias lect. ad text. ſed breuiſsimè collige quatuor lectu. Prima quòd hîc fuit actum interdicto vti poſsidetis, ex parte Archidiaconi. & ad textũ, dũ dicit: *donec probatum fuit. & c.* Reſpondent quidam, vt refert Inno. ꝙ debet intelligi de probatione fienda in iudicio proprietatis poſt modum inchoando. & ſic non fuerit admiſſa in hoc iudicio poſſeſſorio exceptio abiurationis: ſed reſeruatur in iudicio proprietatis. Iſte intellectus licet ſit verus in ſe: tamen non conſonat literæ, quia dicit donec, eſt inconuenientiua. Item clarius probatur per verbum, *interlocuti fuerimus*. quia ſi fuiſſet lata diffinitiua, fuiſſet actum tãtũ poſſeſſorio. Item Archiepiſcopus in principio primò propoſuit, & dixit, quòd de iure communi ex generali conſuetudine illa iura pertinebãt ad eum: ideò non fuit actum hîc in poſſeſſorio tantùm: quapropter hęc lec. nõ placet. ¶ Secũda lec. eſt ꝙ Archiepiſcopus hic fuit actor agendo cõfeſſoria, vel negatoria ſuper iſtis iuribus, proponendo. ſ. quando hæc iura pertinebant ad eum: & ſic petebat pronuntiari. Archidia. ſe defendebat, & quoniã iudici conſtitit de poſſeſ. Archidia. pronuntiauit interloquendo eum tuendum in poſſeſsione donec. &c. Nam omnia, quę accidunt poſt lit. cont. maximè pertinent ad officium iudicis. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edi. & in c. ſignificante. de appel. & hæc lect. eſt ſatis bona. & pro ea facit ꝙ procuratores Archiepiſcopi primò propoſuerunt. & ſecundũ hanc lect. non colligitur iſtud vltimum notabile gl. ¶ † Sed no. ex hac lect. quòd licet ſit actum tantũm petitorio: nihilominus ſi in proceſſu negotij cõſtat iudici reum eſſe in poſſeſsione, poteſt ex officio ſuo pronuntiare illum in ea tuendum vſq; ad exitũ dictę cauſæ. ¶ † Tertia lect. ꝙ hîc fuit actum petitorio, & poſſeſſorio. vnde obſtitit exceptio abiurationis reſpectu proprietatis. Et ſecũdum hunc intellectum no. ſemper ex iſto tex. quòd vbi agitur ſimul petitorio & poſſeſſorio,[a] & primò cõſtat de poſſeſsione, poteſt iudex pronuntiare ſuper poſſeſſorio dilato iudicio ſuper proprietate. argu. in c. cum dilectus. de conſue. Et hoc ſingulariter limitat. c. cum dilectus. de cauſa poſ. & propriet. vbi dicitur, ꝙ vna ſententia debet determinari. nã illud procedit: niſi prius cõſtet de poſſeſſorio. Aliud etiã notabis † quòd vbi prius pronuntiatur ſuper poſſeſſorio, ſentẽtia dicitur interlocutoria. & ſic non eſt neceſſe ſeruare ſolennitates diffinitiuę. Nam cũ ſententia ferenda ſuper petitorio abſorbeat ſententiam ſuper poſſeſſorio, vt in d. c. cum dilectus. nõ poteſt dici ſentẽtia illa diffinitiua: cum non diffiniat totam cauſam. ad hoc gl. no. in cle. j. de ſeque. poſſeſ. & fruc. ¶ † Vltima lec. quòd hîc partes ſimpliciter iuerunt ad Papã, & nulla actione propoſita, ſimpliciter propoſuerunt Papæ: & quia Papæ prius cõſtitit de poſſeſ. ſuper ea pronuntiauit. Nam coram Papa non eſt neceſſe ſeruare omnia ſolennia iudicij: vt not. in capitu. vnico. de litis conteſta. & per hoc habetur clariſsimè intellectus huius capitu. qui ſolet difficilis reputari.

¶ † Vltimò contra prędicta & contra text. oppono. videtur enim quòd ex alio non debuit admitti Archiepiſcopus adducẽdo iuramẽtũ archidiaconi: quia hoc iuramẽtũ fuit extraiudiciale: ergo nõ potuit cõpetere actio: vt in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. vbi videtur colligi, ꝙ etiam naturalis obligatio nõ oritur ex tali iuramẽto. Nã fideiuſſor non potuit ei accedere; ergo naturalis nõ fuit orta: cũ fideiuſſor poſsit accedere naturali obligationi. l. j. ff. de fideiuſ. Sol. vt clarè intelligas hanc materiã: maximè tu canoniſta: ſciẽdum eſt, ꝙ quoddam eſt iuramentũ litis deciſorium, quod. ſ. præſtatur in lite in ſupplementũ probationis: & ex tali iuramento ſecundũ vtrũq; ius datur actio. l. actori. C. de iureiur. &. l. ſi duo. ff. eodem ti.

¶ † Quoddam eſt iuramentũ confirmatoriũ, quod confirmat contractum aliàs inhibitũ: vt in caſu. c. ij. de pact. libr. vj. vel quando etiã præſtatur ſuper contractu aliàs à iure permiſſo: & tũc non agitur propriè ex iuramento, ſed actione ex contractu: ſed iuramentum operatur notabilẽ effectũ: quia inter cætera accumulat forũ foro. Nã ſi præſtatur inter laicos, poteſt laicus ſuper illo cõtractu nedũ in foro ſeculari: [b] ſed etiam in eccleſiaſtico ratione iuramẽti cõueniri. tex eſt no. in. c. cũ laicus. de fo. cõpe. li. vj. vnde iuramentũ hoc caſu nõ mutat forũ: ſed accumulat ratiõe forũ eccleſiaſticũ foro ſeculari: ita, ꝙ eſt in optiõe actoris corã quo velit agere. Et ex hoc ſumas bonã cautelã, ꝙ in quolibet cõtractu facias præſtari iurmentũ.

¶ † Quoddã eſt iramentũ obligationis inductoriũ: & de iſto dubitatur, vtrũ ex eo cõpetat actio. Nã cõis opinio legiſtarũ eſt, ꝙ nõ competat actio per dictã. l. ſi quis pro eo. ibi tn Bar. dicit ſecus de iure canonico. Et voluit ꝙ ſi pactũ nõ præceſsit iuramentũ, ꝙ ex tali iuramento extra iudiciali nulla oriatur obligatio etiã naturalis. Exẽplũ, iuro ꝙ pro te faciã certum quid, nullo pacto prius præcedente inter nos. Et ſic intellexit illã. l. ſi quis pro eo. ſecus ſi præceſsit pactũ nudũ. Nã ſi præceſsit pactũ, oritur obligatio naturalis, ex qua tamẽ de iure ciuili nõ agitur: l. iuriſgentiũ. ff. de pac. Sed, d. Anto. in. c. cũ cõtingat, de iureiu. ponit notabile dictũ, quod ſatis mihi placet, ꝙ vbi præceſsit obligatio naturalis, tũc ex iuramẽto ſubſequenti datur actio etiã de iure ciui. adducit, l. vt iuriſuãdi. in prin. ff. de ope. libe. Nã ibi libertus iurauit ſe præſtare operas dño manumiſſori: & ex tali iuramento extraiudiciali efficaciter fuit obligatus. Quod non contingit ex alio, niſi quia ibi præceſſerat obligatio naturalis. Nã libertus propter beneficiũ libertatis receptũ obligatur domino naturaliter, vt in c. cũ in officijs. de teſt. & in l. ſed. & ſi. §. ſcire. de petit. hæredit. Ergo idem dicendum eſt, vbicunq; præcedit obligatio naturalis: puta nudũ pactum. ad idem facit. l. j. ff. de conſtitu. pec. vbi agitur ex conſtituto conjuncta obligatione naturali præcedente: ergo fortius debet actio competere ex iuramento ſubſequenti. Ad idem adduco. c. per tuas. & quod ibi nota. de arbit. vbi agitur ex compromiſſo iuratorio. facit l. penulti. C. eodem. *Si autem* præceſsit obligatio naturalis: tunc tenet ibi, quòd datur actio de iure canonico: ſecus de iure ciuili. Aduerte tamen quòd Innocent. dicit hîc. & in. c. nouit de iudi. quòd ex iuramento extra iudiciali non competit actio ciuilis: ſed tantùm agitur officio iudicis ratione peccati. & ſic intellexit iſtum textum, &. c. nouit. Refert alios tenere contrarium, quos ſequitur hîc Hoſtien. Nam cum de iure canonico detur actio ex nudo pacto: vt in. c. primo & ſecundo. de pactis. fortius ex iuramento: & videtur ſentire Ioannes Andr. hîc. & in. d. c. primo. & facit. xij. quæſtione. ij. c. quicunq;. ¶ Puto breuiter, quòd ex tali iuramento poſſit agi multis modis de iure canonico. Primò per viam denuntiationis, quia peccat non ſeruando iuramentũ. & iſte caſus eſt clarus. & probatur in. d. c. nouit. Secundò vt manu regia petatur obſeruatio iuramenti. nam ante, quàm actiones eſſent proditę à iure ciuili, Deus mandauit iuramẽta ſeruari; vt in. c. & ſi Chriſtus. de iureiu. quo præſuppoſito, ꝙ ſpecifica actio ciuilis non competat, nihilominus à miniſtro Dei poteſt peti, vt faciat iuramentum ſeruari. argu. eorum, quæ tio. Inn. in. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Tertiò poterit agi per viam cuiuſdam intimationis: vt intimetur iudici eccleſiaſtico illum ſtare in peccato. & in hac intimatione non eſt neceſſaria de

nuntiatio.

ZACHARIAS.
a ¶ Petitorio & poſſeſſorio. Ad. de Alexand. in. c. incerti. C. de inter. & Alex. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſ. glo. in. l. cum fundum. in verſic. interdicto. & ibi no. in apoſt. in verſi. iure canonũ. ff. de vi & vi arm. & Pau. de caſt. conſ. cclvij. inci. in cauſa quæ vertitur.

SEB. SAPIA.
b ¶ In foro ſeculari. vide multa congeſta per Feli. in. c. cũ ſit generale. col. v. verſ. in materia iuramenti. ſ. de foro compet. vbi tradit quando iuramentum ſit fori eccleſiaſtici tantùm, & quãdo miſti fori.

SEB. SAPIA.
c ¶ Quod ſi pactũ. Vide doc. Ia. in authent. ſacramenta puberum. col. iij. C. ſi aduer. vendition.

nuntiatio. iuxta ea, quę dixi in. c. j. de iureiur. Quartò puto, quòd poſsit agi actione ciuili. i. condictione ex. l. Probo per. l. legitima cõuentio. ff. de pact. vbi dicit tex. ꝙ ex omni conuentione à lege approbata poteſt agi: ſed iuramentum licitum eſt approbatum, nedum canonica lege, ſed etiam diuina: ergo ex illa poteſt agi. facit. l. ad ſtatuas. ff. de acqui. re. do. & quod no. gl. in. c. ſi canonici. de offi. ord. li. vj. Et eſt tex. vbi agebatur ſecundũ vnũ intellectũ ex iuramẽto extraiudiciali. & credo ꝙ in foro ciuili poſſet hoc acceptari: vt agatur ex tali iuramento: quãdo Imperator ſubmittit ſe canonibus in cõcernentibus animã: vt in authẽ. de ecc. ti. & in auẽ. vt determinatus ſit numerus clericorũ. ſed de iure canonico per ratiões prędictas poteſt agi: ergo & de iure ciuili. ¶ Et per hanc rationem dicimus: quòd cõcubinatus ſit hodie reprobatus de iure ciuili: & ꝙ vſuræ ſint prohibitæ: quia Imperator in talibus vult ſequi canones. † Et aduerte, quia licet primaria obligatio ex iuramento acquiritur Deo: tamẽ vbi iuramentũ nõ eſt turpe: ſecundaria obligatio acquiritur parti. probatur: quia pars poteſt remittere tale iuramentũ:[a] vt in. c. ij. de ſponſ. & in. c. j. de iureiu. ergo obligatio erat ſibi quæſita, quia nemo remittit, quod nõ habet. j. q. vij. in. c. Daibertum. &. l. decẽ. ff. de verb. ob. & hoc notabis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtituere nemo poteſt ſeipſum.*
2 *Prælatus inferior Epiſcopo poteſt de iure ſpeciali habere inſtitutionem, vel collationem præbendarum & dignitatum eccleſiæ cathedralis, ſed de iure communi non habet.*
3 *Abbas poteſt præſcribere iura Epiſcopalia.*
4 *Habens authoritatem conferendi, præſentandi, vel diſtribuendi, non poteſt ſibi ipſi conferre vel ſeipſum præſentare, vel ſibi diſtribuere: ſed bene poteſt inter filios ſuos. ſ.*
5 *Authoritatem interponere nemo poteſt in factо proprio.*
6 *Collator beneficiorum, an & quando poſsit ſibijpſi conferre. Habens ius conferendi poteſt beneficium recipere à Papa.*

CAP. VII.

1 VNad noſtram. ¶ † Iſ ad quẽ ſpectat collatio dignitatũ, ſeipſum inſtituere non poteſt. h. d. Primò ponit dictũ. Secundò ipſius rationem. ibi: *quia cum ratione*. ¶ Caſus literalis. Vacante quadam Abbatia cuſtos ipſius eccleſiæ fuit electus in Abbatem: ſed nihilominus retinebat cuſtodiam Quærebatur vtrũ de iure illã poſsit retinere: cũ collatio ipſius ad Abbatem pertineat? Reſpondet, ꝙ poſtquam fuit Abbas effectus, cuſtodiam de iure non potuit obtinere: quia donatio ipſius cuſtodiæ & aliarum dignitatum illius eccleſię pertinet ad Abbatem ipſum. A ſeipſo eam nõ potuit recipere, cùm inter dantem & recipiẽtem debeat eſſe diſtinctio perſonarum. Ab alio eam non potuit habere, cũ
2 alius non habeat ius cõferendi. Bernar. ¶ † No. j. & tenemenți, quòd prælatus inferior Epiſcopo poteſt habere inſtitutionem, ſeu collationem omnium dignitatum & præbẽdarum eccleſiæ cathedralis. & intellige de iure ſpeciali: puta ex priuilegio, vel conſuetudine. Nam de iure communi pertinet ad Epiſcopum: & ſecundum aliquos cum conſenſu capituli. de quo in. c. prędecenti. & in. c. cũ
3 eccleſia vulterana. ſ. de ele. ¶ † Et no. ex hoc, & ex tex. ꝙ prælatus etiam regularis: vt erat hîc Abbas poteſt habere ius cõferẽdi: quod procedit hîc: ſi intelligatur litera ꝙ iſte eſſet Abbas regularis. Nam quidã intelligunt: quòd eſt ſecularis. Nam in quibuſdam locis ſunt quędã dignitates collegiatę: quæ vocantur Abbatię: ſed in hoc nõ refert: quia eſt ita capax iuris conferendi prælaturas regulariũ ſicut ſeculariũ: & quiſq; eorũ poteſt præſcribere iura epiſcopalia: vt in. c. cũ olim.. &. c auditis. de præſcri. &
4 in. c. vnico. de cap. mona. li. vj. cũ ſi. ¶ † No. ꝙ habens ius conferendi, [b] non poteſt ſibijpſi beneficia cõferre. Debet enim eſſe diſtinctio inter agentem & patientem. Et facit hîc litera, dũ dicit: ꝙ habẽs facultatem diſtribuendi certam quantitatẽ pecuniã, nõ põt ſibijpſi diſtribuere. Et ex hoc etiã dicimus, ꝙ patronus nõ poteſt pręſentare ſeipſum: in. c. peruenit. de iurepa. poteſt tn pręſentare filiũ[c] vt no. gl. in. c. quia. eo. ti. Et ex illa glo. infertur, ꝙ habens ius conferendi, licet non poſsit ſibijpſi conferre: poteſt tamen filio ſuo aliàs idoneo & alijs ſuis conſanguineis cõferre beneficia: non tamen ipſe debet moueri affectu carnalitatis: vt in. capi. graue. ſuprà de præbendis. Non poſſunt alia vtilia colligi, ſed tene menti iſta, quia ſunt bona. ¶ † In glo. ij. ibi: *cum inter canonicos*. hoc. c. & præcedens faciunt in oppoſitum: quia in eis, quis ſuſtinet vicẽ duarum perſonarũ: ergo idem videtur in caſu. c. noſtri. Sed de hoc dic, vt plenè dixi in. c. ex literis. de prob. Non enim poteſt quis in facto proprio diſponere authorizãdo. in cle. ij. de reb. eccle. non alien. & eſſet perniciosum exemplũ, vt quis poſſet ſe prouidere: de quibus tenetur
5 alijs diſpenſare. ¶ † Et in fi. gl. doct. communiter diſtinguunt, ꝙ aut collator transfert omnimodam poteſtatẽ in aliũ: & tũc poteſt ab illo recipere beneficiũ, quia tũc illi confert iure proprio. Aut tranſtulit tanqã̃m in cõmiſſarium ſuum: & tunc non valet ab eo beneficium recipere: quia ille repræſentat perſonam iſtius collatoris. Et qui per alium facit, per ſe facere videtur: vt in regula, qui per alium. in ſexto. Sed contra hoc facit: videmus enim, quòd Papa dat poteſtatem ſuo confeſſori, c
d & nihilominus poteſt ab illo abſolui[d] & ligari in foro animæ: vt not. gl. in. c. ex parte. el. j. aliàs in. c. ſanè. el. ij. de offi. dele. &. c. nemo. ix. q. iij. Sol. puto dicendum, ꝙ ibi non eſt præciſè cõfeſſor commiſſarius Papæ: ſed eſt legatus & vicarius Dei. Nam quilibet ſacerdos poteſt dici in poteſtate ſibi commiſſa vicarius Dei: quia Deus dedit poteſtatem Apoſtolis: & per conſequens omnibus ſacerdotibus ſucceſſoribus: vt in. c. firmiter. §. vna. de ſum. tri. &. ij. q. vij. c. accuſatio. in fi. per text. & gl. xxxiij. q. v. in. c. mulier. vnde Papa ſolùm ſubijcit ſe iuriſditiõi illius ſacerdotis, inquantũ homo: & inquantum homo peccator, eſt minor illo. vnde ſacerdos iudicat eum iure proprio: quemadmodum quando maior magiſtratus ſubijcit ſe iudicio minorum: vt in. l. receptum. ff. de iuriſ. om. iudi. &. ij. q. vij. c. nos ſi incompetenter. ſed in caſu queſtionis noſtræ cõmiſſarius in conferendo, non cõfert iure proprio, ſed iure delegantis: cũ non habeat aliquid iure proprio. vt in. c. ſanè. de offi. delega. & in. l. j. de offi. eius cui manda. eſt iuriſd. Ex hoc infertur, quòd habens ius conferendi poteſt beneficium recipere à Papa. Item à legato in partibus: quia illi conferũt iure proprio. ad hoc. c. ſi à ſede. de præben. libr. vj. & ſic intellige text. hîc in fin. dum dicit: ſed ab alio &c.

De conceſ. præben. & Eccl. non uacant. Rubr.

¶ Continuatur ad prædecentia hoc ordine. Suprà viſum eſt de præbendis & dignitatibus, ac earũ inſtitutionibus: ſed quia ſæpe præbendæ & dignitates conferuntur, ſeu promittuntur antequã vacent. & quandoq; ipſę vacantes non cõferuntur, ſed remanent diu vacantes; meritò reſtabat videre & prouidere tam circa promiſsiones non vacantium; quàm circa negligentiam in conferendo vacantia. &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui ſcienter facit ſe inſtitui in beneficium viuentis, eſt deponendus, & patitur alias pœnas: de quibus in num. 3. ſuper quibus ſolus Papa diſpenſat.*
2 *Beneficium viuentis non poteſt conferri alteri per inferiorem à Papa, & Papa ipſe non conſueuit facere.*
Beneficium non eſt auferendum alicui ſine magna & manifeſta cauſa.

a ¶ Pars poteſt remittere tale iuramentum. Tu dic de hoc, vt nota. in apo. ad iſtum poſt eum. in. c. dilecto. nu. 21. in apoſti. in verſi. fauorem iurantium. ſ. de præbend.

SEB. SAPIA.
b ¶ Ius conferendi. Videtur tamẽ obſtare tex. prout ibi Abb. pondẽrat ſecundum vnum intellectum, in. c. ij. ſ. de pœ. & vide no. in. l. ſi conſul. ff. de adopt.

c ¶ Præſentare filium. Adde quod idem in facto conſului conſil. xcvij.

d ¶ Ab illo abſolui. Adde quod vo luit do. Car. conſ. cxxxj. in. ij. col.

ZACHARIAS.
¶ Adde Anto. de Butri. in. c. omnis. col. iij. j. de pœ. & re. Hoſtien. in ſua ſum. eo. ti. §. cui cõfitendum. ver. cui Papa. gl. bo. in. c. ſanè. & ibi no. iſte in ij. no. ſ. de offi. dele. Io. and. in. c. ſignificaſti. ſ. de foro compe. & Fel. in. c. eccleſia ſanctæ marię. col. iij. verſ. an autem & qualiter. ſ. de conſtitut.

Inferior non potest tollere legem superioris: maximè in præiudicium tertij.

3 *Vxor, quæ viuente marito alteri nupsit: non potest eo mortuo illi, cui nupserat copulari.*

Impetratio facta de beneficio, in quo ipse impetrans fuit institutus viuente primo rectore eiusdem: vel quod violenter occupauerat, est surreptitia: si de prædictis in ea non fiat mentio.

4 *Sententia lata in causa matrimoniali: nunquàm trãsit in rem iudicatam. Et quid de lata in causa beneficiali?*

Sententia nõ dat iustam causam retinendi illi, pro quo fuit lata: si scit sententiam esse iniustam.

Sententia dans beneficium alicui sine titulo: potest officio iudicis retractari: & beneficium poterit primo restitui.

5 *Sententia licet iniusta, transit in rem iud. sed potest retractari: si pars pro qua est lata, fatetur eam iniustam.*

Præsumptio iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium, per confessionem partis, de cuius commodo agitur.

CAP. I.

1 Vi in viuorum. ¶ †Faciens se poni in beneficium viuentis, ab ecclesiastica cõmunione repellitur. vel clarius sic. Institutus scienter in beneficium viuentis, deponẽdus est. Et nõ di
a uiditur propter breuitatẽ. ¶ †No. j. ℔ beneficiũ viuẽtis non potest cõferri alteri. & hoc indubitatũ est, si fiat collatio ab inferiore à Papa: quia beneficia ecclesiastica secundum antiquam ordinationem sunt perpetua. lvj. distin. satis peruersum. & ſ. de cler. ægro. per totum. vnde non potest inferior disponere contra legem superioris: maximè in præiudicium tertij: vt in cle. ne Romani. de electio. & in. c. conquerente. de rest. spo. imò sine magna & manifesta causa non potest quis priuari suo beneficio. est tex. no. in. c. inuentũ. xvj. q. vj. Sed de Papa potest dubitari. non tamen reperitur, quòd vnquàm fecerit sine causa: imò contrarium suadet in legibus suis: vide tamẽ, qd leg. & no. in. c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & dicetur plenè in disputatione. ¶ †No. pœnam facientis se substitui in beneficium viuentis. [3] Debet enim repelli à cõmunione ecclesiastica. Et dic, quòd debet deponi: vt in. c. in primis. ij. q. j. Item efficitur infamis. iij. q. ij. audiuimus. & nõ potest amplius illud beneficium obtinere. Vnde credo, quòd solus Papa potest cum eo dispensare. Nã, vt dicũt hîc doct. & bene: quemadmodum quis non potest eam
b ducere in vxorem, [b] cum qua contraxit viuente marito: vt in. c. fi. de eo qui duxit in matrimo. ita nec cõsequi vxorem spiritualem, cum qua voluit contrahere viuente sponso suo: & quodammodo illam adulterando. vij. q. j. in. c. sicut. no. etiam Inno. in. c. post electionem j. eo. Et ex hoc credo, quòd si is, qui occupauit beneficium viuẽtis, maximè scienter faciendo se instituit: illud demum impetrauit à Papa cùm vacaret: non habita mentione de occupatione præterita: non valet collatio, tanquam surreptitia: quia si Papa sciuisset sibi nõ contulisset: vel saltem nõ ita de facili. ℘ supradicta. & facit. c. postulasti. de rescriptis. Et per hanc rationem puto idem dicendum in his, qui de facto occupant, seu potentia secularium se intrudunt. & postmodum impetrant à Papa non facta mẽtione de intrusione præterita. Nam profecto talis collatio, seu prouisio surreptitia est, per supradicta. ¶ † In gloss. in verbo, *appellandi*. ibi, *sed pone*. not. bene hanc particulã gl. vsq; ad fi. Ex qua collige, ℘ sententia lata in causa matrimonij spiritualis, transit in rẽ iudicatã. Vnde nõ potest retractari post lapsum decẽnij: secus in matrimonio carnali: vt in. c. lator. & in. c. cõsanguinei. de re iu. Inn. tamẽ in. c. cũ olim. de do. & cõtuma. & in. c. cũ Bertold. de re iudicata. Sentit idem esse in matrimonio carnali, quod
c est in spirituali. sed in. c. ad aures. ſ. de rescript. sensit contrarium. ¶ Sed concludo glo. & dicta docto. plenius explicando: & aduerte, quia quandoq; in istis beneficijs sententia est priuatiua: quandoq; est declaratoria. Primo casu, si is cui facta est collatio posteà fuit conscius fraudis, non potest saltem in foro animæ cum bona conscientia illud beneficium retinere. argument. in. c. fin. de iniur. Si autem non fuit conscius iniustitiæ & fraudis, & sententia transit merè in rem iudicatam & iustè potuit isti cõferri beneficium adiudicatum per sententiam. Nam sententia lata in matrimonio spirituali transit in rem iudicatam, quatenus tangit præiudicium priuatum. Ad hoc bonus textus in. c. dilectus. de elec. Nam cum possit quis beneficio suo renuntiare: & vt. ſ. de renun. per totum. ita acquiescendo sententiæ priuatiuæ poterit iuri suo præiudicare. Et in hoc casu intellige hanc gl. nec est opus spe
d ctare possessionem continuam. per. lx. an. prout disputat hîc glo. quia non est opus hîc præscriptione: quia sententia priuatiua à qua non fuit appellatum, fecit beneficium vacare: & per consequens tanquam vacans potuit alteri cõferri. Sed secus est in matrimonio carnali: quia non potest quis directè renuntiare matrimonio: cùm illud sit indissolubile, etiam cum consensu partium: cum non dependeat à facultate eorum: vt in. c. super eo. j. de eo, qui co. consang. vxo. suæ. & c. debitum. de biga. ¶ Secundo casu cum secundo fuit declaratoria. Exemplum: duobus litigantibus super beneficio iudex pronuntiauit beneficium pertinere ad alium: iniustè tamen: hoc casu si is pro quo lata est sententia habet notitiam iniustitiæ, nunquam potest salua conscientia illud beneficium retinere: quia beneficium retineri debet ex institutione canonica: vt in regula. j. de regul. iur. lib. vj. Sententia verò non abstulit sibi ius, sed tantùm declarauit ius ad eũ pertinere. l. sicuti. ff. si ver. ven. & in. c. forus. de verbo. signi. sed respectu illius contra quem fuit lata, bene transit in rem iudicatam: vt amplius non audiatur, ex quo non appellauit ad hoc. c. cum dilectus. potest tamen agere contra obtinentem per viam denuntiationis euangelicæ, dicendo: quòd peccat tenendo beneficiũ sine ti. vt no. Inn. in. d. c. ad aures. & fortè retractata via hac sententia, vel per iudicis officiũ, qui potest inquirere de titulo: vt in. c. ordinarij. de off. ord. li. vj. poterit primo beneficiũ restituere. Et idem puto dicendũ in rebus prophanis. nã per sententiam declaratoriam non aufertur dominiũ directũ: vt no. in. l. Iulianus. ff. de cõd. ind. nec alteri accrescit ius.
5 ¶ †Vnde singulariter dicit Inn. c. quia plerique. de immu. eccl. ℘ si is pro qua lata est sententia iniusta, si post transitũ in rẽ iudicatã fatetur eã iniustã: debet talis sententia
d retractari [d] per superiorẽ: quia posset procedi per viã denunciationis euangelicæ: vt. ſ. dixi. nã cõtra præsumptionẽ iuris, & de iure admittitur probatio per cõfessionem illius, de cuius cõmodo agitur: vt in aut. sed iã necesse. C. de dona. ante nup. & no. in. c. is qui. de spon. ¶ Quæ autẽ sit diuersitas inter primum casum & secundum dic ℘ in primo casu ius non causatur immediatè ex sententia, sed ex collatione facta post sententiam priuatam: sed in secundo casu sententia fuit causa immediata huius iuris.

a ¶ Viuentis. Adde quod voluit Anc. consilio. cccxviij. Old. consi. cciiij.

SEB. SAPIA.

b ¶ In vxorem. fi. ad hæc tex. in. c. ij. j. de simo. vbi dicitur, quòd omnimodè deponatur. quòd verbum omnimodè, excludit dispensationẽ: vt no. Abb. Io. de Ana. & Aret. in. c. qualiter & quãdo ij. j. de accusation.

c ¶ In rem iudicatã. Adde eundem cõ fil. lxix.

d ¶ Retractari. Ad a de eundem consi. ccalleg. lx. vbi idẽ dicit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non vacantia non debent concedi, vel conferri. nu. 3. intellige, vt j. num. 8.*

Beneficia vacantia debent conferri intra sex menses: quibus elapsis denoluitur de Episcopo ad capitulum: & deinde ad proximum superiorem. num. 7. Episcopatus verò vacantes debent conferri intra minus tẽpus. num. 4. vide j. eo. c. cum nostris. nu. 3. & in. c. dilectus. nu. 1.

2 *Beneficiũ vacans licet alicui promittatur: poterit alteri cõferri.*

Sponsalia cum vno contracta, tolluntur per matrimouin m carnaliter cum alio consummatum.

Capitulum

5 *Capitulum potest conferre beneficia, excluso Episcopo, qui per negligentiam intra tempus statutum noluit cõferre. intellige vt j. nu. 8. in fi. q. tẽpus an sit vtile, vel cõtinuũ: vide. n. 11.*

6 *Negligẽtia superioris potest aliquo casu per inferiorẽ suppleri.*

10 *Pactum de futura successione, an & quando valeat: & an firmetur iuramento.*

11 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ non valet etiam firmata iuramẽto: bonorum autem præsentium valet.*

Tempus vt ile, vel continuum, quod est: vide remissiuè.

12 *Ius instituẽdi præsentatũ, vel cõfirmãdi electũ, an trãseat in aliũ, si Episcopus est negligẽs in instituẽdo, vel confirmando?*

12 *Patronus habet ius præsentandi intra sex mẽses, intra quos si non præsentauerit: Prælatus habens ius instituendi, vel de iure communi, vel speciali, poterit conferre. nu. 14. & habebit sex menses ad conferendum j. c. quia. nu. 8.*

CAP. II.

a Nulla eccleſiaſtica. ¶ Beneficia nõ vacãtia cõcedi, [a] vel promitti nõ debẽt: & cum vacauerint cõcedi debẽt intra sex mẽses, quibus elapsis de Episcopo ad capitulũ, & ecotrà: demũ ad proximum superiorẽ deuoluitur collatio. h. d. Et duæ sunt partes. Secũda ibi: *cum verò*. Prima prouidet circa beneficia nõ vacantia: & diuiditur in tres. Nam primò ponit prohibitionẽ: secundò eius causam. ibi: *ne desiderare*. Tertiò fortificat. ibi: *cum enim*. Secũda pars principalis prouidet circa beneficia vacãtia. & primò statuit tẽpus ad cõferẽdũ: secundò punit negligẽtiã cõferẽtiũ. ibi: *si autem*. & quotidie allegatur in practica, maximè in secunda parte. & ideò no. ipsum bene. ¶ Casus literalis. Quidã Prælati ante cõciliũ Laterañ. cõferebant ecclesias, seu beneficia, & etiã dignitates ante, quàm vacarent: & sic desyderabãt mortẽ proximi sui, in cuius locũ credebãt se succedere: & ideò statuit cõciliũ Laterañ. quòd de cætero nulla ecclesiastica beneficia ministeria: vel ecclesiæ cõcedantur alicui, se promittantur ante, quàm vacent: ne desiderare quis mortem proximi videatur: in cuius locũ se credit succeſſurum. cum in legibus gentilium hoc sit inhibitũ. Turpe enim est, quòd expectatio futuræ successionis in ecclesia Dei habeat locum. Cum enim prædicta officia ministeria, vel ecclesiæ vacare contigerit, non diu maneant in suspẽso: sed intra sex mẽses personis idoneis cõferantur. si hoc Episcopus distulerit: per capitulum post eà ordinetur. quòd si ad capitulum pertinuerit: & intra dictum tempus hoc non fecerit: Episcopus hoc secundũ Deum cum consilio religiosorũ exequatur. & si omnes fuerint negligentes, Metropolitanus absq; alicuius cõtra
1 dictione de illis secundũ Deum disponat. Bern. ¶ †No. primò quòd ministeria, beneficia, & ecclesiæ ponuntur hîc, vt diuersa. Et potest dici, ℘ ministeriũ idẽ est, quod officium, seu dignitas. j. q. j. c. multi. Beneficiũ verò sumitur hîc strictè, vt differat ab ecclesijs. & fortè capitur hîc pro beneficijs simplicibus, quæ sunt in ecclesijs. Ecclesiæ verò tenentur hîc propriè: beneficium tamen largo sumpto vocabulo comprehendit in se omnia ista: vt in regula beneficium. de reg. iur. lib. vj. Nam beneficium sic largè sumptum est beniuola actio gaudium tribuens capienti: vt in lib. feu. in. c. j. quibus mod. feu. amit. ¶ No. ij. ℘ quilibet clericus potest dici proximus noster. & dic, ℘ largo modo quisq; nostrę naturę particeps, potest dici proximus. & sic etiã infidelis ratione humanitatis, potest di
2 ci proximus. de pœni. dis. ij. c. proximos. ¶ †No. ibi: *ante quàm vacent*. à contrario sensu. quòd beneficium vacans potest promitti. Sed dicunt doct. & bene, quòd per hanc promissionem non afficiuntur manus ordinarij, quominus ten eat collatio alteri facta: sicut videmus in matrimonio carnali, quod tenet, non ob. sponsalibus prius
3 contractis cum alijs: vt in. c. ficut. de spon. ¶ †No. quòd ex promissione beneficij vacaturi, de facili causatur votum captandi mortem proximi. & ideò quãtò superior est sanctior, tantò facilius debet abstinere à promissioni
4 bus vacaturorũ beneficiorũ. ¶ †No. in ver. ibi: *cũ verò*. regulã, ℘ dignitates & alia beneficia minora debent conferri intra sex menses. nunquid hoc habeat locum in exe
b cutore Papæ: [b] vide bo. gl. in cle. fi. de beneficio. de præb. hoc tamen non procedit in dignitate episcopali, & in ec clesia collegiata regulari. Datur enim in istis minus tempus ad eligendum: vt in. c. ne pro defectu. ſ. de elec. & di-
5 ceturj. cũ gl. ¶ †No. ℘ capitulum potest habere potestatem cõferendi beneficia Episcopo excluso. Et hoc de iure speciali: vt patet in. c. cũ ex iniuncto. in fi. de hæred. &
6 xvj. q. vij. omnes basilicę. ¶ †Item no. casum in quo inferior supplet negligentiam superioris. Nã capitulũ sup a plet negligentiã Episcopi in collatione beneficij. & vide
7 aliũ casum. ix. q. iij. cũ simus. ¶ †Vltimò not. ℘ potestas conferendi beneficia deuoluitur ad superiorem gradatim. Potest enim beneficium vacare multo tempore. Nã capitulum habet sex menses: si non confert, deuoluitur potestas ad Episcopũ, qui etiam habet alios sex menses: vt in. c. licet. de sup. negl. pręla. eo negligente deuoluitur ad Metropolitanũ, qui habet alios sex menses: vt hîc. & eo non conferente deuoluitur potestas ad Patriarcham, cui subest Archiepiscopus. si aũt non habet superiorem tũc deuolueretur ad Papã: vt in. c. licet. pręalle. Cõclude ergo ℘ gradatim fit hęc deuolutio. vnde si contingeret aliquem istorũ esse exemptũ: potestas ab eo deuoluitur ad Papã: quia non superior non potest supplere negligẽ
8 tiam alterius: vt in. d. c. licet. ¶ †Et ex his infertur, ℘ Metropolitanus hîc supplet negligentiã Episcopi, si Episcopus nõ est exẽptus: aliãs potestas deuolueretur ad Papã. & sic intellige istũ tex. Nec ob. si opponatur de capitulo, ℘ supplet negligentiã Episcopi: tamen nõ est supra Episcopũ. Dico enim, ℘ capitulũ supplet non ratione superioritatis: sed propter cõmunionem, quę est inter Episco
b pũ & capitulum: vt in. c. requisisti. ſ. de testa. Et per hoc iste tex. restringi debet in hac deuolutione de Episcopo ad capitulum ad beneficia, quę pertinent ad Episcopum
c proprio iure. In beneficijs aũt deuolutis ad Episcopum propter negligentiã, vel delictũ inferioris Prelati, nõ fit deuolutio ad capitulum, sed ad proximum superiorem: quia in istis deuolutis non est tanta communio inter capitulum & Episcopum, sicut in spectantibus iure proprio. Ita notanter dicunt doctores in. c. vnico. ne sede vac. lib. vj. & in. c. quanquam. de elect. eo. libr. & vide per
9 Inno. in. c. cum in cunctis. eo. titu. & hoc notabis. ¶ †In gl. ij. in fi. dic clarius, quòd receptio in canonicum fuit facta de præsenti: sed promissio prębendę vacaturę, ibi approbatur respectu canonię. Nec consequitur ibi prębendã principaliter respectu promissionis: sed ex quo erat iã canonicus, non debebat esse sine prębenda. Si aũt simpliciter promitteretur canonicatus vacaturus: tunc non valeret promissio: vt hîc: in. c. detestanda. eod. titul.
lib. vj. ¶ In gl. in ver. *condemnare*. ibi: * *leg, vlti.* * Hostien. dicit, quòd hæc litera, dum allegat leges gentilium, loquitur de legibus fforum. de acquirend. possl. l. hereditatem. & de dona. l. quidam. de verbo. obligat. l. stipulatio hoc modo concepta. Nam iura quæ gloss. allegat, sunt Imperatorum, qui non fuerunt gentiles, sed Christiani. & in hoc non est vis. Ipsi etiam Imperatores hoc prohibuerunt postmodum, vt in iuribus allegatis. Et de hoc, an & quando valeat pactum de futura successione: plenè notat Bartol. & alij in. d. l. stipulatio. & in
10 l. fina. C. de pactis. ¶ †Et breuiter dic, quòd aut fit pactum de successione legitima conseruanda: & valet, vt institu. de leg. agnat. succe. in fin. & hîc, quia hoc pactum est legi consentaneum. Aut fit pactum ad futuram legitimam successionem diminuendam: [c] & tunc sine
c iuramento non valet: vt in. l. pactum. C. de colla. sed iu-

SEB. SAPIA.

a ¶ Concedi. Exten de etiam in executore Papę dato ad prouidendum, vt notãt omnes. in. c. proposuit. j. eod. Quid autem si sit facta commenda ad tempus: vtrum tempus illud laterañ. cõcilij interim currat: vide glos. in c. nemo deinceps. in glos. fi. de cle. in vj. Nunquid autẽ tempus de quo hîc habeat locũ in eo qui habet constitutum vicarium in ecclesia annexa. vide Abba. in. c. extirpandæ. in. ſ. qui vero in repeti. col. ix. ſ. de præben.

b ¶ Executore Papæ. Adde Cal. consil. xxxiij. de præbend.

c ¶ Diminuẽdam. Adde vidẽda quæ posui in. l. fi. C. de pact. in apposti. in impressione de tortis.

a ¶ Præbẽdã. Adde videndũ Ol.conſ. a cxxxij.d.Car.conſil.lxiiij.Franci.de Are.conſi.xvij.

b ¶ Diuidẽdo. Adde An.cõſi.cccciiij. Anton. Franciſc. b

c ¶ Et futura. de donatiõe eõm bonorũ præſentiũ & futurorũ: an valeat: vide quę plenè habẽ tur per An.Imol. Alex.& alios.in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obl.& traditur p Bal.& alios ſcri. in.l. fin. C. de act. Imò qui donat o- c mnia bona preſen d tia& futura, põt retinere de bonis donatis tantum, q̃ viuat: vt eſt gl.in.l.in con de mnatione. de re iudi.& in.l.ſi quis argentũ.in.§. ſed in his omnib⁹. & in.§.ſi quis vniuerſitatẽ.C.de do. quod eſt intelligẽ dũ verũ: niſi donãs ſit arti fex talis, q̃ poſſit a limẽta lucrari. De quo vide p Bal.in.c.j.in pri. de nat.feu.in v.ſib. feu. vbi etiã dicit, q̃ illa gl. in. d.l.in condemnatione, 12 eſt fin. f

d ¶ Eccleſiæ tamẽ. Adde eundẽ cõſi. xlix.&.cij.

e ¶ Poſsit purgari. Adde.d. Car.cõſi. cxlij. Io.de Imol. cõſ.xxxvj. Fran. de are.cõſ.xcv.ro. conſi. cccxxxvij.

§ EB. SAPIA.

f ¶ Quæſtione.de hac quæſtione vi de late per Gem. poſt Ioan. Andr. in.c. P. &. G.§. 13 verum.de iurepa. libt.vj. & Abbat. in.c. paſtoralis.in principio.in.j.columna. j. de iure patro. g

§ EB. SAPIA.

g ¶ Confirmare 14 electionem. Idem dicit Abb.in.c. ij. ẽ.de ele.

h ¶ Satis placet.

ramento firmatur: vt in.c.ij.de pa.lib. vj. Quandoq̃ fit pactum ad ſucceſsionem futuram præbendam: [a] ſeu ad tollendũ arbitriũ vltimę diſpoſitionis: & nõ valet: quia cõtra bonos mores: vt in.d.l.ſtipulatio hoc modo. adeò quòd ſecundũ Bar. nõ firmatur iuramento. arg. regulæ, non eſt obligatoriũ. in.vj. Aut fit pactũ de certo modo diuidẽdo [b] acquirẽda per ſucceſsionẽ futurã, & tunc ſi fit in genere, valet. arg. in.l.iij. ff. pro ſo. Si verò fit reſpectu certæ perſonæ, vt puta ſuper hæreditate Titij. & nõ valet, niſi cõſentiat is, de cuius hæreditate agitur: vt in. d.l. fi. C. de pact. & hæc procedunt regulariter. ¶ † Et inducitur ad quæſtionem. Nunquid poſsit quis paciſci in vita, vt bona alicuius ad eũ pertineant irreuocabiliter poſt mortem ? & Dyn. tenuit, quòd ſic: donãdo omnia bona ſua, & interponẽdo iuramẽtum. hoc tamẽ cõmuniter nõ tenetur. Aut enim quis donat alicui preſenti hereditatẽ ſuam. & nõ valet: vt.d.l.poſtulatio. Aut omnia bona ſua preſentia & futura, [c] & etiã non valet ſecundũ Bar. quia tollit libertatẽ faciẽdi teſtamentũ eccleſię: tamen [d] poteſt fieri hęc donatio: ſecundũ eũ vt ipſe no. in.l.fi. prę̃al. Poſſet tamen dici, quòd etiã cuicunq̃ facta valeat: quia põt eſſe hęreditas ſine rebus corporalibus: vt in. l. hęreditatis. ff. de verb. ſig. & ita tenuerunt multi legiſtę moderniores. Et apertè pro hac opi. facit ratio Bar. in auth. ingreſſi. de ſacroſan. ecce. Aut donãtur bona preſentia: & valet donatio, ſecũdũ omnes. l. fi. C. de pac. ¶ In gl. in ver. *intra ſex menſes*. ibi: *de ele. c. vlt.* dic, quòd ibi nõ erant canonici impediti eligere: quia poterãt petere licẽtiã à ſuperiore. Nõ enim fuit eis interdictũ, vt nõ eligerent: ſed vt nõ eligerẽt ſine licentia ſuperiorũ. Vnde poterãt ſibi prouidere petẽdo licẽtiã: & dic, quòd tempus illud ſeme ſtre eſt vtile certo reſpectu: quia nõ currit tẽpore impediměti, ſed alio reſpectu, eſt cõtinuũ: quia currit in diebus feriatis. quod tempus dicatur cõtinuum: & quod vtile: dic, vt no. in cle. vnica. de in integ. reſt. & .ff. de diuer. & tẽp. preſcri. ſuper rub. ¶ In ea gl. ibi. *de arbitris. Celſus*, dic, quòd in caſu noſtro non poteſt mora purgari: quia per lapſum huius temporis, incõtinẽti deuoluitur poteſtas ad ſuperiorẽ: vt in iuribus alleg. in gl. Sed generaliter quãdo mora poſsit purgari: dic, vt not. in regula mora. de re. iur. in. vj. & .c. potuit j̃. de lo. ¶ In ea. gl. ibi: *nulla licẽtia à ſuperiore petita.* & hoc dictũ gloſſ. no. & pro eo facit tex. in.c. poſt electionẽ j̃. eod. Nã ibi tenuiſſet collatio, ſi deuolutio realiter fuiſſet facta. ad idẽ ca. bonę. el. j. de elect. ſentit Inn. in.c. conſtitutus j̃. eo. ¶ † Extra gl. quero de quotidiana queſtione ſ: Nũquid iſtud tẽpus ſemeſtre habeat locũ in habẽte inſtituere preſentatum per patronum? Do. de rot. dec. ccl. tenẽt quòd nõ. Loquitur enim iſte tex. in eo, qui habet cõferre: & ideò nõ exẽditur ad habentẽ inſtituere. Reſpectu enim inſtitutionis fiẽdę nõ reperitur tẽpus à iure limitatũ. Remediũ eſt ergo vt recurratur ad ſuperiorẽ qui præfiget terminũ debenti inſtituere. & ſi nõ inſtituit intra terminũ, ipſe ſupplebit. ad hoc quod no. in.c. ex partej̃. eo. tit. Et poteſt eſſe ratio huius dicti. Nã debens inſtituere, nõ debet habere tempus, ita prolixum: ſicut is, qui habet conferre: cũ inſtitutio fiat de perſona præſentata. vnde nõ habet ſuperior niſi illum examinare: aliàs ſequeretur: quòd beneficium poſsit vacare longo tempore. † Nam patronus habet ſex menſes ad præſentandum: vt in.c. vnico. de iurepatro. li. vj. ſi ſuperior haberet alios ſex menſes ad inſtitutionem, vacaret ſic beneficium per annum ante, quàm deuoluereturpoteſtas ad alium ſuperiorem. Et idem puto dicendum in eo, qui habet confirmare electionem [g]: vt tempus ſibi præfigatur per ſuperiorẽ, ſi electũ differt intra tẽpus debitũ cõfirmare. ¶ † Vltimò hic quæro, ſi patron⁹ differt preſentare intra tẽpus ſibi ſtatutũ, ad quẽ deuoluitur poteſtas, præſuppoſito q̃ ius inſtituẽdi ptineret ad prælatũ inferiorẽ Epiſcopo. Nã primò videt, q̃ ad Epiſcopũ fiat deuolutio: quia iſte Prælatus inferior habet inſtitutionẽ de iure ſpeciali. quod quidem ius debet reſtringi & non extendi ad collationẽ liberam, quæ nunc eſt fienda propter negligentiã patroni. Debet enim fieri deuolutio ad Epiſcopũ, tanquàm ad ordinariũ. Nã res de facili reuertitur ad naturã ſuã. xxxv. diſt. c. ab exordio. & .l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in fi. ff. de pact. ſed in contrariũ eſt gl. ſing. in cle. vnica. de ſupp. neg. præla. quæ vult quod habens inſtituere, habet tunc collationẽ liberã, quod ſatis placet. [h] Nam præſentatio patroni nõ transfert aliquod ius ſpeciale: ſed eſt quoddam initium, ſeu quædam ſeruitus: vt in.c. quod aũt. de iurepa. Ius enim ſpirituale tranſfertur ex ſola inſtitutiõe: vnde priuato patrono per negligentiã ſolũ tollitur ſeruitus illa, & pura diſpoſitio remanet penès debentẽ inſtituere. quod nota ſemper: quia ſubtilis eſt iſta quæſtio, & poſſet de facto venire.

h

§ SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia non poſſunt conferri: licet ille, cui erãt promiſſa, ante quàm vacarent, appellauerit.*
2 *Promiſsio beneficij vacaturi non conualidatur data eius vacatione: qua promiſsio ab initio fuit nulla.*
3 *Appellatio minus legitima non impedit libertatem conferendi beneficia.*

CAP. III.

1 RElatum. ¶ † Beneficia vacantia conferuntur non obſtante appellatione illorũ, quibus promiſſa fuerunt ante, quàm vacarent. h. d. Secunda ibi: *conſultationi.* ¶ Caſus literalis. Aliqui recipiebant promiſsiones de eccleſijs non vacantibus: poſtmodum vacabant. Illi appellabant, ne alijs conferri deberent: quæritur, an tali appellationi ſit deferendum? Reſpon. Papa, quòd cũ tales promiſsiones in concilio Laterանẽ. prædicto ſint caſſatæ: nunquam prætextu talis appellationis, debet omitti, quin ordinentur in eis perſonę idoneæ cum vacauerint.

2 Ber. ¶ † Not. j. quòd promiſsio vacaturi beneficij, non conualidatur, etiam data vacatione illius beneficij. Nam cùm promiſsio à principio fuerit nulla, ex ſola vacatione ſubſequenti, non conualidatur. argum. in.c. auditis. de elect. ¶ † No. ij. quòd appellatio minus legitima, non impedit libertatem conferendi. Et no. q̃ promittens beneficium vacaturum, nullo modo obligatur ad obſeruandum obligationem: quia damnata eſt à iure.

§ SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta per collatorem non valet, ſi Papa ante ſibi reſcripſit, vt alteri conferret: & ad hoc miſit executorem. 2. 7.*
3 *Executor datus ad dandum alicui canonicatum, non poteſt ei conferre, vel prouidere de præbenda vacatura. 8.*
4 *Inueſtitura non transfert in inueſtitum poſſeſſionem corporalẽ: intellige quãdo inueſtitura fit in abſentia rei inueſtitæ. 22.*
5 *Beneficia vacatura ſolus Papa poteſt conferre: licet de honeſtate non debeat facere.*
6 *Papa poteſt diſpenſare contra ſtatuta concilij generalis.*
9 *Papa in quibus caſibus non diſpenſat.*
Bigamus ex diſpenſatione Papæ ex cauſa facta poteſt promoueri ad ſacros ordines.
10 *Papa non diſpenſat in concernentibus fidem. 20.*
11 *Decimæ ex diſpenſatione Papæ, an non ſoluantur?*
12 *Papa in totum poteſt tollere votum ex cauſa: aliàs non.*
Epiſcopus verò nõ poteſt tollere in totũ: ſed põt ipſum cõmutare.
Papa poteſt facere omnia, quæ ipſe Deus, claue tamẽ nõ errãte.
13 *Papa ſine cauſa nõ põt quẽ abſoluere à iuramento, neq; ſeipſum.*
14 *Papa non poteſt diſpenſare circa vniuerſum ſtatum eccleſiæ: niſi ex aliqua iuſta cauſa.*
Papa nõ põt cõcedere Principi ſeculari, vt poſsit iudicare inter clericos:

clericos: niſi ex magna cauſa.
15 *Monachus ex diſpenſatione Papæ an poſsit habere proprium.*
16 *Papa nõ diſpẽſat in ſecũdo gradu in linea inæquali: ſed in linea æquali ſic.*
17 *Papa non poteſt iudicari, nec ab Imperatore: nec à toto clero, nec populo: niſi de ſola hæreſi. quo caſu eſt deponendus, nõ à ſemetipſo. ſed ab alio.*
18 *Papa exiſtens in peccato mortali, debet moneri ſecundum denuntiationẽ euangelicã: & ſi erit peccatum notoriũ, per quod eccleſia ſcandalizabitur: & monitus non deſiterit, poterit priuari, quia ſapit hæreſin.*
19 *Papæ eſt obediendum circa omnia illa, quæ præcipit, niſi contineant peccatum mortale.*
20 *Papa in omnibus poteſt diſpenſare, præter quàm in articulis fidei, vel præter ea, quæ ſui natura ſunt mala.*
21 *Sententia, an tollat, vel tradat dominiũ illi, cõtra quem, vel pro quo datur.*

CAP. IIII.

1 RPoſuit. ¶ † Si ſcribitur ei, ad quẽ ſpectat collatio, dato executore ad prouidendũ per præſentationẽ literarũ collatori factã affictur præbẽda: ita, q̃ collatio alteri facta non tenet. h. d. ſecũdum verũ intellectũ. ¶ Et duę ſunt partes principales. Primò narrat factũ cõtinens gratiã, & executoris proceſſum: capitulo contemptũ: & duplex factũ Cælestini. Secũdò ponit mãdatum Inn. præmittẽs proteſtationẽ & ipſius motiuũ. ibi: *licet autẽ.* ¶ Caſus literalis. Cælestinus Papa mãdaut Præpoſito & capitulo Cameracẽſi: vt. T. presbyterũ reciperẽt in fratrẽ: & aſsignarẽt ei prębendam proximò vacaturã, quæ ad donationẽ ſuã ſpectaret in eccleſia ſua, Decano Remẽſi ſuper hoc executore cõceſſo. Sed cum Decanus inueniſſet eos contumaces, dictũ presbyterũ inueſtiuit de prębenda primò vacatura in eccleſia Cameracẽſi pertinẽte ad donationẽ ipſorũ. tandẽ vacauit vna prębenda, & ipſi eã alij aſsignauerũt. Cælestinus hoc intelligens, & volens ratũ habere, quod ab eodẽ Decano factũ fuit, caſſauit collationẽ factã à capitulo, & dictũ presbyterum de ipſa per annullũ inueſtiuit. Sed etiã dictus presbyter prębendã illã adhuc quietè habere nõ potuit: cũ alius eam poſsideret. Acceſsit ad dominũ Inn. & expoſuit ei omnia præ dicta. dixit ergo Inn. q̃ licet non ſit intentionis ſuæ inueſtituras de vacaturis factas contra canonicũ inſtitutũ ratas habere, qui poteſt contra ius diſpẽſare: tamẽ cõſyderans, quòd dictus presbyter non fuit inueſtitus de vacatura, ſed vacante per Cælestinũ, quæ poſt caſſationem conceſsionis, quam fecit capitulũ, intelligebatur vacare: mandat Papa Præpoſito & capitulo Cameracen. qualiter amoto ab eo, quolibet detentore, dictã præbendã prefato presbyro aſsignare procurẽt. B. ¶ † No. j. q̃ per mãdatũ factũ ordinario dato executore ad prouidẽdum ex ſola preſentatione afficitur po
a teſtas ordinarij [a]: vt collatio alteri facta nõ valeat. Et iſte eſt verus intellectus iſtius. c. hodie magis probatur in.c. ſi capitulo. eo. ti. in vj. Hic enim ſcriptũ fuit capitulo, & fuit datus executor ad prouidendũ de prębenda in defectum capituli. vnde ex ſola preſentatione facta capitulo, affecta fuit poteſtas capituli: ita, quòd collatio
3 præbẽdæ poſtmodũ vacãtis: alteri facta nõ tenuit. ¶ † No. ij. q̃ executor nõ poteſt prouidere, ſeu inueſtire de vacaturo beneficio. licet ergo poſſet cõferre canonicatũ de preſenti, ſi hoc mandatur: nõ tamen debet conferre prębendã, niſi prius vacet prębenda. ad
4 idem ca. ſi capitulo. &.c. executor. eo. tit. ¶ † No. quòd per inueſti turam nõ transfertur poſſeſsio corporalis. Nã Cælestinus hic inueſtiuit clericum per annullũ, nec per hoc fuit translata poſſeſsio corporalis: imò in fin. mandat capitulo: vt prębendã aſsignet ſibi dando poſſeſsionem. & de hoc vide, quod latius dixi in.c. authori
5 tate. ſ. ti. prox. ¶ † No. in verſic. *licet.* quòd licet Papa poſsit dare ius ad beneficia vacatura: non tamen de honeſtate. vnde Inno. hìc fatetur ſe nõ velle habere ratã inueſtiturã de vacaturis beneficijs.

6 ¶ † Sed no. exiſto ver. iuncto. c. ij. ſ. e. q̃ Papa poteſt diſpẽſare [b] cõ d
b tra cõciliũ. Nã. c. ij. alleg. fuit editum in cõcilio generali. & nihilominus Papa hìc dicit, quòd ſupra illud ius poſsit diſpenſare. Pro hoc. c. ſignificaſti. ſ. de ele. vbi dicitur, q̃ in cõſtitutionibus cõcilij, intelligitur authoritas Papæ. ſed dic, vt ibi plenè dixi. ¶ Opp. con
tra tex. videtur enim cõtrarius ſibi in multis locis. Nã primò dicit, e
q̃ executor reperit canõicos cõtumaces: & ideò inueſtiuit de prębẽda vacatura. Nã cũ nõ potuerit ĩueſtire de vacatura: vt in ver. li cet. nõ põt dici, q̃ canõici fuerĩt cõtumaces: qa nõ potuerũt dare p
bẽdã vacaturã. Itẽ Cęleſtin⁹ dicit, q̃ valebat factũ Decani: & tñ In. dicit, q̃ nõ eſt ſuę intẽtionis habere ratã ĩueſtiturã de vacaturis factã. a
& nihilominus mandat illi, pro quo fuerat ſcriptũ, prębendã aſsignari. Item videtur iſte tex. contra. c. dilectus. el. ij. ſ. de præb. vbi collatio alteri facta cõtra mandatũ Papæ, tenet
nec reuocatur: & tñ Cęleſtinus hìc ruocauit b
collationẽ factã per capitulũ. † Sol. ex gl. col 7
a industria: vt dixi in capit. grauis. de resti. spo. Illa possessio dicitur habere plurimũ facti, [a] in qua magis versaf factũ quã ius: vt est illa, quã acquirimus corpore & animo nostro. nã possessionem acquirebamus ante, quã emanaret iuris dispositio. iuxta illud: Quodcũq; calcauerit pes tuus, tuum erit. Et vide. j. dist. ius gentiũ. & insti. de re. di ui. §. quod verò. Illa verò possessio habet multum iuris & multum facti, vbi multũ operatur ius, & multũ operaf

15 factũ: vt in possessione: quę nobis quærif per procuratorẽ. nã ibi versatur multũ iuris, quia sine facto nostro acquirif nobis possessio. versatur etiã factũ: quia ex tali possessione nõ vsucapimus, nisi à tẽpore scientiæ: vt in iuribus alleg. in gl. Et in quantum dicit, ꝙ hæc possessio habebat plurimum facti, & quasi nihil de iure: non bene dicit iudicio meo, quia Papa mandat hîc inquiri, vtrum iste

c Episcopus legitimè possideret. vnde arbitror, quòd tex. noster: est alienus à materia huius glossę. & quòd dicitur habere hîc plus possessio facti. facit, quia ante, quã de tegeretur, vtrũ Episcopus haberet ius, hæc quæstio cõsistebat plus in facto, quã in iure, quia ius nõ inducebat hîc nullitatẽ ipso facto, nec priuationẽ: ex quo de nouo fuit assumptus ad illã præpositurã. aliàs gl. sequens diceret falsum. quæ tamẽ comuniter approbatur, vt in ea dicam.

15 ¶ † In gl. in versi. *iusta causa.* ibi: *paupertas Episcopatus.* Aduerte: quia iura quæ gl. allegat, loquuntur in vnione. Nam propter paupertatẽ vnius dignitatis, põt fieri vnio alterius beneficij, vel dignitatis: vt in iuribus alleg. in gl. & in. c. j. ne se. vacan. & c. ficut vnire. de excess. præla. sed nos hîc loquimur cessante vnione. vnde poterat esse legima causa hîc, quia forte Episcopus non erat in possessiõe episcopatus: sed exulabat. ad hoc. c. ad supplicationem. de renũ. & vij. q. j. c. pastoralis. Vel fortè fructus huius præpositurę fuerãt episcopo collati pro exoneratione debitorũ episcopatus. quod fieri potest: vt not. in. c. vnico j. vt eccle. bene. fi. & c. fi propter tua debita. de rescrip. lib. vj.

16 ¶ † In ea glo. ibi: *sed pone quòd aliquis.* No. hanc particulã gl. vsq; ad fin. Ex qua habes, quòd non omnis possessio facti, inualidat literas de ea mentionẽ nõ facientes: vnde si clarè constat beneficium vacare, nõ est necesse, quòd de tali possessione facti fiat mẽtio. & sic vt dixi in prædicta gl. tex. hîc non loquitur de ea possessione, quæ habet plurimum facti, & minimum iuris: sed de ea, quæ prætendit ex legitima causa, & potius consistit in facto: vtrũ sit legitima: quia ius super ea apertè non disponit. Et quòd hoc casu quando possessio est euidenter iniusta valeãt literę, probo ratione naturali. Illud tacitũ habet inualidare literas quo expresso Papa non dedisset literas, vel non ita de facili: vt in. c. super literis. & in ca. postulasti. de rescri. sed expresso, ꝙ possessio est euidenter iniusta: Papa non solùm donasset, imò facilius donasset ne notoriè diu possi-

17 deant per intrusum. ¶ † Et quia per talẽ solet deperire substãtia ecclesiarũ: & imminet periculũ animabus subditorũ: cum à tali non possint absolui. xij. q. ij. alienationis. & in capi. dudũ. el. ij. de electio. Sed quando possessio est colorata, ideſt, prætensa ex legitimo titulo præsuppositio, ꝙ titulus non sit verus, Papa ita de facili non dat literas, ne videatur cõferre beneficium viuentis: sed prius mandat inquiri, vtrum ille haberet ius: & eo non habente mandat illum remoueri, & beneficium sic vacans alteri conferri: prout mandat hîc in fi. c. & in. c. quia diuersi

18 tatem. s. eodem. ¶ † Et generaliter cum quęritur, an & quando beneficiũ per alium possessum posit alteri conferri [b] per ordinarium, vel per delegatum Papę seu legati. Distinguit hîc Cald. & post eũ do. Anto. & dic adhuc latius & clarius, ꝙ quãdo ꝙ beneficiũ vacat de iure & de facto: quia nullus est in possessione: & tunc nõ est dubiũ ꝙ tã ab ordinario, quã ab executore Papæ potest cõferri: vt hîc à contrario: vt in. c. ij. s. eo. Quando ꝙ beneficiũ vacat de facto, sed non de iure vel saltem beneficiũ nõ est

c liberũ: vt puta quia est collatũ absenti, & nondũ accepta uit: & tale beneficiũ nõ potest alteri cõferri. per. c. j. & ij.

19 s. eo. & c. fi tibi absenti. de prẽben. lib. vj. ¶ † Quãdo ꝙ vacat de iure, sed non de facto: & iste est proprius casus noster, in quo distingue, quia aut loquimur in delegato, aut in ordinario. In ordinario, aut possessio non est colorata aliquo titulo: sed euidenter iniusta: & poterit alteri conferri etiã non vocato possessore: licet possessio nõ de beat auferri eo non vocato. de hoc est casus no. in. c. licet Episcopus. de prẽbẽ. lib. vj. facit. c. de multa. pręale. Aut possessio est colorata & aut loquimur in Papa, ꝙ est ordinarius omniũ: aut in inferiori. Primo casu si cõferf proprio motu, tenet collatio secundũ Cal. quia motus proprius excludit surreptionẽ: vt in. c. fi motu [c] proprio. de

c *præben* * . lib. vj. Aut confert ad instantiã, & non tenet impetratio, seu collatio. arg. hîc. Nam sicut non valent literę papę: ita nec collatio facta per eũ. ar. in. c. cũ olim. de re iudi. vbi probaf ꝙ collatio Papę facta surreptia, nõ valet. ¶ Secũdo casu in ordinario inferiori distinguit Cal. vtrũ sit ordinarius tẽporalis: aut legatus perpetuus: aut prelatus inferior. Primo casu non tenet collatio, secundum eũ. arg. c. fi. de offi. leg. lib. vj. & cle. ij. de offi. or. Nã surreptio cadit in legato sicut in Papa vt ibi. Sed collatio facta ab ordinario perpetuò tenet, secũdum eũ: licet possessio sit colorata. & videtur hoc sentire Io. an. & Hosti. hîc. Mouẽtur quia apud ordinariũ nõ cadit surreptio cũ ipse presumatur scire possessionem facti alterius. & sic non põt dici, ꝙ per veri taciturnitatem fuit habita collatio. & pro hac opi. facit gl. no. in. d. c. licet Episcopus. quę dicit, quòd possessio beneficij apud aliũ existens, nõ impediat collationem ipsius si in veritate vacat. Sed do. Anto. sentit hîc opp. tã in primũ mẽbro, quando Papa contulit motu proprio: quàm in hoc vltimo mẽbro, quando collatio talis beneficij non solùm inualidatur ex surreptione: sed etiam ex defectu potestatis. Sicut enim nõ valet secunda electio, prima colorata non cassat, vt leg. & nota. in. c. auditis. & c. consyderauimus. de election. ita & fortius nec collatio valere debet. Ad hoc. c. inter dilectos j. de excess. pręla. vbi no. tex. in collatione. facit

[a] ¶ Plurimũ facti. Adde Oldr. consi. cxxxvj. circa fi.

[b] ¶ Conferri. adde d. Car. consil. lxxiiij. & xxxij. Ro. cõsi. clviij. & cccc. xcxj.

[c] ¶ Motu proprio. Adde, ꝙ do. Card. consi. cxlij. in fi. dicit, ꝙ licet dicatur motu propr. qd̃ tamen sæpe fit ad instantiam partis petentis.

c. quia diuersitatem. s. eo. & istud. c. in fi. Et vbi Papa mã dat prius cassari colorem posidendi, seu beneficium resignari, & posteà conferri. Et hanc opi. etiã antequàm videre opini. do. Anto. semper eam tenui. & in Papa dic, ꝙ nõ procedit ex defectu nullitatis, generaliter loquendo: sed ex defectu præsumptę voluntatis. Nã motus pro prius solùm excludit surreptionem: nõ autem firmat gratiã contra voluntatem præsumptam concedẽtis: vt no. dicit Io. an. in. d. c. si motu proprio. facit quod not. gl. in clemẽ. si Romanus. de prẽben. In proposito ergo Papa in dubio non præsumitur velle cõcedere beneficiũ ab alio coloratè possessum. arg. in iuri. præallega. vnde licet nulla culpa reperiatur ex parte prouisi motu proprio: adest tamẽ cõtraria voluntas præsumpta Papę. In ordinario verò inferiori nullitas causatur ex defectu potestatis quia non vult, vt beneficium alteri conferatur vel ad illud alius eligatur: nisi constet de voluntate iuris possidẽtis: ne videatur beneficiũ viuentis alteri collatum: vt hîc & in d. c. inter dilectos. &. d. c. auditis. &. c. consyderauimus. ¶ Secundo membro principali, scilicet in delegato Papæ aduerte, qñ ꝙ literæ sunt validæ: & dubitatur nunquid extendatur ad beneficium per aliũ possessum. quando ꝙ literę sunt nullæ. sunt enim validę quãdo in genere sunt concessæ non ad certum beneficium: & tunc tales literæ possunt mandari executioni in beneficio per alium possess. Sed debemus distinguere, ꝙ aut possessio non est colorata, sed euidenter iniusta: & tunc põt conferri per executorem: quia nihil obstat: vt voluit Cal. hic, & Inn. in. c. proposuit. s. eo. † Et compo. in. c. capitulũ. de rescri. vbi plus dicit, ꝙ si secundus executor contulit tibi beneficium, mihi primo impetranti debitum: potest executor meus illud beneficium mihi conferre, etiam non cassata prius collatione tua: quia tua collatio recens videtur facta in fraudem mei iuris. Sed si possessio esset colorata, puta antiquata & ante impetrationẽ mearũ literarũ generaliũ: tunc executor meus debet primò cassare tuum colorẽ posidendi, puta vocando te, & admittẽdo probationes super defectu tui iuris. & postquàm cõstiterit de iniustitia euidenti tui iuris, poterit mihi illud cõferre. qđ bene notabis. Nã facit pro istis expectãtibꝰ: quia poterũt petere gratias suas mãdari executiõi in beneficiũ suũ per aliũ possessum, si in veritate in eo ius nõ habet. Si autem literę sunt speciales[a], puta ad certum beneficium sicut hîc erat. & tunc si dicunt beneficium vacare de iure: valent non ob. possessione facti alterius: vt hîc volunt docto. communiter: & bene quia expresit ve rum. Non enim dixit quòd simpliciter vacabat, sed de iure: & ideo sis cautus in impetratione beneficij per alium possessi, vt non dicas illud simpliciter vacare sed de iure. ¶ † Aut simpliciter literæ dicunt beneficium vacare: & tunc si est apposita clausula, amoto quolibet illicito detẽtore:[b] quæ habetur in. c. proposuit. s. eo. & tunc dicit Ioan. de Deo in suis quęstionibus. & sequitur Io. an. hîc: ꝙ possessio facti non inualidat literas: quia satis faciunt mentionem de possessione facti per illam clausulã. Sed Lap. de castel. & fertur Io. Cal. idem dixisse. dicit, quòd hoc procedit quãdo clausula ponitur in literis gratiosis: secus si in literis executorialibus vel in executiõe gratię: quia ea, quę apponuntur in executione gratię, nõ firmãt gratiam aduersus vitiũ surreptionis. quod est notabile verbum. & ego pro illo dicto allego tex. in cle. jj. de prẽbend. Et nõ semper hoc dictum: quia hodiè hęc clausula communiter solet apponi in fi. rescripti, in executiõe ipsius gratię. Siverò nõ est apposita talis clausula, tũc literę sunt surreptitię: vt hîc. & iste est casus huius. c. & eius rationẽ. s. dixi. ¶ Et ex ꝺictis potes colligere duos intellectus ad istum tex. Primò ꝙ factũ executorũ fuit hîc reprobatum, propter surreptionẽ commissam in impetratione literarum, quia simpliciter fuit dictum beneficiũ vacare: & alter erat in colorata possessione. Secundus intellectus, quòd nõ valuit collatio: quia non fuit cassatus primus color posidendi, seu non fuit pronuntiatum beneficiũ de iure vacare. Et vterq; intellectus est verus in se: primus tamen magis cõuenit literę, propter verba, eò ꝙ per falsi suggestionẽ. &c. quæ sunt causa decidendi inductiua. ¶ Innoc. instat & ex dictis suis varij intellectus possunt colligi: sed quia nõ videntur veri, nec vtiles, nõ insisto. sed inter cætera ponit vnum, quòd ideo non valuerunt literæ: quoniam iste narrauit beneficiũ deuolutũ ad Papã, propter negligẽtia collatoris authoritate lateranẽ. concilij, quod tamẽ erat falsum. qñ capitulum nõ fuerat hîc negligẽs in cõferẽdo, cũ assumperit de nouo istum Episcopũ ad præpositurã: vnde quãquàm iste Episcopus nõ esset habilis ad præpositurã cõsequendã, non tamẽ vacabat per negligentiam. ¶ † Et circa hoc ponit Inn. notabilem regulam, quòd vbicunq; ius beneficij cadit in persona prouisi licet extrinsecus persona sit inhabilis: impeditur effectus ipsius Lateranensi. Concilij: quia non fit delutio ad superiorẽ prætextu negligentiæ: sed potius prætextu delicti: quia contulit non idoneum. secus vbi persona prouisi esset beneficij incapax: puta infans, laicus, vel penitus illiteratus. Tunc enim perinde est acsi collatio nõ esset facta. secus in primo casu, quãdo persona est capax. Ponit exemplum: quia, si est homicida, illegitimus, & vel irregularis. & no. hæc verba perpetuò, ꝙ istę personæ sunt capaces iuris beneficij: licet collatio facta eis non teneat. Nam secundum eũ homicida iustè tenet beneficium, donec priuetur: tamẽ potest iterum secum dispensari per superiorem. ¶ Ex quibus verbis etiam no. quòd homicida nõ est priuatus ipso facto, titulo beneficij. & quia Inno. prima fronte videtur sibi contrarius: intellige eum quòd homicidiũ superueniens seu irregularitas, non priuat quem ipso facto beneficio suo: sed opus est sententia[e]. & pro hoc bene facit. c. clericis j̃. ne cle. vel mon. & . c. ex literis. de excess. prẽla. & notabis illa duo iura. Sed si homicidium seu irregularitas prę cessit collationem: tunc non tenet collatio: quia facta indigno & inhabili ad executionem officij: vt in. c. fi. de tẽpo. ord. & hoc voluit Inno. in. c. constitutionem. el. ij. s. de appel. Et iste intellectus est satis verus in se: sed nõ cõgruit literæ, quæ fundat se super suggestióe. &c. & quod possessio nõ vacabat de facto. ¶ † Sed nunc quæro: quia s. dixi, quòd beneficium coloratè possessum, non debeat alteri conferri, nisi prius cassetur ille color posidendi: secus vbi possessio nõ est colorata, sed euidenter iniusta. Quæro ergo quando dicitur colorata, & quando incolorata? Calder. hîc instat: sed in effectu cape duas regulas. ¶ Prima, ꝙ vbicunq; defectus est in conferente, nec inducitur priuatio ipso iure per sententiam iuris, vel hominis: talis possessio est colorata. Pro hoc iste text. Idem est, vbi iste defectus fuit in conferente, qui non habebat potestatem: sed superuenit confirmatio superioris: vt in d. c. quia diuersitatem. ¶ Secunda regula, quòd vbicunq; conferens non habebat potestatem conferendi: vel si habebat priuatio est inducta ipso facto ab homine, vel à iure: talis possessio dicitur incolorata. hoc probatur in. c. licet Episcopus j̃. de prębend. lib. vj. & in. c. de multa. s. et. ¶ † Cui autem incumbat onus probãdi? dic, quòd ad petitionem partis non tenetur possessor probare coloré possessionis: quia nemo tenetur ostendere titulum suæ possessionis ad petitionem partis. ij. q. v. in prin. & l. cogi. C. de pet. hær. sed ad iudicis instantiam tenetur possessor hoc probare: quia in his exuberat officium iudicis. argu. ij. q. j. c. legum. & in. c. cum dilecti. s. de elec. dummodò superior non sit visus consensisse[g] in illum, iuxta not. per glo. Ioan. And. in regula. j. de regu. iur. lib. vj. & plenè hîc per

a ¶ Sebastiani. Sunt speciales. De horũ veritate latè disputat Felin. ca. in nostra. in xxxvj. corollario. s. de rescrip. & ibi etiã declarat, quãdo est apposita clausula, amoto quolibet detento re. & pulchrè quid sit colorota possessio, & plura ad hãc materiam.

b ¶ Amoto quolibet illicito detẽtore. Adde quod no tanti in apo. ad istũ post eũ in. c. de clero. nu. viij. versic. quæro circa. in ap. in ver. vt dare possessionem. & ibi tetigi, an possit de legatus cum hac clausula aliã substituere: & qualiter procedit. vbi etiam Felin. col. iij. versi. ad illud de clara, amoto. &c. s. de re iudi.

c ¶ Præpositurã consequendã. Ad horum declarationem vide pulchrè per Imo. j. in. c. fe. vbi. d. Anto. ponderat illũ tex. contra præcedentem intellectum.

d ¶ Illegitimus. Adde quod voluit Pe. de Ancharano consi. cxvj.

e ¶ Opus est sentẽtia. Adde qđ voluit Anc. cõsi. cl. xxiiij.

f ¶ Colorata. Adde videndum Lapum. alle. ccij.

g ¶ Visus consensisse. Adde quod voluit Oldrad. cõsi. xviij.

hîc per Hostien. in. c. licet Heli. de simo. posset tamen superior hoc casu assumere onus probandi in se defectu tituli, ne ille teneat cum peccato: vt no. in iuribus præalle. & facit quod no. gl. in. c. j. suprà eo. Et vbi beneficia esſent incõpatibilia, põt superior semper ex officio exigere probationem: vt in. c. ordinarij. de off. ord. lib. vj. & ista sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, si est collatum alicui, potest eius possessio peti non obstante eius abiuratione, vel renuntiatione.*
Agenti possessorio adipiscendæ non obstat exceptio abiurationis, vel renuntiationis. 6. 12.
Beneficiũ, vel dignitas non vacans, non poterit alteri conferri.
2 *Conferens beneficia videtur donare: & habet illum, cui contulit naturaliter obligatum.*
3 *Collatio inualida propter formam non seruatam, facit transire ius conferendi in proximum superiorem: quia videtur collator esse in negligentia.*
4 *Beneficium potest retineri ex diuersis titulis: & vnum titulum acceptando alteri non renuntiat. confirmatio verò ex pluribus titulis non potest fieri.*
5 *Clericus intrudens se in beneficium viuentis: vel faciens se inducti titulo aliquo titulo: in perpetuum est inhabilis ad illud habendum, si fuerit sciens, vel in supina ignorantia. 11.*
7 *Collatio facta alteri de vno beneficio præsente & non contradicẽte vero domino, an sibi præiudicet: maximè si ipse aliud acceptet.*
Si clerico habenti vnum beneficium fuit alterum consimile collatum, & fecit signum crucis collationi de primo suo beneficio alteri per superiorem factæ, sibi non præiudicabit ante, quàm habeat possessionem secundi.
8 *Capituli appellatione, an & quando veniat Prælatus. 9.*
10 *Institutio & collatio confunduntur, adeò quòd non vitiaretur libellus, vel rescriptum.*
13 *Iudex potest repellere exceptiones partis aduersæ, quando calumniosè proponit.*
Exceptio calumniosa, quando præsumatur?
14 *Possessio non datur illi, qui nunquàm habuit eam, nisi prius ostẽdat de suo titulo.*

CAP. VII.

1 POst electionem. ¶ † Vbi cõstat beneficium collatum per habentem potestatem: per exceptionem abiurationis & renuntiationis, nõ debet possessio retardari. h. d. secundum verum & not. intellectum, sed clarius posset sic summari. Contra agentem possessorio adipiscendę, nõ obstat exceptio resignationis & abiurationis. Sed iste intellectus non facit ad titulum: & ideo summatur secundò, ꝙ dignitas nõ vacãs alteri conferri non potest. Et sunt duę partes. In prima facti narratio: in secunda ipsius diffinitio. ibi: *quoniam*. & quælibet pars subdiuiditur, vt de se patet. ¶ Casus litera lis. Magister. H. &. R. de sancto Cadmũdo, cõtendebant adinuicem de archidiaconatu Richimũdię, propter hoc accesserunt ad dominum Papã in presentia eius ex parte R. de sancto Cadmundo in hunc modum fuit propositum. Vacante archidiaconatu Richimundię, Archiepiscopus Eboracen. in remotis agens, hoc audito archidiaconatũ ipsum cõtulit magistro. H. mãdans capitulo Eboracen. vt eum in Archidiaconum reciperẽt. Sed ipsi mandato ipsius a quiescere noluerunt: quia prędecessor noster Inn. inter cętera, quę decano & capitulo Eboracen. suo priuilegio cõcessit: decernit ordinationẽ canonicorũ, seu personarũ liberã esse: vt videlicet idonea & honesta persona, cui Archiepiscopus vacantem prębendã, vel dignitatem in ecclesia Eboracen. duceret conferendam, secundum antiquam consuetudinem ecclesiæ præsentaretur Decano & capitulo Eboracen. Et si quis contra huiusmodi consuetudinem in ecclesia ipsa esset introductus, nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Et si Archiepiscopus intra tempus lateran. concilij, secundum formã priuilegij hoc non faceret, tunc liceret Decano & capitulo authoritate apostolica, iuxta eius conclij statuta prędicta conferre. Cùm igitur de ipso Decano in literis Archiepiscopi mentio non fiebat, per quem debebat in capitulo inuestiri, ipsius mandato fuit contradictum: & sic collatione Archiepisco. reprobata, credentes anthoritatem conferendi ad capitulum deuolutã R. de sancto Cadmundo Archidiaconatum contulerũt: installantes eundẽ. Proponebat insuper dictus. R. quòd magister. H. renuntiauerat & abiurauerat collationi archidiaconatus, quã sibi fecerat Archiepiscopus. & post illam renunciationem eidem Archiepiscopus contulit archidiaconatum, vnde dictus. R. tam ratione primæ concessionis, quàm secundæ, petebat sibi assignatum archiaconatũ confirmari. His auditis, quia constitit domino Papæ archidiaconatum prædictum magistro. H. per Archiepiscopum primò fuisse concessum: & quòd instis tutio facta de ipso. H. non fuisset secundũ iuris ordinem reprobata, archidiaconatus non vacãs, alteri cõferri nõ potuit: prędicto. R. qui contra iustitiæ regulam in locũ alterius se prouehi consensit, super ipso archidiaconatu silentium imposuit: decernens, vt institutio facta per archiepiscopũ de magistro. H. sortiatur effectũ. & si postmodũ aliquis apparuerit, qui econtrà aliquid velit proponere super renuntiatione, vel abiuratione, vel aliquo præmissorum, ordine poterit iudicario experiri. Bern.

2 ¶ † No. j. ibi: *propria liberalitate*. & ibi: *donationem*. quòd collatio dignitatis seu beneficij, potest dici donatio, & quędam liberalitas, vt si conferens motu proprio fuit in ductus: dicitur vsus propria liberalitate. Et dic, quòd est liberalitas in prælegendo personam: quia non tenetur isti, vel illi conferre. De quo dic, vt plenè dixi, in capitulo relatum. s. de prębend. Et ex hoc potest inferri, quòd recipens collationem beneficij, est naturaliter obligatus ei, qui contulit dum ille exercuerit liberalitatem in eum

3 vt in. c. cum in officijs. de test. ¶ † Not. ij. ꝙ collatio facta non seruata forma speciali, & iure inducta, est ipso iure nulla: [a] & deuoluitur potestas ad superiorem ex negligẽtia, ac si nunquam fuisset facta. facit. ff. de arbitris. in. l.

4 quid tamen. ¶ † No. iij. ꝙ potest quis cõsequi varios titulos super eodem beneficio & ratione illorũ se defendere. & est iste tex. in hoc multum notabilis, & nescio alibi. [b] Et ita consuluit [c] per istum tex. Paul. de leaza. cui videtur obstare. c. vt quis duas. de elec. lib. vj. vbi dicit, ꝙ electus non potest potere confirmationem ex duabus electionibus: sed oportet, ꝙ eligat alteram: quia impossibile est ꝙ vtraq; valeat. facit. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tribu. Solu. agendo & petendo confirmationem nõ potest quis fundare super duobus titulis [d]. vt in contrario: sed se defendendo potest. & ita intellige istũ tex. Facit regula nullus pluribus. & quod ibi no. de reg. iur. lib. vj. Et ex hoc sis cautus, vt si dubitas de collatione tua, impetres secundã: quia per hoc non inducitur renuntiatio primæ: imò poteris vti vtraq; ad defensionem tuã. & vide quod not. Ioã. and. in. c. cum personæ. de priuile. libr. vj. super glossa. & sic ponit ibi quędam bona verba ad materiam.

5 ¶ † Not. iiij. quòd non solùm is, qui propria authoritate intrusit se in beneficium viuentis, est inhabilis ad illud beneficium: sed etiam ille, qui aliquo quęsito titulo fecit se instituí. Nam vt patet hîc, iste Rogerius habuit colla-

a ¶ Nulla. Adde R. consi. ccvj.

b ¶ Sebastiani. Ipso iure nulla. contrarium videtur obtinere de directo tex. in. c. cõsyderauimus. s. de elect. vbi electio facta non seruata forma priuilegiorũ ecclesiæ, & sic introducta à iure speciali, est ipso iure valida.

b ¶ Nescio alibi. vide. c. constitutus. el. j. de testib. vbi idẽ probatur. Vide quod no. in. c. cũ olim. de re iud. vide simile in. c. ex literis. de in integ. resti. in verbo appellauit & suppli cauit. And. Barb.

c ¶ Ita consuluit. ad de Ro. consi. cccc. xxxiij.

d ¶ Super duobus titulis an qs possit habere varios titulos, latè tradit Felin. in. c. in nostra. col. ij. vers. titulus multiplicatur. s. de rescrip. vbi plura ad hãc materiã.

ZACHARIAS.
a ¶ Venit Decan⁹, & sic prælatus ec clesiæ. Adde istũ in c. capitulũ sanctæ crucis. nu. 3. & quod ibi notaui in apo. ad eum. in ver. capitulũ. ſ. de rescrip.
b ¶ Prælatus. adde Fel. cõsil. cccxix.
SEBASAPIA.
b ¶ Prælatus. vide Imo tenentem cõtrarium in c. ex ore. in. ij. col. j. de his quæ fiũt à majo. parte capituli.
SEB. SAPIA.
c ¶ Appellatione capituli. Vide Feli. in proœ. Greg. col. iiij. versic. nec obstat, q appellatione capituli.
d ¶ In. c. j. Adde quę ibi posui.
e ¶ Calumniosè excipi. Adde. Alex. consil. lxv. j. lib. & xlj. ij. lib.
ZACHARIAS.
a ¶ Adde ple. Lan fran. de Soria in. c. quoniam contra falsam. ſ. exceptiones. num. viij. versi. item sciat. ſ. de proba.
SEB. SAPIA.
c ¶ Excipi. Vide de hoc latè per Feli. in. c. de cætero, col. iiij. ſ. de re iudica, & in. c. exceptionẽ. col. v. ſ. de excep. Mod, post Alex. & Paul. de castro. in. l. vbi pa ſtum. C. de transa.

tionem à capitulo, credens capitulum habere potestatẽ iure deuoluto & nihilominus papa imposuit sibi silentiũ in perpetuũ, quia contra iustitiæ regulam in archidiaconatũ alterius promoueri se consensit. Et ex hoc capite dicit Inn. q collatio secundo loco facta per Archipiscopũ nõ valuit, præsupposito q alter vellet renuntiasse, quia inhabilis efficitur in perpetuũ ad illud beneficiũ. quod diligẽter no. & tetigi in. c. j. ſ. eo. Sed intellige qñ iste fuit sciens, vel in supina ignorãtia: secus si probabiliter hoc
6 ignorabat. iuxta gloſſ. in. c. j. preallega. ¶ † Vltimò no. secundum verum intellectũ, quòd exceptio resignationis, vel abiurationis, non habet impedire, quominus prouisus ante omnia cõsequatur effectum collationis suæ: scilicet nãcisci cẽdo possessionem corporalem. & hoc intelli-
7 ge, quãdo prouisus nõ agit peritorio sed possessorio adipiscẽdę. pro hoc. c. accedens. el. j. de accusa. & j. latius dicã. ¶ † In gl. j. ibi: *electus consensit*. Quid autem si expresè non consensisset: sed fuit præsens, quãdo collatio fuit facta alteri nũquid sibi præiudicet, vt nõ expectato tẽpore legitimo, posset prouisus consequi possessionẽ: vide Ioã. and. in regula qui tacet. de reg. iur. lib. vj. in mercuria. vbi disputat quæstionem de eo, cui habenti beneficium curatum, fuit alterum consimile collatum, & fecit signum crucis in collatione sui primi beneficij alteri incontinenti facta per superiorẽ, nunquid sibi præiudicabit, vt possit alter consequi possessionem primi beneficij, non expectato quòd ipse prius habeat possessionem secundi? &
8 credo, quòd non præiudicat sibi. vide tu. ¶ † In gloſ. in verbo, *mentio*. ibi in fin. aduerte, quia glo. tangit vnum contrarium, quod fortiter obstat literæ: & clarè non
13 soluit. Nã si præsentatio secũdum formam priuilegij debebat fieri Decano & capitulo, & literæ directæ capitulo, non faciebant mentionem de Decano: ergo cõmissa erat pœna posita in priuilegio, vt deuolueretur tractu temporis potestas ad capitulum. Glo. hîc primò innuit quòd appellatione capituli, venit Decanus: vt sic prælatus ecclesiæ[a]. & solet allegari iste tex. ad hoc. sed in fi. glo. allegat quædam contraria, & nã soluit. Io. and. & Hostiens. videntur velle, quòd in rescriptis odiosis habeant locum vltima iura: vt appellatione capituli nõ veniat prælatus. [b] argu. in. c. nonnulli. & c. sedes. de rescrip. ¶ † Sed
9 ego fortiter opponã: literæ impetratæ ad beneficia sunt restringendæ: vt in. c. quãuis. de præb. lib. vj. ergo hic erat fienda illa stricta interpretatio. Fortius etiam oppo. de no. per glo. nota. in. cle. vt hi, qui. de æta. & quali. quę disputando concludit, quòd largè & impropriè appellatione capituli veniat prælatus: propriè autem nunquam venit. quod patet ex diuersitate nominũ & titulorum. nam per se habetur titulus de his, quæ fiunt à Prælat. & per se habetur titulus de his quę fiunt à ma. par. cap. ergo non debebat hîc fieri ſaltem impropria interpretatio. Solutio. primò potest dici, quòd ista fuit allegatio partis: non tamen fuit probata hîc: sed fortè fuit reſeruata infrà in versiculo, exinde. Vel melius & ſubtilius dicas, quòd istæ literæ non sunt impetratæ ad beneficium cõsequendum: quia beneficium iam prius erat collatum, scilicet ad habendum possessionem beneficij. & hoc non est odiosum, nec restringẽdum: imò fauorabile: vt beneficium non stet sine suo rectore. Ergo nõ debebat fieri ſtricta interpretatio. item puto aliud dicendum in prælato, qui habet iurisdictionẽ in collegio: vt est Episcopus: vel Abbas, & aliud in istis inferioribus, qui non habent iurisditionem in illos de collegio, vt Decanus. nam Decanus est propriè pars capituli, non sic Episcopus: cũ ius prælaturę sit distinctum à iure capituli. Ideò cum hîc non ageretur de re odiosa: imò fauorabili, scribendo capitulo satis videbatur scriptum Decano, qui est pars capituli. & per hanc ſolutionem patet nunc reſponſum

ad cõtrarium. & habes an & quando appellatione capitu
c li venit prælatus maior, vel minor: & tenebis menti illã gl. in. d. cle. vt hi, qui. quia valde notab. est, eã aliâs lau-
10 dau. ¶ † In glo. in ver. *institutione*. no. gl. iuncto text. & gloſ. ideo exponit. i. collatione: quia institutio facta per Archiepiscopum, fuit propriè collatio. Nam institutio propriè sumpta fit ad præsentationem patroni: collatio verò fit sine præsentatione alicuius: vt dixi in. c. authoritate. ſ. de instit. Et not. tex. q collatio potest appellari institutio: & nõ vitiabitur libellus, vel rescriptũ ex hoc.
11 ¶ † In glo. in ver. *post resignationem*. in fin. no. bene hanc glo. nam sentit quod. ſ. dixi post Inno. q semel occupans beneficium viuentis, non potest demũ assumi ad illud sine
d dispensatione Papæ. & vide quod dixi in. c. j[d]. ſ. eodẽ.
12 ¶ † In gl. fin. pro intellectu huius glo. oppo. contra text. videtur enim, quòd renuntiationis vel abiurationis exceptio debet admitti contra istum Honorariũ actorem. nam per renuntiationem perdit quis ius posſidendi, & etiam proprietatis, iuxta no. in. c. accepta. de restitu. spo. & in. c. audita. & per Inno. in. c. super hoc. de renun. facit l. ſi quis vi. ſ. differentia. ff. de acquirenda possessione. ergo hęc exceptio elidebat ius actoris: & per consequens debuit admitti, vt in iurib. prealleg. Solutio. metu huius contrarij hæc gloſſ. ponit quatuor intellectus. Primus, q hęc exceptio fuit proposita corã Papa: licet nõ probata. iste intellectus non est bonus, quia litera innuit, quòd non fuit datus isti terminus ad probandum. Nam si fuisset datus, non admitteretur alius ad agendum: iuxta not. in. c. cum dilecti. de elec. & tamen Papa hîc in fi. reſeruat
13 ius agendi super renuntiatione, vel abiuratione. ¶ † Secundus intellectus est, q erat hîc præsumptio calumniæ contra illum excipientem. i. quòd causa subterfugij exciperet, non quòd in veritate ille renuntiasset, vel abiurasset. Et hanc lectu. ponit hîc etiam Innocẽ. & dicit ex hoc valde notabiliter, quòd iudex potest repellere excepe tionẽ aduersæ partis, si præsumit calumniosè excipi: & ponit in hoc tria notanda. Aut enim iudex procedit non seruato iuris ordine: & tunc de facili propter præſumptionem potest exceptionem repellere. facit cle. sæpe. de verb. ſig. Si verò seruatur iuris ordo. & tunc exceptionem peremptoriam non debet, nisi ex præsumptione multũ vehementi repellere. Dilatoriam verò facilius repellere potest: quia non est tanti præiudicij: & repellẽ do non debet curare de appellatione: quia appellatio nõ releuat, nisi causa appellãdi probetur vera, vt. c. inter posita. de appella. & hęc lectu. satis potest cõuenire huic literæ. & est notanda maximè iuncto dicto Innoc. Et ex ea habes, quòd si præsumptio est malitiæ contra excipiẽtem, quòd facit animo differendi possessionem aduerſarij: quòd iudex pronuntiet, vt prius habeat actor possessionem, & demum agatur super iure excipientis: vel per viam actionis. ¶ Tertius intellectus, quem gloſſ. ponit quarto loco, est vt iste Rogerius fuerit repulsus ab hac exceptione, quia sua non intererat: cũ nullum ius posset sibi competere, non ratione institutionis factæ à capitulo: quia fuit facta non vacanti: nec ratione secundæ institutionis factæ ab Archiepiscopo: quia ex quo acceptauit beneficium viuentis, non potuit amplius ad illud assumi: meritò sibi imponitur simpliciter silentium, & alijs reſeruatur ius agendi super renuntiatione: ne alter sine titulo possideret beneficium. Et sic intellige final. gloſ. & iste intellectus etiam satis conuenit huic literæ. ¶ Quartus intellectus, quòd hîc agebatur possessorio: & ideò non obstat talis excexptio vt in. c. secundo. de restit. spo. Sed aduerte, quia per illud capi. videtur glo. intelligere, q hîc ageretur possessorio recuperandę. quod nõ placet Inno. quia non legitur, quòd iste Honorarius habuerit vnquã possessionẽ. Itẽ dic, q ex alio nõ competit

literę:

literæ: quia si fuisset actum recuperandæ, Papa pronuntiasset istum restituendum: & hîc solũ pronuntiauit, vt institutio de eo facta fortiretur effectum. Et ideò datur alius intellectus, quòd hîc agebatur possessorio adipiscẽdæ, quod datur ei, qui habuit titulum: & solùm agit, vt adipiscatur possessionem: & hoc possessorium est priui legiatũ, vt non admittatur exceptio defectus proprietatis ante, quàm fiat possessionis traditio. Quod intellige, nisi incõtinenti offerretur probatio: vt in. l. iij. ſ. ibidem. ff. ad exhibendum. & vide gloſ. not. in. c. j. &. c. literas. de resti. spoliato. Et iste intellectus satis conuenit sententiæ Papæ in eo, quòd reſeruauit ius agendi super renuntiatione. Et de hoc possessorio adipiscendæ, vide quod plenè dixi in. c. accedens j. de accusa. ¶ Sed contra hoc ob. ca
2 pi. cũm olim. de causa pos. Solu. dicit Inno. & bene, quòd quandoq; contra agentem hoc possessorio excipitur de defectu potestatis in conferente, vel in eligente: & talis
14 exceptio admittitur. & sic loquitur ille text. † non enim debet alicui possessio dari, quam nunquàm habuit: nisi prius constet de suo titulo legitimo. l. fin. C. de edic. diui Adri. tollen. Vbi autem constet de titulo legitimo, non debet admitti exceptio extrinseca prius non habita possessione: vt hîc. & in. d. l. fi. & in. d. c. accedens. Et ex his apa paret clarè multiplex intellectus huius. c. & iste vltimus videtur magis conuenire literæ. & ad prædicta debet reducere glo. quæ est hîc in versicu. confirmari. quę narrauit intellectum huius capituli. & concludit, quòd agere-
tur petitorio hîc. quod mihi non placet. quia non congruit sententiæ Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Canonico recepto à capitulo, debet per ipsum sibi prouideri, quàm cito facultas se obtulerit. 4. 6. 7.*
2 *Canonicus potest aliquis constitui sine præbenda ad tempus, si non est in alia ecclesia canonicus, in perpetuum quando alibi est canonicus.*
3 *Excipere, & non probare, & non excipere, paria sunt.*
5 *Beneficium non habere, vel habere, & minus sufficiens, paria sunt.*
6 *Obligatio conditionalis, vel in diem: non est sufficiens ad agendum ante diem, vel conditionem: nisi talis obligatio à principio esset pura: sed in ea subintelligeretur tacitè dies, vel conditio.*
Spes ad aliquam rem non est sufficiens ad agendum ad ipsam.
7 *Canonicus receptus authoritate capituli, nõ habet ius sufficiens præbendam vacaturam.*
8 *Crimen confessatum per viam exceptionis: an possit aliquo modo puniri.*
Excipiens non videtur fateri.
9 *Vtrum quis possit venire contra factum suum proprium.*
Allegans turpitudinem suam, an & quo casu audiatur.
10 *Confessio in iure probata, vel non admissa: potest per confessum contra eam veniri.*

CAP. VIII.

Vm super quæstione.

1 ¶ † Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere, quàm cito facultas se obtulerit. hoc dicit. Et primò ponit rationem diffinitiõis. & allegationem contra illam: & duas reſponsiones ad eam. Secundò diffinit ex ratione concludens, ibi: *sententiando*. ¶ Casus literalis. Quidam clericus. C. nomine: quæstionem habebat cùm canonicis Triden. super præbẽda ecclesiæ Triden. propter quod partes accesserunt ad Papam. Proponebat dictus. C. q canonici Triden. eũ receperant in canonicum & in fratrem, nulla præbenda sibi

assignata, nec mentione facta primæ vel secundæ præbẽdæ: vnde petebat à domino Papa canonicos prædictos compelli quatenus præbendam eidem assignarent in ecclesia Tridentina. Ex aduerso reſpondebatur, q non tenebantur ei beneficiũ assignare: cũ receptus fuisset contra concilium Latera. vnde non debebat ad hoc compelli. Do. Papa his auditis: quia cũ non extitit probatum, q receptus fuisset contra Lateranen. concilium, licet obiectum: nec ipsi canonici videbantur posse hoc opponere contra illũ. C. qui confitentur se illũ contra Latera. concilium recepisse: sententiando decernit, vt quã cito facultas se obtulerit, prædicto. C. præbendale beneficium in Triden. ecclesia conferatur: quia ex quo receptus est in cano
2 nicum, non debet carere præbenda. Ber. ¶ † Not. j. quẽ posse recipi in canonicum absq; eo, q conferatur præbenda de præsenti. non ergo præbenda quẽ facit canoni cum, sed iuris collatio facta ab eo, qui habet potestatem conferendi: quinimo posset esse canonicus, & nunquàm haberet præbendam, si alibi est canonicus, & sufficiẽter præbendatus: vt dixi post Inno. in. c. cũ iandudum. ſ. de
3 præben. ¶ † Not. ij. q paria sunt non excipere, vel excipere, & non probare. ad hoc solet allegari iste tex. Nã Pa
a ria sunt non apparere, vel non esse, quo ad iuris effectũ. [a] l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. ¶ Not. iij. ibi: *qui se fatentur. &c.* q allegãs turpitudinem suam, nõ est de iure au
4 diendus. quod limita, vt latius dicam j. ¶ † No. q capitulum recipiendo quem in canonicũ sine præbenda, tacitè se obligat ad prouidẽdum recepto de præbenda, cùm
5 facultas se obtulerit. ¶ † Vltimò not. q canonicus non debet carere præbenda. & facit, q præbendæ debent esse sufficientes. Nam paria sunt præbendam non habere, vel minus sufficiẽtem: vt in. c. ij. de transla. prælato. Ideò data tenuitate præbendarũ, esset prouidendum: vt habetur in. c. expoſuisti. ſ. da præbẽ. ¶ Opp. contra tex. videt enim, q iste receptus non potuerit agere contra capitulum ante, quã facultas prouidẽdi se offerret: & quia vbi obligatio est in diem, vel sub conditione: non potest agi ante euentum diei, vel conditionis extantis. insti. de verbo. ob. in. ſ. ex conditionali. & in. c. Romana. in. ſ. caueãt. de sen. excom. libr. vj. Sed capitulum non obligatur, nisi
a post quã facultas se obtulerit. Et sic ad certum diem, vel sub cõditione: ergo ante, quã extaret conditio, vel dies, non poterat agi. Sol. metu huius contrarij dantur tres intellectus ad istum text. ¶ Primus, q iste canonicus egit contra capitulum condictione. l. diffamari. C. de ingen. mag. quia capitulum diffamabat eum, dicendo, q erat receptus cõtra ſtatuta concilij. Iste intellectus est verus in se, sed non multum congruit literæ: quia Papa non imponit silentium capitulo. sed tantùm mandat, vt illi prouideat, cum facultas se obtulerit. ¶ Secundus intellectus quòd capitulum hîc egit cõtra istum canonicum, dicendo, quòd fuerat contra concilium Lateranense receptus id est, quòd fuerat sibi promiſſus canonicatus ante, quàm vacaret: sed non probauit. Iste intellectus etiam non multùm congruit literæ, quæ innuit, quòd capitu-
6 lum tenebat locum rei. ¶ † Tertius intellectus, quòd canonicus egit contra capitulum, vt prouideret sibi, cum facultas se obtulerit: & capitulum excepit, vt patet in litera. & iste intellectus placet Hoſtien. & ſatis videtur conuenire literæ ex verbis ſententiæ. vnde tenet Hoſtienſis: & ſatis mihi placet, quòd receptus in canonicum posit agere contra capitulum, vt prouideat sibi, cùm facultas se obtulerit. Nec obstant contraria, & maximè lex prima. ff. de vſuris. quæ dicit, quòd tractus futuri temporis, non spectat ad iudicem: quia illa iura loquuntur quando obligatio non est pura de præsenti: ideò tunc nõ potest agi ante tempus: quia ſola ſpes est in obligatione: & ex ſola ſpe agi nõ potest. ſed vbi obligatio est pura, & orta de pſenti, licet exactio seu ſolutio, vel in-

SEB. SAPIA.
¶ Iuris effectum. Idem not. Bar. & alij. in. l. lege fundi. ff. de cõtrahen. empt. & Iaſ. post alios. in. l. cũres. in princip. in xiiij. not. ff. de legatis. j.

ZACHARIAS.
a ¶ Sit de futuro. Adde Lud. Rom. conſi. cxxxvj.
b ¶ Contradicere. Adde originaliter videndum Oldr. conſil. lxviij.
¶ Adde quod diſtinguè not. Dy. in l. j. & ibi Iapo. Cel. in verſ. ſine aliqua except. & not. in apoſt. ad iſtum. in c. cũ dilectus. nu. xxviij. in ver. non puniendum. j. de ord. cog.
c ¶ Suũ proprium. Adde Frã. de are. conſi. cxiij. Anch. conſil. lxxviij.
ZACHARIAS.
d ¶ Diſtingue ſic poſt Barto. Adde eundẽ in l. j. colũ. ij. ver. quæro hic vtrũ. C. de cõdi. obtur. cau. & in l. cũ profitearis. de reuocã. dona. Et ad hoc, quod dicit iſte, quando verti tur periculũ animæ. Adde Inn. in c. iij. loco. in ſua glo. in ver. propoſ nebat. lo. ij. ſ. de preſump. Io. An. in c. cõſanguinei. ſ. de re iud. omni. no per Alex. in l. iuſiurandũ. ſ. procurator. col. v. ver. & pro huius declaratione. vbi ponit magiſtralẽ diſtin. ff. de iureiur.
SEB. SAPIA.
d ¶ Diſtingue. Vide latè per Feli. in c. iij. loco. col. iiij. verſi. iij. principaliter. per iſtũ tex. ſ. de præſum. vbi format regulã, & limitat pluribus modis.
SEB. SAPIA.
e ¶ Debet audiri. Vide Abba. in c. e inter dilectos. j. de donatio. vbi contra hoc format oppoſitionẽ, & ſoluit vt ibi pereum.

a plementũ ſit de futuro, [a]nihilominus poteſt agi de præſenti, vt fiat condemnatio, & exactio differatur ad tempus debitum. Et de hoc eſt caſus hîc. nam eo ipſo, ꝙ quis recipitur in canonicum, eſt orta obligatio cõtra capitulum, vt teneatur ſibi prouidere: vt in. c. cum. M. de conſtit. & c. relatum. ſ. de præben. & ideò poterat agere iſte canonicus de præſenti. & ita in ſimili voluit Inn. reſpondendo ad illam. l. j. & in ca. in noſtra. de ſepul. vide bonã glo. in. d. ſ. caueant. Et maximè hoc procedit cum aliqua cauſa agendi fuit orta de præſenti: vt puta, quia plures præbendæ vacarunt: & capitulum nunqnã curauit iſti prouidere. Et ex his habes declaratum hunc intellectum quem Hoſti. poſuit: ſed non declarauit. ¶ Et vide quod dixi in. c. inter cætera. de præbẽ. vbi concluſi, quòd receptus authoritate capituli non habet ius afficiens præbẽdam vacaturam. & dic vt plenè ibi dixi, maximè allegando ſingulare dictum Innoc. in. c. ſtatuimus. de maiori. & obedien. ¶ † In glo. in ver. *non extitit.* in fi. not. bene gl. no. Nam ex ea potes colligere mirabile dictum, ꝙ crimẽ confeſſatum per viam exceptionis, etiam in iudicio ciuili, eſt puniendum. Sed Ioan. And. videtur contradicere [b] duabus rationibus. Prima ꝙ exceptionem obijciens nõ fatetur: vt in. l. non fatetur. ff. de excep. & in. c. cum venerabilis. eo. ti. Secunda, quia crimen exceptum non debet puniri pœna ordinaria: cũ ad hoc non agatur: & modus iſte agẽdi inſpiciendus eſt: vt in. c. ij. de ordi. cog. & optimè facit. c. ſuper his. de accu. do. Ant. dicit gl. ſaluari poſſe, quando crimen exceptionis eſt connexum ei, de quo agitur: iuxta not. in. c. j. de excep: & in. c. j. de confeſ. Nec obſt. primum motiuum: quia id quod in ipſa exceptione excipiens bene fatetur: licet non fateatur tacitè interclu ſum: iuxta ea, quæ plenè dixi in. d. c. cũ venerabilis. Hoc dictum do. Antonij ſatis mihi placet: ſi hîc principaliter fuiſſet criminaliter actum. ſed cũ hîc ageretur ciuiliter, nec aliquod crimen fuit deductum in iudicio principaliter, durum eſt quòd excipiens puniri debeat per id, quod habetur. in. d. c. ſuper his. vide tamen quod dixi in c. ij. de confeſ. & dic, vt ibi dixi. Notabis tũ ſemper gloſ. iuncto dicto do. Anto. & facit quod no. Barto. in l. ij. ff. de adulte. tamen tene menti hoc. ¶ † In gl. in verb. *poſſe.* ibi: *pœnitentes.* vide quod ibi not. & in. c. noſti. de elect. & dic, quòd non quæritur principaliter, vtrum quis poſſit venire contra factum ſuum proprium. [c] Nam de hoc dixi in. d. c. noſti. & nota. in. c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſi. non alie. ſed hîc ſolùm dicitur, quòd allegans turpitudinem ſuam, non eſt audiendus. text. tamen iſte facit in contrarium: quia iſti canonici fuerunt auditi, & defecerunt in probando: & ſic videtur litera ſibi cõtraria. Dicit Egidius, ꝙ offitio iudicis fuerunt auditi, & non proprio iure. quod no. ¶ Sed generaliter cum quæritur, vtrum allegans turpitudinem ſuam agẽdo, vel excipiendo, ſit audiendus: diſtingue ſic poſt Bar. [d] in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. in. ſ. procurator. ff. de iureiur. & aliquid per doct. hîc. ꝙ aut vertitur periculũ animæ, ſi turpitudo illa non allegatur. & tunc in fauorẽ animæ quis eſt audiendus: ideò ſi contraxit quis matrimonium cum conſanguinea ſua per falſas probationes: debet poſteà audiri, ſi allegat hãc turpitudinem, & vult probare contrarium: ad hoc. c. tertio loco. de præſump. & c. lator. & c. conſanguinei. de re iudi. no. gloſſ. c. inter dilectos. de dona. & poteſt dici prout dicit Egidius ꝙ audiatur potius officio iudicis, quàm proprio iure. Si verò ſimus in alia materia, quàm peccati: & tunc ſi allegat quis turpitudinem ad commodum, & nomine eccleſiæ, debet audiri: [e] vt in. d. c. ſi quis presbyterorum. tamen in veritate nõ poteſt dici, quòd quis alleget turpitudinem propriam: ſed potius nomine eccleſiæ agitur de turpitudine prælatorum, vel ſingulorum. ¶ Aut agit quis proprio nomine: & tunc ad ſui incommodum & damnum poteſt turpitudinem propriam allegare: vt in c. j. & ij. de confeſ. Aut allegatur in damnum alterius. & tunc aut per viam agendi, fundando ius agendi ſuper turpitudine propria: & non debet audiri: quia ex improbitate ſua nemo debet actionem conſequi. l. itaque fullo. ff. de fur. & d. c. inter dilectos. & eſt expreſſum in. d. c. ex tenore. eo. tit. Aut excipiendo, ſeu replicando, vel intentionem ſuam aliter iuuando. Et dic, quòd cõtra participem turpitudinis auditur, ſi ipſe certat de damno vitãdo, & aduerſarius de lucro captando: vel ſaltem intendit euitare ſolùm damnum contra participem: & debet audiri. l. de tutela. C. de in integrum reſtitutione mino. & quod ibi notatur. Vnde ſi per collusionem probaui me maiorem, ad inſtantiam tutoris, vt ipſum abſoluerem à tutela: poſſum poſteà allegare hanc turpitudinem contra tutorem, qui fuit particeps: quia ego certo de damno vitando, cùm iniuſtè eum abſoluerim: & ipſe fuit particeps huius turpitudinis. Si verò allegans non certat de damno vitando, imò potius vult inferre damnum alteri: & tunc regulariter non auditur, etiam contra participem. ¶ Fallit in caſu. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. vbi auditur quis allegando, quòd coniurauerit contra principem ad effectum, vt alij puniantur. Item fallit in caſu authenti. ſed nouo iure. C. de pœn. iudicis, qui malè iudicauit. & fortè poſſunt reperiri cõſimiles caſus excepti: ſed regula eſt, vt non audiatur. Ad hoc. c. j. j. de confeſſio. & decimoquinta quæſtione tertia. capitulo, nemini. ¶ Aut allegat turpitudinem contra non participem: & ſi turpitudo ſua eſt prius detecta ab alio, poteſt eam allegare: vt. l. decreto. ff. de ſuſpect. tuto. vbi patet, quòd ſi tutor fuerit pronuntiatus ſuſpectus per iudicem, poteſt allegare ipſe iſtam ſuſpicionem ad effectum, vt non teneatur in futurum. † & facit capitulũ, mulieri. de iureiurando. vbi mulier admittitur contra confeſsionem ſuam: ex quo illa confeſsio fuit reprobata à iudice. Si verò turpitudo non fuit ab alio detecta, non auditur eam allegando: vt in. l. tranſactiõe finita. & quod ibi notatur. C. de tranſactionibus. & in caſu capituli noſtri. Nec obſtat, ſi dicatur quòd canonici volebant hoc damnum vitare: ideò debebant admitti, quoniam ex quo ille erat receptus in canonicum, non erat eccleſiæ damnoſum, vt haberet plures conſiliarios. Item canonicus certabat hîc de damno vitando: ne eſſet canonia ſine præbenda. & vide quod dicetur in. c. inter dilectos. præallega. ¶ In gloſſa finali in fine. vel dic ſecundùm doctores, quòd fortè in iſta [c] eccleſia non erant diſtributiones quotidianæ. & dic, quòd hoc. c. non facit in contrarium. quia non agebatur hîc de diſtributionibus. Ideò dicendum de hac materia, vt notatur in capitu. cum. M. de conſtitutionibus. vbi plenè dixi. & in capitulo dilectus. el. j. ſ. de præbendis. vbi etiam tetigi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus præbendatus, ſi in eadem, vel alia eccleſia præbendam alteram receperit, vacat prima. 4.*
Beneficium vacans per receptionem ſecundi, poteſt impetrari etiam tacito, quòd alius de facto poſſidet ipſum, quia talis poſſeſſio eſt euidenter iniuſta. 5.
2 *Clericus poteſt habere duas præbendas in diuerſis eccleſijs ex generali conſuetudine: in vna eccleſia verò non poteſt.*
Clericus poteſt habere aliquo caſu duo beneficia curata: puta quando vnum eſt connexum dignitati, ſed non ſic poteſt habere duas præbendas, intelligo in eadem eccleſia.
3 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, quòd quis habeat duas præbendas, vel duos canonicatus in eadem eccleſia.*
Epiſcopus, an poſſit diſpenſare ſuper pluribus curatis, vel pluribus ſimplicibus: vel vno ſimplici, & alio curato, ſiue in vna ſiue in diuerſis.

CAP.

CAP. IX.

1 LIteras. ¶ † Si habens præbendam in eadem eccleſia, recipit dignitatem cum præbenda: vel ali am præbendam, vacat prima: & quamuis à ſuperiore ſibi cõfermetur, tamen valet impetratio per alium facta de ipſa, etiam tacito de poſſeſsione alterius, quæ colorata non eſt. hoc dicit ſecũdum verum intellectum. Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio. ibi: *cum igitur.* Prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit formã mandati pro actore directi. Secundò allegationem actoris ibi: *de facto.* Tertiò defenſionem rei, ibi: *ſed præpoſitus.* Quartò elicit dubia ex prædictis ibi: *vnde.* ¶ Caſus literalis. Significatũ fuit domino Papæ, ꝙ in eccleſia ſancti Viſcardi Bremenſis, quædam præbenda vacauerat tanto tempore, ꝙ ipſius donatio ſecundũ Lateran. conci. ad ipſum fuerat deuoluta. vnde Papa mandauit quibuſdam quatenus. D. clericum inueſtirent de ipſa. Coram iſtis executoribus ex parte illius. D. fuit propoſitum, ꝙ. H. Præpoſitus quondam ſimplex canonicus ipſius eccleſiæ electus eſt in canonicum maioris eccleſiæ: poſtmodum anno elapſo electus fuit in præpoſitum ſancti Viſcardi, nihilominus retinens priorem præbendam, quam in ipſa eccleſia tunc habebat. vnde petebat illam præbendam ſibi cõferri, quæ de iure vacabat. Sed præpoſitus allegauit ecõtra, ꝙ eſſet de conſuetudine generali, vt vnus in eadem eccleſia plures præbendas haberet. & cũ Archiepiſcopus Bremen. Præpoſitũ ipſum de præpoſitura in plena ſynodo inueſtiuerit: tam præpoſituram, quã præbendam ei de canonicorum confirmauit aſſenſu. Iudices delegati ſuper hoc conſuluerunt Papam: qui reſpondet, ꝙ cum dubium vobis videtur, vtrũ cũ aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, ſtatim prior vacare incipiat: an per ſententiam debeat abdicare eidem: an propter confirmationẽ huiuſmodi, quæ ſuperius eſt expreſſa, præbenda illa dici debeat non vacare. Cũ igitur, ſi ita eſt præbenda illa, & ſi non de facto, de iure tamẽ vacare noſcatur: mandat Papa dicto Præpoſito, vt illã ſine difficultate reſignet: appel. remo. cogi debere: quã cum de facto vacauerit, cleri
2 co memorato conferre procuret. Ber. ¶ † Not. j. ex' tex. ꝙ in diuerſis eccleſijs poteſt quis habere plures præbendas, ſaltem ex cõſuetudine generali: ſed in eadem eccleſia non prodeſt generalis cõſuetudo. & in hoc tenebis menti iſtum tex. Nam iſte præpoſitus erat primò canonicus eccleſiæ ſancti Viſcardi: & de ea fuit aſſumptus in canonicum eccleſiæ maioris: & ſic retinuit vtranq; prębendã in diuerſis eccleſijs. nec vacauit prima per ſecundam. demum aſſumptus in Præpoſitum principalioris eccleſiæ cui præpoſituræ erat annexa alia præbẽda: vt colligitur in verſ. ſed Præpoſitus. licet nõ dicatur in litera: & ex hoc vacauit prima præbenda ipſo facto: non ob. conſuetudinem generali: vt colligitur ex ſententia Papæ. Et vide hodie pulchrũ tex. cum gl. in cle. fi. de præben. vbi habetur, ꝙ in eadẽ eccleſia non põt habere quis duas præbendas, etiam ſi altera ſit annexa dignitati: ſecus eſt in duobus cu
a ratis, [a] quãdo vnum venit per annexionem, vt beneficiũ ſimplex: vt in. c. ſuper eo. de præben. lib. vj. Et ſic iura magis abhorrent, vt quis habeat duas præbendas in eadem eccleſia: quàm duo beneficia curata. & rationẽ vide per
3 gl. in. d. cle. ¶ † Not. arg. opti. & quaſi expreſſum, ꝙ Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt quis habeat duas præbẽ
4 das, ſeu duos canonicatus in eadem eccleſia. ¶ † Not. iij. caſum, in quo beneficium ſimplex vacat ipſo facto, per receptionem ſecundi beneficij. quod reſtringe ad cano
5 nicatus, ſeu præbẽdas in eadem eccleſia. ¶ † Vltimò no. ſecundũ vnum intellectum, ꝙ diſpenſatio, vel confirmatio facta ab eo, qui non habet poteſtatẽ, non facit poſſeſ
b ſionẽ eſſe coloratã [b]. Nam hîc non fuit habita mentio in impetratione de poſſeſsione facti alterius: & nihilominus valuit impetratio contra caſum. c. cum noſtris. ſ. eo. Sed ratio diuerſitatis eſt: quia hîc poſſeſsio erat euidẽter iniuſta: quia poſſeſsio iſta non erat colorata: ſicut in caſu. c. cũ noſtris. Alij tamen dicunt, ꝙ iſti conferetur præbenda vigore ſecundi mandati, & non primi: dicentes ꝙ primum mandatũ fuit ſurreptitium: ſicut in caſu. c. cum noſtris. hoc tamen non colligitur ex litera. vnde primus intellectus eſt ſubtilior: & limitat dictũ. c. cum noſtris.
6 ¶ † Sed contra hoc, & contra tex. oppo. nã Epiſcopo ſolùm videtur adempta poteſtas diſpenſandi, ſuper pluribus curatis: vt in. c. de multa. ſ. de præbẽ. ergo ſuper pluribus ſimplicibus poterit diſpenſare. Gl. vlti. hîc inſtat, & finaliter cõcludit: quòd in pluribus curatis Epiſcopus non diſpenſat: in pluribus verò ſimplicibus, vel in vno curato & ſimplici, poteſt diſpenſare in diuerſis eccleſijs: ſed in eadẽ eccleſia glo. dubitat: & primò dicit ꝙ non poteſt: per iſtum tex. ij. videtur tenere cõtrarium & ad iſtũ text. reſpondet, ꝙ hîc Archiepiſcopus non diſpenſauit: ſed confirmauit. Diſpenſatio enim non fit, niſi exprimatur, iuxta not. in. c. ij. de ſchiſma. vnde videtur concludi, quòd in eadem eccleſia poteſt Epiſcopus diſpẽſare circa plura ſimplicia: dummodò ſubſit cauſa diſpenſandi. Et not. in hoc diligenter iſtã glo. Io. and. fatetur dictum gl. ZACHARIAS.
dummodò illa beneficia ſint diffformia. nam poterit di- a ¶ Curatis. Adde iſtum plenè in. c. clericus. nume. 4. & quod ibi poſui in apo. ad eum in verſ. per adeptionem ſecundi. ſ. de cleri. non reſi.
ſpenſare, vt quis habeat dignitatem & canonicatũ in ea- SEB. SAPIA.
dem eccleſia. [c] & pro hoc vide bo. tex. cũ gl. in. c. j. de con- b ¶ Coloratam. vide Roma. in cõſi. ccclxv. inci. præſuet. lib. vj. & vide Fed. conſi. cxv. vbi tenet, ꝙ per diſpenſationem Epiſcopi poteſt in eadem eccleſia quis habere canonicatũ, & altare ſeu beneficium alicuius capellæ in eadem eccleſia. quod not. Nam quemadmodum poteſt in diuerſis eccleſijs: ita in eadem ex quo beneficia ſunt di- c uerſa. argu. lxx. diſt. c. ſanctorum. Idem dicit Ioan. and. in duobus canonicatibus obtinendis: vt Epiſcopus nõ poſſit diſpenſare. & hæc notabis: quia communiter hoc ſequũtur doct. & bene facit litera in arg. & d. cle. fi. de præben. Rationem videas ex his, quæ plenius dixi in. c. cum iandudum. præalle. vbi latius tetigi hanc materiã, quàm docto. hîc. & plenè videas in repe. ſ. qui verò. c. extirpandæ. ſ. de præben. vbi tango an, & quando valeat conſuetudo ſuper obtinenda pluralitate beneficiorum. & an & c ¶ Eadem eccleſia. Adde videndum Lap. allega. xxx. & c. cxvj. & per eũ Abb. conſil. xcvj. & lxxj. quãdo Epiſcopus poteſt ſuper ea diſpenſare. Et per hoc eſt expeditus iſte tex.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio præbendarum, vel canonicatuũ, non datur in eccleſijs non numeratis. id eſt, vbi non eſt certus numerus canonicorum, vel præbendarum, & ſic eorum collatio non tranſit de vno in alium ſuperiorem.*
2 *Habens ius conferendi, vel inſtituendi, poteſt etiam mittere in corporalem poſſeſsionem.*
3 *Capitulum dicitur, vbi eſt maior pars canonicorum, licet aliqui contradicant: idem dic de collegio.*
4 *Eccleſia ſi non habet tot facultates, quòd canonici poſſint cõmodè viuere: non tenentur ipſius canonici etiam ad preces Papæ alium recipere: poſito, quòd tantum vnus nollet: ſecus ſi facultates ſuppetunt.*
5 *Canonici non tenentur recipere alium in canonicum ſupernumerarium, etiam quòd facultates ſuppetant: niſi tantum excreuerint, quòd commodè poſſent omnes viuere.*
6 *Statutum, an plus operetur aliquando, quàm conſuetudo.*
7 *Conſuetus venire ad molendinum ad molendum, vel ad furnum ad coquendum panem per. xl. annos, non per hoc adſtringitur in futurum continuare.*
Conſuetudo non inducitur ex actibus, qui ſunt meræ facultatis.
8 *Canonicus, an poſſit agere pro iuribus eccleſiæ ſuæ ſine mandato, vel eam defendere.*
9 *Vnus de vniuerſitate poteſt opponere, vt is qui non eſt de vniuerſitate, non immiſceat ſe in actibus vniuerſitatis.*

10 *Consensus præstitus alteri ab illo, qui non credebat potestatem ad se pertinere, non facit actum inde secutum conualidare: nec respectu consentientis: quia ignorabat potestatem ad se pertinere, nec respectu illius, cui fuit præstitus, quia non habebat potestatem: sed forte potest ratificari ab illo, qui habet potestatem. arg. ff. ne sede vacan. c.j. in fi. per Abba.*

11 *Iudex potest supplere defectum allegationum partis, ideo potest allegare illud, quod nō allegatur per partem: & ex ipso causam decidere.*

12 *Abbas & monachi, an possint statuere, quòd ex reditibus ecclesiæ quilibet habeat certam portionem pro vestimētis, & alijs necessarijs.*

13 *Archiepiscopus, an præsumatur scire vacationē beneficij exi stentis in diœcesi sui suffraganei.*

Collatio beneficiorū non deuoluitur ad superiorem, etiam ad Papam, si non fuit facta per alium, quia ignorauit.

Clausula posita in rescripto ad beneficia, videlicet: seu quocunque modo vacet: vel per alterius cuiuscūque personæ, &c. operatur multum in materia beneficiali.

14 *Impetrans à Papa beneficiū tenetur obseruare statuta, & consuetudines ecclesiæ, vel loci vbi impetrauit.*

15 *Canonici, si negligunt eligere alios canonicos, quia suppetunt facultates ecclesiæ, Episcopus eorum statuet eis terminum ad eligendum.*

ZACHARIAS. 16 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem in diœcesi sui suffraganei, nisi in casibus expressis, & ideo eius negligentiam non supplet.*

17 *Archiepiscopus confert, quando suus suffraganeus non vult conferre.*

Terminus hominis succedit loco termini iuris. ff. in fi.

18 *Clericus, si est prouisus in ecclesia non numerata, debet sibi prouideri de vacanti beneficio, vel præbenda, vel proximè vacaturo.*

19 *Actus, qui debebat explicari sub vna forma, si explicatur sub alia, corruit.*

Sententia continens in se causam non concludentem, est nulla: licet ex causa non expressa posset iustificari.

Sententia potest ferri absque, quòd in ea exprimatur causa.

Sententia lata ex pluribus causis, quarum vna est iusta, alia iniusta: est valida propter illam iustam causam.

a ¶ Canonicorum. Adde Car. in clem. j. q. x. de reg. & tran. ad religio.

ZACHARIAS. b ¶ Ad furnū. Vide de hoc arti. latè per Iaso. in rep. l. quominus. colū. viij. versicu. tertiò principaliter. ff. de flumi. & Iaso. de sancto Geor. in sua inuestitura feudali. in verbo, & cum molendinis. colum. ij. post medium. Mod. in c. significante. ṡ. de appella.

CAP. X.

1 EX parte Astensis. ¶ † Conciliū Lateranense locum non habet, vbi non sunt distinctæ prebendę, nec certus canonicorū numerus. vel clarius sic. In ecclesijs nō numeratis vacatio præbendarū, seu canonicatuum possibilis nō est: nec fit ibi deuolutio ad superiorē ex negligentia semestri in non prouidendo ecclesiæ de ministris. & est casus notabilis. Prima pars ponit facti narrationem. Secunda partium confessionem. ibi: *tandem.* Tertia sententiam. ibi: *nos.* Quarta gratiā. ibi: *quia verò.*

2 ¶ † Not. j. ibi: *in corporalem possessionem.* arg. q superior ad quem fit deuolutio collationis, potest nō solū cōferre, sed etiā in pos. corporalē inducere. Et posset argui generaliter, q ad quē spectat institutio seu collatio, pertinet facultas dandi pos. corporalē. facit c. de multa. ṡ. de præbē. & quod no. Inn. in. c. ij. de restitu.

3 ¶ † Not. ij. ibi: *capitulo.* q ibi dicit capitulū, vbi est canonicorū maior pars: licet aliqui cōtradicant. vnde syndicus agit nomine capituli. & ibi pōt dici, q sit ecclesia: in prin. huius. c. vide bo. tex. cū glo. in. c. cū inter canonicos. de elect. ¶ Not. iij. q in ecclesia collegiata quandoq; non est certus numerus, nec canonicorū, nec prębendarū: & q receptio in canonicos pōt pertinere ad solū capitulū. ¶ Itē no. q vbi nō est certus numerus in ecclesia, nō est fixū à iure certū tēpus ad instituendū ibi canonicos.

4 Qualiter aūt ecclesiæ sit tūc prouidendū j. dicā. ¶ † No. ibi: *suppetunt facultates.* q vbi non est dare numerū in ecclesia, nō tenētur canonici recipere, etiā ad literas Papæ, vltra quā facultates ecclesiæ suppetāt. Vnum tm̄ dicunt doc. & bene: q vnus solus ex eis potest se hoc casu opponere & impedire receptionē fiendā: qm̄ talis cōtradictio habet iuris fomentū: vt in. c. j. ṡ. de insti. & tēdit in vtilitatem, seu honorē ecclesiæ: quia dedecus est ecclesiæ, q canonicus mendicet. xciij. distin. c. Diaconi. vnus ergo solus prævalet omnibus j̄. de his, quæ si à præ. c. j. sed vbi facultates suppetūt, pōt maior pars institutionem facere, etiā inuita minori parte: quia hoc est ecclesię vtile & honorabile. ad hoc. c. qm̄. ṡ. de vita & hone. cle. ¶ † Sed not. ex hoc, & ex. fi. c. ibi: *secundū consuetudinem.* q non solū in receptiōe pluriū debēt attendi facultates ecclesiæ: sed etiā cōsuetudo. & in hoc tenebis menti istū text. Si enim consueuerunt esse. xx. in ecclesia, & facultates sufficiunt pro. xxij. non adstringunt canonici ad recipiendū aliquē vltra consuetudinē: quia diminuerētur eorū reditus soliti & antiqui. & ita intelligūt do. fi. c. Sed ego credo hoc procedere, nisi causa rationabilis esset in contrariū: puta quia excreuerūt multū facultates ecclesię: & ecclesia patitur defectū in ministris. Nā propter excrescentiā facultatū, etiā numerus statutus ampliatur: iuxta ea, quæ habentur, & not. in. c. fi. de verb. sig. & in. c. cū. M. de cōstit.

6 ¶ † Vltimò potest notari ex eodē verbo vnū mirabile dictū, q statutū plus operat, quā consuetudo. nā* statutus numerus facit canonicatū vacare:* vt in. c. dilecto. ṡ. de prębē. & secus est in consuetudine, vt hīc. Nā hīc erat consuetudo, vt certus numerus reciperet: vt hīc colligit ex fi. & in prin. dū dicitur, q quatuor prębędę vacabant. Nā putabant illas præbendas vacauisse propter antiquā cōsuetudinē: quia fortè in ecclesia cōsueuerūt esse ab antiquo. xx. canonici: & tunc nō erāt nisi. xvj. Sedcōtra hoc opp. de. c. fi. de consue. iuncto. c. quod super his. de maio. & obe. vbi patet quòd cōsuetudo est maioris vis, quā statutū: & maximè de iure canonico. vt ibi no. Itē consuetudo ecclesiæ est attēdenda: vt in. c. cū omnes. de cōsti. Sol. doc. apertè non soluunt, sed solū dicunt, quòd consuetudo non tantùm operatur, sicut statutū. Sed hoc non est tollere cōtrarium: quia possumus soluere dupliciter. Primò q text. in fi. dum facit mentionem de consuetudine, non loquitur de consuetudine respectu numeri: sed de consuetudine certæ portionis percipiendæ. Secūdò potest solui: quia licet in ecclesia soliti sunt. xx. institui, non tamen ex hoc inducitur consuetudo restringens libertatem habentis instituere.

7 ¶ † Quia actus meræ facultatis non inducit consuetudinem potestatis liberæ restrictiuam. Nam si per. xl. annos consueui venire ad molendinum tuum ad molendum, vel etiam ad furnum b ad coquendum, non inducitur ex hoc consuetudo: vt tenear in futurum continuare: iuxta nota. in. l. ij. C. quæ fit lon. consuetu. & in. c. Ioannes. de cleri. coniug. Sic ad propositum vbi non est numerus in ecclesia, relinquitur arbitrio illius, ad quem spectat electio: nec videtur suum arbitrium coarctare, si solitus ibi fit instituere. xx. quia fuit iste actus meræ facultatis. & in hoc nota istum textum sic intellectum, pro ecclesijs, maximè regularibus: vbi monachi communiter instituuntur ad arbitrium Abbatis: vt si consueuit instituere certum numerum, non dicemus per hoc numerum esse in ecclesia statutū.

8 ¶ † In glossa. j. in fine. hīc multum vacillat. & dic, quòd in effectu duæ sunt quæstiones separatæ, quæ possunt à glo. elici. Prima nunquid canonicus ecclesiæ potest agere pro ipsius iuribus sine mandato ecclesię. & de hoc dic, vt no. in. c. cū olim. de testi. per Inn. & ibi plenè dixi. & regulariter non agit sine mandato: vt in. c. j. de procur. & alijs iuribus allegatis in gl. Secunda quæstio, nunquid saltē posset ecclesiam deferre sine mādato. & dic etiam, vt not. in d. capi. cum olim. hīc autem non colligitur dictum glos. nam, vt dicunt Ioannes And. & Philip. isti tres canonici non tantùm defendebant ius ecclesiæ, quantum ius prium: quia nolebant illos habere pro canonicis, ex quo non erant legitimè instituti: & sic agebant nomine proprio.

9 ¶ † Ex quo nota, q vnus solus de vniuersitate pōt se opponere, vt is qui non est de vniuersitate, non immisceat se tractatibus vniuersitatis: seu, vt nō habeatur tanquā vnus de corpore vniuersitatis. Et in eo quod glo. dicit, q isti tres succubuerūt, non bene dicit, q imò obtinuerūt. Nā papa pronūtiauit illā institutionē irritā: sed postmodū fecit illis gratiam habito respectū, q capitulū

10 affectauerat receptionē illorū. ¶ † Et not. ex hoc, & ex tex. quia si potestas de aliquo disponēdi, pertinet ad me: & ego credēs ad te pertinere, consensi: vt tu potestatem explicares: actus sic explicatus non tenet, nō ratione tui: quia non habebas potestatē: nec ratione mei: quia nō intendebam. Nā capitulū non erat hīc priuatum potestate instituendi canonicos & affectauit seu consensit institutioni factæ per Archiepiscopū: nec tamen ex hoc fuit acquisitum ius illis institutis: sed oportuit, q Papa faceret eis gratiā. & bene facit in arg. l. is ad quē. ff. de acqui. hær.

11 ¶ † In glo. ij. ibi: *supplet hoc de facto.* dic, q imò de iure. Nā si iudex perpendit, q causa est decidibilis certo iure, licet illud nō allegetur per partē, nihilominus potest iudex illud allegare, & sententiā ferre: quia boni iudicis est diminuere litem, & eam facere breuiorē quantū potest: vt in. c. fi. de dolo & contu. & in. c. cum dilectus. de consue. & in. c. cū inter vos. eo. titu. Et in hoc not. istum tex. Nā ambæ partes credebant præbendam hīc vacare: sed quia Papæ constitit, q numerus nō erat ibi determinat⁹ pronūtiauit vacationi locū non esse. & facit. l. j. & quod

12 ibi not. C. vt quæ desunt aduo. par. iud. sup. ¶ † In gl. iij. ibi: *non debent facere portiones.* No. bene gl. pro opi. Inn. in c. dilectus. el. j. ṡ. de præben. vbi dicit q in eccl. regulariū non debent ex reditibus fieri certæ portiones. Sed contrarium determinat Ioan. and. in regula, nō est obligatorium. de reg. iur. libr. vj. in mercu. vbi format quæstionē notabilē. Nunquid valeat statutū Abbatis, vel capituli: vt quilibet monachorū habeat. x. pro vestimētis, & alijs sibi necessarijs. vide etiā Inn. in. c. insinuante j̄. qui cle. vel vo. Et no. ex ratione huius gl. q in ecclesijs regulariū, nō est dare vacationem. quod est verisimum vbi numerus nō est statutus: aliàs secus. ¶ In glo. in versi. *totum capitulum.* in fi. Dicit Hosti. q gl. ista non procedit quo ad istū tex. quia quo ad partes Papa primò determinauit negotium: sed ex officio suo postmodū facit gratiam istis institutis: motus maximè, quia capitulū affectauerat prius illorum receptionem. dic tamen quòd dictum glossę est verum: & probatur ex superiori parte. c. in ver. tandem.

13 vt dixi. ṡ. in glo. ij. ¶ † In gl. in ver. *suppetunt.* in fi. videtur hæc glo. velle in fi. sui, q Archiepiscopo, seu Episcopo ad quem deuoluitur potestas ex negligentia: currat tempus immediatè à tempore deuolutionis. quod tamē non est verum: quia quemadmodū primo collatori non currit semestre, nisi à tempore notitiæ vacationis: vt in c. quia diuersitatem. ṡ. eod. in fi. ita nec secundo, vel vlteriori collatori, ad quem est deuoluta potestas: vt dixi in capitulo, quia diuersitatem. Sed fortè glossa hīc sensit, quòd debet præsumi notitia vacationis. Sed docto. hīc instant disputando, vtrum Archiepiscopus præsumatur scire vacationem beneficij in diœcesi sui suffraganei. & tandem concludunt attendendam esse locorum distantiam, famam loci, qualitatem beneficiorum, & modum vacationis. quod nota. & hoc declara, vt dixi in. d. c. quia diuersitatem. ¶ Et ex hoc inferunt docto. quòd contra impetrantem à Papa propter deuolutionem Authoritate concilij Lateranensis potest Archiepiscopus se opponere, & allegare ignorantiam, quo casu potestas non est deuoluta ad Papam: & ideò sume bonam cautelam, vt adijciatur in gratia Papæ illa clausula consueta, seu

a quocunq; modo vacet a: vel per alterius a cuiuscunq; persōnæ &c. & est vtile semper hāc clausu. apponere, vt eui

14 tetur dispositio. c. susceptū. de resciptis. lib. vj. ¶ † In glo. fin. ibi: *secundum consuetudinem ecclesiæ.* not. glos. q impetrans gratiam à Papa nihilominus tenetur seruare cōsuetudinem ecclesiæ. Ex quo inferunt doct. quòd si consuetudo est ecclesiæ, vt quilibet canonicus iuret seruare statuta ecclesiæ: tenetur talis impetrans sic iurare. & pro hoc vide bonum tex. in. c. fi. de consue. libr. vj. vbi Papa vult seruare consuetudinem ecclesiæ contra impetrantes à Papa. Ad idem capitu. j. de constit. eo. lib. ¶ † In ea. glo. ibi: *& ita licet.* not. hanc particulam vsq; ad finem. Sed quæro pro declaratione glo. & text. si certus numerus non est in ecclesia: & canonici sunt negligentes in instituendo canonicos, secundum facultates & consuetudines ecclesiæ, qualiter prouidebitur ecclesiæ: ex quo ibi non fit deuolutio potestatis ad superiorem? Solu. dicunt hīc communiter docto. q superior immediatus statuet terminum ei, ad quem spectat institutio: vt intra illum prouideat ecclesiæ secundum consuetudinem, q si non fecerit, ipse superior ex officio prouidebit. Pro hoc ca. fi capitulo. in fi. eo. ti. lib. vj. facit. c. irrefragabilis. ṡ. omnes. a de offic. ordi. & c. cæterum. de iudicijs. quod semper nota. Nam per hunc modum posset Episcopus supplere negligentiam Abbatis, si non instituit monachos in monasterio secundum facultates & antiquam consuetudinē. Iste enim terminus hominis succedet loco termini iuris. iuxta nota. per Innocentium. in. c. ex ratione. de appellationib. Sed aduerte, quòd istud dictum doct. verum est vbi receptio seu institutio pertinet ad inferiorem Episcopo.

16 ¶ † Sed dubium est, quid si institutio pertinet ad Episcopum: nunquid Archiepiscopus posit eodem modo supplere negligentiam Episcopi? hæc quæstio est magis difficilis, quàm quæstio docto. ideò quia Archiepiscopus regulariter non habet iurisdictionem in diœcesi ZACHARIAS. sui suffraganei: nisi in casibus à iure expressis: vt in capi- b tu. pastoralis. de officio ordina. sed iste casus non est expressus in iure: vnde fatendum esset, quòd Archiepiscopus non posset compellere Episcopum negligentem, vt instituat. argumen. capitu. nullus. de iure patronatus.

17 ¶ † Sed dubium est, nunquid illo nolente ipse succedat? & si tenemus opinio. quòd Archiepiscopus suppleat negligentiam Episcopi, iste casus est clarus: sed tenendo contrariam opinio. quam plenè examinaui in dicto capitulo, pastoralis. & in repetitio. c. si quis contra clericum. de foro competē. est magna dubitatio: sed nihilominus teneo, quòd Archiepiscopus potest: quia terminus hominis succedit loco termini iuris: vt prædixi. sed si esset terminus iuris, hæc deuolutio fieret ad Archiepiscopū. capitulo secundo. suprà eodem. ergo in casu isto, cum terminus fuit præfixus Episcopo ab Archiepiscopo. &

18 hæc nota. ¶ † Sed est quæstio nota. vtrum in ista ecclesia non numerata posit prouideri impetranti, vt prouideatur sibi de vacante, vel primo vacaturo: maximè si adijciatur clausula, non obst. numero. de hac quæstione vide plenè per glos. nota. in. capitulo finali. infrà eodem titulo. libro sexto. quæ concludit, quòd sic: quia illa verba, de vacante &c. fuerunt apposita fauore impetrantis.

19 ¶ † Sed contra hoc, & contra tex. oppono. Nam ex quo Episcopus poterat prouidere modo prædicto, debuit tenere institutio sua: quia si non valet q ago &c. vt in cleñ. j. de de sponsa. impub. libro. vj. Solut. Hostien. & communiter docto. videntur velle, quòd vbi quis certo iure potest actū explicare: si mouetur alio iure, quo non potest: actus corruit. Et ex hoc colligunt hīc doct. communiter arg. quòd si iudex fert sententiam exprimendo causam nō concludentem b illa sententia est nulla: licet ex

a ¶ Modo vacet. Adde, q quamuis ista sit vtilis cautela, nihilominus habet locum in casibus, in quibus à iure mētio specialis desideratur, vt not. Pe. de Anch. & Philip. Fran. in c. ij. post Gem. de præben. libr. vj. & idem Phi. Fran. in c. ad hoc. ṡ. de appella.

ZACHARIAS. b ¶ Non cōcludentem. Adde istum in capitulo, inter ceteras. num. 9. & quod ibi dixi plenè in apostil. post alios. in verſic. falsam causam. de præscrip. & in. c. per tuas. nu. 5. vbi etiā posuiin apo. ad eum. in ver. exprimit falsam. j, qui fil. sint legi.

causa non expressa possit iustificari. pro hoc vide Barto. in l. fi. is ad quem. ff. de acquiren. hæredi. & bene facit ibi tex. in argumen. & per eundem in simili. in l. ij. ff. de iudi. & ideò cautum est non exprimere causam in sententia. Et si vis exprimere ad decorem tuum conseruandum,
a saltem adijcias dictionem maximè: [a] vt, ex pluribus causis & maximè &c. Nam tunc videris mutus, non solùm ex causis expressis, sed ex alijs tacitis. Nam cum quis exprimit plures causas in sententia, quarum vna facit: alia non: sententia sustinetur propter causam vrgentem expressam: vt est text. not. in. c. per tuas j. qui fil. sint legi. & vide singu. dictum Innocen. in. c. in præsentia. de renun. vbi dicit, ꝙ si iudex expresit duas causas, vnam contra ius commune: aliam contra ius litigatoris, tenet sententia ratiõe istius vltimæ causæ. quod semper notabis. fortius ergo sustinenda est sententia, si alia causa est iusta. Et licet dictum Hosti. & docto. sit verum in se: tamen non probatur per istum tex. etiam per viam argumẽ. iudicio meo: quia Episcopus non habebat hîc tempore institutionis aliquam causam legitimam instituendi de præsenti: quia debuissent prius præfigere terminum capitulo ad institutionem faciendam, secundũ consuetudinẽ, ante cuius præfixionem potestas non erat ad eum deuoluta. & hoc not. perpetuò & tene semper menti.

SEB. SAPIA.
a ¶ Maximè. De veritate huius dicti, vide Feli. in. c. sicut. ṡ. de re iudic. vide pulchrè per Felin. in. c. j. in. j. fallen. ṡ. de re iudi.

SEB. SAPIA.
b ¶ Legatus. Vide ad hæc Feli. in. c. j. col. j. versi. legatus non cõmittit. ṡ. de rescri. & in. c. at si clerici. §. de adulterijs. in versi. v. limita. colũ. iij. ṡ. de iud. & in. c. nõnulli. in prin. col. iiij. versic. ratio huius dicti. ṡ. de rescrip. vbi idem firmat, ꝙ legatus Papæ non dispensat cõtra concilium.

c ¶ In genere sic. Adde Oldr. consil. lxxvij.

SVMMARIVM.

1 *Habens potestatem conferendi, non potest alteri concedere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit: secus si beneficium vacet. ṡ. vbi plenè.*
2 *Præbenda non habet in se onus sacerdotij annexum de iure communi.*
3 *Legatus non habet potestatem confirmandi collationem factam de præbenda vacatura.*
4 *Collatio beneficij facta contra inhibitionem Papæ, an & quo casu valeat.*
Episcopus non potest delegare vicario suo resignationem, nec collationem certi beneficij vacaturi.

CAP. XI.

1 Constitutus. ¶ †Habens potestatẽ conferendi non potest de iure alteri tradere potestatem conferẽdi primum beneficium, quod vacabit. hoc dicit. Primò ponitur gratiæ petitio. In secunda exauditio ipsius ibi: *quo circa*. In tertia futuræ fraudis prouisio: ibi: *quia uerò*. ¶ Nota primò ibi: *sacerdotalem*. quòd quædam præbendæ sunt sacerdotales: & possunt dici sacerdotales: quia fortè secundum statutum loci, sacerdotes tantùm ad illas promoueri debent. & habent onus sacerdotale annexum, vt assumpti ad illas teneantur promoueri ad sacerdotium. ¶ †Ex quo inferò, quòd de iure cõmuni præbenda, non habet onus sacerdotij annexum: aliàs nõ dicerentur quædã sacerdotales, sed omnes. & vide quod dixi in. c. ij. ṡ. de insti. & quod legi. & not. in clemen. vt hi, qui. de ætate & qualitate. & in. c. cui de nõ
2 sacerdotali. de præben. libr. vj. ¶ †Nota secundò argumen. quòd legatus non potest confirmare donationem
3 factam de prima vacatura conferenda. Nam Papa hîc in
b fi. generaliter prohibet. Item quemadmodum legatus[b] directè non potest contra concilium disponere: vt legitur & not. in. c. dilectus. el. j. de præben. ita nec indirectè cedendo, vel confirmãdo huiusmodi gratiã. ¶ No. vltimò ibi: *fraudem adhibere*. ꝙ vno prohibito, intelligitur prohibitum omne id, per quod etiam indirectè perueni tur ad illud. Ad hoc regula, cum quid vna via. de regulis iur. lib. vj. & c. tuæ. de procu. ¶ Sed quæro qualiter hæc promissio, seu donatio venit in fraudem Latera. cõcilij? Sol. nam volens vni promittere beneficium vacaturum donaret amico suo potestatem conferendi primum beneficium. & ille esset quodammodò tutus indirectè ex cõcessione in personam amici sui: & sic desideraret mortem proximi sui: vt posset habere effectũ promissio sibi facta. ¶ In glo. j. ibi: *de elect. cum in cunctis*. hæc quæstio & duæ immediatè sequentes, hodiè deciduntur in. c. si
4 compromissarius. de elec. lib. vj. & approbatur ibi decisio huius glo. ¶ †In ea. gl. ibi: *sed pone*. glo. hîc format quæstionem propter approbationem & inhibitionem Papæ, nunquid valeat collatio Episcopi alteri facta contra hanc inhibitionem Papę: & tenet quòd sic per. c. dilectus. nisi esset apposita clausula decreti. & idẽ tenet Hosti. Ioan. And. tenet contrarium. nam videmus, quòd sola inhibitio executoris dati ad compellendum, impedit collationem ordinarij: vt in. c. si soli. eo. titu. lib. vj. ergo fortius hoc operabitur inhibitio Papæ. Præterea exquo Papa confirmauit illam donationem isti factam: potestas conferendi primum vacaturum non spectat ad Episcopum, sed ad ordinariũ. Nec ob. ca. dilectus. per quod mouetur glo. quia aliud est mandare ordinario, ne alteri conferat: quo casu teneret collatio alteri facta: vt ibi. aliud est inhibere simpliciter, ne conferat. quo casu non valet collatio contra inhibitionem factam: vt in iuribus prælegatis. Et ratio diuersitatis est: quia hoc vltimo casu per inhibitionem auferretur potestas cõferẽdi. sed in primo casu solùm intendit obligare ordinarium personaliter ad cõferendam. Et nota bene hoc dictum: ex quo potes colligere vnam doctrinam, quòd factum ab ordinario contra inhibitionem Papæ, est ipso iure nullum. Pro quo facit dictum Innoc. in. c. fi. de accusatio. & in. c. Raynaldus. de testamen. & vide quod plenè dixi in. d. ca.
5 dilectus. ¶ †In glo. ij. ibi: *in genere potestatis*. not. gl. ꝙ Epi
c scopus non potest in specie etiam delegare potestatem conferendi, sed in genere fic. *Sed* tu dic latius, quòd aut vult delegare, seu donare potestatem conferẽdi certum beneficium vacans, & potest: quia tunc cessat fraus Lateranen. concilij, & videtur approbari hîc in isto text. vbi solùm prohibetur collatio donationis primi beneficij vacaturi, ne fiat in fraudem concilij. Donatio ergo collationis beneficij vacantis valet. quod sentit hîc Ioannes Andreas super textu: & in glossa. in capitulo, deliberatione. in. §. inhibemus. de officio legati. libr. vj. Aut vult delegare potestatem conferendi beneficium vacaturum in specie: puta, vt conferat vnum: & non potest ratione prædicta: vt hîc. In genere verò delegando potestatem suam omnimodam potest, dummodò hoc deleget suo vicario generali duntaxat. nam alteri non potest conferri. argumen. optimo. in dicto. §. inhibemus. vbi patet, quòd etiam legatus non potest, nec in genere, nec in specie dare potestatem recipiẽdi resignationem beneficiorum, & illa sic vacantia conferendi: sed vicario suo potest. argument. in capitu. fina. de officio vica. libro sexto. & c. ex frequentibus. ṡ. de institu. ita nota. in dicto. §. inhibemus: & c. capi. statutum. de præben. libro. vj. Et vide quæstionem, quam ponunt domini de Rota decisi. cccIxxxiiij. vbi quærunt, nunquid Episcopus possit dare vicario suo potestatem recipiendi resignationem certi beneficij: & illud conferendi. & concludunt quòd non: vt hîc: & in. d. §. inhibemus. & sic nota restrictionem ad. d. c. finale. de officio vica. & extensionem ad. d. §. inhibemus. Ioan. Andræ. hîc recitat, quòd cuidam scholari suo affectanti concedere suo vicario potestatem conferendi primum beneficium vacaturum, consuluit, vt per literas suas daret vicario suo potestatem generalem conferendi

rendi beneficium: sed per secũdas literas inhiberet, ne procederet ad secundam collationem ante, quã insinuaret sibi primam collationem: & expectaret secundum responsum, an vellet habere ratum. quod consilium nõ est secundum animam: vt dicit dominus Anto. & bene: quia est in fraudem huius constitutionis. Et credo, ꝙ posset attentari: quia non valeret illa translatio potestatis cum habito respectu ad secundas literas inhibitorias non videtur delegata potestas generalis. & quia vno prohibito censentur omnia prohibita, per quæ peruenitur ad illud: vt hîc: & in. l. oratio. ff. de sponsa. ¶ Non ob. prædictis. c. cum dilectus. de iurepa. quod glo. alleg. hîc in contrarium. Nam loquitur hîc in legato, & facultate reseruandi beneficium collationi suæ: & licet illud concedatur legato, non tamen Episcopo: quia legatus habet maiorem potestatem. de quo dicendum: vt in. d. c. not.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus non venit appellatione dignitatis in odiosis, secus in fauorabilibus.*
Dispensatus, vt posśit promoueri ad dignitates, non poterit promoueri ad Episcopatum. quia
Dispensatio est quid odiosum. item:
Dispensatus, vt posśit esse Episcopus, non poterit promoueri ad Archiepiscopatum: & sic de maioribus.
Papa non dispensat communiter, quòd inhabilis posśit esse Cardinalis: sed potest, si vult.
2 *Habentes ius eligendi, si nõ eligunt intra sex menses, vel tres: hodiè transfertur ius eligendi in proximum superiorem.*
3 *Electio & confirmatio potest fieri aliquo casu vnico actu.*
4 *Constitutu dudum, certo modo intellecta, non debet de nouo aliter intelligi.*

CAP. XII.

Dilectus filius. ¶ Lateran. concilium de beneficijs vltra sex menses vacantibus, ad Episcopatus nõ extẽdit. Primò petit io. Secũdò repulsio. ibi: *nos*. ¶ Casus liter. Magi. V. canonicus cuiusdã ecclesiæ cathedralis accesit ad Papã referendo sibi, quòd Episcopo suo viã vniuersæ carnis ingresso: Archiepiscopus sanctæ Seuerinæ credẽs, ꝙ per negligentiã canonicorũ, qui non elegerãt intra sex menses, ad ipsum esset eligẽdi authoritas deuoluta dictũ. V. elegit in Episcopũ & ipsius electionẽ instãter petijt confirmari. Papa videns, ꝙ canon Latera. concil. cõtra negligẽtes editus ad Episcopatus & Archiepiscopatus non soleat extendi, sed ad
1 personatus alios, & minora beneficia: electionẽ huius exigente iustitia cassauit. Ber. ¶ †No. j. ex isto tex. iuncto. c. ṡ. eo. vnum dictũ no. & semper menti tenendũ: ꝙ constitutio disponens de dignitatibus ministris & ecclesiasticis beneficijs, nõ extendit ad Episcopa
a tus[a] & superiores & dignitates. Nã. c. ij. præalle. disponebat generaliter de omnibus prædictis: & tamen non cõprehendit Episcopatus, vt hîc. Et ratio decidendi potest esse: quia Episcopatus nõ est simplex dignitas, sed culmen dignitatũ: vt in. c. pen. de præben. & vide gl. not. in. c. ij. eo. tit. libr. vj. & puto hoc procedere in odiosis dũtaxat: secus in fauorabilibus: quia in eis appellatione dignitatis veniet omnis dignitas ecclesiastica. ad hoc. c. ij. de iud. & regula. j. & quod ibi not. de reg. iur. lib. vj. ¶ Et per hoc dicunt doc. ꝙ si dispensatur cũ inhabili, vt posśit promoueri ad dignitatẽ nõ intelligitur, vt posśit promoueri ad Episcopatũ: quia dispẽsationes sunt odiosæ: ideò restringendæ. in. c. quod dilectio. de cõsan. & affi. & in. c. j. & ij. de fil. presby. li. vj. Idẽ secũdũ eos, si dispensat, vt posśit promoueri, vel exercere ecclesiastica, & omnia spiritualia. Nã in generali cõcessione nõ veniũt ea, quæ quis nõ esset verosimiliter in specie concessurus: vt in. c. fi. de offi. vica. lib. vj. & quæ speciali nota sunt digna: nisi specialiter exprimant, videtur omissa: vt in. c. quãuis. de præbẽ. li. vj. Idẽ dicũt, si dispensatur vt posśit promoueri ad Episcopatũ, vt fiat restrictio: ita, vt nõ extendatur ad Archiepiscopatũ ad hoc. c. nos consuetudinẽ. xij. dist. Et idem dicerem si fuit dispensatũ. respectu Archiepiscopatus: vt non intelligatur dispensatũ in patriarchatu: & sic deinceps. vnde Papa volẽs facere gratiã vberiorẽ dispensat, vt posśit promoueri vsq; ad cardinalatum exclusiuè. ad cardinalatũ autem communiter non dispensat: potest tamẽ, si vult vt in. c.
2 proposuit. ṡ. eo. ¶ †Not. etiã ꝙ. c. ij. ṡ. eod. in. §. j. habet locũ nedum in collatiõe, sed etiã in electione: vt si canonici, vel habẽtes ius eligendi, nõ eligunt intra sex mẽses, potestas deuoluatur ad superiorẽ. Et sic not. duo. Primò, ꝙ ad eligẽdum dãtur sex menses, sicut ad conferendũ: &
b fit deuolutio ad superiorẽ[b] per negligẽtia in iure eligendi: sicut in iure conferendi. Nã in isto tex. prouidebatur per viã electionis, & Papa reprobat respectu Episcopatus tũ. & declarat ꝙ illud. c. habet locũ in dignitatibus inferioribus hodiè verò habemus casum in. c. ne pro defectu. de elect. libr. vj. vbi statuitur, ꝙ in ecclesijs cathedralibus & regularibus collegiatis fiat electio intra tres mẽses: aliàs deuoluit potestas ad proximũ superiorem. & sic hodiè Archiepiscopus succedit propter negligentiã canonicorũ in iure eligẽdi: secus in causa delicti. de quo dic
3 vt habetur in. c. quãquã. de elec. lib. vj. ¶ †No. ibi: *elegit*. ꝙ superior ad quẽ deuoluitur potestas per negligentiã canonicorũ, potest procedere per viã electionis. vnde iure deuoluto po
a test eligere, & iure proprio metropolitico cõfirmare. Posset etiã se expedire per vnicũ actũ prouidendo vni de Episcopatu: & talis prouisio haberet vim electiõis, & cõfirmationis. de quo tamẽ dic, vt plenè not. in. d. c. ne pro defec-
4 tu. & in. c. vt circa. de ele. li. vj. ¶ †Vltimò no. ibi non solet extẽdi in eo, ꝙ Papa fundat se in intellectu illius ca. super cõsuetudine. ꝙ vbi cõstitutio est dudũ certo modo intellecta, nõ debet de nouo aliter intelligi: quia minimè sunt mutanda. l. minimè. ff. de legib. nã consuetudo est optima legum interpres. in. c. cũ dilecti. de consue. ¶ In gl. fi. in fi. Idẽ in omnibus regularibus Ecclesijs, si sunt collegiatæ. nã. c. ne pro defectu. nõ restringit se ad Abbatissas, sed generaliter loquitur de regularibus omnibus collegiatis: cum per mortem prælatorũ ecclesiæ remanent viduatæ. Et facit ille tex. dum vtitur illo verbo viduatæ: quod alij prælati inferiores Episcopis dicũtur sponsi ecclesiarum suarum: sed restringe ad dignitates, de quibus loquitur b ille text. dum vtitur illo verbo, viduatæ. &c.

a ¶ Ad episcopat. Adde Rem. c. consil. cccxxxviij.

SEB. SAPIA.
a ¶ Ad episcopat. Vide Gemi. declarantem in. c. auaritiæ. colũ. ij. versic. quæro an iste text. de elec. in. vj. cum allegato per Fe. in rubr. ṡ. de maior. & obe. col. v. versi. sequitur etiam. & ibi quę maior etiam dignitas: an Episcopi, an Cardinalis. & nunquid etiam in materia restringibili appellatione dignitatis, veniat cardinalatus.

ZACHARIAS.
b ¶ Fit deuolutio ad superiorẽ. Ad de quod nota. in apostil. ad istum in. c. cum in cunctis. §. clerici. in versi. electione fienda. nu. 1. & §. fi. in apost. in ver. ad ad Metropolitanum. ṡ. de elect.

SVMMARIVM.

1 *Promissio beneficij vacaturi, non valet, etiam si est interposita scriptura. 2. vel sit interpositum iuramentum.*
2 *Scriptura regulariter non validat actum nullum.*
3 *Iuramentũ præstitum contra legem emanantem principaliter in fauorem publicum, non tenet.*

CAP. XIII.

1 Ex tenore. ¶ Nõ valet promissio beneficij vacaturi. h. d. communis diuisio.
2 Secunda ibi: *nos*. ¶ †Nota primò, quòd promissio beneficij vacaturi non cõfirmatur etiam in interpositione scripturæ. Et hoc vltimum potuit esse causa dubitandi hîc. Nam per alia iura satis erat prouisum super nullitate huius promissionis: sed ratio decidendi fuit, quia scriptura regulariter non validat actum nullum. Dixi regulariter: quia in quibusdam casibus secus contingit. & vide gl.

singularem in.c.j.de censi.lib.vj.quę colligit multos casus,in quibus de substantia actus requiritur scriptura. ¶ † Sed quæritur,nũ quid talis promissio validetur iuramento. Ioan. And.ꝙ non :quia est contra bonos mores. vnde ficut non valet promissio de futura successione,nec confirmatur iuramento,vt legitur & not.in.l.stipulatio hoc modo concepta.de verb.obli. ita nec talis promissio. Item dic,ꝙ iuramentũ præstitum contra legem emanantem principaliter in fauorem publicum,nõ tenet:vt in.c.si diligenti .de foro competen.& talis est prouisio.c.ij.ɜ.eo. Vltimò scias, quòd do &o.hîc instant in assignando diuersitatem inter hoc,& ca.sequẽs. Nam ibi tenet promissio facta de prouidẽdo,dum facultas se obtulerit.& dicit Hostiensis,ꝙ hîc specificè fuit promissum primũ beneficium vacaturum:sed in hoc non oportet hodiè instare,per c.ij.eodem titulo.libro. vj.vbi prohibetur omnis promissio, per quam directè,vel indirectè posset dari via ad vacatura beneficia. ¶ In glossa secunda.ibi: *periculum animæ.* not.gloss.& de hoc articulo dic,vt latius dixi in.c.cum super .ɜ.eod. vbi plenè, & bene de hoc &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacaturum nullo modo potest hodie conferri,saltem de iure canonico.3.*
2 *Non obseruans promissionem nullam,est obligatus ad interesse.*
4 *Interesse cadit etiam super spiritualibus.*
In obligationibus facti succedit obligatio ad interesse,etiam de iure canonico.

CAP. XIIII.

1 ACcedens. ¶ † Obligatur prælatus,qui promittit prouidere,cum poterit.h.d.Prima pars factum narrat.Secunda approbat.ibi: *nos.* Et hodiè propter abusiões prælatorum,qui in fraudem concilij Lateranen.promittebant beneficia cum facultas se obtulerit:est correctum hoc.c.per.c.ij.eo.titu.lib.vj.nam nullo modo hodiè valet promissio,sive fiat de vacatura:sive in genere,cum fa
2 cultas se obtulerit. ¶ † Sed quæro,quid si isti qui promiserunt,nõ seruauerunt promissionem?dicit Hosti.ꝙ potuisset agi ad interesse.insti.de verb.oblig.in fi.nam secundum canones ex nudo pacto datur actio in.c.j.de pac. ¶ † Nota vltimò,ꝙ ex nuda promis
3 sione,quam facit etiam prælatus subdito suo,inducitur obligatio de iure canonico:vt sic posset agi ad interesse ex non impleméto,
4 de quo tamen dic vt plenè dixi.c.j.de pactis. ¶ † Et nota,quòd in beneficijs potest prætendi interesse æstimabile. Quod intellige prout not.glo.in.c.coram.de offi.deleg. Nam beneficium æstimari non potest tanquàm spirituale :sed æstimabitur quantum sua interest:quòd illa permissio non habuerit effectum. Et no.ex hoc dicto Hostien.bo.arg.quòd etiam de iure canonico quis non cogitur præcisè ad factum promissum:sed succedit obligatio ad interesse de quo in.c.j.Sed hîc posset dici,quòd hîc non erat obligatio facti sed dandi:quia promiserunt prouidere de beneficio .vnde glos.in.c.ex his.xxiij.quæstio.vj.dicit,quòd Episcopus dicitur dare præbendam.nam dare est accipientis facere.instit.de act.§. sic itaq;.& sic videtur,quòd non solùm ad interesse ,sed etiam ad prouidendum potuissent isti compelli .De materia in.l.vbi.& in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verbo. obliga. & in.l.si quis ab alio.ff.de re iudi.&c.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij vacantis,si non fiat intra tempus statutum,transit de capitulo ad eius prælatum, nisi talis collatio pertineret ad capitulum & prælatum simul,vt prælatum:non vt canonicum.4. vide num.10. vbi ponitur ratio diuersitatis.*
2 *Collatio beneficiorum potest competere soli capitulo, vel soli prælato, vel vtrique simul,vel inferiori prælato.*
3 *Collatio beneficiorum potest dici donatio aliquo respectu.*
4 *Vnus potest gerere vices plurium personarũ,& alio iure tractatur,quando repræsentat vnam,& alio quando repræsentat aliam.*
Donatio facta ambasiatoribus,an cedat lucro ipsorum,vel illorum,qui eos miserunt.

5 *Donatio facta vni ex socijs occasione societatis,cedit ipsi soli,& non communiter.*
Damnum,quod patitur vnus ex socijs occasione societatis,imputatur sibi.
6 *Collatio beneficiorum, propter negligentiam non conferentis,non deuoluitur ad superiorem, quando superior procurauit ipsam negligentiam.15.*
7 *Procurans,vel affectans aliquod delictum,ex quo ipse potest consequi aliquod lucrum,priuatur omni eius commodo.*
Occidens bannitum,non gaudet priuilegio statuti,quando ipse dolosè procurauit bannum.
8 *Prælatus vbicunque stat in aliquo collegio,non vt prælatus,sed tanquàm vnus de collegio:non debet tenere caput ipsius collegij, licet dignitas sua sit excellentior,& vox sua non præualet alij, licet sit ponderosior.14.*
Rector studij præcedit Episcopos scholares, licet sint digniores,quia non sunt ibi tanquàm Episcopi,sed tanquàm scholares.
9 *Doctoratus à Papa præcedit alios,licet ante doctoratos.*
11 *Appellatur de capitulo ad Episcopum,licet Episcopus interuenerit in capitulo tanquàm canonicus: sed si interuenisset tanquàm prælatus, non appellatur ad eum.*
Episcopus,an possit esse canonicus in illa ecclesia,in qua ipse est Episcopus.
Duo correlatiua non possunt esse in eadem persona.
13 *Præsumptio fortior & maior tollit aliam.*
14 *Episcopus,quando debet aliquid expedire cum consensu,vel consilio capituli,debet habere maiorem partem capituli,aliàs nil agit.*
Capitulum,vel collegium consistit in maiori parte ipsorum.

CAP. XV.

1 POstulastis. ¶ † Si ad capitulũ & plãtũ, vt Prælatũ, potestas conferendi pertinet, de vno ad alterũ lapsu tẽporis nõ transit.secus si prælatus interfit:vt canonicus:quia tunc de capitulo trãsit ad prælatum:nisi dolum committat.& est tex.multum alle. Et in prima ponitur consultatio.In secunda responsio ibi: *ad quod.* à quo vnum casum excipit ibi: *nisi.* quem determinat ibi: *& in hoc.* ¶ Casus literalis.In quadam Archiepiscopali ecclesia collatio præbendarum,sive beneficiorum pertinet communiter Ad archiepiscopum & capitulum.quærebatur,si intra sex menses præbendã vacãtem neglexerint ordinare, vtrum collatio ipsius præbendæ penes Archiepiscopum remaneat? Respõdet Papa,ꝙ si capitulum & Archiepiscopus intra prædictũ tempus circa hoc fuerint negligentes:nec ab Archiepiscopo ad capitulũ,nec à capitulo ad Archiepiscopũ deuoluitur potestas conferendi:sed ad superiorem secundũ lateran.conciliũ,tranfit collatio:nisi forte Archiepiscopus,non tanquã prælatus,sed tanquã canonicus cum capitulo ius habebat.& in eo casu,si Archiepiscopus dolosè impedierit collationem,dolus ei prodesse non debet.Ber. ¶ † No.j.ꝙ quandoq; 2
præbendarũ collatio spectat ad Episcopum & capitulum simul: quandoq; ad solũ capitulũ:vt in.c.ex parte.ɜ.eo.quandoq; ad solũ Episcopũ:vt in.c.ex frequentibus.de instit.quandoq; ad inferiorẽ prælatũ:vt in.c.fi.eo.ti.Et in hoc spectanda est cõsuetudo cuiusq; ecclesiæ.quid autem sit de iure cõmuni?dic,vt plenè dixi in. c. cũ ecclesia vulterana.de electio. ¶ † Not.ibi: *donatio præben.* ꝙ præ- 3
bendarũ collatio potest dici donatio:& plũries repetitur hîc hoc verbũ.& hoc cõtingit propter liberalitatẽ quandã,quavtitur prelatus in præeligendo personã:vt dixi in.c.relatũ.ɜ.de præbẽ.& in c.post electionẽ.ɜ.eo. ¶ No.ꝙ etiã in eligendis canonicis,seu præbendis conferendis,datur tẽpus semestre:& sic concilium Lateranẽn.vendicat sibi locũ etiam in electionibus canonicorum:quod
4 no. ¶ † No.hîc & tene menti,ꝙ vbi actus explicãdus est per prælatum & capitulũ:vnus non supplet negligentiam alterius,si tempus vtriq; ad actũ explicandũ est lapsum.& hoc quando prælatus debebat interesse capitulo,vt prælatus:secus si,vt canonicus. Ex quo not.ꝙ quis potest gerere vices pluriũ personarũ:& quãdoq; repræsentare in collegio certam personã:puta canonicum:quandoq; representare aliã personam:scilicet Episcopũ:& alio iure tractatur cũ repræsentat vnã personam:alio cũ repræsentat aliã. Et facit hoc ad quæstionẽ quotidianã. Nunquid id,quod donatũ est ambasiatoribus,

2 ambasiatoribus,cedat eorum lucro:?an verò mittẽtium. nã vide tur quòd mittentium:quia ambasiatores nõ representant in actu ambasiatæ personas priuatas,sed ipsum dominum mittentẽ. Vnde honorantur tanquam dominus mittens.argu.xciij.distin.in. c. fina.& argumen.hîc.Nam si Episcopus interest capitulo,vt canonicus,fit postmodum deuolutio ad eum : vt ad Prælatum in ca-
5 su negligentiæ. † Alij verò tenuerunt contrarium:scilicet, quòd donationes cedunt ambasiatoribus:licet occasione ambasiatæ illa fuerint eis præsentata.arg.opt.in.l.socium, qui.in.§.j.ff. pro socio.vbi tex.valde no.secundum communem lec.dicit ,ꝙ si donatur socio occasiõe societatis,ex quo tamen donatur personę,& nõ societati,cedit ipsi soli donatario,& nõ societati:& nilmirũ:quia idem est in damno.Nã si socius ex societate occasiõe societatis tãtũ damnũ passus est:sibi imputatur, & nõ societati:vt est tex.no. in eadẽ.l.in prin.In hac quæstione fuerunt opiniones varię.vt no. in.l.si vero.in.§.item quicquid.ff.so.matrimo.& in.l.qui proprio. in.§ procurator.ff.de procurat. & ibi ponuntur duæ opiniones: quas Calde.dicit coniungendas:vt primò cõsyderemus,an ambasiatores essent prius noti,& familiares ei,ad quẽ missi sunt: & tũc cedũt eis.Aut erant ignoti:& tunc inspicienda est qualitas donorũ. Nã quædã præsumptiuè magis conueniunt mittenti,quàm ipsis: vt puta si daretur vnus leo.quædã conueniunt potius ipsis ambasiatoribus:puta si darẽtur eis congruentes vestes.& secundũ hanc qualitatem fienda est interpretatio.Bart.tamen in.d.§.item quicquid.simpliciter tenet,ꝙ cedunt ambasiatoribus,per.d.l. socium qui.Sed aduertendum,ꝙ illa lex præsupponit ꝙ donatio facta est ipsi socio.vnde satis mihi placet, quòd in casu dubij sit aduertẽda qualitas donorum. Et ad istũ tex.potest responderi, ꝙ Episcopus intereat hîc vt canonicus:sed ambasiator licet repræsentet personam domini mittentis,nihilominus considerari potest,vt perso-
6 na priuata in donis sibi conferendis.& hæc nota. ¶ † Vltimò no ta ex isto text.ibi: *cum dolosè: &c.* quòd ex negligentia inferiorũ non deuoluitur ad superiorem potestas, quando superior dolosè procurauit illam negligentiam:quia non debet dolus sibi prodesse,nec reportare cómodum ex dolo suo: vt in.c. fedes.de rescript.
7 ¶ † Et facit nota.iste tex. ad quæstionem,ꝙ si in certo delicto per aliquem commisso bona debent ad certam personam peruenire: quòd si illa persona dolosè procurauit illius delictum,nõ debetin
b casu delicti consequi bona.ᵇSed etiam videretur dicendũ in simi-
c li quęstiõe,ꝙ si ex statuto ᶜliceat occidere impunè bannitũ: ꝙ dolosè procurans bannũ alterius,vt ipsum possit occidere:non gaudeat priuilegio impunitatis. Et idem videtur dicendũ in similibus
8 quæstionibus. ¶ † Sed quæro pro declaratione literæ,qualiter cognoscetur,vtrum prælatus interfit capitulo , tanquàm canonicus:an tanquam Prælatus?dic primò recurrẽdum ad statutum ecclesiæ si quod est.Secundò ad cõmunem consuetudinẽ & reputationem loci.l.Labeo.ff.de supellect.leg.& in.c.ex literis j.de sponsa.In dubio recurrendũ est ad aliascõiecturas inferiores.Nã si Episcopus in capitulo tenet primũ locũ,videt ꝙ interfit vt prælatus: quia ipse est caput,& canonicorũ membra:vt in.c.nouit.&.c. quã to.de his,quæ fi.à præla.Si verò sedet in secundo loco post eũ, qui solet præesse in capitulo:puta post Archidiaconũ,Præpositũ ,vel canonicum antiquiorem,secundũ varias consuetudines locorum, tũc videtur interesse,vt canonicus.ita dicit gl.not.in.c.à collatione.de appella.libr.vj.quam gloss.semper tenebis menti. ¶ Ex qua infero,quòd vbicunq; prælatus interest in aliquo collegio, nõ vt Prælatus illius collegij:sed vt singularis de collegio,non debet tenere caput illius collegij:licet persona sua,seu dignitas sit in se honorabilior,quã dignitas præsidẽtis in illo collegio:quia nõ stat ibi tanquã cõstitutus in sua dignitate,sed tanquã singularis de collegio. Debet tñ honorari ratione suæ dignitatis præcellentis:vt saltẽ habeat ibi secundũ locum post præsidentẽ: sicut dicimus in Episcopo quãdo est in capitulo:vt canonicus.Et ideo videmus in practica,ꝙ si Episcopi sunt in studio,vt scholares:stant in vniuersitate post rectorẽ:licet ipsi in se sint honorabiliores ,quã rector : sed tunc nõ stant,vt Episcopi,sed vt scholares:sed inter scholares post
9 rectorem debent præhonorari. ¶ † Arg.in.c.per tuas.de maio.& obe.& quod ibi no.vbi tex.bonus vult,ꝙ inter homines eiusdem
d ordinis,præferat ille,qui fuit ordinatus à Papa:ᵈlicet fuerit postea

a ¶ Lucro eorum.Adde videndum Bal.consi.lviij.
a ✠ SEB.SAPIA. ¶ Lucro eorum.Vide Oldr.in consi.cxxix.& in consil.lxviij.in fi.
b ¶ Consequi bona.Adde Ro.consi.cclxiij.And.sicu.consi.xxviij.
ZACHARIAS. ¶ Adde,ꝙ etiam affectans dignitatem, vel officium,ex quo consequitur priuilegium non gaudet illo priuilegio:vt not. Ro. sin. suo.ccccxcj. incip.tu habes ,ꝙ quãuis absentes. & Iaco. Reb.in.l. procuratores. nu. j.& ibi plenè in apost.Celsi in ver sic.ipsi autẽ absentes. C. de excusa. mu.lib.x. Antoñ. Francisc.
ordinatus:sic potest dici in militibus seculi, &
10 huiusmodi. ¶ † Secũdò hîc quæro de ratione diuersitatis,quare hîc Episcopus supplet negligentiã capituli,quãdo debebat interesse,vt canonicus:& non sic quando debuit interesse,vt prælatus.Sol.in primo casu Episcopus nõ supplet negligentiam propriã,sed capituli:& supplet tanquã prælatus,& nõ tanquã canonicus. Nam tanquã prælatus non fuit negligens:quia non poterat ipse solus , vt prælatus actũ expedire:cũ vt canonicus habebat interesse:sed vbi debuit interesse,vt prælatus:tũc fuit negligẽs tanquã prælatus:ideò non supplet negligentiã propriam:& oportet,vt puniatur de negligen-
11 tia sua. ¶ † Et ex his infertur, ꝙ si Episcopus vt canonicus,eligit aliquem in canonicum,potest ipse tanquam prælatus illum examinare & confirmare:nisi confirmatio pertineat ad superiorem. Et ex hac ratione emanauit hodiè tex. not.& sing.in.d.c.ad collationem.vbi dicit , ꝙ si contingit appellari à prouisione capituli ,potest appellari ad Episcopũ, licet Episcopus interfuerit capitulo,vt canonicus:secus si interfuit,vt prælatus. Ad idem in simili vide bonũ text.in.l.j.in §.solent.ff.quando appellã.fit.vbi ab ordine decurionum appellatur ad præsidẽ: licet præses interfuerit in consilio tanquã vnus de decurionibus.& hæc not . quia seruiunt ad
12 multas quæstiones. ¶ † In glos.ij.in fi.tene fin. glo.quia præcedentia inuoluunt intellectum.
e Dic ergo,ꝙ de iure communi ᵉEpiscopus non potest esse canonicus,nec interesse capitulo,vt canonicus:quia iura Prælati & capituli sunt di stincta: vt patet j.ex diuersitate titulorũ. Vnde glo.no.in clemen.vt hi,qui.de æta.& quali. dicit,ꝙ impropriè appellatione capituli venit prælatus.sed iste tex.loquitur de consuetudine quorundam locorum ,secundum quam quicunq; est Episcopus,potest interesse in capitulo,vt canonicus. Et fortè fuit inducta consuetudo,vt negotia capitularia honestius & vti- ✠SEB. SAPIA.
c lius procederẽt propter sapientiam & prudentiam prælati.ergo hoc ius est annexum episcopatui ex consuetudine loci. Et per hoc tollunt omnia contraria suprà formata in glo .Sed multi doctores ,& maximè Moderni disputãt vtrum hoc casu prelatus sit verè canonicus,an verò interfit tanquã canonicus.hæc glo.sentit quòd sit canonicus. Hosti.contrà.Ioan.Calde. latè disputat hanc opinionem Host.sequendo: & dicit esse impossibile , vt quis sit canonicus ZACHARIAS.
& Episcopus : quia duo correlatiua nõ possunt d
cadere in eodem subiecto. Nam subiectio & prælatura sunt correlatiua:quæ vt dixi non cadunt in eadem persona: vt in.c.fi.de instit.aliàs sequeretur absurdum,quòd Episcopus posset excommunicare seipsum tanquam capitulum.
Item excommunicatis canonicis esset excom- ✠SEB. SAPIA.
municatus Episcopus.contra.c.quia periculo- e
sum.de senten.excom.lib.vj.Ioan.and.non curauit de hac differẽtia vtrum interfit,vt canonicus:vel vt Episcopus.De quo vide per eum in.c.pe.de appella.lib.vj. & in.c.vnico.ne sede vacante.eodem lib.Sed Io.de lig.dicit hoc pos

¶ De iure cõi.vide Feli. in. c.iij.in princ.ɜ. de proba. vbi vult,ꝙ Episcopus possit esse canonicus in eadem ecclesia , quando

ex statuto, vel consuetudine canonicatus annectitur dignitati Episcopali. & ibi an quando Episcopus est inter canonicos, receptus debeat sedere, vt canonicus.

a ¶ Cum interest. Adde, quod voluit Ro. consi. xcix. & idem Abb. cõsi. lvij. qui in eodem facto consuluerunt.

b ¶ Restitueretur. Adde quod voluit Roma. consil. clxxiiij.

ZACHARIAS.

c ¶ Potest habere ius patrona. Adde Car. in cle. ij. de iurepa. Iac. rebuf. in rubri. C. de iure fisc. nu. 4. & ibi in apost. Celsi. ad eũ in versi. concessa. vbi allega. ad hoc istum libr. x.

SEBA. SAPIA. 14

d ¶ Beneficium. vide latissimè p Fe. a lin. in. c. postulasti. col. vj. ver. circa glo. secundã. s. de rescrip.

e ¶ Omnem dignitatem. Adde quid appellatione beneficij cõprehendatur, Lap. alleg. lxxxiij. Anto. Francis.

¶ Vtrum appellatione beneficij comprehendatur præbenda? dicas, q sic largo modo secundũ Rom. in consil. ccxlvij. & do. Car. in cle. j. in prin. in pen. q. de poe. & per eundẽ in cle. iij. de causa pos. & propri. & in clemẽ. j. de seq. pos. & fruc. in. vij. no. Itẽ comprehẽditur dignitas, & maiora beneficia. vt in. c. j. de renũ. in. vj. & vide Car. in cle. fi. de procu. & in clem. j. in fi. de concess. præbẽ. & vide Ro. in cõsil. cccclvij. cõprehenditur etiã vicaria perpetua in ecclesia parochiali. vt p Lap. in tract. de permu. benefi. q. xiiij. Nõ enim cõprehẽdunt hospitalia in literis gratiosis, nisi illud exprese dicat. de quo vide per Ro. in consil. cccxxij. & vide Car. in cle. fi. in. xiij. q. de procur. & eundem in cle. ij. de præben. 15 vbi ponit, an appellatione beneficij comprehendatur fabrica, & eius reditus.

sibile, vt quis sit canonicus & Episcopus: quia non sunt correlatiua: cùm multi sint canonici sine Episcopo: & non multum curo in hoc instare: quia hoc indagare est potius subtilitatis, quã vtilitatis. Congruentius est dicendũ quòd sit, vt canonicus: & etiam tenendo aliam opinionem, dico: q illę absurditates non sequunt: quia causa impediens, vt prelatura, est potior, 13 quàm causa permittens, vt canonicatus. ¶ † Et vbi concurrunt duo contraria, fortius præualet: sicut dicimus in duabus præsumptionibus ferè contrarijs: quia fortior elidit aliam. in. c. literas. de præsumpt. ¶ † Quæritur hîc etiã de quo modo. no. qualem vocem habeat Episcopus, cum interest[a]. & dicit Hosti. q si interest, vt canonicus, habet vocem sicut quilibet canonicus: nec vox sua præualet: licet sit ponderosior ratione dignitatis suæ. ad hoc. c. dudum. el j. de electio. Et nota bene hoc: quia licet in prima collatione sit aliquis prælatus: puta Episcopus tanquam vnus de collegio. Exemplum in vniuersitate scholarium: nihilominus vox sua est ponderosior ratiõe dignitatis: vt in. d. c. dudum. Ex quo not. q non omnino est ibi, vt singularis de collegio. Si verò interest, vt Episcopus: tũc Hosti. fuit in mirabili opinione, q tantam vocem haberet ipse solus, quantam totũ capitulum: ita, q si Episcopus habet secum saltem vnum canonicum, præualet quicquid ipse facit: restringit tamẽ hoc ad ea, quæ pertinent ad Episcopum cum consilio capituli, seu consensu: secus secundũ eum in his, quæ pertinent ad Episcopũ & capitulum, licet simul: & quicquid ipse dicat cõmuniter tenetur oppositum. Et dic, q vbi Episcopus debet habere consensum, vel consilium capituli, oportet ad hoc, vt actus teneat, q habuerit saltem maiorẽ partem capituli: & fortius habet locum, vbi actus pertinet simul ad Episcopũ & capitulum. & hoc probatur in. c. tua. &. c. ea noscitur j. de his, quæ fiunt à præla. facit. c. j. ne sede vacã. lib. vj. Probatur ratione. nõ est capitulum, vbi est minor 2 pars: vt in tex. & glo. in. c. cum inter canonicos. .c de elec. &. c. cum in ecclesia. el. j. eo. titu. si ergo Episcopus debet habere consensum, vel consilium capituli: vel actus pertinet simul ad Episcopum & capitulum: nõ potest dici, q Episcopus habuerit capitulum: nisi saltẽ habuerit secum maiorem partem. hoc tenet Ioan. And. in c. penul. de appel. lib. vj. & Fede. de Senis in suis consilijs, & sequuntur Mod. communiter hîc: & hæc est ipsa veritas. Ex quo infertur, quòd si Episcopus interest capitulo, vt prælatus: & ca d nonici sunt. xx. non sufficit, q habeat secum. x. e quia non haberet maiorem partem capituli: secus si ipse interesset, vt canonicus: quia tũc ipse computatur in numero, vt canonicus: & sic esset. xj. & hoc not. & illud quod dixi in Episcopo, intellige de quolibet collegio. ¶ † In gl. fi. in fin. Ioan. And. concordando opi. dicit, q aut propter dolum Episcopi canonici non elegerunt, nec eligere potuerunt: eo, quòd eos malitiosè excõmunicauit, vel procurauit eorũ absentiã: & tunc procedat. j. opi. vt ius remaneat penes capitulũ: & iste intellectus est clarus: quia impedito non curit istud tẽpus. s. e. c. quia diuersitatem. Si verò canonici potuerũt eligere, sed non elegerunt propter dolum Episcopi: tunc procedat opinio glo. vt potestas non deuoluatur ad Episcopum: nec remanet penes capitulũ licet deuoluatur ad superiorem. Quod puto verum, nisi capitulum probabiliter excuset dolũ Episcopi. nã b tunc saltem hoc tempus sibi restitueretur. b argu. in. c. ex literis. de in integ. resti. &. ff. ex quibus caus. maio. per totum. cum hoc casu doloso non sit soluendo. & sic non potest haberi regressus contra dolosum ad interesse: vt in iuribus allegat. in glossa. hîc non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non potest promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum: nec potest dare alij potestatem præsentandi ante, quàm vacet. 6.*
2 *Iuspatronatus & ius præsentandi potest esse penes fœminam constitutam in dignitate, vel non constitutam. 7. 9. in fi.*
3 *Patronus non habet ius præsentandi prælatum in ecclesia collegiata: sed habet ius præsentandi ad præbendas, quæ sunt in ipsa ecclesia collegiata.*
4 *Appellatione beneficiorum in materia stricta comprehenduntur tantùm beneficia simplicia, & non curata, vel dignitates.*
Patronus præsentando dicitur donare.
6 *Patronus potest dare generalem potestatem præsentandi, cui vult.*
8 *Iuspatronatus, an transeat in maritum, quando mulier dedit in dotem, rem vbi est iuspatronatus.*
Quis præferatur, an præsentatus à marito: an ab vxore circa iuspatronatus, quod est in dote?
9 *Præsentatus à pupillo præfertur præsentato à tutore.*

CAP. XVI.

1 VM dilecta. ¶ † Directa, vel indirecta promissio facta patrono de beneficio vacaturo, non tenet. Vel clarius sic. Sicut nõ potest patronus promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum: ita nec dare potestatem præsentandi ante, quàm beneficium vacet. Primò narrat dictum, quod secũdò irritat, & fieri prohibet ibi: *mandamus.* ¶ Casus literalis. Comitissa flandren. habet iuspatronatus in quibusdam ecclesijs: in quibus habet præsentationem, quasdam promissiones fecit de nõ vacantibus beneficijs, & donationes illorum beneficiorum posuit in manibus quorundã: vt conferrent illa, cũ vacauerint. Peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: vnde mandat quibusdã quatenus huiusmodi donationes denũtient irritas & inanes: præcipiendo illi comitissæ, ne decætero similia attẽtare præsumat. Ber. ¶ † No. j. q. mulier in dignitate constituta potest habere iuspatronatus. c & per consequens ius præsentandi. quod bene no. Quid autem in priuata personaj. subijciam. ¶ † No. ij. q. licet in ecclesia collegiata patronus non habeat ius præsentandi prælatũ: quia electio debet pertinere ad collegium: vt in. c. nobis. de iurepat. habet tamen potestatem præsentandi ad præbendas, quæ sunt in eadem ecclesia, ex quo est patronus etiã præbendarũ. quod bene not. Et communiter per istum tex. tenent doc. hîc. Nam hîc erant beneficia in 4 ecclesia collegiata: vt patet ibi in beneficijs ecclesiarũ. ¶ † Ex quo etiã no. q propriè aliud est beneficium: aliud est ecclesia: licet largo sumpto vocabulo beneficium[d] comprehendat etiã omnem dignitatem[e]: vt in regula beneficium. de regu. iur. libro. vj. Tamen propriè & in stricta materia appellatione beneficij intelligitur de beneficio simplici, quod est in ecclesia, non de rectoria, quæ est in ipsa ecclesia: vt in. c. fi. de præben. vbi si mandatur prouideri de beneficio non cõprehenditur ecclesia: vide bonũ tex. in. d. reg. beneficiũ. ¶ † Not. iij. ibi: *donationes.* q præsentatio patroni potest dici donatio. Nã hîc non loquitur de collatione: quia illa non cadit in patronũ, maximè laicum: vt in. c. fi. de iurepat. ideò debet intelligi de præsentatione, licet dicat donatio: quia præsentatus, si est idoneus, debet consequi omnino beneficiũ. xvij. q. vj. c. decernimus. ¶ Vltimò not. † q sicut collator non potest promittere beneficium

beneficium vacaturum. ita nec dare in specie alicui potestatem conferendi ante, quã vacet: vt in. c. constitutus. & c. ij. s. eo. Sic & patronus non potest promittere præsentationem alicui, nec dare in specie alicui potestatem præsentandi cũ vacabit: quia ea ratio, quæ est in collatione militat in præsentatione. nam sperans se præsentandum desideraret mortẽ proximi: & sic posset dari potestas præsentãdi: & sic indirectè fieret promissio vacaturi. & hæc fuit ratio decidendi hîc. Dicunt tamẽ doct. & bene, q in genere potest dari hæc potestas præsentandi: maximè secundũ Io. and. quãdo subest causa: vt quia patronus vult se absentare in longam peregrinationẽ: & maximè vitatur suspicio vbi constituit illum generalem procuratorem omnium bonorũ. Et pondera bene: quia doct. per illam dictionem maximè, quæ abũdat: sentiunt, q patronus potest vni dare potestatem præsentandi in genere: licet in Episcopo dicam[9], vt soli vicario generali hoc possit committere: vt dixi in. c. cõstitutus. s. eo. Sed ratio diuersitatis potest esse hæc: quia patronus maximè laicus non habet vicariũ: ideò oportet, q possit sibi consulere per constitutionem sui procuratoris: cum illud officiũ sit valde necessarium humano vsui: vt in. l. j. ff. de procu. 7 ¶ † Sed quæro: quia tex. hîc solũ probat de muliere constituta in dignitate, vt possit habere ius præsentãdi: quid dicendũ in priuata muliere? nõ recolo me legisse hoc in alio tex. sed dñi de Rot. in quadã eorum decisi. sentiunt, a q idem. & satis mihi placet: [a]quia iura nõ distinguunt: sed ædificatori dãt iuspatronatus. xvj. q. vij. c. & filijs. & masculinum comprehendit in se fœmininũ, in. l. si ita. ff. de le. ij. & in. c. si quis suadente. xvij. q. iiij. iũcto. c. mulieres. 8 de sen. excom. ¶ † Et formant ibi quæstionẽ: Nunquid si mulier dedit in dotẽ villam, in qua erat ius patronatus b vtrum maritus possit præsentare? [b]& præsupposito, q possit: si vxor præsentat alium, quis sit præferendus? & videtur primò, q debet præferri præsentatus per maritum: quia fructus rei dotalis cedit marito propter onera matrimonialia: vt in. c. per vestras. de do. post diuor. resti. & in. c. salubriter. de vsur. sed præsentatio est quasi quidam fructus iuris præsentandi: vt not. Inn. in. c. constitutionibus. de iurepat. & in. c. cum in ecclesia. de cau. pos. ergo &c. Ius autem patronatus transit cum vniuersitate: vt in. c. ex literis. de iurepa. vnde sicut maritus efficitur dñs rei dotalis, cõstante matrimonio: vt in. l. doce ancillam. C. de rei vendi. ita & huius iuris, quod transit c cum villa. Sed in cõtrariũ facit: quia vxor[c] est domina vera huius iuris, & quemadmodũ iuspatronatus seu præsentandi, non transit cum vniuersitate in creditorem: vt est tex. in. c. cum Bertoldus. de re iud. ita nec transire debet in maritum. & fortè hæc opi. verior & subtilior. nã si diligenter velimus cõsiderare fructus rei dotalis cedit marito propter commoditatem: quia habet supportare onera matrimonij: sed ex præsentatione nullũ fructum reipsa æstimabilem consequit maritus: sed est quidã honor. ergo debet remanere penes vxorem. & hãc opinionem secutus est collector decisionũ, dominus Anto. hîc 9 somniauit: sed hæc opi. videtur mihi elegantior. ¶ † Et facit dictũ Io. and. in. d. c. ex eo. de elec. lib. vj. vbi tractauit illam pulchrã quæstionẽ: Quid si pupillus habet ius præsentandi: & tutor præsentat vnum, & ipse præsentat d alium fortè idoneiorem: quis sit præferendus? [d]& videt concludere, q præsentatus à pupillo si est maior septem annis est idoneior præsentato à tutore: quia pupillus est dominus huius iuris. Et quemadmodum potest contrahere sponsalia: ita & præsentationem habere. aliud tamẽ in hoc vltimo videtur sentire Fede. consi. xliij. Et ex hac decisione infero ad primũ quæsitũ: q si pupillus maior septennio potest præsentare, ergo fortius mulier: cum non possit dici actus virilis. facit. c. dilecta. de excessi. præla. & hoc nota bene &c.

e *Ne sede uacante aliquid innouetur. Rub.*

¶ Continuatur hæc Rubrica ad præcedentia hoc ordine. Suprà visum est de institutionibus & collationibus beneficiorum: sed quia posset dubitari, nunquid sede vacante capitulum succedat in ipsorum collatione: meritò hinc sumpta occasione compilator posuit hîc istam rubricam generalem, ne sede vacante. Et pondera, q rubrica loquitur negatiuè, & ponit orationem perfectam: vt ex ea posit argui: quòd nihil potest innouari sede vacante in præiudiciũ ipsius sedis: nisi iure expresè caueatur. Valet enim argumentum à rubro: iuxta ea, quæ not. s. in procœmio. &. C. etiam ob chirogra. pec. super rubrica & in. l. j. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest esse quis duarum ecclesiarũ cathedralium ex permissu Papæ, eas vniendo, vel non.*
Monasterium potest erigi in ecclesia cathedrali. si Papa mandat.
2 *Monasteria tenentur ad eleemosynas faciendas, & ad hospitalitatem tenendam: & ad religionem seruandam.*
3 *Vnio ecclesiarũ potest dissolui: si procedente tempore appareat damnosa.*
4 *Capitulum succedit sede vacante in iurisditionalibus j. c. proxi. numero. 3. 4. sed non in iuribus Episcopalibus, etiam ea defendendo.*
5 *Vicarius perdit officium suum mortuo Episcopo.*
Officium, dignitas siue iurisditio, an expirent mortuo illo, à quo ista habentur.
Abbas, si est suspensus deuoluitur eius potestas ad capitulum.
6 *Vnio quibus modis fiat de vna ecclesia ad aliam. & quid resultet: & quomodo faciunt in electione prælati.*
Electio prælati non potest fieri per sortem.
7 *Ecclesia vacante, an & quæ bona possint alienari, siue vacet Episcopatus: siue alia inferior ecclesia.*
Archiepiscopus non dat visitatorem ecclesiæ Episcopali vacanti, nisi propter negligentiam capituli.
8 *Contractus initus per capitulum de rebus ecclesiæ vel Episcopatus sede vacante, an valeat.*
Actus gestus à non habente potestatem: est ipso facto nullus, potest tamen ratificari postea.

CAP. I.

NOuit. ¶ Vacante sede, status eius mutari nõ debet. h. d. In prima ponitur petitio: cũ facti narratione. In secũda petitionis repulsio, cum quadã protestatione. Secũda ibi: *attendentes.* ¶ † Not. j. Papam posse erigere monasteria in ecclesiã cathedralem, ac vnire duas cathedrales episcopales: vt idem sit Episcopus vtriusq; facit. c. sicut venire. de excess. prælato. &. xvj. q. j. c. & tẽporis qualitas. Item cessante vnione põt ex causa quę facere Episcopũ duarum ecclesiarũ: vt est tex. not. in. c. relatio. 2 xxj. q. j. ¶ No. ij. q. quãquã monasteriũ erigatur in ecclesiam cathedralẽ, nihilominus seruanda est ibi religio: ex quo remanẽt ibi religiosi, & tenentur ad eleemosynas & hospitalitatem tenendã. Ex quo not. q monasteria ordi 3 nantur ad hęc tria. ¶ † Not. q vnio ex causa facta potest dissolui, si procedẽte tẽpore, est ecclesiæ vnitæ multum damnosa. Not. ibi: *Batonien. ecclesiæ.* q nomine ecclesiæ d qñq; comprehẽditur solũ capitulum sine Episcopo. Nã hîc decesserat Episcopus, & nihilominus fiebat petitio nomine ecclesiæ. facit. c. relatũ. el. ij. de test. s. c. cũ in partibus. de verb. sig. ¶ No. q petitiõi principũ & prælatorum, nõ est annuendũ, cũ æquitatẽ non fouet. Et not. q Rex nominat hîc ante Episcopos. Facit ad materiã. c. solitæ. de maio. & obedien. ¶ † Not. in ver. *attendentes*, q 4 vacante sede nõ est, qui tueatur ius episcopale. Licet ergo capitulũ succederet in iurisditionalibus: vt in. c. cum olim. &. c. is, qui. de maio. & obed. non tñ succedit in potestate deducẽdi iura Episcopi in iudiciũ, etiam defen-

a ¶ Mihi placet. Adde q Cal. cõsi. j. de iurepa. ita cõsuluit. de quo etiã per eũ. cõsi. v. fenfit Fede. cõsi. xcv.

b ¶ Præsentare. Adde Bal. cõsil. j. v. li. & ibi vide, an ius patronatus transeat in maritũ cum vniuersitate. Anton. Francis.

¶ An ius patronatus transeat in maritum: vide Car. in cle. ij. in. vj. qõ. de iure patr. vbi dicit q tale ius patronatus transit cũ dote sibi data vniuersalis hæreditatis. & de materia quo modo & qualiter transeat cũ vniuersitate bonorũ: habetur latè in. c. ex literis. de iurepat. & vide do. de Rote. deci. ccccl xxx. incip. fuit dubitatum in nouis. vbi dicunt, q potest trãsire ad locũ religiosum, & in ipsum alienari sine vniuersitate bonorũ de licentia Episcopi. gl. tũ tenuit cõtrarium. in. c. cõsultationibus. de doñ. sed vide tex. in. c. j. in princi. de iurepat. in. vj. vbi per Gemi. qui dicit, q valet donatio iuris patronatus facta loco ecclesiastico, etiã sine consensu Episcopi, licet nõ præiudicet talis donatio iuri Episcopali.

SEB. SAPIA.

c ¶ Quia vxor. q mulier sit capax iuris patronatus: no. Abba. in. c. ex literis. per illum tex. j. de iurepat. Fede. de Senis in cõsil. cvj. refert. d. Abb. in. c. cũ secundum. j. de iurepa.

d ¶ Præferendus. Adde Pet. de Ancha. consil. cccl vj.

SEB. SAPIA.

e ¶ Sede vacante. Quibus modis dicitur fedes vacare: not. Felin. remissiuè. in. c. j. in. j. col. s. de præscrip.

SEB. SAPIA.
a ¶ Abbatis. Limita hoc & declara, vt per Abba.in.c. iij.in.iij. not.j .de precarijs.vbi dicit nõ procedere,qũ quis concessisset prioratum ad bene placitum:vt ibi per eum.
b ¶ Vnio. Adde de causis requisitis in vniõe videndũ per Old.consil.cclxj.

SEB. SA PIA .
b ¶ Vnio. Vide Odra.in cõsil.cccxxiij.inci.factum tale est. domi. Clemens.cum allegatis per Felin.in.c. translato.colũ.iij. versi. limita ista.ŝ. de cõsti.&ibi ponit remissiuèquomodo cognoscat principale beneficium ex duobus vnitis.
c ¶ Approbari.Ad. de Federic. consi. xxix. Anto.Francis. ¶ Dicas ,ꝙ illud consiliũ est.cclxj. & incipitin vnione requiritur. vbi dicit,ꝙ vnio ecclesiarum debet fieri ex euidenti causa vtilitatis:vel necessitatis .Et adde ꝙ vnio ecclesiarum pertinetad diœcesanũ :vt in.c.sicut vnire.de exce.prela.Sed vnio Episcopatus pertinet ad Papã:vt ibi: & habetur in cle.fin. & ibi per Card.in prin.de re.eccl.nõ ali.Et quot modis fiat vnio: vide per Inn.in.c.j.in prin. ne sede vacante.
d ¶ Vrget necessitas.Adde quod voluit Roma.consi. xxxvj.
e ¶ Cõtractus.Ad. de videndũ Fede. cõsi.xxx.vbi ponit quę potest capitulum sede vacante.de quo etiã per do .Car.cõsil. xxxv.

5 dendo.¶ † Vltimò not.in fi.ꝙ vacãte monasterio prior clausꝛalis gerit vices Abbatis.& dicit Hostiẽ.ꝙ in hoc fuit indulgentia:qa ex prioratus officio non habet tantam potestatẽ.& sic transeunt cõmuniter doct.Sed vide Lau.in cle.ij.de rescript.& in cle .quia regulares.de sup.
a negli.præla.vbi dicit,ꝙ per mortẽ Abbatis[a] non expirat officiũ prioris clausꝛalis.& facit iste tex.in arg. Sed ego dubito,vtrũ hoc dictũ sit verũ. Nam quẽadmodũ per mortem Episcopi expirat officiũ vicarij:vt no.gl.in cle. fi.de procu.ita videt,ꝙ mortuo Abbate expirat officiũ prioris clausꝛalis.Distinguerem tñ,ꝙ aut prior fuit electus à toto cõuentu:& tũc nõ expirat.arg.c.ij.de sta.reg. & in hoc casu posset intelligi iste tex.& tunc fortè nulla esset indulgentia. Aut prior fuit positus per superiorem tñ:& tunc per mortem cõstituentis posset dici officiũ expirare.arg.ex no.in.d.cle. fi.& facit clemẽ.ne in agro. in.§.Abbate.de sta.reg.& quod ibi not.Pau.vbi patet,ꝙ abbate suspenso deuoluit[b] potestas ad capitulũ. & vide Inn.in.c.cũ dilectus.de consue.in prin.vbi videt idẽ sentire:dicam latius in.c.finj.de statu reg. ¶ † In glo.ij.in fi. no.hanc glo.& similẽ glos.habes in decretis. xvj.q.j.c.& 6
temporis qualitas.Hostien.dicit,ꝙ quinq; modis potest fieri vnio.[b] Primò cũ ecclesiæ vniunt,quo ad spiritualia b
tantum:sicut consueuit fieri in aliquibus monasterijs,in quibus celebrantur exequiæ*monachorũ*mortuorum vtriusq;.¶ Secũdò fit vnio per viã subiectionis : cũ vna ecclesia subijcitur alteri.& hoc casu ecclesia subiecta remanet sub iurisditione illius,sub quo primo erat constituta:nisi aliud fuerit expressum in ipsa vniõe:vt est tex. in.c.quia monasteriũ.de reli.do.¶ Tertiò fit vnio quo ad prælatũ duntaxat:vt idem sit prælatus vtriusq; ecclesiæ.& hoc casu dicit,ꝙ in electione facienda debent hęc duo collegia adinuicẽ deferre. arg.in.c.pastoralis.de rescript.& si non conueniunt alternis vicibus, eligent sibi prælatũ.ar.in cleñ.ij.de iurepa.& si non concordant in prima electione facienda stabitur verbis vnionis:vt primò nominata habeãt primam electionẽ:vel ponant sortem.Nec obstat.c.fi.de sortileg.quia loquitur de elec.facienda,ꝙ non debet fieri per sortem:sed hîc loquitur de loco tñ,vbi debet fieri electio.Ego puto,ꝙ licet hęc possint seruari:nõ tamen sunt de necessitate, sed de mero iure debent cõuenire hæc duo corpora ad electionem cõis prælati:qa quod oẽs tangit,ab omnibus debet approbari[c]:vt in.c.ad hæc.de offi.Archi.& bene facit illa cleñ.ij. Nec obstat.c.pastoralis.quia ibi erat impossibile, vt impetrati per vtranq; partem essent iudices:sed hîc vtrũq; collegiũ de iure habet electionẽ:vt in.c.j.de elec.Fateor tamẽ,ꝙ si de facili non possunt cõuenire: poterũt alternis vicibus eligere.Vide simile in hac vniuersitate scholariũ.nam collegium iuristarum,& collegium artistarũ sunt vnita respectu rectoris:quia vnũ & eundẽ rectorẽ obtinent:& in electione rectoris omnes conueniunt simul.& ita est dicendum,qñ duo collegia vniuntur quo ad identitatem prælati duntaxat:sed si disceptaretur de loco,posset seruari quod dicit Hosti.ꝙ per sortẽ,vel alternis vicibus:vel per delationem cõueniant.Fit deniq; 8
& quartò vnio:cũ duæ ecclesiæ vniunt simul:& tũc serua quod dicit in glos.Et aduertas vtrũ vna vni,altera alteri,an ambę simul.Nã primo casu nihil accedit ecclesiæ vnitæ:sed ista ecclesia,quæ vnit assumit priuilegiũ ecclesiæ,cui vnit:sed qñ simul vniunt,tunc communicãt sibi potiora priuilegia.ita in simili voluit Bar.in.l.j.ff.de lega.j.¶ Vltimò ecclesia vnitur alteri,cũ eligitur in cathedralem:quod solus Papa facere põt:vt in.c.quod translationẽ.de offi.leg.& in.c.sicut vnire.& tũc erit idẽ tẽpus vtriusq;,si vnitur ecclesiæ cathedrali .Si autẽ vnitur ecclesia inferior ecclesiæ cathedrali :nec expressè eligitur in cathedralẽ:tũc ista inferior remanet in suo statu:& sedes est apud primã duntaxat.ad hoc.d.c.quia. ¶ In gl.in versi. *sede vacante.* no.bene hãc gl.& vt clarè intelligas materiã,elicio tres quæstiones.Prima,nũquid bona ecclesiæ vacãtis cathedralis:vel inferioris possint alienari? Secunda,nunquid valeat contractus initus per capitulũ de rebus ecclesiæ, vel episcopatus,sede vacante . Tertia quæstio nunquid valeat iudiciũ agitatũ contra ecclesiã 7
vacantẽ? ¶ † Circa primũ Hugutio.& Bar.glo .fuerunt in cõtraria opinione:vt vides in gl.Inn.hîc instat & intricatè in diuersis gl.suis:sed in effectu videtur velle, quòd regulariter nõ põt fieri alienatio. ¶ Fallit in duobus casibus.Primò si magna vrget necessitas.[d] Secũdò si ecclesia diu est vacatura:& nõ posset cõmodè expectari creatio prælati.In quibus casibus dicit Inn.ꝙ dabitur curator bonis:& per illum fiet alienatio.ad hoc.l.j.&.ij.ff.de cura.bo.dan.Itẽ poterit dari visitator ecclesiæ vacanti. Et dicit,ꝙ Archiepiscopus est visitator ecclesiæ Episcopalis suffraganei:& Episcopus est visitator quo ad ecclesias subiectas.& cum hac opinioẽ videtur hîc sentire dominus Anto.Ego autẽ hæc dicta non admitterem indistinctè:& videtur tex.in contrariũ.in.c.fi.de supplen.ne gli.prælato.lib.vj.vbi patet,ꝙ Archiepiscopus non dat visitatorem ecclesiæ Episcopali vacanti,nisi quando capitulum est negligens in administratione:vnde nõ reperitur iure cautũ,ꝙ Archiepiscopus possit interponere authoritatem in alienatione rei Episcopatus vacantis:& vide bonam gl.in contrariũ.in cle.ij.de rebus eccle. non alie.Vnde dicerem sic:ꝙ aut agitur de alienatiõe rei Episcopatus:aut rei ecclesiæ inferioris. Primo casu , si sunt bona,quæ seruando seruari nõ possunt:tũc is,qui habet onus seruandi,sicut œconomus,vel capitulũ,potest alienare etiã sine alterius authoritate:sicut dicimus in tutore:vt in.l.lex quæ tutores.C.de admi.tuto.& in.l.tutor, qui repertoriũ.ff.eo.Ea verò,quæ seruari possunt: alienari non debent:neq; possunt sine licentia Papæ duntaxat.argumentum opti.hîc.Nã si iudicium, cuius exitus est dubius,non põt agitari contra ecclesiam vacantem: fortius non potest fieri alienatio,quæ re ipsa videtur damnosa ipsi ecclesiæ.Nõ enim habet ecclesia tunc defensorem,vt hîc patet.Pro hoc facit .c.j. de rebus ecclesiæ non ali.libr.vj.Nam si bona ecclesiæ inferioris non alienantur, etiam per Episcopum,nisi prius detur curator, seu administrator Ecclesiæ vacanti :nec bona episcopatus: nisi prius detur sibi visitator , seu administrator, sed talem administratorem dare soli Papæ conuenit: vt in.d.c.fina.de supp.ne.præla.facit.c.is ,qui. de elec.libro.vj.Quinimo vult ibi tex.quòd si administrator,seu visitator deputatus generaliter per Papã,nõ potest alienare bona immobilia:fortius non potuit hoc capitulũ, etiam data authoritate Archiepiscopi. Vnde crederem, vt dixi recurrendũ ad Papã,vt ipse interponat authoritatẽ per se,vel per alium.Si agitur de alienatione rei ecclesiæ inferioris:tũc serua quod dixi.Nã casus est expressus in.d.c.j.vt non posit fieri per Episcopum,nisi prius deputetur administrator per ecclesiã inferiorem.Quod limita secundũ id quod leg.& not.in cle.ij.de reb.eccle. non alienã.& per hoc sit prima quæstio expedita. ¶ † In e
secunda.q.nunquid valeat contractus:[e] conclude breuiter,ꝙ aut contractus est initus cum dãno ecclesiæ:& nõ valet:nec de præsenti, nec in futurũ .Aut concernit vtilitatem ecclesiæ:vel est dubiũ:& tunc est in optione Episcopi:vtrũ velit illũ contractum habere ratũ : nec est in pendenti:vt dicit hîc Host.per illud cap.si qua de rebus. xij.q.ij.vbi bon.tex.& vide circa hoc quod no.Calde.in c.si quis presbyterorum.de rebus ecclesiæ non alienan. Et intellige de contractu non permisso.c. Nam tunc cũ deficiat potestas in capitulo debemus dicere,ꝙ ex defectu potestatis corruit contractus ipso facto .sed in fauorem ecclesiæ est indultũ:vt Episcopus nouiter creatus possit illum contractum habere ratũ,etiam si t si alienationis:

tionis:vt est tex.menti tenẽdus in.d.c.si qua de rebus.& in hoc nota istam gl.¶ In tertia quæstione,nunquid valeat iudicium agitatum super rebus ecclesiæ vacãtis? Gl. hîc dicit,ꝙ non:sed dic latius:vt dicetur in.c.fij.eod.vbi ponitur materia.Et vide quod dicit ipsemet in.c.edoceri.ŝ.de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum non confert beneficia spectantia ad collationem solius prælati sede vacante:etiam magno tempore: nisi beneficia sint deuoluta ad Episcopum per negligentiam, vel delictum inferioris: quo casu confert capitulum.3.*
2 *Collatio beneficij facta per non habentem potestatem conferendi:non præbet iustam causam possidendi:& sic non est opus vt de ea fiat mentio in literis ad beneficia.*
4 *Capitulum beneficia quæ non potest conferre sede vacante potest illa commendare:donec aliter fuerit prouisum.*
5 *Sede vacante,an possit capitulum recipere resignationem beneficiorum spectantium tantùm ad collationem Episcopi.*
6 *Capitulum sede vacante potest præsentatum instituere:& electum confirmare.*
Capitulum succedit sede vacante in illis,quæ sunt iurisditionis necessariæ.3.4.
7 *Capitulum potest absoluere excommunicatum ab Episcopo mortuo.*

CAP. II.

1 ILla deuotionis.¶ † Capitulũ sede vacante nõ confert præbendas spectãtes ad collationẽ prælati. Vel latius & clarius sic. Beneficia spectantia ad collationẽ prælati,duntaxat non possunt conferri per capitulum sede vacante. Primò decisè narrat factum. Secũdò diffinit. Tertiò soluens obstaculum probat deuolutioni locum non fuisse. Secũda ibi: *ecclesiam.* Tertia ibi: *non obstante.* ¶ Casus literalis. Collatio præbendarum in ecclesia sancti Leucini pertinet ad Episcopum loci:vacante sede episcopali vacauit quædam præbenda in dicta ecclesia sancti Leucini,capitulum illius ecclesiæ credẽs collationẽ præbendarũ vacante sede deuolutam ad ipsum:præbendã illam vacantẽ contulit cuidã clerico.postmodũ Archiepiscopus Capuanus de mãdato domini Papæ inuestiuit magistrum.R.de illa prębenda:cui Papa illã præbendã contulerat.& ita orta fuit discordia inter magistrum.R.& illum cui capitulũ præbẽdam illam cõtulerat.vnde quæstio super hoc delata fuit ad sedẽ apostolicam.Papa auditis ratiõibus vtriusq; partis confirmauit præbendã illam dicto magistro .R.non obstante cõcessione per capitulum alij facta,vel confirmatione in forma cõmuni obtenta:qñ nullo iure cauetur,ꝙ vacãte sede capitulum fungatur vice Episcopi in beneficijs conferẽdis:nec in eo casu potest dici , ꝙ potestas conferendi beneficia,vel præbendas per superioris negligentiã ad capitulũ fit deuoluta:cũ nullus sit superior,qui de iure,vel de facto posit prębendas conferre.
2 Ber.¶ † No.j.ꝙ collatio facta per non habentẽ potestatem[a] conferendi,non imprimit iustũ colorem possidendi,etiã si fuisset secuta cõfirmatio Papæ in forma cõmuni. Nã hîc fuit facta collatio,seu prouisio per Papam nõ habita mentione de possessione alterius : tamen in contrarium posset allegari.c.quia diuersitatem. ŝ.tit. proxi. Et ad istũ tex.potest responderi,ꝙ prouisus per capitulum non possidebat.Et de materia dic,vt plenè dixi in.c. cum nostris.&.c.literas.ŝ. titul. proxi. primum dictum multum mihi placet.¶ Not.ij.ibi: *cum nusquam inueniatur.* ꝙ capitulum non succedit in iure Episcopi:nisi in casibus in iure expressis.& facit,ꝙ in casibus dubijs potius
3 iudicemus contra capitulũ.¶ † Vlti.not.ꝙ vacãte sede[b]
b etiam magno tempore,non potest capitulum conferr beneficia spectantia ad collationem Episcopi. Est ergo recurrendum tunc ad Papam,secundũ Hosti.quod satis placet.Nam capitulũ,vel Archiepiscopus non succedit, nisi in casu negligentiæ:vel qñ Episcopus delinquit in conferendo indigno.iuxta ea,quę habentur in.c.ij.ŝ.tit. proxi.& in.c.cũ in cunctis.de elec.ergo recurrendum ad Papã:qui generalis est ordinarius totius orbis.ix.q.iij.c. cuncta per mundũ.& in.c.ij.de præben.lib.vj.Sed limita hunc tex.secundũ not.opi.quæ no.per Ioan.and.in. c. quanquã.de elec.lib.vj.vbi dicit hoc procedere in beneficijs ad Episcopũ spectãtibus proprio iure. Secus,in beneficijs deuolutis ad Episcopũ propter negligentiã , vel
delictũ inferioris:quia illa possunt conferri per capitulũ ZACHARIAS:
sede vacante.quod semper not.Et redditur ibi ratio.Nã a ¶ Potestatem.Limitabis fortè , vt nõ procedat,si fit facta per excommunicatum clam toleratum: vt per Inno. in.c.fi verè. in glos.fin.in ver. circa temporalia. j.de sent. excom. & in.c.j. in gl.fua mag.& in vers.veritas.j.de schisma. Quod est verum, etiã si fit facta scienti excõmunicationẽ: quia valet. sed debet priuari tunc is, cui facta est: secũdum Io. Cald.in tract.suo q.dominicalium. q.j.vers. excommunicatus.incip. cõmunis opinio.
ista deuolutio pertinet ad iurisditionẽ episcopalem:vnde ratione iurisditionis episcopalis deferuntur .sed in iurisditione episcopali non succedit capitulũ. Item posset allegari alia ratio.nam capitulum non succedit in collatione beneficiorum:quia collatio cõputatur inter fructus ecclesiæ.videtur etiã quidam fructus ratione honorificentiæ:& quia ibi gratia exercetur:vt dicit glo.no.in c.cum olim.de maio.& obe.sed hoc nõ potest dici in beneficijs deuolutis.Nã deuolutio nõ fit ad Episcopũ fauore sui:sed fauore beneficij:ergo nõ debet spectari nouus successor.& hæc ratio multum mihi videtur stringere, & magis quã prima all.per Io.an.& facit bonus tex.cum
4 glo.in.c.statutum.de præb.lib.vj.¶ † Item adde aliã bo
c nam limitationẽ:vbicunq; enim capitulũ non põt cõfer re,potest tñ illa beneficia commendare,donec aliter fuerit prouisum per superiorem:vt tenet Ioã.and.in.c.vnico.ne sede vacan.lib.vj.& Vincen.hîc.qui tamẽ videtur hoc limitare cũ beneficium habet onus annexum. alleg.
d c.significatum.de præben.¶ Ego dicerem[d],ꝙ is qui habet custodiam ecclesiæ vacantis,potest ponere administratorem,nõ solũ respectu onerum:sed etiam respectu rerum gubernandarum.facit.c.bonæ.de appella.& .c.fi. de statu reg.vbi Episcopus dat œconomum monasterio vacanti:cui tamen de prælato prouidere non potest. ita dico in proposito in casibus,in quibus custodia spectat ad Episcopũ:puta,quia ad eum spectat collatio, poterit capitulũ ponere œconomum,seu ecclesiam cõmendare alicui gubernandam,donec fuerit prouisum de pastore. hoc not.Nam capitulum regulariter succedit in omnibus,quæ sunt iurisditionis necessariæ.iuxta not.per glo. in clemen.j. de hæreti.& in.c.vnico.de maio.& obe.lib. vj.Tertiò limita hunc text.per.d.c.vnicum.eo.titu.lib. vj.nam vbi collatio pertinet ad Episcopum & ad capitu- e
lum simul,[e] capitulum sede vacante potest conferre .& c
5 dixi,vt latius ibi habetur.† Nunquid autem capitulum potest receipere resignationem beneficiorum spectantiũ ad collationem Episcopi sede vacãte:vide plenè per domi.de Rota decisione.cccj.¶ † Sed oppo.contra prædicta & contra text.de.c.cum olim.ŝ.alleg.& in.c.j.de in-
6 stitu.libr.vj.vbi capitulum confirmat electiones,& in- d
stituit præsentatos sede vacante . Gloss.hîc instat . vera ZACHARIAS,
sol.est,ꝙ iura voluerunt dare capitulo sede vacante potestatem confirmandi,& instituendi,sed non conferendi. Ratio diuersitatis:quia collatio est quædam donatio: vnde collator vtitur gratia:vt hîc.& sic est quidam fructus ratione honorificentiæ,quã exercet prælatus in cõferendo:sed confirmatio,vel institutio non est donatio, imò necessaria & debita:si electus & præsentatus est idoneus:vt in.c.postquã.de elec.&.xvj.q.vij.c.decernimus. vnde confirmatio & institutio sunt iurisdictionis necessariæ.Et ideò capitulum succedit in istis:sed non in conferendo:quia magis præiudicium fieret Episcopo futuro.Nam sicut non succedit in fructibus episcopatus: ita nec in ista honorificentia,quæ est quidam fructus iuris
7 conferendi.¶ † An autem succedat capitulum in pote-

SEB. SAPIA.
b ¶ Vacante sede. Vide Gemi.in.c. presbyteri. col.ij. xxiiij.dist.cum alleg.per Feli.in.c. cum olim.col .ij. vers. inquantum Abb.ŝ.de mai.& obe.& ibi do.Abbas contrariumdicit eius, quod hîc j.paulò dicit.

SEB. SAPIA.
c ¶ Illa beneficia. Vide Fede.in tract.de rer.per.q. xxxvj.cũ alleg.ꝙ Fel.in.d.c.cum olim.col.pen.vers. ad vndecimam.q.
d ¶ Ego dicerem. ZACHARIAS, Adde videndum Ro,consi.ccccvj.
e ¶ Cap.simul.Ad. de istũ in ca.cum vos.nu.2.& ibi dixi in apost.ad eũ. in ver. conferẽdi. ŝ.de off.ord.& in c.verum. num.11. vbi etiam dixi in apost.in ver.pertinentia ad Epi. scopũ.ŝ.de so.cõpetenti.

state absoluendi excommunicatum ab Episcopo mortuo? glo. disputat, sed hodie est decisum, in d.c. vnico. de maio. & obe. lib. vj. & dicitur, ꝙ sic. Et vide plenè de materia, quod dixi in d.c.cū olim. de maio. & obe. vbi dedi multa remissiones, in quibus succedit capitulum loco Episcopi mortui.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitatum super rebus ecclesiæ vacantis, non tenet. ſ. c. j. in fi. & j. per totum. maximè nume. 5.*
2 *Possessorium intentatur non solum, si desinit quis possidere, sed etiam si possidet, sed non liberè.*
Possessorium datur pro iuribus incorporalibus.
3 *Iudicium non solū non potest intentari sede vacante contra ecclesiam, sed etiam intentatum non potest continuari: siue ecclesia sit actrix, siue rea: nisi periculū sit in testibus habendis per mortem, vel alio modo. 4.*
4 *Capitulum potest agere sede vacante, in bonis pertinentibus ad ipsum capitulum duntaxat.*
5 *Capitulum nō potest agere in bonis disiunctis sine consensu Episcopi, si causa est grauis.*

CAP. III.

CONstitutis. ¶ †Sede vacāte iudiciū habitum contra ecclesiā non tenet. ¶ Primò narrat factū: super quo attestationes fuerunt receptæ. Secūdò illas reprobat dicens, quare. ibi: *nos.* ¶ Casus literalis. Inter Episcopū Burgen. & ecclesiam sanctæ Mariæ de castro sorit. quædam quæstio vertebatur. procurator ecclesiæ sanctæ Mariæ petebat ab Episcopo Burgen. restitutionem super libertate liberè sibi eligēdi prælatum in dicta ecclesia: & super terris ipsius ecclesiæ & rebus alijs, quibus ecclesia fuerat spoliata. lite ergo contesta. coram Innocen. & postmodum factis positionibus & responsionibus, siue confessionibus coram delegatis iudicibus, & receptis quibusdam testibus: causa iterū delata est ad sedem apostolicam. Papa examinato processu depositiones testium, vacāte Burgen. ecclesia: & carente legitimo defensore, quæ receptæ fuerāt, reprobauit. Ber. ¶ †Nota ex tex. ibi: super libertate, quòd potest agi possessorio nedum super quasi possessione eligendi: vt in. c.cū ecclesia. de cau. pos. & proprie. sed super libertate eligēdi. Vnde si ecclesia est in possessione, sed nō liberè possidet: vt quia alius molestat, potest agi super hac libertate. vide textū in. c. Pisanis. de restitu. spolia. Ex hoc, & ex tex. not. ꝙ super iuribus incorporalibus potest agi possessorio. ¶ †Nota, ꝙ sede vacante nedum iudiciū non potest de nouo instituiˢ sed etiam institutum continuari non potest. Debet ergo supersedere & expectari substitutio Pōtificis: & hoc procedit, non solū cùm ecclesia est actrix, sed etiam si est rea. ¶ †Sed quæro, nunquid hoc sit verū indistinctèᵗ Inn. hīc excipit casum: cū testes sint senes & valitudinarij: seu cū timetur de eorum absentia diuturna. Tunc enim non possunt recipi sede vacante: iuxta ea, quæ habentur in. c. quoniam. in princ. ſ. vt lit. non contesta. Hostien. etiam excipit alium casum, scilicet, cum litigatur super bonis capituli duntaxat. Nam in illis potest capitulum agere & conueniri, non obstante vacatione sedis. Ad hoc quod not. in. c. edoceri. de rescrip. Et no. bene hoc dictum: nam licet aliàs in bonis distinctis nō possit agere capitulum sine consensu Episcopi, si causa est grauisᵇ: iuxta not. in. c. edoceri. & in. c. j. de procur. & in c. causam. de iud. tamē si sedes vacat: puto ꝙ causa poterit agitari, ex quo pertinet ad capitulum dūtaxat: nec potest haberi Episcopi cōsilium, vel consensus. Pro hoc. e. vnicum. eo. titu. lib. vj. & hoc puto valde limitare no. in iuribus præalleg. vide etiam de hac materia Inno. in. c. j. ſ. eo. vbi firmat reg. huius. ꝙ. procedere in bonis episcopatus & eius iuribus: sed in bonis, seu iuribus inferioris ecclesiæ variat. Nam primò videtur velle, ꝙ capitulum posit constituere actorem, vel syndicum ad agendum. arg. in. l. j. §. ij. & in. l. sicuti. ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. & sic non caret ecclesia legitimo defensore. Et ita videt firmare in. c. cum dilecti. de consue. in prin. sed postmodum videtur sentire contrarium in. d.c.j. dicens, ꝙ vbi bona pertinent ad prælatum tantū: vel ad prælatū & capitulum: non potest capitulum ea bona in iudicium deducere: quia administratio pertinet ad prælatū: vt in. d. c. edoceri. dicit tamen ꝙ si vacatio esset diuturna, posset prouideri per dationem curatoris: vt in. l. j. & ij. ff. de cura. bo. dan. Et dabitur visitator ecclesiæ vacanti. lxj. dist. obitum. & cessante alio visitatore dicit, ꝙ Episcopus est à iure visitator in omnibus ecclesijs inferioribus suæ diœcesis. & pro hoc facit tex. in. c. fi. de suc. ab intest. vbi Episcopus agit pro ecclesia vicina. ¶ Fallit hoc secundū eum in quibusdam iuribus, quæ melius tractantur sede vacante: vt cū agitur de iure eligendi: vt in. c. cū dilectus. de consue. vel de retētione fructuū ecclesiæ vacantis: vt in. c. vnico, vt eccl. benefi. vel de diuisione prębēdę: vt in c. vacante. de pręben. & sic de simi. ¶ †Et ex his potes sic distinguere cùm quæritur nunquid possit iudicium agi tari sede vacāte: quod aut agitur de bonis ecclesiæ cathedralis, aut de bonis ecclesiæ inferioris. Primo casu, aut de bonis ecclesiæ: & potest agi: aut de bonis prælati: aut communibus: & agi non potest. & vide circa hoc quod legitur & not. in cle. fi. de procura. Et puto ꝙ solus Papa posit dare curatorē huiusmodi bonis ecclesiæ cathedralis, quo ad effectū agendi. arg. in. c. is cui. de elec. lib. vj. in c. pastoralis. de offi. ord. Secūdo casu aut ecclesia non est collegiata: aut sic. Primo casu poterit Episcopus agere & defendere: maximè cùm vacatio est diuturna: vt in. d. c. fi. Si verò ecclesia est collegiata: tunc puto congruentius agi per capitulum authoritate episcopi: & hoc cùm necessitas, vel cū vacatio est diuturna: aliàs deberet expectari prælatus: vt in. c. ne pro defectu. de elect. & quia defensio iurium primo loco spectat ad prælatum collegij: vt in. d. c. edoceri. Fallit in casibus specialibus. de quibus. ſ. dixi.

De his, quæ fiunt à Præla. sine con. capi. Ru.

¶ Continuatur ad præcedētia hoc modo. Suprà visum est de institutionibus ac collationibus beneficiorum: verùm, quia dubitari posset vtrum Episcopus posset instituere, vel cōferre sine consensu capituli: ideò sumpta occasione posuit compilator rubricam generalem de his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. Vel possumus continuare secundo modo ad Rubricam præcedentem. Suprà visum est, ꝙ sede vacante nihil debet attentari per capitulum: sed quia poterat dubitari, nunquid sede repleta possit prælatus disponere de rebus ecclesiæ sine capitulo: ideò subijcitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesiasticæ non valet sine approbatione capituli.*
2 *Venditio, an contineat sub se alios contractus, per quos transfertur dominium?*
3 *Consensus expressus capituli, & eius subscriptio requiritur in alienatione rerum ecclesiasticarum. & nu. 4. 5.*
Consensus capituli, vel consilium in quibus casibus requiratur siue tacitè, siue expressè.
4 *Scriptura regulariter non requiritur in aliquo casu, nisi in iure expressè caueatur.*
Solennitas requisita in alienatione rei ecclesiasticæ, an possit tolli per consuetudinem?
5 *In alienatione rerum ecclesiasticarum, qui canonici, vel clerici debent consentire: absentes verò non vocantur.*
Consensus differt à consilio.
6 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta à solo Episcopo potest postea per capitulum ratificari. bene facit, quod dicitur j. proxi. ca. numero. 8.*
7 *Capitulum alicuius ecclesiæ cathedralis, si non reperiatur, tunc eius loco succedunt alij honesti clerici qui habent interuenire in alienationibus rerum dictæ ecclesiæ.*
8 *Alienatio rei paruæ alicuius ecclesiæ potest fieri absque expresso consensu capituli. vide j. proxi. nu. 3. & 6.*

CAP. I.

b citus conſenſus collegij: ex quo non agitur de alienatione perpetua. & pondera gl. Nā ſufficit ſola ſcientia conuentus [b] ſine contra dictione. & licet Ioan. and. hīc dicat capitulum poſſe contradicere intra ſex menſes à tempore ſcientię: per ea quę fuerunt nota. in. d. c. ij. ſ. eo. Tamen dic illud procedere, quando à principio capitulū reclamauit, vel ignorauit: ſecus ſi à principio ſciuit, & non contra dixit. nā videtur conſenſiſſe: vt ibi clarè probatur. & hoc facit ad
9 multa. ¶ †In glo. iij. No. ſing. hanc gl. quę videtur intelligere hūc tex. ꝙ in dubio, ſi in geſtis ſeu gerendis à prelato, interuenerit conſenſus capituli: licet poſsit probari cōtrariū. tex. tamen apertè hoc non dicit. Nā poteſt intelligi, ꝙ in ſpectantibus ad collegium debeat prelatus procedere cum conſenſu collegij. & tunc non colligeretur dictum glo. ſed multi tenuerunt hanc glo. & tenuit Fede. conſil. ccvij. & Compoſtel. in. c. cum dilectus. de conſue. vbi dicit,
c quòd ſi partes non referunt queſtionem, an conſenſus capituli in teruenerit, præſumitur interueniſſe. ‘& alle. hunc tex. ſecus dicit, ſi referūt queſtionem & aduerte: quia iſta eſt difficilima quæſtio. Nā eſt quærere, an ſolennitas extrinſeca præſumatur. Nam cōſenſus capituli eſt, quid extrinſecum ad prælatū: & iura videntur velle, quòd ſolennitas extrinſeca non præſumatur: vt in. l. quæcunqꝫ. §. fin. ff. de publi. vbi dicit tex. ꝙ in contractu minoris nō preſumitur tutoris authoritas intereſſe: niſi probetur. ad idem tex. & Bar. in. l. ſciendum. ff. de ver. obli. Inno. & Egi. quos videtur ſequi Ioā. andr. dicūt, ꝙ aut ſit contradictio ante inueſtituram: & Abbas habet probare conſenſum capituli: aut poſt inueſtituram: & præſumitur conſenſus, niſi probetur contrarium. Et idem dicunt quando opponitur contra procuratorem conſtitutum ab Abbate, ꝙ non interueniret conſenſus conuētus. nam ante ſententiam dicūt quòd onus probandi incumbit procuratori: ſecus poſt ſententiā. & in hoc multum inſtant. Do. Ant. diſtinguit latius. Aut enim ſecundum eum in inſtrumento dicitur quòd conuentus cōſenſerit: & tunc ſtatur inſtrumēto niſi probetur cōtrariū vt in. l. j. & quod ibi not. C. de fide inſtru. & iu. haſtæ fiſca. libro. x. & bonus text. in c. tertio loco. de proba. *Si* verò in inſtrumento ſolùm fit mētio de prælato: & ſi non negatur conſenſus capituli preſumitur: vt dicit Compoſtel. *Si* verò negatur: aut ſumus in actibus, in quibus ſufficit tacitus conſenſus & præſumit. arg. hīc. *Si* verò requirit expreſ-
ſus: & tunc dicit, quòd in actibus, in quibus eſt a dare quaſi poſſeſsionem, præſumendū eſt pro poſſeſſore, ſi ſtat tanquàm reus adducit in argu. c. cū veniſſent. de inſtitu. tamen ſi ſtat tanquā actor, non præſumitur pro conſenſu: niſi poſſeſsio ſit antiqua. facit quod no. in capi. illud. de pſump. In alijs verò actibus dicit, ꝙ nō præſumitur pro cōſenſu: niſi fortè factum ſit antiquū. iuxta no. in. c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. rece. per Inn. ſed certè hæc dicta ſunt ob ſcura, & nō credo vſquequaque vera. Nā vide tex. in cōtrarium in. c. j. ſ. e. vbi requiritur præ ſcriptio: vt clarè probetur conſenſus: vt dicit glo. in. c. ij. eo. ti. ad idem tex. no. in. c. j. de re. ec cle. nō alienā. lib. vj. vbi in alienatiōe facta per prælatū & capitulū, non præſumitur ꝙ tracta tus interceſſerit: fortius ergo non debet preſu mi expreſſus conſenſus. Item non facit differē tiā, an contradicatur à conuentu, vel ab extra neo. Vnde breuiter dicerem, ꝙ aut conuentus contradicit allegando, quòd nunquā conſenſerit, & tunc in dubio puto, quòd onus probā
c di incumbit prelato: vt ſenſerunt doc. antiqui hīc: dummodo contradicāt debito tempore. iuxta ea quæ dixi in. c. ij. ſ. eo. & ridiculum eſſet dicere contrarium. nam ſemper prelatus diceret capitulum conſenſiſſe. & difficilimum eſſet probare contrarium. argumento. c. quoniā contra. de probatio. & vj. q. ij. ſi tantum &. c. placuit. Si verò contradicatur ab extraneo: & tunc ſi ante executionem actus, credo quòd onus probandi incumbit Abbati: etiam ſi ſit actus in quo ſufficit tacitus conſenſus. quia nō debet Abbas vagari cum iactura illius, cuius intereſt: nam actus de ſe eſſet nullus ſi non interueniſſet conſenſus: ergo is cuius intereſt poteſt inſtare: vt doceatur de conſenſu. atgum. c. cauſa. de iudi. & eius, quod not. gl. in. c. j. de ele. lib. vj. facit. l. prætor edixit. ff. de iureiurando. Sed ſi non opponitur: præſumitur conſenſus tacitus, & ſic poteſt intelligi iſte tex. cum glo. ſed vbi requiritur conſenſus expreſſus: nunquàm ego præſumerem pro conſenſu, quia eſt eſt ſolennitas extrinſeca, quæ nūquam præſumitur: vt in iuribus preallegatis. aliàs iura fruſtra requiſiuiſſent ſcripturam in quibuſdam caſibus: vt in. c. j. ſ. eod. cum ſimi. Et per hoc obuiatur multis fraudibus quę in hoc poſſent euenire.

ſv mmarivm.

1 *Laicus poteſt decimas, quas habet in feudum ab vna eccleſia alteri donare cum conſenſu ſolius diœceſani. & nu. 7.*
2 *Compromiſſum de rebus eccleſiaſticis, poteſt fieri in clericos, non autem in laicos.*
3 *Decimæ malè detinentur à laicis, licet habeant in feudum ab eccleſia, tamen non incurrunt peccatum.*
4 *Authoritates ſanctorum, poſſunt licitè allegari in defectum canonum.*
5 *Alienatio rei eccleſiaſticæ ad hoc, vt teneat, quæ requiruntur. & vide infrà capitulo proximo. in. iiij. nota.*
6 *Alienatio rei eccleſiaſticæ requirit maiorem ſolennitatem, quàm eiuſdem reuocatio ſue acquiſitio.*

a ¶ Conſenſum capituli. adde quod do. de Rota deci. cccxxxij. in anti. quis. dicūt, ꝙ præſentatus ab Abbate, & inſtitutus ab Epiſcopo, præſumit̄ pſentatus cum cōſenſu capituli.

ſeb. sapia. b ¶ Cōuētus. Vide Ioā. Baptiſ. de. S. Seueri. in repe. l. oēs populi. charta viij. ff. de iu. & iur. cū multis allega. per Felin. in. c. j. ſ. de ma. & obed. & ibi ſcribit ꝙ ſi age retur de alienatione rei eccleſiæ, nō ſufficeret tacitur. nitas: vt ibi peum.

c ¶ Interueniſſe. ad de an pſumat̄ ꝙ cō ſenſus capituli in teruenerit: domi. Car. cōſil. ‘cxviij. Alex. cōſi. j. iiij. li. Fed. conſi. ccxlix. & cui incumbat onus probādi ſolēnitatē ꝙ do. car. cōſi. cxxxix. Et an pſumat̄, ꝙ conſenſus capituli in teruenerit: vide do. de Ro. deciſi. ccccl xxj. in no. uis. de præſcrip. Anto. Franciſ.

¶ Circa hoc qđ dicitur de ſolēnitate, quis debeat illā probare interueniſſe in actu: di cas, ꝙ in dubio pſumit̄ interueniſſe: adeò, ꝙ dicēs illā nō interueniſſe debet illā probare quia habet iuris p ſumptionē cōtra fe: maximè ſi con currat diuturnitas tpis. niſi ſolennitas eſſet extrinſeca: vt per Bart. & doc. in. l. ſciēdū. in ij. opp. ff. de verb. obl. & per eundē Bar. in. l. quæcūqꝫ. §. interdū. ff. de pu blic. & in. l. j. C. de cōtrahē. & cōmit. ſtipula. & in. l. iuriſgentiū. §. quod ferè. ff. de pac. & ꝙ Spe. in ti. de prob. j. §. j. in ver. ſeqſ. in §. iij. in ver. iij. p in ſtrumētū. & Bar. & Ang. il. qī alie na in. §. j. ff. de acq. her. & in. l. gerit. in fi. co. ti. & per Io. and. in. c. Alberi. cus. de teſti.

a ¶ Non potest. Adde Fede. cõsi. xciiij.

b ¶ Tractatus. Adde Io. de Imo. consi. cxv. & adde quod voluit Fede. consilio. ccxlix.

c ¶ Contrario sensu. Adde, an argumentum à contrario sensu sit validum in statutis, Pau. de ca. cõsi. cccxxxvj. in. j. impressis. Et an sit ex mente leg. per Fran. de Are. cõs. xliij. & quãdo sumatur, per Ioã. de Imol. consili. lvij. Roma. consi. ccc. xcij. & consi. xj. & cõsi. xv. & ibi quid in sentẽtijs. & per eundẽ quid in rescriptis & cõuentionibus. cõsi. cccxcix. de quo ẽt p alex. cõs. xlvj. Ant hon. Francis. ¶ De isto argumento. à cõtrario sensu vide Alex. post glo. & Bart. in. l. ij. in. §. huius rei. in. v. notabili. de offi. ei⁹ cui mãda. est iurisdi. & vide Bal. in. l. conuẽticulam. in. j. opp. C de epis. & cleri. vbi dicit, p habet locum tã in legibus, quã in statutis, nisi argumentũ à cõtrario sensu sumptum esset contra casum alterius statuti, vel etiã legis cõmunis secundũ Bal. in. l. si quis. in. ij. col. C, de fur. ad quẽ vide glo. in cap. cupientes. §. quòd si per viginti. in versicu. commodè. de cle. lib. vj. & aliam gl. i. c. j. in vers. permittimus. de ætate & quali. eo. lib. & vide notat. per dominũ Paul. de castr. in auth. diacõis. fa. C. de epis. & cleri. & p Alex. plenè in. l. omnes populi. in penul. col. de iusti. & iur. & in auth. ex testamẽto. C. de colla. & gl. reputata singu. in cle. j. in. §. j. in. xxj. qõ. & ibi etiã per do. Car. de sen. ex cõ. vbi dicitur nõ habere locum, qñ reperitur cõtrariũ in iure disposituũ. & vide Bal. in. l. cũ patrẽ. C. de condi. inser. vbi dicit nõ habere locum, qñ statutũ vetat interpretationẽ. de quo per Paul. de ca. in cõsi. cccxlijij.

d ❧ SEB. SAPIA. ¶ Quòd si statuto. Vide Fel. in rub. de decr. col. v. ver. secũdò amplia. vbi declarat, qũo intelligatur prędictũ statutũ. de quo ẽt p eũ dẽ in. c. trãsl. atio. col. ij. & iij. §. de cõst. p do. Frã. cur. j cõsi. inc. Ticinẽsi. co. vij.

Argumentum à contrario sensu, an habeat locum in statutis & in contractibus. 8

Contrarius sensus dicitur subauditus & extraneus: non autem expressus.

Argumentum à contrario sensu, non habet locum in statuto quo cauetur, vt debeat planè intelligi, & nil subaudiatur.

Alienatio rei ecclesiæ inferioris, an requirat consensum capituli ecclesiæ cathedralis. 9

Feudatarius non potest alienare feudum irrequisito domino directo, sed potest alteri dare in feudũ eo irrequisito. 10

Feudum rei ecclesiasticæ, quod est penes laicum, potest per ipsum alienari in alienam ecclesiam irrequisita prima, à qua ipse habet.

Decimæ non possunt hodie dari in feudum laicis. 11

Constitutio non ligat actus ante factos, licet habeant tractus successiuos.

Habens intentionem fundatam, transfert onus probandi in aduersarium. 12

Laicus non acquirit titulum rei ecclesiasticæ, etiã quòd eam detinuerit tanto tempore, de quo non extat memoria in contrarium.

Clerici appellatione quandoque intelligitur de capitulo ecclesiæ cathedralis. 13

Alienatio rei inferioris ecclesiæ potest fieri Episcopo præstante authoritatem: ipse autem non alienat nisi pro necessitate maioris ecclesiæ.

Appellatione Episcopi non venit capitulum. 14

Episcopus, quod habet de iure speciali, potest sine cõsilio, vel consensu capituli explicare, vel exercere.

CAP. VII.

CVm apostolica.

¶ † Tenet donato, quã de solius dioccesani consensu facit laicus ecclesiæ de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudũ ab antiquo: id est ante Lateranense concilium. Duæ sunt partes principales. Prima consultatio. Secunda responsio. ibi: *totaliter respondemus.* Prima subdiuiditur. Nã primò ponit partiũ cõpromissum. Secũdò vnius partis allegationẽ. ibi: *dicti monachi.* Tertiò allegationẽ alterius partis. ibi: *econtrario.* Quartò cõsultationẽ arbitrorũ. ibi: *quia.* Secũda pars principalis subdiuidit. Nã primò respondet consultationi. Secũdò soluit & corroborat cõtraria ibi: *authoritates.* Tertiò responsionẽ corroborat. ibi: *nam.* Quartò solutionem limitat ibi: *hoc autem.* ¶ Casus literalis. Inter capitulũ sancti Stephani ex vna parte: & monachos de Platea ex altera, quæstio vertebatur super quadã decima, cõpromiserũt partes super quæstione illa in quosdã arbitros, corã quibus proponebãt monachi donationẽ ipsius decimæ sibi factã fuisse à quodã milite consensu Biturien sis Archiepisco. diœcesis ipsius & cõfirmatã fuisse: & ad confirmandam concessionem suam inducebant authoritatem Hieronymi dicentis: Si aliquando fuerint à laicis, quæ diuini iuris esse noscuntur malè detẽta: & in vsum transierint monachorũ, Episcopo loci præbente cõsensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixa. E contrario pars altera respondebat, p cõsensus Episcopi sine consensu capituli nõ sufficiebat. & ad hoc inducebat authoritatem Leonis Papæ dicentis, quòd Episcopus de rebus ecclesiæ donare, aut commutare, aut vendere non audeat: nisi fortè aliquid horum faciat vt meliora prospiciat: & de consensu capituli id faciat, quod fit in dubium ecclesiæ profuturum. Dubitauerũt isti arbitri, quando decima tenetur à laico, si conferatur ecclesiæ, vtrum sufficiat consensus Episcopi sine clericorum consensu. Papa respondet, quòd monendus est laicus, qui decimam tenet, vt illam restituat illi ecclesiæ ad quam spectat: quòd si noluerit, & de consensu Episcopi alteri ecclesiæ donauerit, valebit donatio. & authoritates prædictæ licet sint diuersæ, non tamen aduersæ: quia aliud est alienare, quod ab ecclesia possidetur, in quo casu intelligitur authoritas Leonis: & tunc non sufficit cõsensus Episcopi sine consensu capituli: & aliud est ad ecclesiam reuocare, quod à laico detinetur: in quo casu intelligitur authoritas Hyeronymi. & tunc sufficit consensus Episcopi, quia per vtranque authoritatem vtilitati ecclesiæ prouidetur. Et hoc probatur per concilium Lateranense. sumpto argumento. à contrario sensu. In quo prohibetur, ne aliqua religiosa persona ecclesias & decimas de manibus recipiat laicorum sine consensu Episcoporum: per quod indirectè datur intelligi, quòd sufficit consensus Episcopi: vt licitum sit ecclesiæ decimas recipere de manu laicorũ. Hoc quod dictũ est de illis decimis, debet intelligi, de his q̃ laicis in feudum perpetuò sunt concessæ. Bernard. ¶ † Not. primò: ibi: *compromisissent. & c.* quòd super decimis, & sic super iure spirituali, potest fieri per cõpromissum in arbitros, non tamen in laicos: sed clericos. Ad hoc. c. contingit. & . c. per tuas. de arbit. transactio tamen interuenire non potest[a]: sed compositio amicabilis sic: vt in c. ij. de transactio. ¶ † Nota secundò. ibi: *malè detenta.* iuncto fin. capitu. quòd licet decima fuerit laicis concessa in feudum: nihilo minus dicitur ab eis malè detineri. Et est ratio. nam decimæ debẽtur clericis propter officium diuinum: vt in. c. tua. infrà de deci. sed cum laici diuina non exerceant: malè & sine causa detinentur ab ecclesia: sed cõcessio facta fuit propter necessitatem eo tempore, quo ecclesia opprimebatur ab infidelibus. de quo vide nota. in c. quanuis. de deci. ¶ † Not. tertiò, ibi: *authoritate Hieronymi.* quòd authoritas sanctorum potest allegari in decisionibus causarum. Nam Hierony. non fuit Papa: & sic non habuit potestatem legis condendæ: & nihilominus eius authoritas hìc allegatur: nec à Papa spernitur: sed ad debitum intellectum confertur. Et sume pro regula, quòd vbi deficit authoritas canonum, licitè recurrimus ad authoritates sanctorum, vide bonum text. gloss. xx. distinctio. & in. c. j. & c. fi. vide Innocen. in. c. ne innitaris. de consti. ¶ † Nota in versi. econtrariò. quatuor requisita ad hoc, vt teneat alienatio rei ecclesiæ. Primò debet interuenire tractatus[b] inter prelatum & capitulum. Secundò debet interuenire consensus, nedum prælati: sed etiam capituli. Tertiò, quòd fiat pro vtilitate ecclesiæ. Quartò requiritur subscriptio, & hoc vltimum non ponitur hìc: sed in c. seq. & in. c. j. §. eo. ¶ † Nota, quòd non est seruanda tanta solennitas in reuocatione, seu acquisitione, quemadmodum in ipsa alienatione. facit ad quæstionem quam tangam in. c. sequen. ¶ † Nota. hìc regulam, quòd ecclesiastica possessa à laicis titulo legitimo, possunt conferri alteri ecclesiæ quàm ei, ad quam pertinent interueniente consensu solius Episcopi. ¶ † Nota ibi: *indirectè datur intelligi.* quòd argumen. à contrario sensu, est validum in iure. Vnde Papa hic arguit inducendo sensum contrarium. & pondera illud verbum indirectè. Ex quo potes colligere, quòd consensus cõtrarius, est subauditus & interpretatus: non autem expressus. Facit ad quæstionem, quòd si statuto[d] cauetur, vt statuta loci debeãt intelligi planè absq̃ subauditione & extraneo intellectu, p tunc vacat argumẽ. à contrario sensu. de quo vide quod notat Bal. in. l. conuenticulam. C. de episcop. & cleri. & Bar. in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. vbi format quæstionẽ: Nunquid in statuto ha beat locum argumentum à contrario sensu? Et dicitur quòd nõ: si expressus resultat intellectus contra ius commune: quia statutum non corrigit ius cõmune, nisi in casu expresso. sed Bal. in dicta lege, conueniticulam. videtur sentire contra: vnde dicit fuisse disputatum & determinatum per Cyn. quòd si statuto cauetur, quòd fœmina succedat patri, masculis non extantibus: a quòd extantibus masculis[a] à contrario excluditur fœmina à successione. Et idẽ dicit tenuisse Dy. per. l. cũ inter. §. inter socerũ. ff. de pact. dota. & reputo in materia illa vale de nota. in eo, quod probat, quòd etiam in contractibus habet locum argumentũ à contrario. Nã contrarius sensus venit ex tacita mente disponentium: & id quod tacitè agitur, habetur pro expresso, quo ad iuris effectum. l. cum quid. ff. si cert. peta. facit. c. ex parte j. de spon. quod bene no. ¶ Et de hoc argumen. à contrario sensu, an & quando procedat: vide not. per Ioan. and. & alios in cap. publicato. s̃. de elec. & in iuribus. s̃. allega. & vide ca. à no bis. de sentent. ex commu. De isto contrario sensu vide bon. tex. in c. j. de æta. & qualita. lib. vj. in glo. ij. & in ca. si 9 gnificasti. de foro competen. in glo. ¶ † Vltimò arguo per istum tex. quòd etiam in alienatione rei ecclesiæ inferioris, quanquàm collegiatæ debet interuenire consensus capituli eccle. cathedralis. Et est ad hoc iste tex. optimus. Nam hìc nõ agebatur de alienatiõe rei eccle. cathedralis: sed sancti Stephani, quæ erat collegiata inferior, nihilominus allegabatur illud cap. Leonis. xij. quæstio. ij. c. sine exceptione. vbi requiritur consensus capituli. nec papa hic dicit, quòd illa authoritas non habeat locum in alienatiõe rei ecclesiæ inferioris: sed dicit procedere quãdo alienatur res quę possidetur ab ecclesia. & sic expresè approbat: vt ille canon habeat locum in ecclesijs inferioribus. sed tu restringe vt dixi in capitulo primo. s̃. eodẽ. 10 ¶ † Oppono contra textum. videtur enim quòd cũ iste laicus haberet has decimas in feudum, quòd non potuit eas transferre sine consensu ecclesiæ sancti Stephani, ad quam pertinebant: quia non licet vasallo alienare feudũ irrequisito domino, aliàs cadit à iure feudi: vt in capitulo imperialẽ. in libr. feudor. de prohibita feudi alienatio. & quod legi. & nota. in. c. quæ in ecclesiarum. de constit. Doc. vario modo respondent & iudicio meo non bene satisfit tex. ¶ Ego puto text. posse intelligi duob. modis. Primò, p laicus vasallus donabat alteri ecclesiæ etiam in b feudũ[b]: vnde non desinebat ipse esse vasallus ecclesię sancti Stephani: sed prælatus ecclesiæ donatariæ efficiebat suus vasallus. & hoc non est prohibitũ à iure: quia nõ est propriè alienatio. nõ enim conditionẽ domini facit deteriorem cũ acquirat sibi nouum vasallũ, licet immediatum: vt not. in. d. c. quæ in ecclesiarum. & videtur expresse sum in libro feu. in titu. de cap. cõra. c. j. ¶ Sed tũc obst. contrariũ, quare hìc requirebatur consensus Episcopi. dico, quòd est speciale in istis spiritualibus. nã vt citius redeant ad ecclesiam, fuit statutum, vt non possint isti laici vasalli decimas in alios transferre, maximè laicos: vt in. c. prohibemus j. de deci. ¶ Secũdò potest intelligi, p vasallus iste laicus desinebat esse vasallus ex translatione in alienã ecclesiã: & hoc fuit admissum fauore ecclesiæ vniuersalis: vt facilius ista spiritualia eriperentur à manibus laicorũ. Nam melius est & honestius, p alia ecclesia possideat, quàm quòd stet in manibus laicorum, præsertim cum omnes ecclesiæ sint vna ecclesia, & membra ecclesię vniuersalis. xxiij. q. j. c. loquitur. &. c. pudenda. &. j. q. vij. c. Nouatian[9]. & in. c. j. de sum. tri. in. §. vna verò est. 11 ¶ † Vltimò hìc quæritur, de quibus decimis habet locũ vel loquitur iste tex. cum loquitur in fi. generaliter. nam videtur obstare. c. quanuis j. de deci. vbi dicitur, p decimæ non possunt laicis concedi, etiam in feudum. Sol. in tellige tex. cõmuniter de decimis concessis ante illud cõcilium Lateranense. Nam olim vt ecclesia haberet auxilium à Christianis, dispensatiuè cõcessit, vt laicis possint decimę infeudari: sed postmodum illud fuit reuocatum c vt deinceps non concederentur[c], concessæ tamen remanserunt penes vasallos. Vnde etiam hodie laici sine peccato possidẽt decimas quas habuerũt ab antiquo ante illud concilium, sed fuit habitum illud cõcilium prohibitiuũ vt hic refert Io. an. anno. M. lxxix. de quo tamẽ recurrendũ ad chronicã Martinianã & fuit factũ tempore Alexã 12 dri tertij, qui vt ipse refert, fuit Senẽsis. ¶ † Sed pulcherd rimũ dubiũ[d] & quotidianũ, quid si nõ potest probari p decimæ fuerunt concessæ ante illud concilium, puta, quia probationes nõ extant propter longinquitatẽ temporis, sed laicus possedit tanto tempore, p de initio non est memoria: nunquid ecclesia possit vendicare ista sdecimas? & videtur, p sic: quia habet intẽtionem fundatam de iure cõmuni j. per totũ. ergo nisi probetur titul⁹ ex ad b uerso, debet obtinere. in. d. c. ad decimas. de restitu. spol. lib. vj. & in. c. cũ ecclesia. de causa possess. & proprie. Nec obst. præscriptio: quia laicus non potest præscribere decimas cũ eas possidere non possit: vt in. c. causam. de præscri. & hanc opi. post multa tenuit hìc Hosti. & Io. mon. & Archi. in. c. ij. de decimis. lib. vj. Io. an. tenet contrariã opi. duobus tamen cõcurrentibus. Primò, p iste laicus possederit decimas tanto tempore, tanquàm vasallus: & p sit fama, quòd eas habuerit ante conciliũ. Et cum hac opi. transeunt hìc vt plurimũ doc. sequen. & satis est opi. ę qua: quia aliàs propter difficultatem probandi sæpe laici priuarẽtur iure suo. No. tamẽ bene, p simplex detẽtio etiã per tempus, de cuius initio non exist it memoria, nõ d habet vim tituli quo ad laicos. de quo vide plenè per Ioan. and. in simili quæstione in. c. iij. de præbend. libro. vj. 13 ¶ † In glo. in ver. *cleri.* not. ex gl. p appellatione cleri, intelligitur quando q̃ capitulum duntaxat ecclesiæ cathedralis. sic in simili appellatione ecclesię: vt in. c. cum clerici. de verb. signifi. ¶ Nota. ij. ex glo. p in alienatione rei inferioris Episcopus præstat regulariter authoritatem: non autem alienat ipse. quod ego intelligo, nisi Episcopus pro necessitate ecclesiæ vellet rem ecclesiæ inferioris alienare: vt probatur in. c. j. de reb. eccle. non alienan. libro sexto. & facit iste textus in argumentũ. cum allegatur authoritas Leonis in ista alienatione rei inferioris. ¶ † In glossa. in ver. *consensus.* ibi: *requisiti.* sed vt dicit loã. And. ibi etiam probatur contrarium & ideo hoc decernendũ est ex circunstantijs. Et not. ex isto tex. p in materia indifferenti appellatione Episcopi, intelligimus de solo Episcopo. ex quo potest argui, p si potestas doctorandi ex priuilegio datur Episcopo, non intelligitur quòd habeat consensum, vel consilium capituli. quod nota.

❧ SEB. SAPIA. ¶ Dubiũ. Vide la tè per Feli. de hac quæsti. in. c. cãm. co. j. ver. limita dupliciter. s̃. de præscri. Rap. Comẽ. in cõsi. lxxxiij. in ci. quia causa deci malis circa finem, & latè per Alex. in consi. vj. inci. viso themate, & dubijs circa fin. in. j. vo. & And. sicul. consi. xxxv. inci. sapiẽter scribitur colũ. ij. in. ij. volu. & Rap. Comen. in consi. lxiij. incipien. Titius & Sempronius.

❧ SEB. SAPIA. ¶ Masculis. Vide Alex. in. l. si cum dotẽ. in princi. ff. sol. matr. Moder. post Bar. in. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. j. Are. in. l. quæ testamento. §. mulier. ff. de testa.

b ¶ Etiã in feudũ. Adde, quod voluit Cal. cõsi. ij. de loca. & Anc. cõsi. clxiij. cum duob⁹ seq.

c ¶ Non concedẽtur. Adde an si decimæ antiquitus concesę redeunt ad ecclesiam, Episcopus possit de nouo illas infeudare Cal. consi. ij. de deci.

d ¶ Dubiũ. Vide latè per Feli. de hac quæsti. in. c. cãm. co. j. ver. limita dupliciter. s̃. de præscri. Rap. Comẽ. in cõsi. lxxxiij. in ci. quia causa deci malis circa finem, & latè per Alex. in consi. vj. inci. viso themate, & dubijs circa fin. in. j. vo. & And. sicul. consi. xxxv. inci. sapiẽter scribitur colũ. ij. in. ij. volu. & Rap. Comen. in consi. lxiij. incipien. Titius & Sempronius.

❧ SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest concedere sine consensu capituli ecclesiam vacantem alteri ecclesiæ etiam habenti ius patronatus in ea.*

2 *Electus & consecratus non dicitur Episcopus.*
Electus solus non potest disponere de rebus ecclesiæ, etiam consentiente capitulo.
Prouisio Papæ facta alicui de aliqua dignitate, habet vim electionis.

3 *Archidiaconus debet eligi aliquis de capitulo, valet tamen cõsuetudo in contrarium.*

4 *Quando vna ecclesia vnitur cum alia, debent interuenire solennitates requisitæ in alijs alienationibus. Nam ista dicuntur alienatio, & in perpetuum.*

5 *Episcopus solus, an possit ad tempus alienare, vel concede-*

re aliquam ecclesiam in titulum: vel concedere temporaliter fructus ecclesiæ.

6 *Tractatus est quædam discussio, vel indagatio circa rem in futurum disponendam.*

Statutum puniens facientes tractatum: habet locum, licet tractatus ille non pervenerit ad effectum.

7 *Bona mobilia, quæ seruari possunt, æquiparantur bonis immobilibus quo ad solennitatem alienationis.*

8 *Alienatio rei ecclesiasticæ ad hoc, vt valeat, requirit duo: vt adhibeantur solennitates: & vt fiat in casu licito: aliàs est ipso iure nulla.*

Ecclesia restituitur, si est enormiter læsa aduersus alienationem quã fecit, etiã cum solẽnitatibus requisitis & in casu licito.

9 *Prælatus, an posit solus repudiare legatum ecclesiæ factum.*

Pupillus non potest repudiare solus legatum sibi factum.

Prælatus potest præiudicare ecclesiæ in acquirendis.

Prælatus, si sine iusta causa non acquisiuit ecclesiæ, tenetur de suo satisfacere.

CAP. VIII.

SEB. SAPIA.

a ¶ Vel electo. Multa ad hoc cõgerit Felin. in c. eam te. col. j. versi. ante cõrationem. §. de rescrip. Anto. Fran.

b ¶ Dici Episcop. Episcopus electꝰ non confirmatus 1 non potest administrare bona: vt in c. qualiter, cum glos. in. c. cum in cũctis. & in c. nosti. & in c. nihil. de ele. & in c. auaritię eo. tit. lib. vj. & in c. cũ ianudũ. de præbẽ. & vide Io. and. in addi. Spec. in tit. de elec. in §. j. in ver. cõsequenter. quod tũ intellige verũ, nisi sit 2 electus in concordia, & sit valde lõginquꝰ à curia Romana, puta extra Italiã: vt per gl. in c. verum. de foro cõpe. & vide Oldra. in cõsi. ix. potest tamen alienare res tẽpore peturas: vt per glo. in d. c. qualiter. & in d. c. nostri. Confirmatus autẽ habet plenam admi 3 nistrationem, & ius coniugale cũ ecclesia. c. inter corporalia. de transla. præla. & quæ possit facere confirmatus, licet non cõsecratus. & qd etiam cõsecratus, vltra gl. in c. transmissa. hic alle. vide quæ habentur in capitulo final. ix. q. ij. & in. c. de Syracusane. xxxvij. dist. & do. Cardi. in cle. fi. in. j. q. de foro competẽ.

EVa nuper. ¶ † Non potest Episcopus sine consensu capituli concedere ecclesias alijs ecclesijs: etiam si habeat iuspatronatus in ecclesijs concessis. Communis diuisio. secunda ibi: *alterius.* ¶ Casus literalis. Quæsuit Archidiaconus Metẽsis, vtrum Episcopus siue electus de consensu Archidiaconi tantũ, sine consensu capituli, possit conferre vacãtẽ ecclesiam baptismalẽ alicui monasterio: vel alteri ecclesię, quæ habeat ius patronatus in illa ecclesia vacante? Respondetur, ꝙ nõ potest authoritate Leonis Papæ: quia concessiones ecclesiarum vacantiũ perpetuas, non est dubium ad alienationes pertinere. Ber. ¶ † No. j. ibi: *Episcopo, vel electo.* [a] ꝙ electus in Episcopũ & consecratus non potest dici Episcopus: [b] quia solũ assumit nomẽ Episcopi in confirmatione: vt. §. de aut. & vsu. pal. in. c. nisi. & in. c. quod sicut. de ele. Et no. ꝙ electus & cõfirmatus appellatur electus. Nã hîc loquitur tex. de confirmato. quia solũ electus nõ potest disponere de rebus ecclesiæ etiam de cõsensu capituli: vt in. c. nostri. de ele. & in. c. auaritiæ. e. tit. libr. vj. Et idẽ dic hodie in istis prouisis per Papam. Nam prouisiõ Papæ habet vim electionis & prouisionis ad hoc, qđ no. in. c. cũ olim. de causa possess. & proprie. Ex quo no. ꝙ prouisus per Papam de Episcopatu debet ante consecrationem vocari electus. nunquid autẽ possit dici põtifex: vide gl. in cle. j. de bap. ¶ † No. ij. ibi: *assumatur de ipsa.* ꝙ Archidiaconus debet eligi de capitulo ecclesię cathedralis: sed Host. & bene intelligit tex. de consuetudine: aliãs posset eligi vndecunq;. Ad hoc, quod not. in. c. cũ inter canonicos. de elect. Et no. bene hunc tex. secũdum istum intellectũ, quòd potest induci cõsuetudo, quòd Archidiaconus solũ eligatur de capitulo ecclesiæ cathedralis. facit in simili. c. Abbatem j. de ver. sig. & c. cum dilectus. de consuetu. vel fortè, vt dicit Host. hîc erat cõsuetudo vt Archidiaconus deberet esse canonicus. & vide hic per Host. ¶ No. *ibi cœnobijs.* ꝙ monasteriũ potest appellari cœnobium. & dicitur à cœnõ græcè: quòd est latinè cõmune: quia religiosi ibi cõmuniter viuunt. Vnde secũdũ etymologiam vocabuli potest dici cœnobium omnis locus, in quo cõmuniter plures viuunt. Sic etiam appellatur conuentus: quia ibidem conueniunt: vt in. c. j. xv. dist. ¶ No. ibi: *tractatu.* quòd in alienatiõe rei ecclesiasticæ, nõ requiruntur tres tractatus: vt plerique obseruant: sed sufficit vnicus solennis & diligens: ꝙ hîc tenent cõmuniter doctores. & vide text. cum gloss. in capitul. j. de rebus eccles. non alienan. libro. vj. & de hoc tractatu & eius forma, vide Spe. de loc. §. sequitur. ver. & scias. ¶ † No. ꝙ ec 4 clesia dicitur alienari: cum conceditur alteri ecclesiæ in perpetuũ. nam quasi capite diminuitur: cum nõ gaudeat proprio rectore: sed alteri subijciur. & in hac alienatione seu cõcessione requiruntur solẽnitates requisitæ in alienatiõ cuiusq; rei ecclesiasticę. ¶ † Nota ibi, *perpetuas.* 5 ꝙ cessio ecclesię ad tempus nõ pertinet ad alienationem. videt tex. à cõtrario, ꝙ cõcessionẽ tẽporalẽ de rebus ecclesiæ potest solus Episcopus facere. Et doctores hîc ex presse tenent, ꝙ donationẽ fructuũ tẽporalẽ põt Episcopus facere sine consensu capituli. non obst. xij. quęst. j. c. Episcopus. quia ibi fraudabat ecclesiã. nec ob. c. ea noscit s̃. eo. quia ibi loquitur in cõcessione rerũ spiritualiũ, vbi exigitur maior examinatio. Ita dicunt cõmuniter doct. hîcquod dictũ nõ est indistinctè verũ. nã videt contra. c. nouit. &. c. quanto. s̃. eod. vbi episcopus sine consensu capituli concedit ecclesiam ad tempus. ideò dic, quòd iste tex. propat solùm, ꝙ cõcessionẽ tẽporalẽ de ecclesia potest facere solus prælatus: maximè de ecclesia minori: vt dixi in. cap. nouit. vnde si cõfert ecclesiã in titulũ, nõ est necesse seruare solẽnitatẽ requisitã in alienatione: secussi cõcedit alteri ecclesiæ in proprietatẽ. & hoc solũ probat iste tex. sed circa cõcessionẽ fructuũ dic melius: vt dixi in c. ij. s̃. eo. Ad. c. ea noscitur. quod videt cõtra. c. nouit. dic ꝙ loquit qñ prẽsentatio, seu collatio ptinet ad collegiũ. tũc em̃ nõ põt solus plat⁹ cõcedere ecclesiã etiã in ti. fine cõsensu collegij: fed. c nouit. loquit in collatiõe bñficiorũ, quæ de iure ptinet ad Epm̃. ¶ † In gl. in ver. *tractatu.* 6 ibi: *dicat, quod sibi videtur.* no. gl. iũcto tex. pro significato huius verbi tractatus. Nõ em̃ requirit deliberatũ cõsensum: sed quãdã discussionẽ & indaginẽ circa rẽ disponẽdã in futurũ. vñ tex. ponit tractatũ, cõsensum, vt diuersa. Nã primò fit discussio, vtrũ magis expediat alienare vnam rem, quàm alterã: vel vtrum posit subueniri ecclesiæ sine alienatione. & post tractatum peruenitur ad ipsam alienationem, in qua prestatur consensus. Quod not. pro statutis punientibus facientes tractatum super aliqua re. Dicuntur enim tractasse, licet delictũ nõ perfecerint. ¶ † In ea. gl. ibi: *& hoc de immobilibus.* no. glo. vsq; ad fin. ꝙ bona immobilia & mobilia preciosa, quæ seruari possunt æquiparantur quo ad solennitatẽ adhibẽdam ad eorum alienationẽ. & vide gl. in. c. j. de rebus eccle. non alie. lib. vj. & in. c. is cui. de ele. lib. vj. ¶ † Sed extra glo. quæritur, quid si alienatio fiat in casu non licito, præcedit tamẽ tractatus & consensus capituli: & seruatur solennitas? dicit Host. ꝙ alienatio est irrita. Pro hoc tex. ibi: *irrita erit. & c.* vnde nõ est opus petere restitutionem in in integrũ. quia subuenitur ecclesię ipso iure: secus dicit vbi alienatio tenet. nam tũc si ecclesia lædit̃r, opus est petere restit. in integr. vt in. c. j. de in integ. rest. Quidam alij voluerunt, vt alienatio semper teneat: dũmodò obseruetur solennitas de qua hîc. & in. d. c. sine exceptio. xij. q. ij. quasi velit: vt verbũ irrita. referatur adsolennitatem omissam. Sed tu tene ꝙ ad hoc, vt teneat alienatio rei ecclesiæ necessariò requirũtur duo. ¶ Primò, vt seruetur solennitas de qua hîc. & in. d. c. fine exceptione. nec est opus seruare solennitatem introductã à iure ciuili: de qua in auf. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. canonizata. x. q. ij. hoc ius porrectum. quia vt not. dicunt Inno. & glo. in. c. j. de reb. eccle. non alie. li. vj. non potuit ius ciuile adijcere solẽnitatem ad ius canonicum. ideò concluditur ibi: ꝙ non necessariũ decretum iudicis sufficit. ergo solennitas requisita à canonibus de qua hîc. & in. d. c. fine exceptione. & si hîc solennitas, non obseruatur corruit ipso facto alienatio: vt est hîc tex. & in. d. c. j. & in. d. c. fine exceptione. ¶ Secundò requiritur, vt fiat in casu licito: aliãs non tenet. tex. est bo. in. d. cle. j. de reb. eccle. non alienand. facit tex. in. d. c. j. & in. c. quæ in ecclesiarum. de constit. inducendo prout ibi dixi, habes glo. ordinariam. in. c. j. de in integrum restitut. licet glo. Ioã. an. senserit contrarium in. d. c. fine exceptione. & in summa. sed Calderi. tenet primum in. d. c. j. & sequuntur communiter doct. & probatur in iuribus præallegat. Qui autem sint casus liciti, in quibus potest fieri alienatio: vide bonam gl. xij. q. ij. in summa. Si autem alienatio sit in casu licito: puta pro debito ecclesiæ, & seruatur solennitas: quia præcessit tractatus, si ecclesia enormiter lęditur in contractu, potest petere in integrum restitutionem: vt in. d. c. ad nostrã j. de reb. eccle. non alie. & in. c. j. & ij. de in integ. rest. li. vj. ¶ † Vltimò scias, ꝙ hîc cadit no. q. [a]

9 a vtrum solus Prælatus posit repudiare legatum factum ecclesiæ, maximè de rebus immobilibus? & videtur ꝙ nõ incontinenti etiam ecclesiæ ignoranti fuit acquisitũ dominium rei legatæ. l. cum pater. §. furdo. ff de le. ij. l. à Tio. ff. de fur. ergo Prælatus non potest alienare: quia alienaret rem acquisitam ecclesię. & de hoc videtur casus multum notabi. in simili in. l. magis. §. fundus. ff. de rebus eorum. vbi dicit tex. ꝙ pupillus nõ potest repudiare fundũ sibi legatum: cũ non possit alienare rem suam. Videtur ergo quòd ex repudiatione sequatur alienatio. sed

b hoc non obstante contrariũ consuluit [b] Fede. consil. ix. mouetur principaliter, quia dominium non est acquisitum ecclesiæ ante acceptionem legati: vnde repudiando potius non acquirit, quàm alienat. sed in non acquirendo, nõ requiritur solennitas. Pro hoc facit. c. s̃. proxi. vbi solennitas requiritur, cum alienatur res, quæ possidetur ab ecclesia: & non est par eademq; ratio, non lucra capere, & quęsita perdere. l. si sponsus. in §. si maritus. ff. de donatione inter vir. & vxo. Sed ad §. fundus. qui multum vrget, specificè non respondet: sed tenendo conclusionem suã quæ satis potest sustentari, potest dici, quod loquitur in pupillo, qui nõ habuit administrationẽ rerũ suarũ. secus in Prælato. vnde quemadmodũ tutor tenetur, si potuit acquirere pupillo, & non acquisiuit. l. quicquid. C. de arbit. tute. ita Prælatus: vt est bo. tex. cum gl. xij. q. iiij. in. c. ij. & pro hoc allego primò gl. xvj. q. vj. in fi. quæ dicit, ꝙ in acquirendis Prælatus potest facere conditionem ecclesiæ deteriorem. Idem dicit Innoc. in. c. ij. de donat. ad idem. c. quoniam. de deci. vbi solus Prælatus donat decimas noualiũ, quę oriuntur intra diœcesim suam, ex quo non sunt acquisitæ certę ecclesiæ. sed vt dixi, si Prælatus sine causa repudiauit, potest compelli, vt satisfaciat ecclesię de suo. Posset tamen in contrarium adduci. l. qui

c actionem habet. ff. de reg. iur. vbi dicit text. ꝙ habens actionẽ ad rem, videtur habere ipsam rem: ergo sicut Prę latus nõ potest alienare solus rẽ: ita nec ipsam actionem. Sed potest responderi per capitulũ precedens: fateor tamen, ꝙ casus dubius est. Et notabis bene & tene menti.

d e

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest parochiales ecclesias, vel earum obuentiones etiam cum consensu patroni conferre alicui monasterio, sine consensu Papæ vel capituli sui.*

2 *Decimæ & omnes obuentiones spirituales, quæ fiunt intra ecclesiam parochialem, cedunt presbytero parochiano: etiam si fiant alicui imagini, vel capellæ existenti intra parochiã.*

Oblationes factæ in aliqua ecclesia, censentur factæ contemplatione ecclesiæ: & non celebrantis in ea.

Relictum factum Episcopo ab extraneo, videtur factum contemplatione ecclesiæ.

3 *Episcopus potest cum consensu capituli imponere pensionem ecclesiæ abundanti, ad sustentationem ecclesiæ indigentis.*

Altare vnum discooperire, vt aliud cooperiatur, non est licitũ.

4 *Episcopus an possit dare alicui ecclesiæ quinquagesimam vel centesimam sine consensu sui capituli. 6.*

Episcopus quando vult de nouo constituere aliquam ecclesiam, vel reformare in nouam regulam, debet habere consensum capituli.

Episcopus ecclesiam constructam cum consensu capituli, potest illam dotare sine eius consensu.

5 *Alienatio rei ecclesiasticæ, quæ debet fieri ex necessitate iuris, non requirit illas solennitates, quæ requiruntur in alia alienatione.*

CAP. IX.

1 PAstoralis. ¶ † Episcopus parochiales ecclesias, vel obuentiones ipsarum, etiam de consensu patroni sine consensu capituli sui monasterio conferre non potest. Cõmunis diuisio. secunda ibi: *ad quod.* ¶ Casus literalis. Episcopus Helien. fecit talem quæstionem do. Papę: Authoritate Dyonisij parochiæ fuerunt limitatæ & distinctę: vt prouentus cuiuslibet parochię in vsus cederent ministrorum: quæsiuit vtrum liceat Episcopo sine authoritate Papæ, vel sine consensu capituli, conferre viris religiosis obuentiones alicuius parochialis ecclesię reseruata sustentatione vicarij? Secundò verò fecit aliam quæstionem. Cũm Lateranen. concilium

c prohibeat nouam pensionem imponi ecclesijs, vel vetere augeri: quæsiuit Episcopus, vtrum Episcopus possit religiosis locis totam ecclesiam, vel de nouo conferre, vel aliquam portionem de consensu patronię? Ad hoc respondet Papa, quòd Episcopus, nec primum, nec secũdum facere potest sine licentia Papæ, præter capituli sui voluntatem: salua constitutione canonica, quæ dicit, quòd Episcopus potest conferre pijs locis quinquagesimam portionem. Bernar. ¶ Nota primò, quòd diuisio parochiarum fuit facta authoritate Dyonisij Papæ: vnde primò parochiæ non erant distinctæ, sed sacerdotes simul regebant populum. & de hac diuisione vide text. xiij. quæstione. j. c. j. & ita in primitiua ecclesia erat in Episcopatibus. de quo vide quod not. in. c. cum causam. de probationibus. & per Innoc. in. c. constitutis. de

e appellatio. & vide text. ix. dist. c. j. ¶ † Nota secundò, & tene menti text. quòd ecclesia parochialis fundat intentionem suam de iure communi super omnibus obuentionibus spirtiualibus contiugentibus intra parochiam suam: vt patet ibi: *singularium parochialium prouentus. &c.* Ex quo infert Host. & bene, quòd omnes decimę & oblationes, quę fiunt de parochia, cedunt ecclesiæ parochiali. Ex quo infero ego, quòd si capella esset intra parochiam alicuius ecclesiæ, oblationes ibi factæ non cedunt

c capellæ, sed ecclesię parochiali. [c] Adduco tex. per locum à speciali. in. c. ad audientiam. el. j j. de ecclesijs ædifican. Infert etiam dominus Antonius, quòd si fit oblatio imagini [d] depictæ [e] in muro alicuius parochiæ: quòd tales

d e oblationes cedunt ecclesiæ parochiali. & notaj. sub rubrica de parochia. & ita sæpe de facto interrogatus, respondi: & vt dixi, bene facit text. in. d. c. ad audientiam. & quod ibi dicam. Nam si oblationes factæ capellę seu altari cedunt ecclesię parochiali, & non presbytero capellę, fortius oblationes factę imagini, quę est depicta in muro priuato. Nam laicus non est capax horum iurium spiritualium, nec fiunt domui priuatæ, sed ob reuerentiam Dei ad cultum diuinum. Administrationem autem horum spiritualium habet presbyter parochiæ intra parochiam suam: vt hîc. & in. d. c. ad audientiam. quod bene nota. quia quotidie de facto accidit. Et per hoc etiam dici potest, quòd si celebranti intra ecclesiam alterius, fiunt oblationes: quòd tales oblationes cedunt Rectori ecclesiæ & non celebranti. Pro hoc facit. c. requisisti j. de test. vbi relictum factum Episcopo ab extraneo, videtur factum contemplatiõe ecclesiæ: ita oblationes factæ celebranti, videntur factæ inituitu ecclesiæ. Nam oblationes faciunt parochiani propter onera sacramentorum. de conse. distinct. j. omnis Christianus. cum gloss. & vide quod not j. de paroch. super rubric.

3 ¶ † Not. vlterius & tene menti istum tex. quòd Episcopus cum consensu capituli sui, potest imponere pensionem ecclesiæ abundanti, soluendam ad sustentandam

SEB. SAPIA.

a Notabils quæstio. Vide Alex. & Ias. in. l. lega. ff. de leg. j. Abba. in. c. j. §. de dolo & cont. Bal. in. l. j. in. x. q. c. qui admitt. in. l. is. qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hære. & Fede. de fe. in cons. ix. & Ang. in cõs. lxxx. & in consil. xcj.

b ¶ Contrarium cõsuluit. Adde, ꝙ idẽ tenet Ro. consil. lxxxiij. de quo Lap. alle. xxvj. Ancha. consil. cxxxv.

c ¶ Ecclesię parochiali. Adde quod voluit Lapus alle. lviij. & xlij. Calde. consij. de deci. do. Car. cõsi. lxxxviij.

SEB. SAPIA.

d ¶ Imagini. Vide Fel. latè in. d. c. dilectus. col. j. de offic. ordi. Troylũ malluitiũ in tracta. oblationum. in pe. q. & Mari. Soci. in tract. de oblatio. in xiij. libel Io. Anto. Francisc.

e ¶ Depictæ. Adde quod voluit alleg. Flo. in. l. statuę. Et adde, ꝙ oblationes factæ in missa Episcopi, vel Archiepiscopi celebrãtis in ecclesia etiã exẽpta, debentur ipsi Episcopo: vt per Car. in. cle. ij. in fi. de priuile. & quid contineatur appellatione oblationũ: vide Inn. in. c. eum inter. de ver. sig. Et adde, ꝙ tales oblationes factæ ecclesiæ, vel altari, non possunt capi à laicis: vt in. c. sanctorum. x. q. j. nec etiã per eos conferuari, nisi de licentia Papæ, vel Episcopi: vt in. c. per laicos. & in. c. si eadẽ causa & quæstio. Adde tamen, ꝙ si imago Christi & sanctorũ proijcitur in terrã, est pœna arbitraria: vt in in. c. cum canonici. de offi. or. in. fi. & tene menti, ꝙ tales sanctorum imagines representant ipsos sanctos. & propter illos sunt venerandæ non adorandæ: vt in. c. Prælatum. de cons. dist. iij. & in. c.

venerabilis. de consec. dist. ij. & vide do. Car. in. de. j. in §. excellentissimo. de reliqui. & vene. san. & quãuis imagines possint haberi in domo priuata ob deuotionem, non tamen potest ibi celebrari sine licentia Papæ vel diœcesani: vt in. c. quicun q̃. de consec. dist. j.

a ¶ Reformare. Ad. de Cal. consil. xij. de reb. eccl. nõ alie.

b ¶ Inferiores. Ad. de Fede. consil. lxxviij. & ibi qui dicantur inferiores. Anto. Francisc.

c ¶ Generalia. Circa hoc quod dicitur de concilio generali, dicas primò q̃ illud non potest cõgregari, nisi per a Papã, vel de eius mandato: vt per Bal. in tra. schisma. in. xv. col. & illi soli potest se Papa subijcere, vt in. c. si incompetenter. ij. q. vij. Et addequòd laici quoties ipsi Papæ congreganti cõcilium videtur, possent vocari ad illud pro negotijs peragendis in concilio pro arbitrio ipsius Papæ & cõcilij congregati: vt plenè traditur in d. tract. Et adde q̃ ipsum concilij generale, cui Papa præest, non potest recusari pro suspecto: vt in. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. & in. c. licet ex suscepto. de fo. compe. & per gl. in. c. in singulis. de stat. mo. per Phi. Fran. in. c. postremò. in. viij. q. de ap.

vitam religiosorum. Et sic habes, q̃ non solùm Papa, sed etiam Episcopus potest imponere pensionẽ ecclesiæ. & intellige, quando detracta pensione ecclesiæ potest congruè viuere: aliâs autem non habet discooperire vnũ altare, vt aliud cooperiatur: vt in. c. cum causam. de præb. & vide quod dixi in. c. extirpandæ. in fi. eo. ti. vbi bo. tex.

¶ † In gl. in ver. constitutione. in fi. Conclusio ergo glo. est, licet multum vid eatur dubitasse: q̃ quinquagesimã seu centesimã Episcopus potest conferre absq̃ cõsensu capituli sui: & intellige in casu. c. apostolicæ j̃. de don. Nã si vult monasteriũ construere de nouo, vel ecclesiã secularem facere religiosam, permittitur ei à iure, vt possit pro dote donare quinquagesimã partem suorũ redituum. Si verò ecclesiã ante constructam vult magnificare pro suis sepulturis: tũc potest donare centesimã portionem. & hęc litera facit pro opi. gl. Nã exceptio debet esse de regula: vt no. super rub. de reg. iu. lib. vi. vnde cũ Papa faciat hîc regulã: vt Episcopus non possit quinquagesimã donare de rebus ecclesiæ sine voluntate capituli sui: & excipiat donationẽ istius quinquagesimæ, vel centesimę: ergo hæc donatio potest fieri sine consensu ipsius capituli. & hanc opi. tenuit Gof. hîc, & in summa eo. §. fi. ne quis decipiatur authoritate iuris. xxiij. q. iij. c. qui peccat.

¶ Pet. & Abb. pro cõcordia opi. & iurium, de quibus in gl. distinguunt: q̃ aut Episcopus vult de nouo construere ecclesiã, vel eam reformare[a] monasticis regulis: & debet habere cõsensum capituli. pro hoc videtur tex. xij. q. ij. in. c. si Episcopus. Aut ecclesiã iã cõstructã per se vult dotare: & tũc potest sine cõsensu capituli. & ita loquitur hic in. c. bonæ rei. Nã hoc casu Episcopus est obligatus ex quo ecclesia constructa est: vt in. c. quòd sicut j̃. de eccl. ædifican. & intellige quando Episcopus construxit prius cũ consensu capituli: quia tunc obligatio est orta respectu vtriusq̃. hæc opi. placet Io. An. & cõmuniter do. seq. Et ratio huius distinctionis est: quia in hoc vltimo casu alienatio est necessaria. Ideò non est necesse seruare aliã solennitatem: sed in primo casu alienatio est voluntaria: cũ non sit adhuc orta aliqua obligatio. ¶ † Et ex hoc colligę, q̃ vbi imminet alienatio ex necessitate iuris, non est seruãda solennitas: secus vbi est volũtaria licet immineat propter necessitatẽ hominũ. Nã hîc loquitur tex. de alienatione propter necessitatem religiosorũ: sed quia est voluntaria quo ad Episcopũ, requiritur consensus capituli.

¶ † Sed dubitatur extra gl. nũquid Episcopus possit donare istam centesimã, vel quinquagesimã, de rebus ecclesiæ inferioris: & maximè quando vult magnificare ecclesiã pro sepulturis suis? tenet hîc Inn. q̃ non: quia iura loquuntur de reditibus Episcopi: vt in. d. c. bonæ. & d. c. a postolicę. Pe. consuluit contrariũ in Auinione: vt refert Abb. in. quæst. facti. Sed dicit Egi. q̃ hoc videtur sibi extraneum. Iste tex. optimè facit pro opi. Pe. Nã hîc quęrebatur de alienatione rei inferioris ecclesiæ: & Papa excipit casum donationis quinquagesimę: ergo illam potest facere sine consensu capituli sui: sed quia iura de hac materia loquentia semper facunt mentionem de reditibus Episcopi, non extenduntur iura illa per hanc generalitatem. & exceptio hîc posita intelligitur generaliter: vt illam donationem de reditibus suis possit facere sine consensu sui capituli. &c.

Laicus quando interesse possit concilio generali, quod facit Archiepiscopus.

CAP. X.

Clericus non priuatur beneficio propter non residentiam, nisi præcedat monitio.
Dispositio. c. quia propter. de elec. solùm habet locum in ecclesijs cathedralibus, & regularibus collegiatis.
20 *Fructus beneficij vacantis possunt deputari per Episcopum, cum capitulo in soluendis debitis, quæ Episcopus contraxit nomine ecclesiæ: secus si nomine suo, quia ecclesia tunc non tenetur Episcopus, an possit deputare fructus beneficij vacantis, in quo habet iuspat. in necessarios vsus irrequisito patrono.*
Episcopus, an possit vnire mensæ suæ, vel capitulo suo, vel alijs præbendis aliquam ecclesiam.
Authorizare quo casu quis possit in facto proprio.
Alienatio rei ecclesiasticæ potest dici perpetua, si finito vno tẽpore, renouetur eidem.
Tutor potest emere rem pupilli ipso authore, dummodo æmat palam: vel interponat tertiam personam ad emendum, & ipse authorizet. & idem posset facere Episcopus cũ ecclesia sua.
Limitatio ad clemen. ij. de reb. eccle. non alie.

Cap.

CAP. I.

1 VT nostrum. ¶ † Rubrũ sufficit pro summa
a rio. Vel summa sic secundum Abba. [a] Occulta collatio beneficij, licet sit suspecta, bene valet: dummodò aliàs legitimè facta probetur. Hoc dicit. & est casus not. non tamen facit ad tit. nec omnes indistinctè hoc tenent: sed maior pars concludit cum hoc summario. vt j. dicetur. Diuiditur in quatuor partes. Primò assignat Papa causam suæ responsionis. Secũdò ibi: *cum enim processus papalis.* excusatio, & ad obiecta etiam responsio. Tertiò Archiepiscopi inconuincibilis reprehensio. ibi: *omnibus.* Quartò cautæ & necessariæ instructionis prouiso. ibi, *vnde credimus.* Et pone casum in
2 terminis: vt in glo. j. super verbo, *nostrum.* ¶ † Not. primò ex principio: q iudicium hominis debet ad sui iusti tiam esse conforme iudicio diuino. vnde etiã Papa non potest disponere id, quod Deus non disponeret. & pro
3 hoc vide tex. in. c. à nobis. ij. j. de sentẽ. excommu. ¶ † Secundò not. regulam, quòd sine accusatore quis non debet damnari. vnde Ioan. xviiij. c. Mulier quis te accusat.
4 &c. ¶ † Tertiò no. q depositiones testium, non valẽt,
5 si tela iudicij non præcesserit. ¶ † Not. quartò, q actore non probante, reus compellitur aliquid probare. & sic
6 facit, q etiam iurare non tenetur. ¶ † No. quintò in eo, q Papa se excusat, q ignominia iudicis est nõ seruare debitum ordinem processus iudicialis. Et facit hæc litera in ar. q iudex non possit esse testis coram iudice ad quẽ, si dubitatur de rectitudine processus: quia semper deponere pro ordine obseruato: vt euitaret verecundiã suã.
7 ¶ † Nõ. sextò in ver. *porro.* quòd collatio beneficij occulta est suspecta. Ex quo clarè infertur, quòd nõ est nulla: aliàs fruſtra hîc Papa mandasset probari, q modo canonico &c. quia cum testes fateretur, quòd collatio esset occulta, potuisset Papa immediatè conferre alteri, si
8 collatio nõ tenuisset propter clãdestinationem. ¶ † No. septimò, quòd vbi collatio est facta palam, præsumitur pro idoneitate personę: & asserenti contrarium incum
9 bit onus probandi. ¶ † No. octauò bonum tex. quòd lapso tempore præfixo ad conferendũ beneficium, potest is, ad quem fit deuolutio, immediatè conferre: nec tenetur requirere primum collatorẽ. & cõputatur tempus à
10 die vacationis beneficij. ¶ † No. nonò ibi: *causam & occasionẽ.* differẽt iam inter hæc duo: aliud ergo est causa,
b aliud occasio. Et aduerte: quia occasio [b] aliquando capitur in malam partem, scilicet pro excusatione friuola: vt probatur in. c. solitę. de maior. & obedię. Quãdoq; capitur in bonã partem: vt hîc. & credo, quòd capiatur hîc pro causa impulsiua, & causa capiatur pro causa fina
11 li: quia Papa non allegasset contra se. ¶ † Not. decimò ibi: *non tam ex plenitudine potestatis. &c.* quòd plenitudo potestatis Papæ est supra debitum officij Papalis. & videtur in hoc ista litera mirabilis. sed potest intelligi de debito officio, scilicet legibus humanis ordinato. Et dicitur debitum: quia iustum & honestum est Principi seruare legem suam: vt. l. digna vox. C. de leg. &. c. iustũ. ix. dist. sed ex plenitudine potestatis non tenetur *illa* s leges seruare: quia Princeps est solutus legibus uis, & etia suorum prædecessorum: vt in. c. innotuit. de electio. & c. significasti. eodem titu. &. c. proposuit. de concess. præbendis. &. l. Princeps. ff. de legat. Et nota Papam habere plenitudinem potestatis: si plenitudinem, ergo nullus supra eum. Ad hoc. c. licet. in fine. ℟. de electioni. & vide quod dixi in capitulo, proposuit prælleg. & capitul. si-
12 gnificasti. ¶ † Nota vndecimò ex verbo, *omnibus.* quòd respondens contraria, est & habet suspectus de falsitate.
13 ¶ † Not. duodecimò, quòd Prælatus peccat conferendo beneficia ex affectione carnali, scilicet ratione consanguinitatis, vel amicitię. ¶ † Nota decimamtertiam regulam principalem huius textus, q conferens beneficium,
14 non debet sibi retinere reditus, nec aliquam portionem ex reditibus. & si facit pactum de hoc cum eo, cui beneficium confert, committit simoniam. ¶ † Nota decimo-
15 quartò ibi: *pro iusta causa & necessaria.* tex. no. & quotidiè alle. q Episcopus potest pro iusta causa, & necessaria statuere, vt reditus beneficij vacantis deputentur ad certum & laudabilem vsum: ita, q statutum præiudicabit ad tempus nouiter instituendo. pro hoc facit. c. penũ. de verbo. signifi. &. c. si propter tua debita. de rescrip. libr. vj. An autem possit retinere fructus pro debitis suis: dicã cum glo. fi. Alia vtilia non possunt colligi ex isto textu.
16 ¶ † In gl. super ver. *sine accusatore.* Not. ex glo. regulam & plures casus exceptos: & vide quasi consimilem glo. in decre. ij. q. j. c. de manifesta. Alios ponit Spec. in ti. de inquisi. §. quando aũt. in prin. de materia per Bar. in. l. ij. §. si publico. ff. de edu. vbi satis eleganter tractatur, an & quã do iudex posset procedere ex officio sine accusatore. Ego dixi plenè tam respectu iuris ciuilis, quàm respectu iuris canonici. in. c. qualiter & quando. el. ij. de accusa. vbi vide
17 omnino quæ plenissimè scripsi in ista materia. ¶ † In gl. super ver. *actore non probante.* in fi. no. glo. & maximè not. primum casum exceptum, qui probatur hîc in litera, q ratione præsumptionis imminentis cõtra reũ transfunditur in eum onus probandi. Nã in casu nostro erat præsumptio contra Archiepiscopum ex multis orta: vt dicitur in litera: ideò habuit necesse probare, q cancellaria contulisset personæ idoneæ modo canonico, & tempore competenti. cessante verò præsumptione impugnanti collationem incumbit onus probandi. & vide gl. consimilem in. c. actor. alleg. in gl. & dic regulam istam pro-
c cedere, etiam si reus vltro subijt onus probandi: [c] nam si actor non probat, debet absolui: etiam si ipse deficiat in probando: quia non perdit priuilegium rei, licet assumpserit in se onus probandi. Non enim potest ferri sententia pro actore, qui nihil probauit: vt in. c. circa. ff. de probatio. Et si diceres, quid prodest reo probare intentionẽ suã, ex quo venit absoluendus actore non probante? Respondeo, q prodest, vt pro reo pronũcietur: vnde nõ solũ absoluetur, sed etiã pronũciabitur dominiũ pertinere ad eũ, vbi agebatur realiter. & sic de similibus. Itẽ vt clarius ostendat in nocentiã suã. & not. hanc limitationẽ
18 ad illã regulã. ¶ † In gl. in ver. *occulta.* ibi: *tamen si ille. &c.* not. gl. & tenebis eã menti, q licet electio clandestinè facta sit nulla: vt in. c. quia propter. de elect. secus tamẽ est in collatiõe. Archid. tñ in. c. si tibi absenti. de præbẽ. li. vj. videt tenere contrariũ. ſ. q collatio sit nulla. & dicit Inn. tenere hoc. Sed vt dicit Ioã. An. hîc. & bene hoc nõ dicit Inn. sed solũ dicit, q si occultatio non potest esse sine magna negligẽtiã prouisi, debet sibi auferri beneficiũ: quasi sentiat q propter negligentiam ipsius nõ in gerendo se pro Rectore, & nõ officiãdo ecclesiã, posset priuari. Sed nec istud dictum placet doct. hîc. quia iure nõ probatur. ideò talis pœna nõ est imponenda. facit de pœ. dist. j. pœnæ. & quod no. gl. in. c. fij. de iure pa. facit. c. ex parte. ℟. de cleri. non residen. vbi ex non residentia nõ priuatur quis nisi præcedat admonitio. Et credo, q hic sit casus pro vtroq; dicto. nã in ver. porrò. dicit, q ista collatio, seu donatio occulta, nõ carebat suspicione: & sic nõ erat nulla. Nã cũ testes Archiepiscopi dixissent, q Episcopus voluit collationẽ esse secretam: si clandestinas suffecisset ad nullitatẽ act us. Papa immdiatè prouuntiasset collationẽ nullã: nec oportuisset procedere ad vlteriora, vt fecit. Itẽ si suffecisset ad collationẽ ipsius, cassasset imediatè, ex quo testes deposuerunt de clandestinitate: sed ex eo Papa mandat, vt probet Archiepiscopus, q tempore cõpetẽti cõtulit. &c. videtur velle sustinere collationẽ; aliàs

✣ SEBA. SAPIA.
a ¶ Secundũ Abb. Vide Abb. in. c. cũ olim. col. pen. ℟. de causa pos. & proprie. & an ex clandestino facto oriatur sinistra suspicio vide Abba. distinguentem in. c. fanè. j. de cele. miſ. Feli. in. c. cum quidam. col. iij. versi. sexta declaratio. ℟. de iureiurã. & Ias. in. §. sequens. ver. ex ma leficijs. col. iij. insti tu. de actio. vbi latè, quãdo quis magis delinquat, an cum facit actũ clã, an verò cũ palam.

✣ SEB. SAPIA.
b ¶ Occasio. Vide moder. in rubri. C. qui admit. & ibi And. sicu. in repet. col. v. & Fel. in. d. c. solitæ. col. ij. ℟. de maio. & obedien.

✣ ZACHARIAS.
c ¶ Etiam si reus vltrò subijt onus probandi. Adde Car. in. cle. j. vt lite pen. bo. glo. in ver. captio. & Barto. in. l. circa. ff. de prob. & tex. glo. & doc. in. c. fi. in vers. probatiõe. & in. c. mulieri. in ver. absolutæ. ℟. de iureiurã. Imol. & doc. in. c. in præsentia. ℟. de probat. Alexã. in. l. si neq; Reus. ff. de iureiu. & Rot. de. ci. clxiij. inci. reus in no.
Anto. Francis.
¶ Tu dicas, q actori regulariter incũbit onus probandi. l. ij. & l. ab ea parte. ff. de prob. & in. l. actor. C. eo. Imò reus actore nõ probãte, etiã si nihil præstiterit, neque ipse probauerit, debet absolui: vt in. l. qui accusare. C. de edẽ. Sed si ipse reus se adstringit ad probãdũ id, quod proba re nõ tenetur: imputatur ei. de quo plenè per Alexã. post Bar. & Ang. in. d. l. qui accusare. C. de edẽ.

fruſtra admitterentur probationes, quarũ nullus ſequeretur effectus: vt in.c. cum contingat. de off. dele. Et credo ꝙ inquantum gl. facit differẽtiam inter collationẽ & electionem, ꝙ procedat dictum gloſ. in electione, in qua eſt ſeruanda forma .c. quia propter. non autem in alijs: quia cùm publicatio ſit de forma illius. c. non dicemus aliam collationem corruere, vbi non ſubeſt defectus formæ. Illud enim. c. quia propter. tantũ procedit in eccleſijs cathedralibus & regularibus collegiatis: non autem in alijs. Vnde ſufficiunt in illis ſimplices conſenſus canonicorum: nec debemus inducere pœnã nullitatis ex quo non eſt iure expreſſum: nec extendere conſtitutionem pœnalem. Nam pœnalis eſt illa cõſtitutio, in quantũ inducit pœnã retractationis. iuxta no. per gl. in. c. decet. de immu. eccle. li. vj. & plenius dixi, an & quando retractatio actus ſit pœna. in. c. cognoſcentes. de conſt. ¶ †In gl. ſuper ver. *carnalitatem*. ibi: *ſimoniam committere*. not. gl. quòd conferens beneficium ſpirituale cõſanguineo[a], vel amico, aliàs non conceſſurus ceſſante conſanguinitate, vel amicitia: cõmittit ſimoniã. Tu dic, vt plenius not. in c. tua. de æta. & quali. j. q. j. c. ſi quis neꝙ. & c. ſunt nõnulli. ¶ †In[g] gl. ſuper verb. *conſtituat*. in fi. no. ſemper hãc gl. ꝙ Epiſcopus cum capitulo ſuo poteſt ſtatuendo retinere ad tempus fructus beneficiorum vacantium in ſua diœceſi pro exoneratione ſuorum debitorum. Et intellige de debitis contractis nomine eccleſiæ: nam ſi cõtraxiſſet priuato nomine, nõ teneretur eccleſia: vt in. c. j. de ſolut. & opi. huius gl. tenet etiam Innoc. qui multũ latè proſequitur hîc iſtum articulum ponendo latã poteſtatem Epiſcoporum circa beneficia ſubiecta. Nam ex causa illa vnit & diuidit, [b]vt in. c. ſicut vnire. de excef. præl. & c. ad audientiam. de eccle. ẽdifi. & c. vacante. ſ. de præben. Itẽ ſupprimit dignitatem: vt no. in. c. cũ acceſſiſſent. de conſt. re. vnius eccle. donat alteri[c] vt in. c. j. de reb. ecc. non alie. li. vj. no. in. c. conſtitutus ĵ. de reli. do. Sic poterit fructus beneficij vacantis ſeruare ex cã, pro vtilitate ipſius eccleſię: vel pro vſibus ſuis ex quo indiget. Et videtur Inn. velle, ꝙ hanc alienationẽ & ſimilẽ poteſt Epiſcopus facere, etiam ſi beneficiũ ſit ius patronatus laicorũ. ar. x. q. j. nouerint. & c. regẽda. Fatetur tamẽ ꝙ de honeſtate debet in alienatione requirere conſenſum patronorum: & patroni tamen poterunt extra cauſam contradicere: vt. xvj. q. ij. c. filijs vel nepotibus. ¶ Et no. hoc vltimum dictũ, ꝙ in alienatione eccleſię patronatę de honeſtate, & non de neceſſitate, requiritur cõſenſus patronorum. & ſatis placet per. d. c. nouerint. ſed quia patronus poteſt cõtradicere, vbi ſine cauſa fieret alienatio: vt in. d. c. filijs. vtile eſt ad litigia euitanda habere conſenſum ipſorũ patronorũ. Sed quo ad principale dictũ gl. & Inn. aduerte, quia videtur obſtare multũ cle. ij. de reb. eccle. non alie. vbi dicitur Epiſcopũ non poſſe vnire méſę ſuæ vel capitulo aliquã eccleſi. licet poſsit vnire ſingularibus prębẽdis. vt in. c. expoſuiſti. de pręb. Ratio, quia veniẽdo menſæ ſuæ: vel capitulo, authorizaret in facto proprio, quod nõ licet: vt in. l. j. & l. pupillus. ff. de autho. tut. Et licet Io. An. apertè nõ firmet hãc opi. cõtrariã: tamẽ videtur magis in iſtã partẽ inclinare: & clarius hãc opi. cõtrariam ſentit in. c. ſi propter tua debita. de reſcri. li. vj. Nec ob. ſi dicatur cle. præal. loqui in perpetua cõceſsione: hîc verò ad tẽpus: quia duplex eſt cauſa prohibitionis. vna perpetuæ alienationis: altera ne authorizaret in facto proprio. Vnde in conceſsione temporali, licet ceſſet prima cauſa, nõ ceſſat ſecũda. ſufficit ergo alteram cã ſubeſſe: vt inſti. de nup. §. affinitatis. Et ſi diceremus cõtrariũ, poſſet Epiſcopus facere fraudẽ: quia reuocaret confeſſionẽ in fine quinquẽnij: & ſic indirectè facere eã perpetuã. Et ſatis mihi placet hoc dictũ contrariũ. ſed difficile eſt rndere ad iſtũ text. pót tamẽ intelligi, quando Epiſcopus cõſtituit hoc nõ pro vtilitate ſuę menſæ, vel capitũ-

li: ſed pro vtilitate eccleſiæ cathedralis: puta, ſi fabrica eccleſiæ cathedralis non ſufficit: nec canonici cũ Epiſcopo ſunt potẽtes ad reſtaurationẽ fabricę: poterit tunc conſtituere cũ capitulo: vt fructus beneficiorũ vacantium cedãt fabricæ ad certũ tẽpus. & hoc voluit Io. An. in. d. c. ſi propter. & bene facit. d. c. j. de reb. eccle. non alie. lib. vj. Cõtra hoc tamen facit iſte tex. vbi Epiſcopus reſeruauit vſibus ſuis: & poteſt dici, ꝙ Papa in ver. ſi verò. nõ refert ſe ad factũ illius Epiſcopi, ſed dat regulã generalẽ: an & qñ poſsit Epiſc. retinere fructus eccleſiæ vacãtis? & dicit ꝙ pro iuſta & neceſſaria cauſa, hoc pót: ſed non eſt iuſta: vt retineat pro vtilitate propria: ne authorizet in facto ſuo. Nec ob. c. pen. de verb. ſig. quod gl. alle. pro ſe. nã ibi Epiſcopus impetrauit hoc priuilegiũ à Papa: ergo per ſe non poterat: quia fruſtra precibus impetratur &c. C. de Theſau. l. j. li. x. & no. in. c. j. ſ. de reſc. & licet cã in ſe ſit iuſta: tñ obſtat, quod dixi, ne authorizet in facto proprio: ſed multum me mouet in cõtrariũ. d. l. pupillus. §. pe. vbi dicit multum ſingulariter tutorẽ poſſe emere rẽ pupilli ipſo authore. dũmodo hoc faciat palã: vel interponere tertiã perſonã ad emẽdũ: & poterit ipſe præſtare authoritatẽ. & vtrũq; modũ ibi approbat Bald. quod videtur cõtra. d. cle. fi. & dicta Ioan An. Sed poſſet dici, ꝙ illa cle. procedit in collatiõe, ſeu in donatiõe gratuita. Nã ibi eſt ſemper ſuſpicio: ſed in contractu nõ gratuito vt venditio, quæ palã explicatur: ceſſat ſuſpicio contra tutorẽ. & pro hoc facit. l. j. & d. l. pupillus. in prin. vbi patet, ꝙ pupillus non poteſt obligari tutori ipſo authore: quia vt dixi factum eſt gratuitum. Et ex illa lege potes capere bonam limitationẽ ad dictam cle. ij. vt prælatus poſſet eme re nomine proprio rem eccleſiæ inferioris, & authoriza re in facto proprio, quod notabis. Abbas.

SEB. SAPIA.

a ¶ Cõſanguineo. Adde quòd Papa 19 peccat mortaliter ſi det res eccleſiaſticas conſanguineis ſuis: vt eos diuites faciat præ aliis, vt per Feli. in c. quæ in eccleſiarum. col. xvj. verſi. & quouis reſpectu. ſ. de conſti.

b ¶ Et diuidit. Adde qd[b] voluit Lappus all. lxviij. in fi.

c ¶ Donat alteri. Adde do. Car. consil. viij. Cal. conſil. iij. de re. eccle. & vide Ro. cõſi. lxxvij.

De rebus eccleſiæ alienandis, uel non, Rub.

¶ Continuatur ad præcedẽtia hoc ordine. Suprà viſum eſt de rebus ſpiritualibus clericorum. ſ. de prębendis & beneficijs: meritò reſtat videre de rebus temporalibus eorundem: quas interdũ clerici alienant. & quia dubitari poteſt, nunquid teneat alienatio, meritò ſubijcitur hæc rubri. de reb. eccle. non alien. Vel ſic. Suprà viſum eſt de collatione præbendarũ & beneficiorum, ſed quia prębendati & beneficiati interdum alienant bona præbendarum & beneficiorum: ideò ſubijcitur hæc rubrica. Nico. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non poteſt res vnius eccleſiæ alteri dare: nec adinuicem permutare ſine ipſarum conſenſu. 2. 4. cum cauſa tamen poteſt facere. 5.*
Epiſcopus habet plenam poteſtatem in eccleſijs ſibi ſubiectis.
3 *Abbas habet iura Epiſcopalia in eccle. ſibi pleno iure ſubiectis.*
Iura epiſcopalia poſſunt acquiri per inferiorem prælatum: fortè per præſcriptionem.
Prælatus inferior Epiſcopo non habet ius authorizandi in alienationibus rerum eccleſiaſticarum.
4 *Permutare non poſſunt inter ſe canonici domos ſide aſſignatas ſine licentia ſuperioris.*
5 *Epiſcopus ſi ædificauit aliquam nouam eccleſiam poteſt illam dotare de ſuperabundantibus fructibus alterius, dummodo præcedant ſolennitates.*
Eccleſia tenetur de ſuis fructibus ſuperabundantibus ſupplere laicis indigentibus, & alteri eccleſiæ indigenti.

CAP. I.

1 ON licet. ¶ †Breue eſt & pro alia verba poteſt ſic ſummari. ¶ Non poteſt Prælatus res vnius eccleſiæ alteri dare, nec inuicem res illas commutare ſine ambarũ cõſenſu. h. d. ¶ †Nota. j. quòd licet Epiſcopus habeat plenam poteſtatem in eccleſijs ſibi ſubiecti s: x. q. j. per totum. non tñ poteſt pro libito rẽ eccleſię ſibi
2 ſubiectæ alienare, etiã donando alteri eccleſiæ ſubiectę: & hoc in

& hoc in dubio ſine cauſa. Quid autem ſi cauſa ſubſit, di
3 cam cum glo. j. ¶ †No. ibi: *vel Abbati*. ꝙ Abbas poteſt interponere authoritatẽ alienationi rei eccleſiæ ſibi ſubiectæ. & intellige, quãdo Abbas habet in illa eccleſia ius epiſcopale: vt quia eccleſia eſt ſibi pleno iure ſubiecta. Nam tunc omnia iura epiſcopalia, quæ ſunt iuriſditiõis poteſt: vt Epiſcopus exercere. vide gloſ. no. in cle. j. eodẽ titu. per Inn. in. c. ij. de tranſac. & quod dixi in. c. ſignifica ſti. de foro compe. aliàs autem non poteſt prælatus inferior Epiſcopo authorizare in facto alienationis. Eſt eñ
a hoc ius epiſcopale[a] xij. qõ. ij. c. placuit. & c. Abbatibus. xvij. q. iiij. c. in venditionibus. & ſic collige quòd iſta iura epiſcopalia ſunt acquiſibilia per inferiorem prælatũ. pro hoc. c. j. de capel. mona. li. vj. & c. cum olim. & c. auditis. de præſcrip. ¶ †Vltimò no. quòd eccleſiæ nõ poſſunt res ſuas adinuicem cõmutare ſine licentia ſuperio-
b ris: nec ſuperior ſine licẽtia[b] ipſarũ eccl. & arguit Vincẽ. canonicos non poſſe commutare domos ſibi aſsignatas, vt canonicis: ſine licentia ſuperioris. de quo tamen dic,
5 vt latius dicam in. c. quæſitum. de rerum permut. ¶ †In
c gl. j. ibi: *ex cauſa[c] tamen poſſet*. no. bene gl. & communites tenetur hæc prima opi. vnde dicunt Inn. & Hoſtien. quòd ſi iuſta eſt cauſa, vt quia Epiſcopus ædificauit no-
d uam eccleſiam poteſt dare iura matricis eccleſiæ* illi eccleſię* nouiter ædificatę[d], quatenus ſibi aſsignet certam partem parochię ipſius. de quo in. c. ad audientiam. alle. in gl. Et vide tex. expreſſum in. d. c. j. eo. ti. lib. vj. vbi Epiſcopus cum capitulo decimas vnius eccleſię contulit archidiaconatui indigẽti. & illa donatio fuit reuocata, nõ ex defectu poteſtatis: ſed quia nõ pręceſsit tractatus: nec fuit datus defenſor eccleſię cùm vacaret: nec conſtabat de neceſſaria cauſa. Si ergo ſubſit cauſa, & ſeruetur ſolennitas debita, de qua. xij. qõ. ij. c. ſine exceptione. & in. d. c. j. tenebit donatio. & vide quod not. Inno. ſ. c. proxi. & in gl. in. c. conſtitutus. de religio. domi. & nilmirum. nã eccleſię particulares ſunt membra vnius eccleſię vniuerſalis. xxiiij. q. j. c. loquitur. vnde debent adinuicem ſibi ſubuenire: ſicut membra vnius corporis. Nam & ſic laicis indigentibus tenentur clerici ſubuenire de bonis eccleſię, quatenus illius facultates ſuppetant. xvj. q. j. c. ſi. lxxxvij. diſtin. c. j. & vide tex. in. c. videntes. xij. q. j. fortius tenentur ſubuenire eccleſijs indigentibus. Et intellige quã do aliquid ſupereſt vltra neceſſaria: quia primò ſubueniẽdũ eſt miniſtris proprijs, & neceſſarijs vſibus ipſius eccleſiæ: vt in. c. paſtoralis. ſ. de his, quę fiunt à pręla. & c. de his. de eccle. ędifi. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſeculares non poſſunt donare bona eccleſiæ: & acci pientes huiuſmodi donationem excõmunicantur: & ſi qua bona habet legitimè ab eccleſia, perdit. 25.*
2 *Eccleſia recognoſcit Principes ſeculares in temporalibus, & ratione feudi.*
3 *Eccleſia non ſolùm debet ſubuenire clericis indigentibus: ſed etiam laicis.*
4 *Inuadens rem alterius ex titulo euidenter inualido: dicitur illam rem rapere.*
5 *Princeps. ſ. Imperator. ſi donauit rem alterius ignoranter. non poteſt moleſtari poſt quadriennium: ante ſic. ad æſtimationẽ: donatarius verò nunquam.*
6 *Imperator poteſt rem quam habet communem cum priuato, diſponere ad libitum ſuum: & priuato de precio ſatisfacere.*

CAP. II.

1 VIres. †¶ Principes ſeculares eccleſię donare non poſſunt, & qui ab eis recipiunt, excõicantur: & perdũt oĩa quę ab eccleſia aliàs legitimè obtinebãt. h. d. ſecũ dum vnũ intellectum, qui ſatis placet. ¶ Caſus literalis.

Olim qdã petebãt à regibus res eccl. & obtinebãt aliqñ: & quia iſtud iniquũ erat, ſtatuit conciliũ Lugdun. ꝙ illa, quæ ita traduntur, irrita habeantur: & à cõmunione eccleſiæ cui facultatem auferre cupiunt: excludantur.
2 Ber. ¶ † Nota primò, quòd Principes ſeculares non habent iuriſditionem, nec poteſtatem in rebus temporalibus eccleſiarum. & ſic licet habeant iuriſditionem in rebus temporalibus poſſeſsis à laicis: vt. l. bene à zenone. a C. de quadrien. præſcrip. & c. quo iure. viij. diſtin. in rebus tamen eccleſiaſticis, cenſentur priuatæ perſonæ. ad hoc. x. q. j. c. nouerint. & xvj. q. j. c. ſimiliter. Hoc intellige verum, niſi eſſent bona feudalia, quæ habent originem à laico. Nam tunc laicus & Imperator debent recogno- c ſci in ſuperiores ratione feudi: vt in. c. verum. ſ. de foro compe. Sic intellige text. & Inno. in. c. ſolitę. de maio. & obed. vbi dicitur, ꝙ in temporalibus debent clerici Im-
3 peratori obedire ¶ †Secundò not. ibi: *regentium ſubſtantiam*. iuncto principio, quòd bona eccleſiarum ſunt deputata principaliter pro indigentibus, uon ſolùm clericis, ſed etiam laicis. xij. q. j. c. videntes. tamen clerici debent principaliter miniſtrare. alleg. c. paſtoralis. ſ. de d
4 his, quæ fiunt à prełat. ¶ †Nota. iij. ibi: *rapiunt*. quòd inuadens rem alterius ex titulo apertè inualido, dicitur illam rem rapere: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non poteſt. c. quod autem. de iurepat. & c. Daibertum. j. q. vij. & vide quod not. xij. q. iij. c. non liceat Papæ. Not. iiij. ibi: *irrita habeantur, quæ obtinent*. ſecundum intellectum, qui videtur placere multis e doctori. quòd omnia habita ab his, qui obtinent res eccleſiæ à principibus ſecularibus: licet aliàs titulo legitimo, debent redire ad eccleſiam: cùm in pœnam eorum caſſetur hic talis titulus. Secundum verò alium intellectum, qui placet Inno. debet intelligi tex. de his, quæ obtinent nunc ab ipſis principibus: ſed prima lect. eſt nota. & facit finis cap. & c. ij. de foro compe. ¶ Not. vltimò, quòd lędens vnam eccleſiam, videtur lędere omnes: quia omnes eccleſiæ particulares ſunt membra eccleſię vniuerſalis. vnde ſicut dicimus in ſimili, quòd qui aurem hominis tetigit, totum tetigiſſe videtur. de pœni. diſtin. j. c. vulgaris. ita & tangens vnam eccleſiam particularem, quæ eſt membrum eccleſiæ vniuerſalis, videtur lædere eccleſiam vniuerſalem. ideò priuatur talis communione eccleſiæ vniuerſalis. ¶ † In glo. ſuper verbo, *irrita*. in fi. No. gl. & idem no. gl. in. c. quicunq; xij. ij. Et ad-
e uerte, quia illa. l. bene à zenone: [e]poteſt adduci in contrarium duobus modis. Nam primò ibi diſponitur, quòd ſi Imperatur donauit rem alterius: donatio eſt firma: neq; agi poteſt cotra donatarium, ſed contra fiſcum ad æſtimationem. Item ſi non agitur contra fiſcum intra quadriennium, non poteſt amplius agi: & ſic inducitur præſcriptio quadriennalis in rebus immobilibus. & ſic eſt caſus multum ſpecialis in prærogatiuam Imperatoris. Et ſic videtur, ꝙ ſi Imperator donauit rem eccleſiæ: vel aliquis Rex, qui habet iura Imperatoris: quòd teneat talis donatio: licet poſsit agi contra fiſcum ad æſtimationem. ſed glo. dicit & bene, quòd illa lex non procedit ſecundum canones. & dicſecũdum canones, id eſt in prędiudicium eccleſiarum. Quod ſatis placet: quia Imperator non potuit legem condere in prędiudicium eccleſiarum, & rerum ſibi non ſubiectarum: vt in. c. quę in eccleſiarum. de conſtitu. in. c. apoſtolicę ĵ. de decimis. Sed aduerte, quia inter laicos illa lex procedit quando Imperator donauit ignoranter rem alterius: ſecus ſi ſcienter. Nam tunc non valeret donatio: cùm tunc Imperator non poſsit ſine cauſa aliquem priuare iure ſuo: vt in clemen. paſtoralis. de re iudic. not. in. l. finali. C. ſi contra ius, vel vti. publi. & l. precibus. C. de preci. Imper. offer,
6 ¶ †Itẽ ſpeciale eſt in Principe, vt ſi habet rẽ communẽ cum priuato, poſsit tunc de illa in totũ diſponere &

SEB. SAPIA.

a ¶ Ius epiſcopale. Adde. Cal. conſil. viij. hoc. ti.

b ¶ Licentia ipſarũ. Adde Car. conſil. iiij. hoc titulo.

c ¶ Ex cauſa. Adde Cal. conſilio. vj. de præben. & vide cõtra dicta Abb. in concluſionibus. d. Berengarij de biſignueto, poſt deciſi. Ro. hoc titulo con cluſione. j. & ij.

¶ Nouiter ædificatæ. Adde Lap. alle. lxvij. do. Car. conſi. viij. &. xxj.

e ¶ Bene à zenone. Adde de intellectu. d. l. videndum Alex. conſi. cxvj.

SEB. SAPIA.

e ¶ Illa. l. bene à zenone. Vide Fel. in c. quæ in eccleſiarum. col. xiiij. verſ. ſecũdum verò mẽbrum. ſ. de conſti. vbi ponit quinq; limitationes ad. d. l. bene à zenone. & facit mentionẽ de hac gl. in. iiij. limitatione. & illam dicit eſſe ſingularem. & circa. d. l. bene à zenone. vide multa per do. Iacobinum de ſancto Georg. in ſua inueſtit. feudali. in verbo princeps. col. iiij.

satisfacere priuato de æstimatiõe: ergo secus, vbi nõ dat illa communitas. & sic dicit gloss. not. in. l. ij. C. de cõ. re alien. & in. l. j. C. de alie. re. fisca. cum pri. libro. x. & no. illas glo. pro intellectu illius. l. bene à zenone. vide tamen not. priuilegium Principis in rebus ecclesię in. c. primo. j. de rerum permu. vbi dicetur. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio edita in concilio generali: an edatur sub nomine Papæ, an sub nomine ipsius concilij.*
Concilium generale habet iurisditionem: nõ autem solus Papa.
2 *Prælatus qui acquisiuit ex industria sua aliqua bona ecclesiæ, potest liberius disponere de bonis ipsius ecclesiæ, quàm alius qui nihil acquisiuit.*
3 *Prælati possunt exigere seruitia à subditis, quæ consueuerunt præstari dominis temporalibus.*
4 *Prælatus potest remunerare de bonis ecclesiæ illos, qui se exhibuerunt pro seruitijs ecclesiæ.*
5 *Alienatio rei etiam mobilis, non potest fieri per prælatum sine consensu superioris: & non adhibita solennitate requisita.*

CAP. III.

a ¶ Remunerat. Ad. de Alex. consi. cj. j. lib. & vide Oldr, consi. cclxxviij.

Constitutio. ¶ Rector ecclesię, qui dat ecclesiæ rem duplę æstimationis, seruos ecclesię manumittere potest: ipse tamen manumissus, & eius posteri erunt sub patrocinio ecclesię. h. d. Et licet sic cõmuniter sumatur, non tamen placet id quod dicitur de æstimatione: vt j. dicam cum glo. Primò ponit dictum cum quadã determinatiõe. ibi: *ita*. ¶ Casus literalis. Quærebatur vtrum sacerdotes possent aliquos de familia ecclesię manumittere. Ad hoc respondetur ex cõcilio Toletano, q sacerdotes, qui bona sua relinquunt ecclesijs: aut nihil habentes, aliqua prędia vel familias ecclesijs suis acquirũt, possunt aliquos de familia eiusdem ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatę modũ, quem antiqui canones decreuerũt: ita tamẽ, q cũ peculio & posteritate sua maneant in seruitio ecclesię, vtilitatẽ eccle. secũdũ quod poterũt, prosequẽtes. Ber. ¶ No. j. ibi: *totius capituli*. iũcta supra scriptione: q concilium gñale potest appellari capitulũ. Et sic no. q quęlibet vniuersitas potest dici capitulũ. Et de intellectu multiplici huius verbi, capitulũ: vide per doct. in. c. capitulũ. de rescri. ¶ † Not. ij. ibi: *diffiniuit*. q concilium generale potest diffinire & constitutionem edere. Ex quo infero, q constitutio edita in concilio generali, necessariò non concipitur in personam Papæ: sed potius in personam concilij. & vide text. concor. in. c. jj. de spon. & multa alia iura possunt ad hoc alleg. Sed dico iudicium meum in. d. c. j. de desponsa. an quando constitutio edita in concilio debeat edi sub nomine Papæ: an verò sub nomine totius cõcilij. Et ex his iuribus arguo, quòd conciliũ generale habeat iurisditionem, & non solus Papa. nam si concilium nõ haberet iurisditionem, non posset diffinire, nec statuere. l. fi. ff. de iurisdi. om. iu. & c. ij. de const. lib. vj. ¶ † Not. iij. q prælatus acquirens bona ecclesię potest liberius disponere de rebus ipsius ecclesię, quàm alius prælatus, qui nihil acquisiuit. Hic ẽ datur facultas manumittẽdi aliquos ex seruis ecclesiæ. Est tamen in hoc duplex intellectus. nam Inno. intellexit de acqsitis per prælatos intuitu tamẽ ecclesię. Host. & quidam alij intellexerunt de acquisitis intuitu personæ, vt ex industria sua. Est maxima differentia inter istos intellectus. Nam si acquisiuit intuitu ecclesiæ, non poterit disponere, seu manumittere secundum intellectum Hosti. secus secundum intellectum Inn. Mihi placet quòd si fuit industriosus in acquirendo: licet ex bonis ecclesiæ acquisiuerit: nihilominus in prẽmium habebit priuilegium huius. c. sed intellectus Hostien. videtur cõgruere canoni antiquo. xij. qõ. ij. Episcopus qui mancipium. ¶ Not. iiij. quòd libertus ecclesiæ & omnes sui posteri, tenentur seruire ecclesiæ: nõ tamen tanquàm serui. ¶ † Et no. ibi: *utilitates iniunctas*. quòd prælati ecclesiarum possunt exigere à subditis in temporalibus seruitia consueta præstari dominis temporalibus. ¶ † In gloss. j. ibi: *benemeritos*. posses ex hoc. & c. si quos. allega. in gloss. notare, quòd Prælatus licitè remunerat [a] de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerũt se obsequiales ecclesiæ. Ad quod c. cũ redemptor. & c. quicunq; xij. q. ij. Et in fi. gl. no. gl. q in hac manumissione requiritur consensus superioris. quod procedit Inn. & Host. tã in manamissione, de qua tex. loquitur, quàm de illa, de qua gl. ff. de seruis beneme-ritis. ¶ † Ex quo infertur, q rẽ etiam mobilẽ non potest Prælatus alienare sine consensu superioris: & dic, quòd requirit solẽnitas requisita in rebus immobilibus. quod intellige: vt no. gl. in. c. tua. de his, quæ fiunt à prælat. in ver. tractatum. ¶ In gl. ij. ibi: *Episcopus qui mancipium*. sed aduerte licet doc. simpliciter transeant cum glo. Nam illud. c. loquitur, quando Prelatus vult manumittere non retento patronatu apud ecclesiã. Nam tunc quia ecclesia perdit dominiũ serui, & ius patronatus in liberto: ideò fuit statutum, vt ecclesiæ res daretur duplę æstimationis. sed tex. noster loquitur, quando manumissus cum sobole sua debet esse in patrocinio ecclesiæ. & sic non videtur q hoc casu debeat dari res duplæ æstimationis. sufficere enim debet, q tantũ det. facit. c. sequens à contrario. & quod not. in. c. jj. de rerum permu. ¶ † In glo. pen. in fi. no. conclusionem gl. quæ ponit vnam specialitatẽ in posterioritate, seu sobole libertorũ ecclesiæ. & vide plenius per gl. in. c. liberti. & in. c. de libertis. xij. q. j. aliã specialitatem collige super glo. seq. ¶ In glo. fi. in. fi. vult ergo hæc glo. libertum non teneri ecclesiæ ad præstandũ operas obsequiales ecclesiæ, nisi fuerint retentæ tempore manumissionis. hoc procedit in liberto laicorum. Et de multiplici opera libertorum, vide quod no. in. l. fi nõ fortem. §. libertus. ff. de condi. inde. Sed in libertis ecclesię videtur speciale, vt debeant præstare operas, iuxta posibilitatem. de quo vide tex. cũ gl. in. c. libertus. xij. q. ij. Posset & addi tertium speciale. Nam facilius rediguntur ad seruitutẽ liberti ecclesiæ, quàm priuatæ personæ: vt col ligitur ex iuribus superius allega. & in decre. vbi vide,

SVMMARIVM.

1 *Successor in dignitate potest reuocare malè alienata per prædecessorẽ suũ, contra quẽ nõ posset opponi defectus dominij.*
Dominium difficilimum est probare.
2 *Emens, vel alio modo accipiens rem ecclesiæ vltra modos à iure approbatos, nullum ius sibi acquirit.*
Alienata dicuntur etiam illa, quæ quo ad possessionem tãtùm sunt penes alium: licet proprius quo ad dominium.
3 *Rescripta ad lites sunt latissimè interpretanda, quando agitur de vi comprehensiua: secus si agitur de vi extensiua.*

CAP. IIII.

Episcopi. ¶ Si prælatus nil de suo dãs ecclesię, manumittit: non tenet manumissio, hoc dicit. Primò ponitur prohibitio. Secundò ratio. Tertiò reuocatio. Secunda ibi: *impium*. Tertia ibi: *tales*. ¶ Casus literalis. In. c. isto dicitur contrarium eius, quod dicitur in præcedenti: videlicet, q Episcopi, qui nihil de suo conferunt ecclesiæ, libertatem seruis ecclesiæ dare non possunt: quia iniquum est, vt qui res suas ecclesię non contulit, damnum inferat ecclesię: & successor illius, qui hoc fecerit illos ad ius ecclesię reuocabit. Ber. ¶ Not. primò ibi: *nihil ex proprio. & c.* q Episcopus licitè possidet ppri um, nec tenetur illud cõferre ecclesię, si nõ vult. Ad idẽ c. s. proxi. & c. Episcopus, qui mancipiũ. xij. ij. ¶ † Secundò no. q successor in dignitate, [b] põt reuocare malè alienata per

nata per prædecessorẽ. Et no. ibi: *absq; aliquæ oppositione*. q cõtra prelatũ reuocãtẽ malè alienata, nõ potest aliquid opponi. Et sic videtur, q non obstat exceptio defectus dñii: & sufficit probare illã rem fuisse in bonis ecclesię: & malè alienatã per prelatũ. & in practica esset pulchrũ dictũ valdè. Nã difficilimũ est probare dñium: vt in. c. sępe. de restit. spoli. & vide tex. pulchrũ in. l. iubemus la. ij. C. de sacrosanc. ecc. qui vult, q nullũ penitus ius acquiratur ei, qui vltra modos à iure approbatos recipit rẽ ecclesię. ¶ † No. tertiò ibi: *ad ius ecclesiæ reuocabit*. q indebitè alienatũ, licet dñium non transierit: nihilominus dicitur reuocari ad ius ecclesię. Et sic facit ad. q. quã ponit hîc Inn. Papa cõmisit cuidã delegato, vt ea quę reperiret alienata de bonis talis ecclesię, deberet in ius & proprietatẽ ecclesię reuocare: nũquid talis delegatus habeat iurisditionẽ super rebus inuasis, & in alijs malè detentis: & in quibus possessio tantũ trãsiuit in alios. Et videtur prò, q nõ: quia nõ dicitur quid alienatũ, nisi qñ trãsiuit dñium. l. j. C. de fun. do. & in. l. alienatiõis verbo. ff. de ver. si. Cõtrariũ finaliter cõcludit hîc Inn. & doc. cõiter. [a] Nã duplex ius habemus in re nostra, videlicet ius proprietatis, & possessiõis. vñ licet nõ fit facta alienatio quo ad proprietatẽ, est tamẽ possessio. Itẽ largo mõ res dicitur alienata: cũ recedit à libera facultate dñi: iuxta illud Psal. Alienati sunt peccatores. Item verbũ alienatio, nõ semper stat stricto mõ: vt patet in. c. nullij. eo. ¶ † Et rescripta debẽt latissimè interpretari. l. solemus. ff. de iud. & c. cũ ecclesia. §. de cau. pos. & proprieta. ita dicit Inn. Et no. perpetuò hoc vltimũ dictũ. quia videtur extraneũ: q rescripta ad lites sunt latissimè [b] interpretãda: cũ piudicẽt iurisditiõi ordinarię. Et videtur cõtra. c. sedes. de rescrip. & c. ad hoc. e. ti. & iura allega. per Inn. nõ loquũtur de rescriptis: sed dicũt solũ, q in iudicio, seu in libello est fienda largissima interpretatio: quia oĩa veniũt in iudiciũ. Sed si vis saluare hoc dictũ Inn. posset dici, quòd vbi agitur de vi cõprehẽsiua rescripti, procedet dictũ suũ, quia rescriptũ est modici pręiudicij: cũ cõcedatur tantũ exercitiũ actiõis cõpetẽtis corã delegato: & hoc nisi cõmittatur aliqua fraus. & hoc casu loquitur. c. sedes. sed si agitur de vi extẽsiua: tũc secus. nã debet strictissimè interpretari. vt in. c. fi. & in. c. rodulphus. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbo. quid contineatur. 4. 13.*
2 *Immobilium appellatione, venit res mobilis destinata pro immobili.*
3 *Prælatus potest obligare bona ecclesiæ pro obseruatione contractus: non tamen potest in specie alienare.*
4 *Alienare quid dicitur, etiam quando quis transfert vtile dominium.*
Emphyteosis dicitur perpetua, etiam data ad annos. xxx.
5 *Alienatio rei ecclesiasticæ, quibus casibus permittatur.*
6 *Consuetudo, an possit minuere, vel augere solennitates requisitas in alienatione rerum ecclesiæ.*
Solennitates in alienatione rei ecclesiasticæ.
7 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta non seruata forma, est ipso iure nulla. videj. c. proximo. in. 5. nota.*
8 *Bona, quæ seruãdo seruari nõ possunt: possunt per solum prælatũ alienari.*
Bona mobilia, quæ seruari possunt, æquiparantur immobilibus, quo ad solennitatem alienationis.
9 *Iura & actiones, an veniant appellatione mobilium, vel immobilium.*
Actiones non circunscribuntur loco.
10 *Seruitutes, an veniant appellatione rerum mobilium, vel immobilium.*
Annui reditus veniunt appellatione rerum immobilium.
11 *Pecunia cõnumerata inter res mobiles, & põt alienari per solũ prælatũ.*
12 *Pignus ab hypotheca, in quo differat.*
13 *Locatio ad longum tempus, dicitur alienatio.*
14 *Solennitas, quæ requiritur in alienatione rei ecclesiasticæ, requiritur in alienatione aliorum locorum piorum.*
Ecclesia & cætera loca pia restituuntur, si reperiantur læsa.

CAP. V.

Nulli. ¶ Res ecclesię alienari non debent. h. d. Primò ponitur alienationis prohibitio. Secundò quid sit alienatio. Tertiò pœnę impositio. Secunda ibi: *alienationis*. Tertia ibi: *vnde*. ¶ Casus literalis. Quia prelati & clerici ecclesiarum indifferenter obligabãt res ecclesię mobiles & immobiles: propter quod damna multa proue-

a ¶ Doctor. communiter. Adde Lap. alle. ij.
b ¶ Latissimè. Adde quod Ro. consil. cccxliij. sequitur hanc opi. sed contrarium tenet consi. cccxxxiij.
b SEB. SAPIA. ¶ Latissimè. De hac materia vide latissimè per Fel. in c. causam quæ. co. v. vers. interpretatio rescripti. §. de rescript. d. Ias. in. l. fi. col. xj. versic. circa rescriptum. ff. de cõstit. princi. Anton. Francisc.
c ¶ Quid appellatione alienationis cõtineatur: dicas q venit omnis actus, per quẽ dominiũ trãsfertur. & venit etiã alienatio, quæ fit testãdo: vt per Bar. in auth. neq;. in ij. col. C. cõmu. de leg. Et gñaliter q̃ veniãt appellatiõe alienatiõis: videplenè per Io. Ber. de fir. in suo reper. in litera. A. in vers. alienationis appellatione venit etiam transactio.
d ¶ Cõmunicat natura. Adde quod voluit Ro. consil. cclxxxix. vbi tenet, q pecunia pupillaris deposita ad emptionẽ prędiorum, vel ad honestam partem lucri, nõ põt absq; decreto alienari tãquam immobilis.
SEB. SAPIA. ¶ Prælatus cõtrahẽdo. Idẽ dicit d. Abb. in. c. j. & ij. j. de precarijs. vide Bar. in. l. in quorũ. ff. de pig. vbi ágit, an prohibita alienari possint pignorari. De quo etiã per Ias. in. l. fi. co. xxiij. C. de iure emphit.
f ¶ Largissimè. Adde quid in statutis, domi. Cardi. consil. xv.
SEB. SAPIA. ¶ Et dicitur perpetua. Vide. d. Ias. in. l. manumissiones. co. j. ff. de iust. & iur. vbi dicit, q prohibita alienatione prohibetur alienatio vltra nouennium, imò etiam in nouẽnium: quãdo adijciatur pactum de renouando de nouennio in nouennium, quod dicit esse notandum propter prælatos, qui non possunt alienare res immobiles ecclesiæ sine

a ¶ Remunerat. Ad. de Alex. consi. cj. j. lib. & vide Oldr, consi. cclxxviij.
b ¶ Successor in dignitate. Adde Bal. in. l. quicunq;. vers. scias tamen. col. ij. C. de bo. quæ libe. & in. c. j. col. j. ver. & adde quod not. in titu. qui succeſſ. feud. dar. tene. & Arch. c. decessor, xxv. q. ij.
1 *diffiniuit*
2 *ad ius ecclesiæ reuocabit*
1 c. ſ. proxi.
b
a
b
c
1
c
2
a
3
d
2
b
f
g
c
3
f
5
h

a ☙ SEB. SAPIA. ¶ Adimere. Adde Calde. consil. iij. de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.

b ☙ SEB. S APIA. ¶ Causæ cognitio. Vide Feder. in consi. cclxij. & Laurent. de Rodul. in repe. c. sine exceptione. in. x. q. principali. xij. q. ij. Petr. de Ancha. & Imol. in. c. vt super. j. eod. col. iij.

☙ SEB. SAPIA.

c ¶ Nullitatem actus. Vide ad hoc multa per Feli. in c. quæ in ecclesiarũ. col. j. ṡ. de cõsti.

☙ SEB. SAPIA.

d ¶ Bona mobilia, An solus prælat[a] possit alienare bona mobilia, vide Laur. de Rodul. in d. repet. c. fine exceptione. in. q. xxvij. q. xij. ij.

e ¶ Vel mobilia, Adde Roma. cõsi, ccccx. Bar. consil. lxvij. do. Car. consi, lxxij.

☙ SEB. SAPIA.

f ¶ Actiões ergo, Vide remissiuè p Feli. in. c. oẽs. col. vj. prima di. cum multis allega. per Iaſin. là diuo Pio §. in vẽditiõe. col. j. & jj. ff. de re iud, vbi dicit se consuluisse in ardua qõ, vt ibi per eũ. Vide Caprã in cons. ix. in. ij. dubio. & in consil. xxv, ij. ad fi. & in cõs. lxvij. cõs. iij. Soci. in consi. l. & in consili. lxix. in. j. parte & Are. in cõsilio. j iiij. colum. iiij.

ZACHARIAS.

g ¶ Annui reditus cõputant[ur] inter immobilia, adde Baldũ. in. l. j. in. j. colũ. in. ij. not. C. de suſfra. per. l. iubemus. & ibi Bal. & doc. b col. j. ver. ſecundò dico, C. de ſa. ſan. ecc le. & per. §. vult enim, in authẽt. de non alie. Alexã. in l. mouentium. de ver. ſi. & probatur 7 ſing. in cle. exiui. §. cũq. e. ti. de ver. ſi. & Federi. de ſen. conſi. clxxv.

Anton. Franciſ. ¶ Dicas circa hoc quòd annui reditus computantur inter immobilia, quando ſunt certi, prout declarat dom. Car. in clementi. exiui. hic allega. in. §. licet. vel quando debentur ad longum tempus: quia tunc in eorũ alienatiõe requirit[ur] ea ſolẽnitas, q̃ requirit[ur] in rerũ alienatiõe immobiliũ: vt per Bart. in. l. final. in. j. colum. C. de veṅdi. rerum ciuil. libr. vj. Adde tamen quòd annuus reditus religioſis etiam incapacibus poteſt legari pro vino ad ſacrificia, vel pro hoſtijs, non autem victu perpetuo: ſed tamen pro modico tempore, vt per Federi. de ſe. in conſil. ſuo. xij. & not. in. l. in quorum. ff. de pignor.

h ¶ Quòd non. Adde quæ ſuprà po ſui in ſecundo nota.

i ¶ Et hypothecam. Adde an ſtatutum loquens in pignore, habeat locum in hypotheca. Franciſcum de Aretio. conſilio decimonono & centeſimo viceſimoquinto.

cit Gof. q̃ difficile eſt ſeruare illam ſolennitat[ẽ] ſecundũ cõſuetudinẽ introductã: & ſecũdum aliquos refert Innocen. ſatis eſſe obſeruare cõſuetudinẽ illius eccleſiæ, de cuius rei alienatione agitur. Hoc tamẽ nõ placet Hoſti. nã dicit eſſe cõtra. c. j. j̃. eo. ti. lib. vj. Io. An. dic[it] ſe credere, q̃ conſuetudo nõ poſſit adimere[a] ſolennitatẽ. c. ſine exceptiõe. xij. q. ij. Pro hoc dicto. c. cauſam. de re iudic. & c. j. de cõſuetudi. ſed bene poteſt adimere ſolennitatẽ introductam per authẽ. hoc ius porrectum. & in hoc poſſet procedere prima opi. Itẽ dicit, q̃ cõſue tudo poteſt augere ſolennitatẽ introductam per. d. c. ſine exceptione. Adducit not. in. c. q̃d ſuper his. de conſan. & affi. & cũ hac opi. Ioan. And. tranſeũt cõmuniter hîc ſcribẽtes. Et no. iſtũ tex. q̃ cõſuetudo nõ valet cõtra ſolẽnitatem. c. ſine exceptione. & quia loquitur indiſtinctè, poteſt inferri, q̃ ſubſcriptio eorũ, qui ſunt de collegio, non poteſt tolli per cõſuetudinẽ: quia ponitur in dicto. c. ſine exceptione. Item dũ dicit de ſolẽnitate authẽt. hoc ius. dic melius, quòd nõ eſt neceſſaria cõſuetudo ad illam tollendã: quia ius ciuile nõ potuit introducere ſolẽnitatẽ in alienatione rei eccleſiaſticæ: quia prouiſum eſt per ius canonicum. ita vult Inno. in. c. j. j̃. eo. ti. lib. vj. & Io. And. ſequitur ibi in nouella. Ideo cõcludo, q̃ ſi cõſuetudo cõtraria. c. ſine exceptiõe ſit grauoſa eccleſiæ non tenet: vt in. c. j. de cõſuet. & in. d. c. cũ cauſam. Sufficit ergo ſolẽnitatẽ illã obſeruare debet ergo præcedere tractatus. Itẽ debet interuenire authoritas ſuperioris, conſenſus capituli, & ſubſcriptio clericorũ. Et vide quod latius dixi in. c. j. de his, quę fiunt à præla. nec requiritur decretũ iudicis: ſed ſufficit cauſæ cognitio. ſed ſi non interueniret cauſæ cognitio, nõ teneret alienatio. Nam ad hoc requiritur tractatus, ita notabiliter dicit Innoc. in. c. vnico. ṡ. ti. prox. in fi. & vide Fed. cõſi. ccxxxvij. non tamẽ de neceſſitate requiritur, vt præmittatur cauſæ cognitio, [b]vtrũ expediat magis alienare vnã rem, quã aliam. Ita no. dicit ipſe cõſi. ccxliij. Satis enim eſt, quòd ſubeſt cã alienandi: & q̃ ſuper legitimitate cauſę præceſsit cognitio: & ſic ſeruata forma. c. ſine exceptione. vel alia ſolennitate inducta per conſuetudinem modo prædicto. † ¶ Et concludo, quòd niſi alienatio fiat ſeruata illa forma, & in caſu à iure cõceſſo, eſt nulla. De defectu

c formæ eſt clarũ. nã illa ſemper inducit nullitalẽ actus: [c]quia forma dat eſſe rei. probatur. in. c. tua. de his, quę finut â præ. &. d. c. ſine exceptiõe. De defectu caſus liciti, probatur hîc. Nam prohibetur alienatio rei eccleſiæ à iure: ergo alienatio eſt nulla, ſi nõ fit in caſu cõceſſo. l. nõ dubiũ. C. de legi. & in regula ea, quę cõtra ius. de reg. iu. li. vj. Item probatur in. c. expreſsè in. cle. j. eo. ti. & in. c. quę in ecclesiarũ. de conſti. & vide quod plenè dixi in. c. j. de in inte. re. li. vj. vbi bo. glo. & Cal. hoc tenet: licet aliud ſenſerit gl. xij. q. ij. in ſumma. & c. ſine exceptione. Vbi enim volunt tenere alienationẽ ſeruata forma: licet nõ fiat in caſu licito: ſed primum dictum verius.

8 ¶ † In gl. ij. ibi: *quæ ſeruando ſeruari non poſſunt*. not. gl. q̃ ſolus prælatus a lienat bona mobilia, [d]quæ commodè ſeruari non poſſunt: d
vt ſunt veſtes, quæ quotidie magis veteraſcunt. Itẽ fructus & ſimi lia. Ea verò, quæ cõmodè ſeruari poſſunt, non alienantur ſine ſolennitate. Nam res immobilis, & mobilis preciosa æquiparantur quo ad difficultatem alienationis. l. lex quæ. C. de admini. tut. glo.
9 in. c. tua. de his, quę fiunt à prælatis. ¶ † Sed eſt dubiũ de actione: Nunquid in alienatione, ſeu iuriũ ceſsione debẽt ſeruari ſolennitates. Et eſt quærere nũquid cõputentur inter immobilia, vel mobilia. [e] Et poteſt ſic cõcludi, q̃ ſecundũ proprium ſignificatũ vocabuli actio, ſeu nomina debitorũ, nõ ſunt mobilia, nec immobilia: ſed faciũt tertiã ſpeciẽ de per ſe. Nã mobiliũ & ímobiliũ appella tio cadit in his, quæ certo loco con cludũtur. Nã immobile dicitur illud, quod nõ poteſt à loco moueri. Mobile verò, quod ſecũdũ naturũ ſuam aptũ eſt moueri: vt legitur & notatur in. l. mouen
f tiũ. ff. de verb. ſi. Actiones ergo[f] cũ ſint quid incorporale, nõ cõcluduntur certo loco, & ſic nõ poſſunt dici mobilia, vel immobilia: ideò iuriſconſul. ponit actionẽ, ſeu nomina debitorũ: vt tertiã ſpeciẽ. probatur in. l. à diuo Pio. §. in venditiõe. ff. de re iudi. & ideò in teſtamẽtis appellatione bonorũ mobiliũ vel immobiliũ, nõ ve niũt nomina debitorũ: quia debemus capere verba propriè. l. qui hæred. ff. de condi. & demon. Vnde cõſuluit Ol. & ego cõſului ali âs, q̃ ſi Princeps reliquit bona ſua mobilia diſtribuenda in pios vſus, nũquam veniunt pœnæ adhuc non exactæ: tamẽ vbi oportet neceſſariò, vt actiones trahantur ad bona mobilia, vel immobilia vt puta: quia diſpoſitio volens comprehendere totũ patrimoniũ illius hominis, fecit mentionẽ duntaxat de mobilibus & immmobilibus. Hoc eñ caſu iſta tertia ſpecies aſſumit naturã alterius extremoru. & hoc caſu eſt ſeruãda opi. gl. in auf. eo. ti. §. j. quæ dicit, q̃ ſi actiões dantur ad res mobiles, cõputantur inter mobilia: & ſi ad res immobiles, cõputantur inter immobilia. & hoc in effectu vult Bar. in. l. põt pupillus. ff. de autho. tu. Et ex his poteſt inferri, nũquid Prælatus ſolus poſsit cedere actionẽ cõpotentem eccleſię,
10 ſeu illã vendere. ¶ † Quid autem in ſeruitutibus, ſeu alijs iuribus incorporalibus, quæ nõ poſſent propriè dici aut mobilia, vel immobilia, ſicut dixi in actionibus. vide gl. ij. eo. ti. li. vj. quæ dicit, q̃ cõputantur inter immobilia. & pro hoc facit tex. in cle. exiui de paradiſo. §. cunq; annui reditus. de verb. ſig. quæ dicit, q̃ annui reditus computantur inter immobila. [g] Sed tu diſtingue prout ſuprà g
dixi in actioẽ. Nã puto, q̃ vbi neceſſariò non cõprehenduntur ſub appellatione mobiliũ, vel immobilium, q̃ non veniunt appellatione mobiliũ, vel immobiliũ: ſed vbi opus q̃ includãtur: vt quia de toto patrimonio diſponitur: tũc ſerua quod proximè dictum eſt.

11 ¶ † De pecunia etiã dubitat nũquid cõputet iter ea, q̃ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt. Et dicendũ q̃ nõ: [h] quia pecunia retẽta nil operat. h
c. eijciẽs. lxxxviij. diſt. & no. in. l. j. §. fuit quę ſitũ. ff. ad Tre. facit tex. in. l. cũ plures. in fi. ff. de admi. tu. Nã ſolus tutor poteſt, imò debet collocare pecuniã pupilli ſcilicet emendo, vel mercãdo: quod non poſſet, ſi cõputaretur inter ea, quę ſeruãdo ſeruari poſſunt: vt. d. l. lex, quæ tutores. Ex quo infero ſolum Prælatũ poſſe diſponere de pecunia eccleſiæ, ſicut de fructibus: vt in. clem. j. eo. ti. & hoc no.

12 ¶ † In gl. ſuper verbo, *hypothecæ*. in fi. gl. in decretis. lxxx. diſt. c. j. di
i xit, q̃ nõ eſt differẽtia, niſi in nomine inter pignus & hypothecã. [i] & ita dicit tex. in. l. res. §. iter pignus. de pig. gl. tñ ibi variat. Et vide gl. pœnã. in. §. inter pignus. alleg. in gloſ. aliqui dicunt, q̃ hypotheca dicitur, quãdo nõ fit traditio, ſed cũ retinetur ſiue ſit res mobilis, ſiue non: pignus quando traditur. ¶ † In gl. penul. ibi: *largiſſimè acciputur*. No. gloſſ. pro ſtatutis & alijs diſpoſitionibus facientibus 13 mentionem de alienatione. Nã in materia doloſa capiemus ſtrictè: & ſic

ctè: & ſic ſolùm venit contractus, per quem transfertur dominium: ſed in materia larga & fauorabili capiemus largiſsimè prout hîc capitur. Et idem videtur dicendũ in teſtamento & pacto. De quo tamen dic, vt legitur & not. & l. fina. C. de rebus eccle. non alienã. Et vtrum prohibitus alienare poſsit ſolũ locare ad magnũ tẽpus? Dic,
b reſtituere omnes fructus:quia error iuris non excuſat,[b] etiam in perceptione fructuum,quando ius apertè reſiſtit:vt.l.iubemus.la.ij.C.de ſac.ſan. eccle. l. quemadmodum.C.de agri.& cen.li.xj.no.Bar.in.l.ſed &ſi.ſ̄.ſcire.ff. de petio.hæ.ſecus vbi poſſideret iure non reſiſtēte, nec aſsiſtente.Nam tun error iuris excuſat quo ad reſtitutionem fructuum.d.ſ̄.ſcire.& hoc caſu intellige Dyn.in regula poſſeſſor.de reg.iur.li.vj. Si autem errabat in facto: quia credebat ſolennitates interueniſſe:tunc lucratur fructus ex bona fide.& hoc caſu procedit glo.quod tamen intellige ſecundū materiam,quam dixi in.c. grauis.de reſtitu.ſpo. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio indebita rei eccleſiaſticæ non tenet: licet ſit approbata per conſtitutionem laicorum.*
2 *Statuentes contra accleſiaſticam libertatem,ſunt ipſo facto excō municati.*
3 *Statutum laicorum,licet non ſit contra libertatem eccleſiæ, adhuc non ligat clericos.*
4 *Laici non poſſunt diſponere,etiam ſuper rebus temporalibus eccleſiæ,nec ſuper ſpiritualibus & annexis.5.*
6 *Laici poſſunt ſtatuere in ampliandis,vel reſtringendis pōpis exequialibus,dummodò nō cōcernant animas defunctorum,puta quòd non celebrentur,niſi tot miſſæ.quo caſu credo,quòd nō poſſunt ſtatuere.*
7 *Feudum laici poteſt donari eccleſiæ,dummodò eccleſia poſsit explicare honeſtè id,ad quod laicus tenebatur.*

CAP. XII.

1 VM laicis.¶ †Alienationes de feudis,vel alijs rebus eccleſiaſticæ ſine legitimo eccleſiaſticarū perſonarum aſſenſu,non tenet:licet approbetur per conſtitutionē laicorum. hoc dicit. Cōmunis diuiſio.ſecūda ibi: *volentes*. ¶ Caſus literalis.Laici quantūcunq; religioſi ſint,non habent aliquā potēſtiam diſponēdi de rebus eccleſiæ:ſed ipſi in contrariū faciunt & immunitatē eccleſiaſticæ libertatis impugnāt ſuis conſtitutionibus : imò potius deſtitutionibus:vſurpando iuriſditionem eccleſiæ.& etiā de ſpiritualib⁹ illicitè præſumēdo. Volēs igit cōcilium huiuſmodi grauaminibus obuiare omnes cōſtitutiones & omnia alia, quæ faciunt in præiudicium eccleſiarum,decernit concilium penitus non tenere & pręſumptores huiuſmodi per cenſur eccl.cōpellendos.Ber.
2 ¶ †Primo no.ibi: *refrigeſcere charitatem*. quòd ſtatuta emanantia contra libertatem eccleſiaſticam, ſeu contra iura eccleſiæ,procedunt ex remiſsione charitatis. Nam ſi haberent charitatem ad eccleſiam,talia ſtatuta nō conderēt.& hodie iſti tales ſunt excommunicati ipſo facto. de quo vide,quod legitur in.c.nouerit.& ca.grauem.de ſentē.excōmu.&in auf.caſſa. C.de ſacroſan.eccle.¶ Secū dò no.quòd ſtatuta contra priuilegia tributa eccleſi.per principes eccleſiaſticos,vel ſeculares : dicuntur eſſe con tra libertatem eccleſiaſticam. De quo in dictis iuribus.
3 ¶ †Tertiò no.ↄ conſtitutio edita ſuper iuriſdictione aliena,potius dicitur deſtitutio:quia nō ſtatuit:ſed deſtituit.& facit prima fronte cōtra opi.Bar.in.l.cūctos populos.C.de ſum.tri.vbi vult,quòd ſtatutū laicorum generaliter loquens,debet ſeruari,etiā quo ad clericos : ex quo non eſt contra libertatem eccleſiaſticā.Nā tex. iſte facit in oppoſitū, quia ſtatutū cōmēſuratur à iuriſditione ſtatuentis:ſed circa clericos nulla iuriſditio tribuitur laicis:ergo illorū ſtatutum nō porrigit ad clericos.& melius probatur in ca.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cōſti.ſecundū caſum, quē ponit ibi gl.ſecūdum quē eſt caſus ad li
4 terā cōtra Bar.¶ †Quartò no.ↄ laici nō poſſunt diſponere etiā ſuper rebus tēporalibus eccleſiarum. Sicut ergo perſonæ clericorū ſunt exemptæ à iuriſditione laico
5 rū:ita & eorū bona.¶ †Quintò not.ibi: *ſed etiam de mortuarijs*..ↄ laici[c] non poſſunt ſtatuere,ſuper mortuarijs, quia iſta ſunt annexa iuri ſpirituali:& ſic nec ſuper ſpūalibus merè,nec ſuper annexis laici diſponere poſſunt.nā de annexis idē eſt iudicium:vt in.c.tranſlato.de conſtit. & ca.quāto .de iudi.& mortuarijs. Ponunt exemplum doct.quādo laici ſtatuūt,ne vltra certā quātitatē offera
6 tur:vel vt non veleant relicta ſine ſolennitate legali,contra.c.cū eſſes.&.c.relatum.de teſt.¶ †Et facit notanter hæc litera ad quæſtionē:Nunquid valeant ſtatura laicorum vt vltra certos cœreos,non deferātur cum funere: vel quòd filij dūtaxat debeāt veſtiri de nigro.& ↄ certꝰ & determinatus numerus clericorum duntaxat interſit exequijs.& quid ſimile. Et videtur primò,quòd nō:per iſtum tex.dum generaliter prohibet ſtatuta laicorum ſuper mortuarijs.Nam iſta videtur annexa iuri ſpiritua
d li.In contrarium[d] facit:quia Pompæ exequiarum , ſunt potius conſolationes viuorum , quā ſuffragia mortuorumnec eccleſia approbat:vt in.c.animæ defunctorum. & in.c.quā præpoſterū.xiij.q.ij.¶ Dicerem,ↄ circa cō cernentia cultum diuinum,& retrigeriū animæ defuncti,nō valeāt ſtatuta laicorū,quia illa propriè ſunt annexa iuri ſpirituali. Et ita generaliter intelligo iſtum text. ſed circa cōcernentia pōpas mūdanas:an valeāt ſtatuta
e Et credo ſpecificè,ↄ valeat ſtatutū illud de pānis nigris paſsim non vtendis:quia de mortuis non eſt multū dolendū,ſecundū fidē Chriſtianā,tū propter ſpem futurę vitę:tū vt viui acquieſcant diſpoſitioni diuinæ : vt dicit textus in.d.c.quàm præpoſterum.No.& tene menti iſtā diſtinctionem de mortuarijs,ex quo alibi non reperitur tex.¶ In glo.ij.in fi.dic,ↄ illud.c.non facit contrarium. nā ſolùm prohibet laicos diſponere de rebus eccleſi.ſed priuilegia iſtis rebus dotalibus bene poſſunt conferri: puta,quo ad temporalia.Pone exemplum in .c, auditis.
7 de reſcrip.¶ †Et tractant hic doct.nunquid feudum laici poſsit donari eccleſiæ.[e]Et concluſio eſt,quòd ſic:dum modò feudum habeat tale onnus annexum,quod honeſtè poſsit explicari per eccleſiam : aliās ſecus.de hoc latius tractatur in c.in præſentia.de probati.& dic,vt ibi.

a ¶ Ipſe negligens Adde Rom. ſing. ſuis.fo.xiiij.
b ¶ Ad noſtram.vide ↄ per iſtū tex. non tanter dicit Hoſti.in.c.ſalubriter j.de vſu. & in ſumma illius titu.ſ̄.an in aliquo & Ioan. And.in.c.conquæſtus.j.eo.ti.de vſu.
7
c ¶ Et laborib⁹.Adde quod voluit Anch.cōſil.cxxj.
SEB. SAPIA.
d ¶ Multi.vide Ange.in.ſ̄.& quodſę pe.in auē.de triē. & ſem.vbi vult ↄ illa dictio multi iportat vltra duo.
b vide Ang.de are.
1 in.ſ̄.fi.inſt. de iure perſona.& late Geor.nat. in rep. cle.ſępe.in princ. in.j.& .ij.colū. de verb.ſig. Iaſ.in.l. j.C.de fideicom. Alex.in.l.licet imperator.ff.de le.j.
e ¶ Poſt illud tempus. Adde Ro. cōſi.xlvij.& cxxiij.

a ¶ Debent reſtitui. Addetu quod vo luit Anc.cō.cxxj.
ZACHARIAS.
b ¶ Nō excuſ. adde Feli.in.c.de quarta.col.ix.in prin. ſ̄.de præſcri. Car. Alex.in.c.j.co.ix. in tit.quo tēpore miles inueſti. per Ange. conſi. clx. xxviij . inci. viſo themate.& Rom. conſ.cxxv.inc.& ad prædicta,
SEB. SAPIA.
c ¶ Quòd laici.vide de Abba.in conſi. xxvj.incipi. quidā officiales . vbi allegat hunc tex. in primo vol.
d ¶ In contrarium. Adde ↄ Ro.ſing. ſuis fo.xij.dicit ↄ conſultus à dom. Card.ſanctі Marcelli ſuper hoc voluit cōſulere pluribus rationibus, ↄ ſtatutum nō valebat.
ZACHARIAS.
¶ Adde quod vo luit allegare Roſ. ſing.cclviij.incipi. reuerendus dominus Card. de quo per Feli.in.c.eccleſia ſanctæ Marię. colū.xxxiij.ſ̄.de cōſtituti.
e ¶ Donari eccle. Adde Ro. conſil. clxv.

De precarijs *Rubrica.*

¶ Suprà visum est de cõtractibus per quos trãsfertur dominiũ, restabat meritò videre de contractibus, per quos transfertur vtilitas rei duntaxat sic Vel. Quia precariæ sunt quædam species alienatiõis: ideò post titulũ præcedẽtẽ subijcitur hic Ti. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Precarium in neutro genere, non conceditur ad certum & determinatum tempus etiam si pactum interuenerit, sed precaria in fœminino sic.*
2 *Contractus censetur initus secundum consuetudinem loci: & quod habet consuetudo, videtur appositum in contractu.*
3 *Precaria in fœminino genere, quid sit, & quomodo fiat.*
4 *Alienatio ad cuius prædij ecclesiastici, potest fieri in laicum vel clericum benemeritum de ecclesia, ad eorum vitam tantũ.*
5 *Renuatio rei emphiteoticæ de generatione in generationẽ, vel de tempore fit in tempus: ne longinquitate temporis aliquis dicat remẽ esse propriam.*

CAP. I.

SEB. SAPIA. a ¶ Quòd doctor. Videad corroborationẽ multa congesta per Felin. in c.cũ.M. ferrarien. co.ij.ſ.de const.p Ias.in.l.certi condict.ſ. finũmos. ff.ſi cer.pe.& in.l. vt liberis.C.de colla.& per And.ſiculũ in conſi.xiij. in.ij.volu.

b ¶ Quod no.adde Alex.cõſi.ccij.ij. Ii.vbi ponit, an cõductus ad aliquod officium, debeat habere ſalarium conſuetum. Anto. Franci. ¶ Circa hoc, quãdo nullum eſt cõſtitutum ſalarium electo ad officiũ, vel ad aliquod ſeruitiũ preſtandũ an an debeat ſic electus habere aliqd ſalarium. vide Bar. in. l. j. in. ſ. illud quoddã. ſ. ad fi. ff. de va. & ext. cog. vbi dicit, quòd debet præſtari ſalarium ſecũdum cõſuetudinem & cõditionem ſententis & officiũ exercentis.

PRecariæ. ¶ Breue eſt, nec poteſt breuius ſummari ¶ Nota .j. q de rebus eccleſiaſticis poſſunt fieri precariæ: & ſic ad preces quorundã poſſunt concedi res eccleſiæ. ¶ †Secundò not . q precaria in fœmininò genere differt à precario neutri generis. nam precarium neutri generis non cõceditur ad tẽpus determinatũ: nec etiam pactum obligat concedẽtẽ, quo minꝰ ad libitum reuocari poſsit: vt in.c.fijͥ.eo.&.l.cum precario.ff.eo. Sed pracaria fœminini generis conceditur ad certũ tẽpus ſecundũ quod partes cõueniunt: nec poteſt ante tẽpus cõuentũ reuocari, vt hîc: & clarius in.c.finͥ. eo.& iſte cõtractus precariæ eſt incognitus iuri ciuili. Nam ius ciuile ſolùm facit mentionem de precario & nõ de precaria. Et poteſt multis modis precaria conſtitui: vt ſtatim dicetur cũ gl. ¶ Tertiò no. ibi: *antiquam conſuetudinem.* quòd renouatio precaria, ſeu precariarum potius procedit ex conſuetudine loci, quã iuris diſpoſitio. Nã ſecundũ ius non eſt neceſſe renouare: vt videtur tex. x.quæſtio.ij.c.precariæ. vnde intelligit hic Abbas, vt renouatio fiat, vbi hoc habet conſuetudo. Hoſti. intelligit tex. de generali cõſuetudine orbis approbata per canonẽ quaſi velit dicere, q hodiè per totũ orbẽ debet fieri iſta renouatio. Iſta tamen litera videtur ſe reſtringere ad cõſuetudinẽ & ſic ad locũ vbi cõſuetudo viget. ¶ †Et no. q cõtractus cenſetur initus ſecundũ conſuetudinẽ loci quod melius probatur in.l.quòd ſi nolit .ſ. qui aſsidua ff.de ædi.edict. vnde nota. dicit Barto. in.l.nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis. q ſi in ſtudio eſt conſuetudo, q doctor[a] poſsit ex cauſa legere per ſubſtitutum: licet hoc nõ fuerit deductũ in cõtractũ: nihilominus poterit ſubſtituere. quia quod habet conſuetudo, videtur appoſitum in cõtractu. quod nota[b]: quia facit ad multa. ¶ In gl.j. in fi. hæc gl. primò proſequitur quid ſit precariũ in neutro genere: & proſequere materiam eius, vt legitur & notatur in.c.vltiͥ.eod. ¶ †Secũdò proſequitur, quid ſit precaria in fœminino genere. Et ponit precariæ ſeu precariarum tres ſpecies. Nã qr̃ q capitur pro cõtractu inito ad preces aliquorũ vſq ad quinquẽniũ: hoc tamẽ nõ videtur ſimpliciter bene dictum. Nã nõ eſt de ſubſtantia, vt fiat ad quinquẽniũ. nã poteſt in perpetuũ, vel ad vitã accipiẽtis: vel aliud tẽpus magnũ, vel modicũ fieri: ſed renouatio fit de quinquennio in quinquenium: vt clarẽ innuit iſte tex. dũ dicit renouentur. Nam ſi non fieret, niſi vſq ad quinquẽniũ eſſet opus noua conceſsione & nõ renouatione. Fit autẽ renouatio, ne lõgitudine tẽporis pereat memoria cõtractus. xij.q.ij. longinquitate. Dic ergo clarius, quàm dicat gloſſ. q precaria, ſeu precariæ in plurali numero nõ differunt: vt no. gl. ſi. in ca. finͥ. eo. & ſentiunt cõmuniter hîc doct. præter Hoſtiẽ. Sed primum verius: nec differunt precariæ multum ab alijs contractibus iure ciuili inuentis. Ob hoc fortè ius ciuile non fecit mentionem de contractu iſto. Quãdoq enim precaria nõ fit omnino gratis: ſed ad certum tẽpus, ſecũdum quod inter partes extat conuentũ & datur aliquid annuatim. Et ponit exẽplum. Abbas quãdo laicus ſuper ſolo eccle. facit aliquod ædificiũ lignorum vel aliquid ſimile: & in recompenſationem ſoluit eccleſiæ decimam annuatim. Et iſte cõtractus eſt ſimilis emphiteotico: ſed differt tñ in tẽpore renouationis. Itẽ fit, vel dicitur precaria, quando mouetur eccleſia principaliter ad preces alteriꝰ: ſed vt dixi alio reſpectu. Et quo ad ſubſtãtiã eius poteſt dici cõtractus emphyteoticus, ex quo fit in perpetuum. vel ad magnum tepus. quãdoq fit precaria, vt habetur. x.q.ij.c. precariæ. & eſt tex. ille no. cuius natura eſt vt dans proprietatẽ certam eccleſiæ poſsit capere ab eccleſia triplum, vtendo tempore vitæ ſuæ.. & ſi vult vt in vita re, quam tradit eccleſiæ: tunc capit ab eccleſiaſi ſolum duplum: & tunc precaria eſt quædam præſtatio vſusfructus in cõpenſationem proprietatis, quæ datur eccleſiæ. ¶ †Quandoq & tertiò de rebus eccleſiæ fit precaria omnino gratis: vt quando datur laico, vel clerico benemerito aliqua poſſeſsio eccleſiæ vtenda in vita ſua: vt in.c.clerici.xvj.q.ij. & in.c.poſſeſsiones. ea cauſa. q.j. & tunc eſt donatio vſusfru. & differt ab vſufructu in tempore renouatiõis. Itẽ dicitur precaria: quia donatur ad preces dũtaxat alterius: vt colligitur ex etymologia vocabuli: & ſic vt vides parum differt iſte contractus in ſubſtantia ab alijs ſupradictis. & vide ad hoc bo. gl. in. d. c. precaria. ¶ †In gloſ. fin. *in fine.* & huic cõtrario ſtat Hoſtiẽ. & communiter doc. Nam hęc renouatio eſt introducta in fauorem eccleſię, ne longinquitate temporis accipiens, vel eius hęres dicat rem eſſe propriam, & non eccleſiæ. Vnde ſicut non petens inueſtituram à nouo domino cadit à iure ſuo, ita & iſte qui non petit renouationem elapſo quinquennio: vt in.c.longinquitate. & & quod ibi no. allegat in gl. Nicolaus Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Precaria indebitè facta per prædeceſſorem reuocatur per ſucceſſorem.*
2 *Succeſſor non obligatur ex contractu malè geſto per prædeceſſorem: quinimò debet ipſum reuocare.*
2 *Contractus initus nomine eccleſiæ, poteſt firmari ex pœnæ appoſitione.*
Procurator datus ad pacem faciẽdam, poteſt imponere pœnam, & obligare principalem pro obſeruatione eorum, quæ geruntur.
In contractu inito nomine eccleſiæ, poſſunt generaliter eius bona obligari pro eius obſeruatione.
4 *Contractus, ſi non tenet, an valeat appoſitio pœnæ.*
5 *Procurator eccleſiæ, vel fiſci: quo caſu poteſt apponere pœnã in contractu inito cum eccleſia, vel fiſco.*
Fiſcus & eccleſia æquiparantur.
6 *Prælatus vendendo, rem eccleſiaſticam, non poteſt facere, ne habere fidem de precio. Item in procuratore fiſci. confeſsionem verò de precio recepto, poſſunt facere.*

CAP. II.

1 DE precariis. ¶ †Reuocat ſucceſſo precariam per predeceſſorẽ irrationabiliter factã. h.d. ¶ Primò præmittit factũ. ¶ Secũdò prouidet ibi: *præcipimus.* ¶ Caſus literais. Quidã prelati ecclſiarũ faciebant precarias in dãnum eccleſiarũ obligando ſe & ſuos ſucceſſores, ſub certa pœna. Statuit conciliũ Carthaginenſe vt nullus ſucceſſor ſit obligatꝰ pœna ſui anteceſſoris: ſed ſi anteceſſor res eccleſiæ irrationabiliter diſtraxit
2 ad ius eccleſiæ debeat reuocare. Ber. ¶ †Not. primò, q contractus irrationabiliter factus per prælatũ, non obligat ſucceſſores: quinimo ſucceſſor poteſt & debet con
3 trauenire. ¶ †Secũdò nota argumentũ pro & contrà: an rector eccleſiæ poſsit contractũ initũ nomine eccle. vallare pœnæ appoſitione. & videtur iſte tex. magis innuere, q ſic: dummodo cõtractus fuerit rationabilis. & pro hoc facit tex. in.c.dilecti. in fi. ſ. de arbi. quod eſt notã. pro adminiſtratoribus, vel ambaſiatoribus datis ſimpliciter ad pacẽ componẽdam: vt licet nõ habeãt expreſsum mandatum ad pœnam imponendam: nihilominus poterunt apponere pœnam & obligare conſtituẽtẽ pro
a obſeruantia eius, quod gerunt[a]. Pro quo bene facit text. in.l.bene à zenone. C. de quadriennnij præſcriptione. & in.l.ſi procurator. ff. de iure fiſc. Nam in iure non datur ſpecifica poteſtas prælato apponendi pœnam in contractu: nihilominus eam apponere poteſt, & obligare ſe & ſucceſſores ſuos. quod bene no. Et adde quod dixi in ca. nulli. ſ. tit. proxi. vbi dixi, quòd rector eccleſiæ poteſt ſine conſenſu ſuperioris generaliter obligare bona eccleſiæ pro obſeruttia alicuius cõtractus. Nã ibi ſolùm pro
4 hibetur ſpecialis hypotheca. ¶ †In gl. ſecunda, not. primò ex hac gl. iuncto tex. quòd vbi contractus[b] nõ tenet,
b tollitur appoſitio pœnę. Hoc reſtringe: quando contractus eſt contra ius aliãs autem ſi præter ius, tenet appoſitio: licet contractus ſit nullus. ad hoc. c. dilecti &, c. pertuas. de arb. De quo vide plenius per glo. in regula acceſſorium .li.vj. de reg. iur. & per Accur. in.l. pacta, quæ cõtra. C. de pactis. in fi. & vide bonum tex. cum glo. in. c. ſi-
5 gnificantibus. ſ. de offi. delega. ¶ †Secundò not. ex glo. quòd pœnæ adiectio facta in contractu per prælatum tenet, & obligat eccleſiam & ſucceſſorẽ: & cõtractus eſt rationabilis. Sed contra hoc oppo. gl. de. d. l. ſi procurator. vbi tex. not. dicit q ſi procurator Cęſaris vendidit rẽ fiſcalem & pro euictione promiſit duplũ vel triplum, non tenetur Imperator re euicta: niſi ad ſimplũ. & ſic videtur quòd pœna appoſita per adminiſtratorem eccle.
c quæ æquiparatur fiſco, non debet obligare eccleſiã. Sed communiter ſolu. vt not. hîc in dicta. l. ſi procur. quòd illud procedit in pœna appoſita præter naturam contractus. ſecus enim quando pro obſeruantia cõtractus pœna promittitur. & pro hoc dicta. l. bene à zenone, quę facit mẽtionẽ de obligatiõe euictionis, vel alia. ¶ †Et no
6 ta vnum notabile dictum Bar. qui per illum tex. arguit, d q prælatus eccleſiæ nõ poteſt habere fidem de precio[d] rei venditæ. Nam ibi in fiſco ponitur ſingulare priuilegium: vt res eius non efficiatur emptoris, niſi ſoluto precio. Et glo. ex hoc ibi arguit, q non poteſt procurator habere fidem de precio. Idem ergo dicendum de eccleſia, quæ æquiparatur fiſco. iuxta no. in. c. j. de in inte. reſti. & in. c. fi. de iudi. ſecus in confeſsione: vt ſi prælatus confitetur ſe habuiſſe precium: per tex. in. l. ij. C. de quadri. pͥcrip. & hoc nota pro prælatis eccleſiarũ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Precarium extinguitur ad voluntatem concedentis, vel eius ſuccedentis, etiam ſi ſit appoſitum contrarium pactum.3.*
2 *Precarium tacitè reuocatur morte illius, cui fuit conceſſum: & alienatione ipſius rei.5.6.*
4 *Pactum, vel conſuetudo contra naturam contractus, non valet ſi per appoſitionem pacti ille contractus tranſeat in vim alterius contractus.*
Conſuetudo, quòd à vicario Epiſcopi appelletur ad Epiſcopum, non valet.

Donatio cauſa mor. in qua eſt poſitum pactum de non reuocando, tranſit in vim donationis inter viuos.
6 *Precarium licet reuocetur ad libitum condentis: tamẽ eius morte non reuocatur.*
Voluntas non finitur morte: & quis præſumitur perdurare in illa voluntate, in qua moritur.
Bene placitum finitur morte.
7 *Habens rem precariò, dicitur poſsidere.*
8 *Dominium non trãsfertur in emptorem: niſi venditor conſtituat ſe eius nomine poſsidere, quo caſu per conſtitutum transfertur dominium.*
9 *Per conſtitutũ non ſolùm transfertur poſſeſsio quã habet per ſe conſtituens, ſed etiam quam habet per colonum, vel alium.*
10 *Commodatum conceditur ad certum vſum & tempus & ante finitum vſum, vel tempus non reuocatur: precarium verò ad libitum. vide hic rationem differentiæ.*
11 *Precarium poteſt concedi ad certum tempus, tamen ante illud finitum, poteſt reuocari. 13*
Mutuum factum ſine temporis præfinitione, non poteſt inconuenienti reuocari. 13.
12 *Commodatum non fit ad incertum generalem & indefinitum vſum.*
13 *Precarium conceſſum ad certum vſum: ſi ante reuocetur: poteſt agi contra reuocantem actione de dolo, ſi ex hoc ille patiatur damnum.*
Inuitatus ab aliquo, ſi poſteà repellatur, poteſt agere contra inuitantem actione de dolo.
14 *Commodatarius tenetur etiam de leuiſſima culpa: qui verò habet precariò, tenetur tantùm de lata. vide rationem differentiæ.*

CAP. III.

1 PRecarium. ¶ †Breue eſt: ſed pòt ſic ſummari. Cõceſsio precarij extinguitur voluntate concedentis, aut ei ſuccedentis ei precariæ autem cõ-
2 ceſsio non. Secunda pars ibi: *porro.* ¶ †Caſus literalis. Rogaſti me, vt rem meam concederem tibi ad vtendũ. Ego precibus tuis conceſsi tibi rem illam precariò. volui poſteà reuocare illud precarium, tu nolebas mihi reſtituere. Quæritur vtrum ego poſsim reuocare? Reſpõ det Papa, quòd precarium vtendũ concedit, quandiu patitꝰ qui cõceſsit. Itẽ ſoluitur precariũ mortuo illo qui cui conceſſum fuit. ſed non ſoluitur mortuo illo cui conceſſit. Item ſoluitur precariũ, ſi ille qui conceſsit precarium alienauerit: quia per talem conuentionem res alienas in uito domino poſsidere nõ lice. Secũdò dicũtur precarię quæ aliquando fiunt de poſſeſsionibus eccleſiarum: non debẽt reuocari ad voluntatem concedentium. Bernar.
3 ¶ †Not. primò, q de natura precarij eſt, vt duret ad voluntatem concedentis: nec valet pactũ in contrarium appoſitum per tex. ibi nã inuito domino. &c. ſecundũ vnũ intellectum. & clarius habetur in.l.cũ precariò. ff. eodẽ.
4 Ex quo ſumitur arg. q pactum appoſitum contra naturã cõtractus, non valet. Per hoc arguit gl. not. in. c. ij. de conſue. lib. vj. quòd conſuetudo contra naturã contractus, non valet: ſicut nec pactum. Ideò non pòt induci cõſuetudo, vt appelletur de vicario Epiſcopi ad Epiſcopũ: quia cenſetur eadem perſona. Et de natura appellationis eſt, vt fiat de minori ad maiorẽ. ij.q.vj.c. anteriorum. quod not. Hoc tamẽ alibi limitatur ſingulariter niſi propter pactũ appoſitũ poſsit tranſire in naturã alterius cõtractus. in.l.vbi donatur. ff. de dona. cauſ. mort, Nam de natura donatiõis cauſa mortis eſt, vt poſsit reuocari: vt no. in. c. fi. de dona. Si aũt apponitur pactũ, vt nõ poſsit reuocari tranſit in donationem inter viuos: vt in. dicta l. vbi. ¶ †Not. q per mortẽ illius, cui fuit cõceſſum precariũ, extinguit ipſo facto precariũ. Ex quo infertur, q

a ¶ Quod gerũt. ad de Ro. cõſi. xciij. & vide Anch. cõſ. lxxiiij.

SEB. SAPIA. b ¶ Vbi cõtractus. Vide multa per Ias. in.l.nõ dubiũ, cõlũ. iij. C. de leg. & per ſcribentes in.l. ſtipulatio iſta ſ. alteri. ff. de ver, ob. & in. ſ. alteri. inſt. de inuti. ſtip.

ZACHARIAS. c ¶ Quæ æquiparatur fiſc. Adde Iac. rebuf. plenè ponẽtem, an & quãdo & in quibus fiſcus minor & eccleſia æquiparentur. in rub. C. de iu. fiſc. n. 2. ver. in gl. vel im perij. & nu. 5. ver. ſecundo modo. & ibi in apo. Cel. x.

d ¶ Fidẽ de precio. Adde, an idẽ ſit in executore. Frã. de Are. cõſi. iiij. & de Prælato, per Ang. conſi. xliij.

ZACHARIAS. Adde do. Ludo. Romanium, ſing. ſuo. dcxxiiij. inc. conſtituo procuratorem meum.

concessio precarij simpliciter facta censetur personalis: ideò extinguitur cum persona, & nō transit in hæredem vt in regula, priuilegium personale. de reg. iur. lib. vj.

6 ¶ †Not. ꝙ licet precariū reuocetur ad libitū cōcedentis: nō tamen reuocatur per mortē ipsius. Ex quo notabi
a liter collige, ꝙ vbi actus [a] validitas dependet à voluntate alterius, nō reuocatur per ipsius mortē. Nā præsumit quis durare in eadem voluntate, in qua decedit. ca. maiores. de bapt. ¶ Ex quo licet prior clausṫrlais posit reuocari de monasterio ad libitū Abbatis: vt in c. cū ad monasterium. de stat. reg. non tamen reuocatur per mortē ipsius Abbatis. Pro hoc. c. j. in fi. ne sede vacā. s. eo. & qđ ibi dixi: secus vbi quis concessisset vsq; ad beneplacitum
b suum. [b] Nam tunc per mortem reuocatur ipso facto. nā beneplacitū expirat per mortē. tex. est no. in. c. si gratiosè de rescrip. lib. vj. Hanc tamē materiā prosequere: vt nota. Bart. in. l. centesimis. ff. de verbo. obli. & ibi no. de-
7 claraṫ multū intellectus. c. si gratiosè. ¶ †No. regulā generalem: ꝙ nō licet rē alienā inuito dño possidere no. ꝙ habens rem precario, dicitur possidere. Sed intellige, vt in gl. ¶ No. vltimò apertā differentiā inter precariū neutri generis, & precaria in fœminino gne. Nā precariū nō pōt reuocari ad libitum cōcedentis. Nā est quidā cōtractus, vel donatio vsufructus, vel remuneratio proprietatis collatæ: vel quasi emphiteoticus contractus, prout diuersæ sunt species precariæ: prout dixi in. c. j. s. eo. vnde contractus, qui à principio sunt volūtarij, ex post facto sunt necessitatis: vt hic. & in. c. sequenti. & l. sicut. C. de
8 actio. & obli. ¶ † Sed oppo. contra tex. in eo, quod dicit ꝙ si cōcedens precariū alienauit rē cōcessam, non potest emptor reuocare cōcessionē: quia nō licet inuito dño rē possidere. Innuit ergo tex. ꝙ emptor sit effectus dñs, re existente penes eū qui rogauit. Sed cōtra hoc facit, ꝙ ex sola venditiōe nō transfertur dñium: sed requiritur traditio legitima. l. traditionibus. C. de pac. Not. in regula, qui prior est tēpore. de re. iur. lib. xj. ergo emptor nō est effectus dñs: & sic ratio tex. nō procedit. Sol. Io. an. post Host. ꝙ fortè vēditor cōstituit se possidere nōie emptoris. Nā per titulū cōstituit trāsfert dñiū. l. quædā mulier ff. de rei vendi. & bo. tex. in. l. certe. ff. de preca. facit. l. qđ meo. ff de acqui. pos. vel fortè fuit trāslata possessio altero de duobus modis, qui notā. in. c. ij. de cōsue. ¶ †No-
9 bñ ex prima so. ꝙ cōstituēs se possidere nōie alteriꝰ, trāsfert possessionē in illū, nō solū qñ per se possidebat, sed etiā cū possidet per aliū: puta per colonū: vel per eum,
10 qui rogauit: vt haberet precarium. ¶ †In gl. j. ibi: *nō reuocatur intēpestiuè*. gl. nō ponit specialē differentiā inter precariū & cōmodatū: vñ dic, vt plenè per Cy. in. l. ij. C. cōmo. per Bar. in. l. in cōmo. §. sicut. ff. cōmo. & per Io. and. j. eo. ca. seq. Et breuiter dic ꝙ in cōmodato vsu debet esse certꝰ: & tēpus saltē tacitè. vñ nō est cōmodatū vbi alterū istorū deficit, sed precariū. Si ergo rogasti, vt prestarē tibi librū: vt faceres trāscribi: illud cōmodatū: quia habes vsum certū, & tēpus tacitè appositū. Nā intelligiṫ in quā tū pōt cōmodè trāscribi. arg. in. l. interdū. & l. cōtinuus. de verb. obli. ¶ Ex hoc potes instrui in actione, vel in libello formādo an in reuocatiōe debeas te fundare super cōmodato an super precario: & an concedens pōt ad libi tū reuocare? Nā cōmodatū nō reuocaṫ ante vsum cōpletū vt in. c. seq. & in isto tex. sed precariū sic. Et ideo est necesse cognoscere, an precariū sit, vel cōmodatū. Sed difficile est iudicio meo dicere rationē diuersitatis, quare precariū reuocaṫ ad libitū concedentis & nō cōmodatū Bar. in illa. l. in cōmodato. & sentiūt aliqui doctores hīc: dicit, ꝙ quia precariū nō fit ad certū vsum, si nō posset reuocari ad libitum proprietas esset inutilis penes dñm sed cōmodatū fit ad certū vsum & ad certū tēpus: post ergo vsum cōpletū pōt dominus reuocare: & redit vti-
11 litas ad proprietariū. ¶ † Sed hæc ratio iudicio meo potest cāuillari. Nā precarium quādoq; conceditur ad certū tēpus, vt in. l. in rebus. in. fi. ff. e. & nihilominus potest dominus reuocare ante tēpus conuentū: vt hīc secūdum vnā lecturā. & in. d. l. cū precario. Ecce ergo, ꝙ in hoc casu cessat ratio Bar. & aliorū: quia proprietas nō est inutilis apud dñm: cū possit reuocari post tempus cōuētum. Item facit in cōtrariū quod no. Bar. in. l. fi pœnam. ff. de verbo obl. vbi dicit, ꝙ mutuū factum sine temporis prefinitione non potest incontinēti reuocari. argumē. c. seq. sed debet explicari per aliquod interuallum, arbitrio iudicis moderandū: sic pōt dici in precario. nā licet sit cōcessum sine certo vsu vel certo tpe: nihilominus pōt differri cōcessio bñficij ad certū tēpus iudicis arbitrio moderādū .. nō ergo videt ꝙ ratio Bar. & aliorū necessariò cōcludat rationē diuersitatis ṫer precariū & cōmoda.
c Et non bene video rationē vrgētē: sed potest superficialiter dici, ꝙ de natura cōmoda. [c] est vt fiat ad certū vsum. vnde videtur quòd nimiū fraudetur is, qui accipit commodatū, si ante vsum cōpletū possit reuocari quia: sic beneficium posset retorqueri in maximū prejudicium. Pone exēplū. cōmodasti mihi equū: vt irem ad sanctū Iacobū: feci multa preparamēta, quę sunt mihi inutilia reuocato cōmodato: sed secº in pcatio: qa regulariter nō daṫ ad certū vsum, vel si daṫ, nō est certū tps apppositū tacitū vel expressum: qa aliās esset cōmodatū. vñ hoc casu nō tractaṫ de tāto prejudicio tuo: ideo videt hęc libera litas depēdere à mera facultate cōcedētis nā si nō cōcedit ad certum vsum, non irrogat præiudicium, si ad certum vsum & tempus non est appositū, saltē tacitè, tunc cōcludit ratio Bart. Nā si nō posset reuocari proprietas, esset inutilis penes me. ¶ Et potest dici attingendo aliā solutionē clariorē, ꝙ cōmodatū propriè fit ad certū & prefinitū vsum: & omnis vsus certus & prefinitus habet in se tacitè tempus annexū: vt puta: cōcessi tibi librū vt corrigeres vnā gl. Et propter hoc vt arbitror, iura canonica & ciuilia tractātia de cōmodato, nō fecerunt mētionē de tpe: vt in. c. fe. & l. ij. C. cōmoda. sed solūmodo dicūt, quòd ante vsum cōpletū, nō potest reuocari. Ideò dico, quòd superfluè Io. And. Bar. & Cy. volētes addere ad gl. dicūt, ꝙ nō solū vsus, sed tēpus tacitū vel expressum, distingūt cōmodatū à precario: sed vt dixi, hæc additio nō
12 est necessaria. Et† ideo gl. in cōmoda. §. sicut. ff. cōmo. non sine mysterio dicit, ꝙ cōmodatū nō est sine prefinitiōe certi vsus. Et sic loquitur de vsu præfinito, & certo, qui semper habet annexū tēpus tacitè. Eodē modo sine suppletione potest intelligi gl. c. seq. quæ dicit, quòd cōmodatū est alicuius rei ad aliquē specialē vsum. &c. q. d. non sufficere, quòd vsus sit gnalis & indefinitus: puta cōcedo tibi librū, vt studeas. Nō enim hęc cōfessio habet vsum præfinitū & specialē: quia posses vti toto tēpore vitæ tuæ. Et hæc est ratio: quia cōmodatū nō potest reuocari ante vsum suū cōpletū: quia semper deciperetur ex beneficio, qui cōmodatū recipit: pone, cōcessi tibi librū ad trāscribēdū: postquā fecisti trāscribi medietatē. volo reuocare, certè si admittitur reuocatio, beneficium erit damnosum tibi: quia frustrà fecisses illā impēsam, cùm medietas libri sit tibi inutilis. & fortè nō posses alio tēpore habere eūdē scriptorē: & idē dic in fine. Sed in precario hæc ratio nō militat: quia nō fit ad certum vsum præfinitū, quia aliàs esset cōmodatū: ideò etiā licet domino reuocare rem suam ad placitū: quia nō decipit te in aliquo. ¶ Et si diceres quādo precariū conceditur ad certū tēpus, potest reuocari ante tēpus. Respōdeo præsupponēdo quòd precarium posit ad tempus concedi, vt apertissimè probat text. in. d. l. in rebus. in fi. ff. eo. sed non obstante temporis adiectiōe potest dominus reuocare ea ratione, quam reddit Iurisconsultus in. d. l. cum precario. Text. tamen videtur hīc, ꝙ nō licet inuito domino rem alienam possidere: nec conuentio in contrarium est

SE B. SAPIA.

a ¶ Quòd vbi actꝰ. Contrarium probat tex. in. l. iiij. ff. loca. vide Alex. in l. centesimis. §. fin. ff. de ver. ob. Bald. in. l. si in diē. ff. de condi. & demon. vide etiam Abba. in. c. verum. in vlt. no. s. de for. cōpe.

b ¶ Ad beneplacitum suum. Adde Bar. in. l. iurisperitos. ff. dē excu. tu. & in. l. centesimis. ff. de verb. oblig. Gem. in. c. si delegatus. de of. de. lib. vj. & in. c. si. gratiosè. de rescrip. eod. lib. Card. post gl. in clemen. ij. eo. ti. & in simili Ia. rebuf. in. l. curiales. nu. j. & ibi in apo. Celsi. in versi. per petuam. C. de decurio. lib. x.

SE B. SAPIA.

c ¶ De natura commodati. Hoc dictum multū cōmēdat do. Alexā. & Moder. in di. l. si pœnam. ff. de verbo obligati. & Moder. in. l. ij. in princi. ff. si cer. pe.

rium est honesta: ideò reijcitur. Nam in re sua quilibet est legitimus moderator & arbiter cap. de his infrà de sepul. l. in re mandata. C. mandati. Nec potest quis præfigere legem, à qua nō liceat recedere. l. si quis in prin. ff. de lega. iij. Nec potest ille conqueri de violatione beneficij: quia ex quo precariū non fuit factum ad certum vsum, non est honestum: vt fine causa me inuito possideas
13 rem meam. † Putarem tamen, ꝙ si concedens velit sine causa reuocare precarium illud cū maximo damno alterius, obstaret sibi exceptio doli: quia nō potest negari, quin precarium sit beneficiū. Est enim beniuola actio &c. vnde non debet dolosè versari [a] in beneficio concesso. Sicut dicimus in eo, qui inuitauit viatorem, & ipsum detinuit: sed postmodum pœnituit: nam potest agi contra
a eum actione de dolo [a]: quia cum damno alterius pœnituit de beneficio: vt not. Ioan. And. s. in procē. & sic potest saluari opi. Bar. in. d. l. si pœnam. & applicari ad terminos nostros. Nec ob. iura generaliter dicentia precarium posse reuocari ad libitum conceden tis: quia debent intelligi sanè & sine captione alterius, cum aliquo temporis interuallo. argu. in. l. quod dicimus. &. l. ratum. ff. de so-
14 lutio. ¶ † In glo. pen. in fi. Not. aliā differentiam inter commodatum & precarium. Nam in precario venit solus dolus & lata culpa, quæ æquiparatur dolo: sed non venit leuis ac leuissima culpa: secus in commodato, quod fit gratia recipientis tantùm. Nam ibi venit leuissima culpa: vt in. c. seq. Ratio diuersitatis redditur in. l. quæsitum §. illud. ff. eo. & in. l. contractus. de regu. iur. nam precarium semper depēdet à mera liberalitate: quia dominus potest reuocare quādocunq; sed commodatum non potest reuocari ante vsum completum: ideò magis grauatur commodatarius ad custodiam, quàm ille, qui rogauit vt possideret precariò.

De commodato *Rubrica.*

¶ Suprà visum est de contractu, qui fit gratia recipientis tantùm: meritò subijcitur Rubrica de contractu sibi simili. Nam communiter commodatum fit gratia recipientis tantùm: licet quandoq; fiat gratia concedentis, vel vtriusq;: vt dicetur cum gloss. j. Aliter potest continuari, sed non curo: quia non est vtile. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius tenetur etiam de leuissima culpa: quādo commodatum est gratia sui tantùm: de casu verò non tenetur regulariter. §. nisi in casibus, de quibus nu. 6.*
2 *Gratia quibus modis accipiatur in iure: & quibus modis sumatur.*
3 *Dictio etiam, implicat.*
4 *Culpa leuissima venit in omni contractu, qui celebratur gratia vnius tantùm: secus si celebratur gratia vtriusque: vel commodantis tantū. 12.*
6 *Pactum contra accidētalia cōtractus valet: contra substantialia verò nō.*
7 *Commodatarius, si non potuit uti re commodata intra tempus præfixum, non sua culpa, non poterit commodantem cogere ad iterum commodandum.*
8 *Debitor licet remiserit pecuniam sibi mutuatam creditori suo, non liberatur, si dicta pecunia perdatur casu fortuito.*
9 *Commodatum si fiat ad certum & specialem vsum: habet in se tacitè tempus annexum.*
10 *Precarium constituitur per ista verba: commodo tibi hanc rem, ad talem vsum precariò.*
Pactum appositum contra naturam contractus, possibile est, quòd faciat ipsum transire in vim alterius contractus.
11 *Pupillus obligatur ex commodato, si est effectus locupletior.*
12 *Culpa in genere, & quælibet eius species: & dolus quid sint.*
15 *Casus fortuiti sunt illi, qui non possunt præuideri. & nu. 15.*
Dolus non potest probari, nisi per coniecturas.
14 *Commodatum, quod fit gratia commodantis tantū, vel vtriusque, quomodo fiat.*
16 *Furtum quo casu connumeretur inter casus fortuitos.*
17 *Commodatum, si perdatur, quando remittitur: puta, famulus per quem remittebatur, aufugit, cuius periculo perdatur.*
18 *Casus fortuiti, si aliqui fuerunt nominati, dum suscipiuntur à contrahentibus: & posteà sequatur clausula generalis, puta & de omnibus alijs, veniunt etiam alij, dummodò non sint maiores expressis.*
Casus requirentes speciale mandatum, veniunt expressis aliquibus, & posteà secuta clau. generali.
Clausula generalis in odiosis, non comprehendit maiora expressis, sed in fauorabilibus sic.
19 *Renuntiatio generalis, non confirmatur iuramento: quia respectu non expressorum, non cadit consensus.*
Iuramentum non obligat vltra consensum.
20 *Commodatum perditum apud commodatarium, si eodem modo non erat periturum apud commodantem, cuius periculo pereat?*
21 *Interesse, quod variatur variato tempore, quomodo æstimatur?*
22 *Locans, vel vendens rem vitiosam, etiam ignoranter, tenetur non solùm ad restitutionem precij, sed ad interesse.*
23 *Æstimatio æqui dati ad vecturam, non facit transire in conducentem periculum casus fortuiti: sed operatur alium effectum, de quo hic.*
Æstimatio in casu, in quo facit emptionem, facit transire periculum casus fortuiti.
24 *Dispositio §. nunc videndum. in. l. si vt certo. ff. commodati, loquitur quando recipiens expressè promisit se præstaturum æstimationem.*

CAP. I.

1 VM gratia. ¶ †Potest sic summari. Commodatarius a gratia sui tenet etiā de leuissima culpa: nō de casu, nisi in tribus casib⁹ hīc positis. hoc primò. Commodatū ante vsum completū nō reuocatur. hoc fecerūdò. Et habet duo di. Secundūm ibi: *contra*. Primum subdiuiditur. Nam primò ponit vnum dictum. Secundò aliud, à quo tres casus excipit, ibi: *licet*. Secundum subdiuiditur. Nam primò dictum. Secundò ponit rationem, ibi: *cum non decipi*. & est. c. Gregori. ¶ Casus litera. Commodaui tibi equum meum, vel etiam rem aliquam. Resista apud te deteriorata est: quærebatur vtrum tenearis mihi. Super hoc respondet Papa cum aliquis recipit commodatum gratia sui tantùm: propter propriam vtilitatem procurandam: tenet⁹ non solùm de culpa lata & leui, sed etiam de leuissima: verumtamen de casu fortuito nō tenetur: nisi per culpam suam casus ille acciderit: vel nisi pactum interuenerit, ꝙ de periculo vel casu certo & expresso in pacto teneretur: vel nisi fuerit in mora in restituendo commodatum. ¶ Secundò quærebatur vtrum commodatum posit repeti ante vsum expletū, ad quem fuit res commodata? Et dicitur quòd cōtra illum, qui rem commodatam accepit: cōmodati agi non potest ante vsum completum. Quia decipi nos beneficio non oportet, sed iuuari: quod esset si ante finitum vsum commodatum reuo
2 caret. Ber. ¶ †Not. ex principio, ꝙ gratia quā doq; accipitur, seu sumitur pro contemplatione, seu intuitu: & ita sumitur in isto tex. dū dicit: cum gratia sui. &c. d. est contemplatiōe sui. Quādoq; gratia sumitur pro concessiōe, alicuius beneficij, seu iuris ad obtinēdū beneficiū. c. gratia. de rescri. li. vj. in cle. gratiæ. eo. tit. Quōq

ZACH ARIAS.

¶ Actione de dolo. Adde Alex. in l. j. ff. eo. & in l. si pœnam. per istū allega. Ioā. an. s. in procē. Et vtrūdebeat mitti ad illos hora prandij. Calderinus fertur cōsuluisse vxorē suam, quæ respondit ad forenses & mulieres debere mitti: quia se libēter non ingerunt. Item ad graues personas, alijs autem nō: vt refert Nic. Boc. in suo tract. consue. Butiri. in titu. de iu. om. iu. §. ij. in apostо. in ver. nunquàm. circa medium. versi. & si quis diceret,

a Anto. Francis. ¶ Implicat. De significato huius dictionis etiã. vide not. per Bart. in l. si tertius. in §. officiũ. ff. de aqua plu. arc. & in l. etiã. C. si tutor, vel curator inter. & in l. etiã. C. de fur. & vide in c. accusatus. in §. quæstionib. de hær. lib. vj. & in c. cum in illis. §. illis verò. de præb. eo. lib. & in cle. dispẽdiosam. in fi. de iud & vide, quæ habẽt in c. cũ oẽs. in ver. statuerunt etiã. de cõstit. & per Bart. in l. j. C. qui admit. ad bon. pos. Et vide quę habẽt in cle. dispendiosam. de iud. In quibus omnibus locis dicit ꝙ regulariter stat implicatiuè: tamẽ quãdoq; ponitur pro tãquã: vt in l. si. in. §. ij. ff. ad vel. le. qñq; etiã stat affirmatiuè: & idem significat pro certè vt habeẽ in euãgelio Matt. xj. c. 3
dũ dicit prophetã etiã & plusquã a
prophetam: & in 4
euangelio Io. xj. c. vbi dicitur: etiã tu dñe scis, quia amo te. & vide etiã, quæ habẽtur in l. quicunq; in 5
§. si quis ita. & ibi per Bar. ff. de verborum obligationibus. 6

SEB. SAPIA.
b ¶ De casu. Quomodo aũt intelligatur, ꝙ quis teneatur de casu fortuito: declarat tex. in l. fistulas. §. fin. b
ff. de cõtrah. emp. vt non veniat sub tali promissiõe ea sus insolitus, de qua latè per Feli. in c. sedes. colũ. ij. ẽ. de refcri. Iaso. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautioni.

SEBA. SAPIA.
c ¶ De substantia precarij. Aduerte quòd ad hoc, vt sit precariũ est necesse, ꝙ vsus sit indeterminatus saltem respectu tẽporis. Et ideò oportet, quòd aut tempus sit indeterminatum, si vsus est determinatus: aut vsus indeterminatus, si tempus est 7
determinatum: ita vult Bartol. in l. si vt certo. §. sicut. ff. commo. vbi dicit, ꝙ differt à commodato, in quo oportet ꝙ vsus sit determinatus, etiã respectu temporis, saltem tacitè. Idem voluit in l. j. ff. de precario. & in l. Aquilius Regulus. ff. de donationi. & volunt Modernoires in l. ij. in princi. ff. si certum peta.

d ¶ Quid sit culpa. Adde Roma. consil. ccccxxvj. & ibi, quid dolus, & quid leuis culpa.

sumitur pro dono spiritussancti. j. qõ. j. gratia. Et secundum theologos duplex est gratia: scilicet gratia gratis data: & gratia gratum faciens. Gratia gratis data est illa, quæ procedit ex mera gratitudine, id est liberalitate Dei: quæ præparat hominem ad faciendum ea, per quę peruenit ad gratiam gratum facientẽ. vnde sermo scientiæ, & sermo sapientiæ sunt gratiæ gratis datæ. Charitas verò est gratia gratum faciens: quia per eã facimus ea, quę sunt Deo accepta: & sic faciunt nos Deo gratos. de quo in. ij. sententiarum. distin. iij. sic intellige glo. in cle. j. de magis. ¶ †No. ij. ibi: *de leuissima. &c.* ꝙ dictio etiã, de natura sua implicat. ª nam hîc includit latam & leuẽ culpã. ad idẽ. c. cum omnes. de cõsti. ¶ †No. iij. vnam regulam in materia contractus. Nam vbi contractus sit gratia vnius tantũm, venit culpa etiam leuissima. vnde non est speciale, quod hîc dicitur in commodato. l. contractus. ff. de reg. iur. & quod ibi not. Fallit in precario: vt dixi in. c. precedẽti. ¶ †No. aliã regulam, ꝙ casus fortuitus regulariter non imputatur: sed res perit dño, etiam in contractu, qui fit gratia alterius tantũ. ¶ †No. tres casus, in quibus casus fortuitus imputatur commodatario. Primus, si culpa præcesserit: vt puta cõmodaui tibi equũ: vt ires ad certum locũ, & tu iuisti ad aliũ locum & incidisti in latrones: certè imputatur tibi, & non dño: vt hîc. & in. l. si vt certo. ff. eo. Secũdus casus, vbi pactũ interceset sit: vt commodatarius teneatur de casu, b & ex hoc not. generaliter, ꝙ valet pactum appositũ contra accidentalia cõtractus: & ꝙ pactum in hoc vincit legem: vt in l. j. §. si cõuenerit. ff. depositi. & in regula, cõtractus ex conuentione. ⌐ *de reg. iur. *libr. vj. secus vbi pactum esset contra substantialia cõtractus: vt dixi in. c. precedenti. & ad materiam vide quod nota. in l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione. Tertius casus, quando præcesserit mora: vt puta non restituisti commodatum tempore debito, perdidisti postea per casum fortuitũ: certè imputatur tibi. ¶ Not. ibi, *post vsum completũ.* ꝙ cõmodatum fit ad certum & determinatum vsum: nec fit mẽtio de tẽpore. facit ad id quod dixi in. c. precedenti. ¶ Not. ibi: *beneficio.* ꝙ commodatum est beneficium. Cõfert ergo tibi beneficium, qui rem suam tibi commodat. Nam beneficium est quædam actio beniuola gaudium tribuens capienti: vt. in. c. j. ex quib. cau. feud. amit. in lib. feud. & sic capitur hîc beneficium largo modo. ¶ †Vltimo no. illud generale, quòd beneficia non sunt retorquenda in dispendium. ¶ Sed primo hîc quæritur, quid si commodatarius non potuit sine culpa sua re commodata vti intra tempus tacitè præfixum, nunquid inuito domino posit vti alio tempore? Et videtur quòd sic: quia casus fortuitus non debet sibi imputari: vt hîc. contrarium tenet Bartolus, in lege, incommodato. §. sicut. ff. eodem. Nam cùm dominus certat de damno vitando, ne careat re sua tanto tempore: commodatarius verò de lucro captando: debet sibi casus potius imputari. quã domino. ad hoc. l. si vno. §. item cùm quis. ff. loca. Nec ob. iste tex. quia loquitur de casu perimente rem commodatam. Nam res regulariter perit domino. ¶ † Sed contra opp. de. c. significante. j. de pig. vbi patet, ꝙ debitor remisit mutuũ per diligentem nuntiũ & tamẽ casus fortuitus imputatur mittenti, vel debitori: quia tenetur de alia pecunia satisfacere. Sol. contrarium loquitur in mutuo: nos verò loquimur in commodato. Et eadem est ratio decidendi in vtroq; nam pecunia remissa creditori non efficitur eius ante traditionẽ: sed remanet in dominio debitoris: ideò casus imputatur domino. Perit enim res debitori & non creditori. Nam debitor est obligatus in genere: & genus perire nõ potest. l. incendium. C. si cer. pet. & l. in ratione. ad leg. fal. Res verò commodata remanet in dño commodantis: ideò perit dño & non commodatario: vt hîc. & in l. argentũ. ff. eo. ¶ † In glo. ibi: *ad aliquem specialem vsum.* Io. an. supplet ad certum tẽpus tacitũ, vel expressum, & idem Cy. in l. ij. C. eo. & Bart. in. l. incommodato. §. sicut. ff. eo. Sed dic melius, vt dixi in. c. præcedenti. nam vsus specialis semper habet tempus annexũ, & non sine ministerio. gl. in diffinitione nõ fecit mentionẽ de tempore ad substantiã commodati. ¶ † In ead. glo. ibi: *precarium enim, conceditur sine præfinitione. &c.* Not. hanc particulam glo. nam per illã dictionẽ quãdoq;, infero ꝙ nõ est de substantia precarij, vt fiat sine præfinitione certi vsus. Potest ergo concedi ad certũ vsum: sed tũc quomodo discernatur à cõmodato? dic, ꝙ per verbũ precariò: puta, quia dixi: commodo tibi librum transcribendum precariò. Nam vbi nõ apparet de mente, non est à verbis recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. & in. c. fi. de verb. sig. Sẽnsit Cy. licet nõ apertè in. l. ij. C. eo. Probo clarius: vbicunq; apponitur pactũ cõtra naturam cõtractus: tunc si est posibile facit transire illum contractũ in aliam speciem: vt in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. & dixi in. c. præcedenti. sed illa adiectio, ꝙ precariò conceditur, est cõtra naturam commodati. ergo facit transire in precarium: quia non repugnat precario: vt dixi, ꝙ fiat ad certum vsum. Nec ob. si fuit dictum, commodo: quia verbum commodo, potest referri ad precarium. Nã ad commodum recipientis constituitur precarium. nec est curandũ de verbis expressis in contractu: sed potius recurrendũ ad substantialia materiæ subiectæ: vt est tex. in. l. si vno. ff. loca. ¶ † In fi. glo. An autem pupillus obligetur ex commodato: ita vt contra eũ possit vtiliter agi? dic, ꝙ sic: quatenus est effectus locupletior. de quo dic, vt legi. & not. in. l. sed mihi. ff. eo. & semper tene menti istam gl. quam not. ¶ † In glo. ij. ibi: *præstat dolum & latam culpam.* Imò & leuem, ex quo contractus fit gratia vtriusq;: vt not. gloss. in §. interdum. allega. per. l. in rebus. eodem titu. Hanc etiam tenet glos. insti. quibus mod. re contrahi. obliga. §. item is cui. Dic ergo, quòd in commodato regulariter & in alio contractu, qui fit gratia recipientis tantùm, tenetur recipiens de dolo, lata, leui, & leuissima: vt hîc. In contractu verò, qui fit gratia vtriusq;, quia nõ recipit tantũ beneficiũ, non tenetur de leuissima. Si verò fit gratia commodantis tãtũ: tunc solùm tenetur de dolo, & lata culpa, quæ æquiparatur dolo: quia non est sibi beneficium. Ideò non adstringitur, nisi tantùm ad custodiam. & idem est in deposito: vt in l. quod Neruа. in
13 l. j. ff. depositi. & nota j. titulo proximo capitulo secundo. ¶ † Sed
d pro intellectu terminorum, quæritur quid sit culpa d in genere: & quot sunt species culpæ: & quid sit quælibet culpa de per se. Ioannes Andræ. aliquid hîc posuit: sed longè plenius & subtilius posuit Bartol. in. d. l. quod Neruа. vbi videre poteris ad plenum de materia. ¶ Sed breuiter pro intellectu glossæ dicendum, quòd culpa in genere est deuiatio ab eo, quod bonum est: & per hominum diligentiam præuideri poterat. Et hoc vltimum additur ad differentiam casus fortuiti, qui non potest præuideri: vt in capitulo, Ioannes. de homi. Ad secundum, gloss. communiter ponunt tres species culpę, vt lata, leuis & leuissima. Bar. verò facit quinq;: dicit enim, ꝙ est culpa latissima, latior, lata, leuis, & leuissima. Et culpam latissimam appellat dolũ verum: latiorẽ dolũ præsumptũ. Nam is, qui est in dolo, est in culpa. Quod dicit notandũ pro his, qui pro-

a qui promittũt seruare aliquem indẽnem, de culpa alicuius famili. Si enim famulus cõmisit furtũ, & recessit, tenetur promissor: quia licet dolosè cõmisit furtũ, nihilominus ex culpa processit. facit. c. sacro. de sen. excom. dum dicit: *cùm non sit leuis culpa. &c.* & loquit etiam qñ iudex dolosè excommunicauit aliquẽ sine monitione. ¶ Venio ad tertiũ, scilicet quæ sint species culpæ de per se. Quo ad primũ scilicet culpã latissimam, dicit ꝙ diffinitur, vt dolus verus. Est enim dolus machinatio, seu circũuentio ad decipiẽdum, seu fallendum aliũ manifestè adhibita. Ita diffinit Iurisconsultus. in. l. j. ff. de dolo. vide glo. in regula, scienti. libr. vj. *de regu. iur.* Culpa latior est fallax circunuentio ad decipiendũ aliquem præsumptiuè adhibita: & licet dolus non posit probari, nisi per coniecturas: vt habetur in glo. c. ij. de renun. lib. vj. & in. l. dolũ. C. de dolo. Tamen quando signa sunt manifesta, dicimus dolum verum: quãdo nõ patent, dicimus dolum præsumptũ. Lata verò culpa multipliciter diffinitur: sed Bart. diffinit, ꝙ est deuiatio incircunspecta ab ea diligentia, quã habent cõmuniter homines illius conditionis & professionis. Vnde dicimus vulgariter, ꝙ ignorare illud, quod communiter omnes sciũt, est lata culpa. ad hoc. l. latæ culpæ. ff. de verb. sig. Et dicit in diffinitione prædicta, incircunspecta. vt differat à dolo: quia si seriosè deuiaret ab illa diligẽtia, esset in dolo: sed hîc ponitur deuiatio incircunspecta. i. inconsyderata: quia nõ consideraret id, quod cõiter homines suæ professionis & conditionis consyderassent. Puta, cõmodaui tibi librum, quẽ tu inconsyderatè dimisisti in bancho ante domũ: & inde fuit subtractus. Nam certè fuisti in lata culpa: quia cõmuniter homines tuæ conditionis non fecissent. Leuis verò culpa, est deuiatio incircunspecta ab ea diligentia: quã habent homines diligẽtes: nõ dico cõmuniter, sed diligẽtes: vt differat à lata culpa. Leuissima culpa, est deuiatio incircunspecta ab ea diligentia, quã habent communiter diligentiores, & diligentissimi homines. Vnde si diligentissimus sciuisset præcauere: & tu non præcauisti: es in culpa leuissima. & hæc sufficiant pro intellectu terminorum. Iudex ergo circunscriptus habebit arbitrari ex circunstantijs & coniecturis, in qua culpa tu fuisti: & qñ diligens vel diligentissimus sciuisset præcauere.
20 ¶ † Quintam lec. posuit Bal. in quadam sua repetitione, vt ipse ponit in. l. j. C. de sacrosan. eccle. quã sequuntur aliqui moderni, vt dicatur, quòd illud capitulum procedit, quando ecclesiæ fit legatum rei alienæ ignoranter. Nam tunc de iure ciuili debetur æstimatio: sicut quãdo legatur coniunctæ personæ etiam ignoranter, quia valet: vt. C. de lega. l. cum rem alienam. ecclesia dicitur esse coniuncta persona, & pro hoc facit. c. fi quis irascif. xiij. q. ij. &. c. qui abstulerit. xij. q. ij. vbi dicit tex. q̃ ecclesia est mater nostra, sed de benignitate canonica non debetur ibi. & sic procedit tex. volens denotare istam diuersitatem inter ista duo iura. ¶ Et licet ista lectura videatur colorata, tamen tollitur duabus rationibus efficacibus. Et prima sit illa, quia. l. cum rem alienam. C. de leg. intelligitur de coniunctis ratione sanguinis: nonautem de ecclesia: licet larrgo modo dicatur coniuncta persona: vt sentit gl. in præalleg. c. filius. & expressus not. ibi do. Anto. No. per doc. in. c. nonnulli. de rescrip. vbi sentiunt, q̃ iura permittentia aliquid couiunctis, intelliguntur de cõiunctis ratione sanguinis: non autem de coniunctione accidentali & ficta, & tamen tex. in præallega. ca filius habuit pro indubitato, q̃ de iure ciuili in illo casu deberetur æstimatio. ¶ Secunda ratio efficacior est: quia illa ratio, quæ inducit, vel mouet legem ad statuendum, quòd si legatur res aliena coniunctę personæ etiam ignoranter eadem ratio est, quæ quando legatur ignoranter alijs legatarijs: quòd deberetur æstimatio. Eadem ratio mouet legem ad statuendum generaliter, quòd si legat sciẽter cuicunq̃, debetur æstimatio. Nam ratio decisionis in vtroq̃ casu est præsumpta volũtas testatoris. sed qua ratione non debetur legatum ecclesiæ, nec eius æstimatio debetur, quando ignoranter: eadem ratione quando legatum fit scienter. Nam vbi est eadem ratio, idem ius debet esse, vt in. c. translata. de constitutionibus. &. c. cũ dilecta. de confirmatio. vtil. vel inuti. cum simili. Quapropter ego indistinctè adhæreo primæ lecturæ, quam præmisi: quam sentit glossa ibi: licet non clarè, vt dicamus, quòd illud. c. procedit de æquitate canonica, & q̃ debeat seruari in foro ecclesiastico. Nam secundum rationem expressam est quilibet tex. intelligendus: vt in. c. intelligentia. &. c. præterea. de verbo. signi. & facit quod no. Cyn. in regula fina. de regu. iur. lib. vj. Sed ista ratio, quæ ibi exprimitur, habet locum in quocunq̃ subiecto ecclesiasticæ iurisditiõi. &c. Nam ibi dicitur quòd ideo non debet æstimatio peti: quia lege Dei debebat viuere ille Episcopus: non autem lege seculi. Et intellige lege Dei, idẽst, legẽ diuina & canonica. Nã lex canonica dicitur lex Dei: vt in. c. qualiter & quando. el. ij. de accusa. & & in. c. nimis. de iureiurando. secundum quasleges debẽt viuere omnes subiecti ecclesiasticæ iurisditioni. vt in. c. fi duo. de appella. & cap. j. & quasi per totum. iiij. distinc. Et hanc diuersitatem inter ius canonicum & ius ciuile apertè voluit iste tex. dum dicit, quòd leges seculi habet vt hæres ad soluendum cogatur, si eius author rem legauerit alienam: sed quia lege Dei viuis, non autem lege seculi. &c. Et sic apertè voluit facere differentiam quo ad soluendum æstimationem legati. Et quòd aliud sit de iure canonico, aliud de iure ciuili: tenet Accur. in. l. cum rẽ alienam. C. de lega. & potest esse ratio. Nam quòd debeatur legatum vel æstimatio: hoc procedit ex tacita volun a tate testatoris: nõ autem ex expressa. vnde si ecclesia permitteret, quòd posset peti legatum, vel eius æstimatio ab hęrede inuito: saltem quo ad vulgi opinionem, videtur inhiare lucris odiosis & temporalibus: à quibus abstinendum est: vt in. c. finali. xviij. quęstione. iiij. vbi dicit Augusti. Qui vult exhæredato filio hęredem facere ecclesiam, alium quęrat quàm Auguſt. Imò Deo propitio neminem inueniet. Et pro hoc optimus textus in capitulo ex parte. de censi. in fi. vbi propter istam rationem, si ecclesię ad diuersas mensuras solui solet, liberatur solues ad minorẽ: quia à iure ecclesiastico benignius sunt exigẽda: ne tanquam exactores videantur lucris temporalib 9 inhiare. Et sicet ratio necessariò concludens reddi non b posset, sufficit tamẽ ita scriptum esse. vj. q. iij. scriptum. Ex istis omnibus talem elicio conclusionẽ. Legatum rei alienæ ignoranter: siue scienter factum, de iure canonico non debetur, nec eius æstimatio. ¶ † Secundò principaliter quæro, nunquid clericus possit testari de rebus 21 tam proprijs: quàm de fructibus sui beneficij. a Solutio. a de bonis proprijs non est dubium: quin testari possit: vt in cap. j. de testa. &. xij. q. v. cap. j. &. c. fi Episcopus. & qua b si per totum. De fructibus autem sui beneficij b sunt opiniones. Nam aliquæ gl. videntur velle: q̃ clerici comparentur vsuarijs: aliquæ quòd comparentur vsufructuarijs. glo. in. c. duo sunt. xij. q. j. dicit, q̃ clerici sunt domini fructuum collectorum: & subijcit: quòd licet proprietas fructuum ipsorum sit: tamen in morte non possunt eam alicui largiri ratione testamenti: sed intuitu eleemosynæ sic: vt in ca. quia nos. s̃. eo. titu. &. c. ad hæc. sicut hæres quilibet: & sic dominus rerum, quasi per fideicommissum restituere tenetur, alij tamen nihil possunt alienare. ff. ad Treb. l. deducta. §. vltimo. &. l. quidã. §. si quis. Et glo. vulgaris in. c. præsenti. de offi. ordi. lib. vj. distinguit inter clericum habentem administrationem, & non habentem: dicens quòd clericus administrationem habens quãdiu viuit, & sanus est: potest donare moderatè tamen: vt in ca. cæterum. de dona. comparat eum vsufructuario: quia eius ius morte finitur: sicut vsufructuarij: vt in. c. fi. de pecu. cle. &. s̃. de dona. consultationibus. & s̃. de pigno. ea. vlti. Potest ergo dum viuit voluntatẽ suã facere: dũmodo donet modaratè. cũ autem incipit infirmari comparatur vsuario, & ita nihil habet, nisi vsum: eleemosynam tamen facere potest, sed testari non: vt in c. cũ in officijs. &. c. ad hęc. cum fi. s̃. eo. titu. Si verò clericus sit non habens administrationem, sed personaliter & simpliciter beneficiatus & in vita & in morte comparatur vsufructuario quantum ad faciẽdum fructus suos & de ipsis potest testari secundum illam. Et refert istam opi. tenere Hosti. & Bar. quòd generalis consuetudo eã approbat. & dicit quòd ista opi. satis probatur in. c. requisisti. in. §. illud ꝯ. eod. tit. Et pro hac parte optimè facit tex. & quod ibi no. gloss. in. c. fi. de pign. & in capitu. vnico. de cle. non resi. lib. vj. vbi dicitur probari, quòd canonicus facit fructus suos. In contrarium facit quod not. gloss. in capitu. fina. de pigno. & in. c. quia nos. s̃. eod. & in regula, semel. de regu. iur. in. vj. videlicet vt procedat in his, quæ cõcedi non solẽt per Principem, aliàs secus. & hoc tenet Pau. de cas. Are. & Alexã. in d. l. continuus. §. cum quis. ff. de ver. ob. & ad hãc regulã vide Gemi. in. c. gratia. in fi. de rescr. in. vj.

¶ Sui beneficij. Adde. d. Car. cõsi. lxxix. Ioan. de Ana. consi. lxxxvij. An autem clericus, qui habet priuilegium testandi de fructibus beneficij, moriens illos transmittat ad hæredes vide do. de Ro. de ci. ccccxix. in antiquis hoc tit.

SEB. SAPIA.

¶ Sui beneficij. An clericus faciat fructus beneficij suos, vide not. per Fely. in. c. de quarta col. xj. vers. faciunt postremò prædicta. s̃. de pręscri. vbi tangit, an faciat fructi 9 suos quãdo est dignus priuatione ante quàm priuetur.

in.c.si quis sanè .de pecu. cleri. & in.c. cum'olim.de rerũ permut. In quibus locis indistinctè dicit, quòd clericus est tantùm vsuarius: quia debent esse contenti victu & vestitu:nec de bonis ecclesię valent condere testamentum. Ad idem facit quod not. Io. Andr. in.c. res ecclesiæ xij. quęstione. j. vbi dicit, quòd de bonis ecclesię illud solum est clericorum, quod probabili ratione cõsumunt. Vnde infert, quòd si clericus emit equum de bonis ecclesiæ, quòd ille non est suus, sed ecclesię. Idem videtur tenere Inno. in.c.cum in officijs.s̃.eod. vbi dicit, quòd varias & delicatas expensas debet iudex deducere super bonis clerici: solas autem expensas approbabit iudex de bonis ecclesię, quæ factæ sunt in eleemosinam pauperum, vel in redemptionem captiuorum, vel in hospitale, vel alias pias causas. xij. q. ij. c. aurum habet. &. c. gloria Episcopi. cum si. & not. in. c. indecorum. de ęta. & quali. vnde dicit Hiero. vt habetur. xliij. dist. in prin. Sacerdos de altari viuere nõ luxuriari querat. vnde dicit ibi gl. quòd clericus tantum necessaria habere debet ab ecclesia: & illa necessitas arctatur ad victum & vestitum: vt in.c. Episcopus. xij. qõ. j. vnde dicit ibi; Archidia. quem sequitur Ioann. de lig. in clemen. gratiæ. de rescript. quòd si clericus vltra debitum aliquid expendit de bonis ecclesiæ: quòd tenetur ad restitutionem. Et pro prædictis optimè facit tex. in.c. Episcopi. xij. q. j. vbi dicit, quòd quicquid de prouisiõe fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus: quòd omnia debent conseruari ecclesiæ, & quòd si Episcopus aliter p̃ræsumpserit, potest deponi. Simile habetur in.c. Episcopus. x. qõ. ij. Vnde dici consueuit, quòd acquisita de bonis ecclesiæ potest ecclesia vendicare. xij. q. iiij. c. sacerdos. &. q vlti. c. fixum ar. ea. causam. q. ij. c. apostolicos. in fi. vbi de hoc. & patet in eo. quod leg. & no. s̃. de pecu. cle. c. inquirendum. & p prædictis facit. c. clericus. &. c. duo sunt genera. xij. q. j. & c. quia tua. in fi. & in hanc partẽ inclinat Archi. in. c. statutũ. in. §. assessorem. de rescrip. lib. vj. & Io. de lig. in clemen. gratię. eo. ti. Et hanc partem ego amplector. Tamẽ propter superius alle. temperandum erit alienando. vnde est tex. in. c. j. xij. q. iij. vbi indistinctè de quolibet clerico dicit ꝙ quęcũq; acquisiuerit de bonis ecclesię, debet cõferre ecclesię, aliàs punit: vt ibi no. Nã si faceret fructꝰ suos nõ video quare de illis fructibus nõ possunt sibi emere prędia. & pro hoc tex. in. §. fi. cũ. c. seq. xij. q. j vbi expresse habetur de clerico nõ habente administrationẽ, & dicit ibi: ꝙ prębenda assignatur canonico, vt ipse sibi ex illa ne cessaria percipiat: & si qua suis necessitatibus supersunt, in cões vsus ecclesię expędat. Similis tex. habet in. c. Episcopus. §. his ita respõdetur. xiiij. q. j. vbi dicit apertè, ꝙ canonicus vtitur rebus ecclesię nõ tanquã suis: sed tãquã ad dispensandũ sibi creditis: quia ipse in rebus ecclesiæ est procurator. & pro hac parte bo. tex. in. c. vidętes. xij. q. j. vbi dicitur, ꝙ ideo bona sunt reseruata ecclesię: nec venduntur prout olim fiebat, vt ex reditibus & fructibus eorũ tribuerent necessaria egẽtibus, & cõmunẽ vitã ducẽtibꝰ. & sic apparet, ꝙ indistictè siue clericus habeat administrationẽ, siue nõ, non debet res ecclesię vendere, sed ex reditibus earũ cõmunẽ vitã cum fidelibus ducere.

ZACHARIAS.
a ¶ Maiori parte capituli. Adde in c. ex parte. n. viij. & quod ibi notaui plenè in apost. ad eum. in ver. tanto tempore. s̃. de cle. non resid.

SER. SAPIA.
b ¶ Et etiam moderatè. Adde ꝙ etiã prælatus potest pacisci in præiudicium ecclesiæ dummodo sit leue præiudicium, vt per Fely. in .c. veniens. col. fi. ver fic. dum dicit Abbas pulchrè. s̃. de præscrip.

22 † Et pro prędictis optimè facit. c. fi. de his, quę fiũt à ma.
a par. cap. *vbi patet, quòd maior pars canonicorũ minori parte inuita possit statuere, ꝙ quilibet canonicꝰ teneatur certã portionem suorũ reditũ ad opus fabricæ cõferre. quòd non esset, si canonici facerẽt fructus suos cũ tũc nõ valeret, quod faceret maior pars: imò potior esset cõditio ꝓhibẽtis: vt in regula in re cõmuni. de re. iur. li. vj. & quod no. in. c. cũ oẽs. de cõsti. Nõ põt ergo percipere, nisi tantũ necessaria. & sic nõ poterit de fructibus sui beneficij testari. Nec ob. si dicat: imò habet vltra necessaria. Nã põt facere de bonis ecclesię eleemosynã: vt in. c.
b relatũ. ij. &. c. ad hęc. s̃. e. & etiã moderatèᵇ donare: si hoc habet consuetudo: vt in. c. cæterum. s̃. de dona. Nam respondeo, ꝙ illud facit tanquã administrator ecclesiæ, ad quem spectat dispensatio, sed testari videtur nomine
23 suo. † quia de rebus alienis quis testari nõ potest: vt no. glo. in. c. quia nos. s̃. eo. Item, quia testamentum cõfirmatur morte: vt in. c. cum Marthæ. de cele. miss. & illo tempore ecclesia est soluta à lege istius clerici, sicut vxor à lege viri: vt in. c. fi. de secun. nup. ¶ Ad inducta pro parte contraria, respondeo, & primò ad glo. in. c. præsenti. de offi. ordi. lib. vj. quę non est vera. nec probatur aliquo iure. nam. c. requisisti. quod allegat potius facit contra. Nã ibi dicitur: ꝙ si aliquid relinquitur non habenti administrationẽ: quòd istud præsumitur relictũ intuitu personę, non intuitu ecclesiæ. & sic vult prout ibi dicunt doc. ꝙ si per præsumptiones probabiles, vel per probatiões constaret, quòd illud fuit relictum intuitu ecclesiæ: ꝙ iste clericus non facit relictum suũ. & sic probat iste tex. quòd nulla est differentia inter clericum habentem administrationem & non habentem: nisi quo ad præsumptionem. vnde cessante prę̃sumptione ambulãt pari passu. ergo malè illa gl. allegauit illud. c. cum potius probet opp. Ad. c. vnicum. de cleri. non resi. lib. vj. respondeo, ꝙ clericus recipiendo fructus sui beneficij, dicitur illos facere suos quo ad hoc, vt sibi ꝓuideat primò, de supfluis dispenset in vsus pios: vt in prælleg. §. vlt. & ca. fi. xij. q. j. non autem, vt de ipsis possit testari, vel pro libito voluntatis facere, vt est bonus tex. in. c. si quos de seruis. xij. q. ij. vbi reuocatur donatio facta de fructibus. Et pro hoc c. iudicatũ. lxxxix. dist. vbi dicitur, ꝙ episcopatus est patrimonium Episcopi: & debet intelligi quantum ad dispensationẽ, vt in iuribus prælleg. & sic debẽt intelligi omnia iura, quæ videntur velle, ꝙ clerici sunt domini fructuum, scilicet quo ad dispensationem. Nam clerici sunt dispensatores: habent potestatem dispensandi res ecclesiæ, vt in. c. præcipimus. xij. qõ. j. pro hoc. c. non satis, lxxxvj. di. Non obstat prędictis. xij. q. ij. si quis qualibet. &. q. v. si Episcopus. vbi dicitur, ꝙ Episcopus potest rem ecclesię relinquere in testamento suo: quia illa iura procedunt, vt in eis dicitur, quando Episcopus videtur tantundem de suo proprio conferre ecclesiæ. ¶ Et pro prædictis, quòd nulla in hoc sit differentia inter habentem administrationem & non habentem, induco etiam text. qui rectè intellectus iudicio meo singulariter probat in triplici loco, videlicet capi. relatum. el. ij. s̃. e. iuncto. c. cũ in officijs. s̃. eo. Nam illud. c. relatum. venit declaratiuè ad. c. cum in officijs. vt ibi patet. Et ibi dicitur, quòd acquisita per ecclesiam: debent remanere penes ipsam ecclesiam, siue clerici decesserint testati, siue intestati: & illud capitulum debet intelligi tàm in habente administrationem, quàm in non habente, vt patet in prælleg. c. relatum ibi: *nomine ecclesiæ. &c.* & sic expresse patet ex illo text. quòd clericus non habens administrationem, non potest in testamento disponere de talibus bonis. cuius contrarium tenuit glo. in prælle. c. præsenti. ¶ Est si velis instare & malè dicendo, quòd debet intelligi de acquisitis per ecclesiam, ideſt de relictis ipsi ecclesiæ, dico: ꝙ ista restrictio stare non potest, per tex. prælle. c. relatũ. ibi, post acquirentis obitum &c. quę verba clarè declarant testamentum procedere etiam in acquisitis per clericum: scilicet ex reditibus ipsius ecclesię seu beneficij, vt probat textus in versicu. cęterum. & ad hoc non video aliquam bonam responsionem. ¶ Secundò facit principaliter ille text. in versicu. licet. vbi dicitur: quòd tantùm potest vigore consuetudinis donare aliqua intuitu eleemosynę. & sic apertè innuit, quòd testari non potest: nec etiam de omnibus disponere donando. Nec ob. ꝙ dicit Io. and. ver. illum intelligendum in clerico habente administrationem, quia hoc est diuinare. Itẽ apertè est contra illum tex. qui totus venit ad declarandum

c. cum

e. cum in officijs. & illud intelligi debet tàm in clerico habente administrationẽ, quàm in non habente administrationem, vt probatur in prælleg. c. relatum. in versic. nomine ecclesiæ. Item venit continuatiuè ad illum vers. nomine. vbi simpliciter dicebatur, ꝙ bona per ecclesiam acquisita debent remanere penes ipsam ecclesiam. i. collegiũ, siue successorem. & in ver. licet. dicit, ꝙ ex consuetudine possunt aliqua donare intuitu eleemosynę, & sic debet intelligi indistinctè prout loquitur ver. nomine. ¶ Tertiò principaliter facit ille tex. in ver. cætetum, vbi dicitur: ꝙ talia bona debent diuidi inter ecclesias plures, in quibus habebat beneficia: & propriè venit continuatiuè ad ver. nomine, & declaratiuè ad. c. cum in officijs. vbi fiebat mentio de habente ecclesiam vnam dũtaxat, & ibi declarat quid iuris in habente beneficia in diuersis ecclesijs. & dicit, quòd debẽt diuidi. &c. & sic apertè loquitur in clericis non habentibus administrationẽ. Nec ob. dictum Io. an. & gl. in prælleg. c. præsenti. intelligendo illum ver. in decedente sine testamento, quia illud est diuinare. Item ex quo venit declaratiuè ad. c cum in officijs. debet intelligi indistinctè sicut loquit iste tex. Et ex prædictis concludo, quòd clericus beneficiatus etiam si careat administratione, licet de rebus proprijs testari possit: de perceptis tamẽ ex suo beneficio, testamẽ
24 tum cõdere nequit. ¶ † Tertiò principaliter quæro nũ
a quidª ea, quæ acquisiuit clericus, postquàm fuit promotꝰ ad beneficia: efficiantur sua, ita ꝙ de ipsis testari possit? Solu. Io. And. in. c. iij. s̃. de pecu. cle. distinguit, aut cõstat eum habuisse propriũ tempore promotionis: aut cõstat nõ habuisse, aut dubitatur. Primo casu probet agens cõtra possidẽtem. facit. c. j. s̃. e. &. c. fij. de pec. cleri. Secundo casu, quando constat nihil habuisse tempore promotionis, præsumitur pro ecclesia. d. c. j. Tertiò. s. quãdo dubitatur, etiam præsumitur pro ecclesia, maximè si prælatus nõ fecit inuẽtariũ tempore promotionis. & hãc opinionem sequitur do. Anto. in. c. cũ in officijs. s̃. e. vbi dicit sic se cõsuluisse per præal. c. j. de pec. cleric. &. xij. q. v. c. j. ¶ Mihi videtur, ꝙ primum membrũ istius distinctionis non posit procedere, nec tertiũ ita indistinctè, prout ipse ponit. Et primò, dũ dicit, ꝙ si cõstat clericum aliqd habuisse tempore promotionis, ꝙ pro ipso præsumit. Dico, ꝙ hoc est cõtra casum. c. j. xiij. q. iiij. & ibi optimã gl. Nã ibi legitur & no. ꝙ si clericus habens patrimoniũ & beneficiũ aliqua acquirit in dubio præsumitur, ꝙ fuerint acquisita tàm de bonis clerici, quàm de bonis beneficij. vnde in dubio debent diuidi secundũ quãtitatẽ patrimonij & rerum ecclesiæ. Nam si clericus ex fructibus sui patrimonij percipiebat centum: ex fructibus aũt sui beneficij percipiebat ducẽta, subtractis sibi necessarijs, nũc in dubio de bonis per eũ acquisitis ecclesia habebit duas partes, & hæres clerici tantũ vnam partẽ. & hoc videtur sentire Inn. in prælle. c. cũ in officijs. s̃. eo. & Iaco. de Ra. in auf. licentiã. C. de epis. & cle. Et sic patet, ꝙ primũ mẽbrũ. s̃. positũ, nõ procedit indistinctè quatenus volebat, ꝙ præsumeret pro clerico, si constabat ꝙ tẽpore suę promotionis habebat aliqua bona. ¶ Ad. c. j. de pecu. cle. qđ inducit p se Io. an. respõdeò, ꝙ ibi inquirit, si clericus nihil habebat tẽpore suæ promotionis ad effectũ, vt ecclesia omnia possit vẽdicare: nõ aũt, vt possit vendicare partẽ: quia vt. s̃. dixi partẽ omnino habere debet, etiã si clericus aliquid nõ habebat: vt in prælle. c. j. xij. q. iiij. Itẽ iste tex. nõ facit, nisi superficialiter à cõtrario. & arg. à cõtrario ſtãdũ nõ est, vbi reperitur cõtrariũ iure cautũ: vt in c. à nobis j. de senten. excõ. ¶ Ad. c. j. xij. q. v. quod allegat do. Ant. pro se, dico ꝙ potius facit cõtra. Nã ibi mandat, si constiterit, quòd iste Episcopus acquisiuit ista bona in episcopatu, quia omnia taliter acquisita cedunt ecclesiæ. sed si dubium esset, an ista bona habuerit ante suam promotionem, vel postea acquisiuerit, tunc singulariter ꝓ-

batur ibi: quòd successor clerici defendetur in possessione quoscꝙ probabitur, quòd fuerint acquisita post suam promotionem. Et per hæc proximè dicta, dico quòd tertium membrum distinctionis Io. an. s̃. positum, non omnino procedat, quatenus vult: ꝙ si dubitatur, an clericus habuerit aliqua bona tẽpore suæ promotionis, quod præsumitur pro ecclesia: quia deberet distingui secũdũ prædicta, ꝙ aut dubitatur, an illa bona de quibus est cõtẽtio acquisiuerit clericus post suã promotionẽ, vel anteà habebat: & tunc non præsumitur pro ecclesia. Sed possessor defendetur in possessione quouscꝙ probatũ & oftensum fuerit per ecclesiã, quòd ista bona fuerint acqsita pòst. vt in prælle. c. j. xij. q. v. vbi optimè probatum est, & ibi etiam gl. tenet hoc. Aut certum est quòd ista bona fuerunt acquisita post. sed dubitatur, an clericus habuerit aliqua bona ex quibus potuisset posteà acquirere ista: & tunc potest procedere dictum Io. and. quòd præsumitur pro ecclesia, quouscꝙ constabit, quòd clericus habebat aliqua bona ex quo certum est de iure ecclesiæ: vt in capi. j. xij. q. iij. & in prælleg. capi. j de pecu. cleric. ¶ Vnde comprehendendo omnia membra: plenius distinguo: quòd aut certum est, quòd clericus habebat patrimonium tempore suæ promotionis: aut certum est, quòd non habebat, aut dubitatur. Et hoc vltimo casu subdistinguo: quòd aut dubitabatur, an habuerit aliqua bona, ex quibus potuerit acquirere ista bona: de quibus est contentio, vel posteà acquisiuerit. Quo ad primum membrum distinctionis scilicet quando certũ est, quòd clericus habebat patrimonium, & tunc aut potest constare ex quibus reditibus acquisiuerit illa bona: & bona erunt illius, ex cuius reditibus fuerunt acquisita. xij. quęstio. iiij. capitu. quicunq; & supràdepecul. clerico. capi. inquirendum. &. xij. quæstic. j. sint manifestæ. Aut dubi- a
tabatur: & tunc cum sacerdos fuerat in culpa, ita permistim vtendo rebus ecclesiæ & proprijs, vt in cap. sint manifestæ. xij. quæstio. j. illa bona præsumuntur acquisita tam ex reditibus proprijs: quàm ex reditibus ecclesiæ, & ideo debent diuidi inter ecclesiam & hæredem clerici. Hæc possunt intelligi quando facultas patrimonij & beneficij bonorum illam acquisitionem patiebatur, iuxta nota. per Inno. in cap. cum in officijs. suprà eodem titu. & facit quod in simili notat glossa in. l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. & Specu. in titu. de accusationi. §. j. versiculo, quid si de peculio. & sequitur in ista quæstione: an filius præsumatur acquisiuisse de bonis patris: an ex industria. ¶ Secundo casu distinctionis, scilicet quando certum est, quòd nihil habebat; & tunc si habebat aliquod artificinm, vel doctrinam, ex quibus potuisset acquirere, & idem dicendum, quod suprà proximo casu. ad hoc cap. relatum j. eo. Aut non habebat artificium aliquod, & tunc præsumitur pro ecclesia: vt in. c. j. s̃. de pecu. cler. &. xij. q. iij. c. j. Aut dubitatur, an aliquid habebat, & tũc aut dubitatur vtrum habuerit aliqua bona, ex quibus potuisset ista bona acquirere: & præsumitur pro ecclesia: vt suprà. Aut dubitatur, an acquisiuerit ista bona, de quibus est conuentio ante suam promotionem, vel post, & dico quòd ille, qui est in possessione defendetur in ea, quouscꝙ probetur contrarium: vt. s̃. dixi. & hoc optimè
25 probatur in prælle ga. ca. j. xij. quæstio. v. ¶ † Sed contra prędicta oppo. & videtur quòd nunquàm præsumendũ sit pro ecclesia: etiam si clericus nihil habebat tempore suę promotionis, sicut dicimus in tutore, qui præsumitur acquisiuisse bona ex propria industria, non autem de bonis pupilli: vt. C. arbit. tute. l. si defunctus. & nota. in. c. sint manifestę. xij. quæstio. j. Solue prout notãt aliqui doctores. suprà. de pecu. cleri. c. j. & Ioan. de lig. in clemen. gratię. de rescript. quòd aliud in tutore: aliud in prælato. Et est ratio. quia tutor est temporalis: prælatus autem est perpetuus. Item iste tutor non sic liberè vtitur rebus

SER. SAPIA.
a ¶ Nunquid. Vide de ista materia pulchrè per Soci. post Bar. in. l. cinibus. ff. de re. du. vbi principaliter tangitur, an legatum relictum sacerdoti censeatur relictum ecclesiæ an verò ipse sacerdos sibi acquiratª.

pupilli sicut prælatus, qui habet liberam administrationem in bonis ecclesiæ: vt in.c.cū nobis.§.de electioni.& glo.in.c.fin.v.qō.iij.vbi de hoc. Vel aliter & melius, tutori licitum est negotiari: & ideo potuit esse, quòd ista bona acquisiuerit ex sua negotiatione. & si præsumeremus, quòd acquisiuit illa bona ex bonis pupilli: tunc præsumeremus in eo crimē furti. quod non est faciendū: vt in ca. final. de præsumptio. & de scruti. cap. vno. Clerico autē nō licet aliquo modo negotiari, in.c.fin. ne cleri. vel mona. & plenè. xiiij. q. iij. in summa. Et ideo præsumendum est, quòd ista bona fuerint acquisita ex reditibus beneficij. aliàs autem præsumeretur peccatum negotiationis. & sic eadem est ratio: quare secus præsumitur in tutore, quàm in clerico, scilicet ne præsumatur crimen.

26 ¶ † Quid autem in acquisitis nō ratione beneficij: nec omnino ratione personæ: sed ratione dignitatis clericalis: vt quia pro missis dicendis fuerunt sibi legata centū, vel fuit capellanus alicuius domini: & ex hoc multa acquisiuit. An de istis poterit testari? Inno. in.c. quia nos.§. eo. sentit, q non. Et idem de istis, quod de acquisitis con sideratione ecclesiæ. & hoc sentit in eo, quod ponit quā dam glossellam super verbo confideratiōe. &c. Sed Hostien. eandem gloss. Innocē. ponit super verbo amicorū: ex quo resultat cotrarius intellectus. ibi Ioan. And. transit recitando Iaco. Butri. in.l. sacrosan. C. de epis. & clem. & Pe. in auf. licentiam. C. eo. sentiunt q de istis testari posterit, quod mihi placet: quia hoc donatur sibi: vt sit uum & non cōtemplatione ecclesiæ: cum nullā habeat. & sic optimè facit. c. requisisti. ī. eod. in fin. Item hoc videtur sibi datum in recompensatione damnorum, quæ sustinuit trahendo ibi moram. Nam interim ex aliquo artificio potuisset tantundem acquirere. ad hoc quod no. Inno. in.c. quoniam. ne prælati vices suas. ¶ Et ex istis tales elicio conclusiones. Bona per clericum beneficiatum & patrimonium habentem acquisita, in dubio quæsita præsumuntur tam de reditibus proprijs, quàm ecclesiæ: & ideo de illis omnibus testari non potest. Alia si dubitatur, an bona clerico decedente dimissa fuerint acquisita ante, quā ad beneficium promoueretur, vel post hæres clerici in eorum possessione defendetur, quousq; de

27 iure ecclesię consti terit. ¶ † Quartò principaliter quæro nūquid clericus posit suis creditoribus de fructibus

a sui beneficij[a] satisfacere. So. Hostiensis in.c. peruenit.§. de fideiuss. dicit, quòd aut loquimur de reditibus, quos clerici faciunt suos: vt in beneficijs simplicibus: & tunc de illis clericus satisfacere potest: aliàs autem non. Sic dicit fore intelligendum textum, & pro hoc dicto Hosti. facit glos. in.c. duo sunt genera. xij. qō. j. quæ dicit, quòd clerici sunt domini fructuum perceptorū. & quod not. glo. in.c. præsenti. de offic. ordi. li. vj. do. Anto. ibidem. s. in.c. peruenit. prælle. videtur velle, quòd non solùm is, qui habet simpliciter beneficium: sed etiā prælatus tenetur pro debito contracto prosē: & non intuitu ecclesiæ satisfacere de reditibus beneficij. & hoc per præall. c. peruenit. Nec enim per hoc secundū eū præiudicatur ecclesiæ: quia parcè viuēdo poterit satisfacere, etiā si sit prælatus regularis habēs reditus distinctos. habet enim liberam administrationē in eis. de rescrip. c. edoceri. Itē alia opin. sapit iniquitatē, vel quia fundarētur creditores, si mutuarēt: vel clerici nō inuenirent, qui sibi crederet: & sic essent quasi Iudęi inter Christianos: cū tamē probēt omnes, q sæpe opus est ab illis mutuari. Hanc opi. videtur tenere domi. Anto. in.c. olim. ij. de restit. spo. vbi dicit fore casum de hoc. Nā ibi expectant creditores quousq; ille Episcopus debitor restitutus fuerit ēpatui: vt possit eisdē satisfacere, Specu. in tit. de sen. excō. §. sequitur. ver. quid si debitor. dicit: quòd aut clericus nō habet alia bona: vnde possit soluere debitum: & tunc possunt assignari reditus ecclesiæ suæ. Aut habet alia bona: & tunc secus. Collec. in.c. Odoardus de sol. dicit, q vidit in curia seruari, q clericus nihil habens de patrimonio admittitur cedens fructibus beneficij: deducto eo, quod sufficit pro administratione diuinorum: & de fructibus soluitur creditoribus. pro hoc alle. dictū. c. peruenit. de fideiuss. ¶ Archidi. in.c. statutū. in.§. assessorē. de rescr ip. li. vj. tenet indistinctè, q siue clericus habeat administrationē, siue nō: q non potest de fructibus sui beneficij satisfacere suis creditoribus: cum ipsi habeant solū vsum: vt plenè dixi. ī. in.q. ij. Et ex contraria opin. sequitur iniquum: q ecclesia siue pauperes damnificarētur ex facto illorū: contra id, quod habetur de excep. cū venerabilis. Nam alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. Nā fructus, qui supersunt clericis, sunt tesuriētiū: vt in.c. sicut hi. xlvij. distin. ¶ Ad ca. peruenit. de fideiuss. alleg. in contrariū respondet ipse duobus modis. Primò, quòd illud cōtingit ibi ex authoritate siue speciali mandato Papæ. Vel aliter & verius, quòd licet ibi Papa mandet satisfieri de reditibus illorū clericorum: non tamen ex hoc colligitur, quòd illi reditus peruenerint de bonis

b ecclesiæ. & sic non obst. illa. decre. ¶ Mihi autem[b] in hac materia videtur distinguendū: quòd aut clericus cōtraxit debita pro sua sustētatione, vt se aleret: & tunc dico, quòd nedū in eius vita: sed etiam post mortē de fructibus sui beneficij debet satisfieri creditoribus: vt no. Ioā. Andr. in.c. ex præsentium. ī. de pigno. cuius dictū cōiter ibi sequūtur doc. & pro hoc est casus in.c. olim. ij. de restī. spolia. quod. c. sic intelligo. Nā ibi iste Episcopus fuerat spoliatus suo episcopatu: & sic nō habebat vnde vueret: & sic apparet, q illa debita cōtraxerat ibi pro sua sustentatione. & per hoc sit responsum ad istum tex. quē adducebat do. Anto. in cōtrariū. Aut nō pro sua sustētatione: sed pro alia sua necessitate: vt pro reparandis suis domibus proprijs, vel pro alio consimili casu: & tunc dico indistinctè, quòd de fructibus beneficij satisfieri non debet, etiam parcè viuendo. Nam clerici habent solum vsum: vt. ī. dixi. ergo si debita non sunt cōtracta pro suo vsu, ecclesia non tenetur. Et pro hoc bo. tex. in.c.j. de solu. vbi patet, quòd tunc tantùm tenetur successor soluere debita prędecessoris, quando pro necessitate ecclesię sunt cotracta. ad idem facit præallega. capit. ex præsentium. ī. de pignori. vbi patet: quòd non ecclesia, sed hæres clerici tenetur ad hoc. Non obstat ratio, quam allegas domin. Anto. dum dicit, quòd ex quo habet administrationem in rebus ecclesię, potest de istis rebus & reditibus satisfacere: quia respondeo, quòd licet habeat administrationem, debet tamen dispensare ad eum vsum, ad quem fuerunt instituti. Et si contrarium facit, talis dispensatio reuocatur: vt in capitul. si quos. de seruis. xij. quæstione. ij. & capitul. monemus. &. capitul. diaconi. xij. quæstione. j. Ad. capitul. peruenit. respondeo, vt repondet Archid. in secūda sua solutione: videlicet, quòd illud capitul. non intelligitur de reditibus beneficij: sed de reditibus proprijs. Et pro hac opinione optimè facit glo. in capitul. de multa. ī. de præbendis. quæ est super verbo de suis prouentibus. & quod habetur in capitulo statutum. in §. assessorem. de rescriptis. libro. vj. Et pro hac opinione facit, quia mandat Papa in præallega. cap. peruenit. illos clericos suspendi à beneficio & officio, si constiterit eos religionem fidei & iuramentum violasse. Nam pendente suspensione fructus accrescunt ecclesiæ: vt not. gloss. in capitul. clericus vitrum. xc. distinctione. & in clementina prima. de vita & honesta. clerico. Vnde ex contratia opinione sequeretur, quòd ecclesia teneretur soluere debita contracta pro facto prælati: quod est contra cap. de solu. capitul. ex præsentium. ī. de pigno. Nec obst. si diceretur, quòd ex quo clericus potest modica donare, & eleemosynam de rebus ecclesiæ facere: ergo potest sua debita soluere: vt in.c. ad hoc. & in c. relatum. ij. ī. e. & c. ij. de dona. Et à contrario: quia dico quòd illud facit tanquam administrator ecclesiæ dispendando bona in pias causas, sed sua debita soluendo, nō tāquā administrator facit: sed potius tanquam dispensator. pro hoc quod no. glo. in.c. si. xij. q. j. vbi dicit, q clericus non bene administrando habetur loco prædonis. ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. Nec ob. si diceretur, quòd ad minus debet satisfacere de fructibus: de quibus viue-

28 bat: quia respondeo, quòd hoc fieri non potest. † Nam

a clericus habet priuilegium[a], ne conueniatur, nisi inquantum facere potest: sicut habet miles armatæ militiæ. ff. de re iud. miles. Item quia nō debet cogi mēdicare in opprobrium clericorū, si aliās esset suspēsus à beneficio propter crimen, tamen deberet inde habere moderatam sustentationem, vt no. gl. in.c. cum Vintonien. ī. de elec. & in.c. studeat. l. distin. ¶ Ex quibus cōcludo, quòd clericus etiam si sit simpliciter & personaliter beneficiatus, suis creditoribus de fructib⁹ sui beneficij satisfacere ne quit, nisi debita pro sua sustātatiōe cōtracta fuissent. Et pro prædicta cōclusione alle. text. vltra prędicta in.c per uenit. de arbi. vbi videtur casus. Ex quo infertur, quòd beneficiatus fructus nō facit suos: sed tantū in eis ius obtinet canonicè dispensandi. & pro hoc vltimo. xij. q. j. expedit. &. c. præcipimus. &. c. Episcop⁹. &. xij. q. j. c. fi. xiiij.

29 q. j. c. Episcopus. §. is ita. ¶ † Quintò principaliter quæro nunquid papa posit clerico potestatem indulgere, vt de

b bonis intuitu ecclesiæ acquisitis posit liberè testari.[b] Pro solutiōe istius quæstio. est alia. q. discutienda, videlicet apud quem sit dominium rerum ecclesiasticarū. glo. in.c. expedit. xij. quæst. j. ponit tres opinio. Prima, quòd dominium sit penes ecclesiam. Secunda, quòd sit penes Deum. vt. xij. q. ij. c. qui Christi. &. c. qui abstulerit. Tertia habet, quòd dominium est apud clericos: sic dominiū rerū vniuersitatis est apud ciues. insti. de rerum diuisi. in §. vniuersitatis. Gl. in.c. causa j. de ver. sig. tenet, q ista bona ecclesiarum sunt Dei: licet omnia sint eius. Ista tamē specialius habentur j. q. iij. saluator. &. xxiij. q. viij. c. con uenior. & pro hoc de deci. c. tua. Inno. in.c. cum super. de causa possess. & proprie. ponit duas opin. ¶ Prima est, q non prælatus, sed Christus dominium & possessionem rerum ecclesiæ habet. vnde quæcunq; homines ecclesijs offerunt, dicuntur oblata Deo. xij. q. ij. c. nulli liceat. & c. qui abstulerit. &. xij. q. j. c. res. &. c. videntes. ¶ Secunda opinio est, quòd ecclesia, ideſt congregatio fidelium, habet possessionem & proprietatem. vnde dicit Inno. q si aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata, esse Episcoporum, vel prelatorum, vel capitulorum: debet intelligi: q sunt eorum, quo ad gubernationem. dicūtur etiā esse pauperum quo ad sustentationē: vt. xvj. q. j. in.c. quoniam. vbi de hoc. & subijcit idem Inno. quòd hæc bona propter vtilitatem cōmunē diuisa sunt in ecclesijs diuersorum suorum authoritate summorum pontificum, & Episcopis & alijs prælatis concessa extitit administratio eorum. xij. q. j. c. videntes. & ca. prēcipimus. ¶ Ego puto

c q inter istas opi. illa sit prestantior: quæ habet, quòd dominium[c] rerum ecclesię posit clerico potestatem indulgere, vt de opti. in.c. cum ex eo. de ele. li. vj. ibi: *de Christi patrimonio sublimatis. &c.* Hoc etiā no. ibi gl. quę est in verbo, Christi. facit. c. qui Christi. &. c. qui abstulerit. xij. qō. ij. Item, vt. ī. dixi, homines offerentes ecclesiæ, habent respectū ad Deum: vt in præalleg. c. nulli liceat. xij. q. ij. & in. c. res ecclesiæ. xij. q. j. ibi: *domino oblatis. &c.* & de rerū permu.

30 in.c. municipia. &. c. iniustum. ¶ Hoc prēmisso, venio ad solutionem prēmisse quęstionis. & hoc doct. non tā gunt, quod meminerim: tamen puto, q Papa sine causa hanc potestatem dare non potest. & hęc bona sunt Dei. & quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non potest. vt in.c. ab eo. de electi. li. vj. Nam qui dimittit debita Dei sine causa: profecto Deū offendit: vt dicit text. in.c. si is, qui. xxiij. q. iiij. & licet Papa sit vicari⁹ Christi: tamen debet legitimè administrare, & potius cōseruare quàm bona Dei dissipare. Nam ex officio suscepto, non licentiam peccandi: sed necessitatem bene viuendi assecutus est: vt in.c.j. xl. distinctio. Item hīc sunt bona ecclesię cōseruata, vt ex fructibus ipsorū subueniatur egentibus: vt in.c. videtes. xij. qō. j. Et nulla ratio permittit, vt quod pro cōmuni vtilitate datum esse dignoscitur, vsibus cuiusq; applicetur, vt. ī. de prēben. in.c. ratio. Itē: qui subtrahit bona ecclesię: dicitur homicida: quia videtur necare illos pauperes, qui fuissent ex huiusmodi bonis sustentati: vt in.c. qui christi. &.c. qui abstulerit. xij. q. ij. Ergo Papa hoc facere nō potest. cum vt. ī. dixi: licet à Deo receperit potestatem & dignitatem pontificatus, non tamen potestatem peccādi: vt dicit tex. in.c.j. xl. dist. Nam vicarius non habet maiorem potestatem & dignitatem pontificatus, quàm ipse Deus: sed Deus peccare non potest: vt de pœ. dist. ij. c. fi. ergo necvicari⁹ debet hoc posse. Et pro hoc opti. tex. in.c. non liceat. Papę. xij. quęstione ij. vbi expresè cauetur de Papa: quòd ei non licet omnia

b bona ecclesię alienare. ergo nec potestatem testandi dare cūm ex hoc sequatur alienatio. † Et licet clericus simpliciter de bonis ecclesię testari non possit: si tamen tantundem de suo proprio ecclesię cōtulerit, quantum vult alienare, hoc bene licebit, vt in.c. si Episcopus. x. q. v. & q. ij. in.c. si quis qualibet. Et hoc intellige verum, quando ante alienationem rei ecclesiasticę contulit ecclesię tantum de suo proprio: secus autem si pòst. Nā tūc videtur dare in fraudē, ne incurrat pœnā depositionis. De qua in.c. nouimus. xij. q. ij. & talis restauratio dāni & compēsatio sibi non proderit ad euadendum depositionem: vt no. in.c. quod sicut. ī. de elect. & hoc sentit gl. in præalle. c. si quis qualibet. & contra hanc opi. facit, quia res ecclesiastica alienari non potest, nisi causa pietatis, necessitatis, commoditatis: vel vtilitatis: sed in isto casu nō subest aliqua istarum causarum: ergo &c. Sol. potest dici, quòd illud est priuilegium clericorum: seu rectorum ecclesię, vt sine melioratione ecclesię posit fieri permutatio, sicut obseruatur in principe volente cum ecclesia permutare, vt in capitu. j. suprà de rerum permu. & hoc sentit Gratianus in.c. iustum. §. item si rectores. xij. q. ij. Et ex istis concludo: quòd clerico beneficiato de rebus intuitu ecclesię acquisitis, vt testamentum condere posit, etiam Papa sine causa indulgere non potest. Item quòd licet clericus de bonis suę ecclesiæ sine recompensatione testari nequeat, si tamē tantundē de proprij patrimonij

32 facultate ecclesię contulerit, testari licebit. ¶ † Quæro nunquid Episcopus posit compellere indistinctè executores vltimarum voluntatum ad exequendum officiū eius intuitu: & per eos susceptum? Solu. glo. reperiuntur contrariæ. Nam gl. in.c. si hęredes. ī. eo. videtur velle q sic, siue sint deputati ad pias causas, siue non. & idem videtur tenere Inno. in.c. nos quidem. ī. eo. sed glo. in cap. tua. eo. ti. expresè tenet contrarium. s. quod Episcopus non potest se intromittere de executionibus ad nō pias causas. & facit illud. c. à contrario. Hostien. in.cum Ioannes j. e. tenet quòd indistinctè posit: & hoc per illū text. vbi compellit executores, etiam ad non pias causas. & pro hoc: quia quęlibet vltima voluntas dicit pia: vt. xiij. q. ij. c. vltima voluntas. Ioan. Andræ. in præalleg. c. Ioannes. circa hoc distinguit, q aut agitur iudicis officio: & indistinctè potest se intromittere. aut actione intentata per legatarios: & tunc actor debet sequi forum rei. Et pro hac distinctione Ioannis. Andr. facit maximè, quòd quando compellit ex suo officio, non agitur principaliter de vtilitate priuata: sed in vim consequentiæ: sed quando agitur intentata actione principaliter, agitur ad commodum priuatum, ergo causa non est pia. & pro hoc quod no. Inn. in.c. ad nostrā. ī. de iureiur. ¶ Ego

ZACHARIAS.
a ¶ De fructibus sui beneficij. Ad de Hostien. Ioan. An. Imo. & doct. in.c. reprehensibi. 26 lis. & ibi notaui in apost. ad istum. in ver. testari. nu. xv. ij ī. de ap. & Archi. in.c. statutū. §. assessorem. de rescri. libr. vj,

b ¶ Mihi autē. Ad de vt per do m. de Ro. deci. j. in antiquis. de solut. per Ro. consil. cccxl. per Cal. cōsil. j. de pecu. cle.

ZACHARIAS.
a ¶ Habet priuilegium. A dde Bart. & doc. in.l. miles. per istum alleg. & ibi omnino Alex. col. ij. versi. not. ex gl. cum concor. ibi per eum sin. Do. in.l. stipēdia. C. de exec. rei iud. & in c. si propter tua. de rescri. lib. vj. Matthesi. singula. suo Ixj. inci. not. quòd clerici. Ad quod facit quod not. in apo. ad istum in.c. j. nu. 7. in versi. nec ad cedendum cō pelli. ī. de depo.

ZACHARIAS.
a ¶ Priuilegiū. vide multa per Fel. in.c. cū ex officij. col. ij. de præscri. Ias. in.l. q. uis. col. iij. C. de iuris & fa. igno.

b ¶ Testari. A dde Old. cōsi. ccxlvij.

ZACHARIAS.
¶ A ddequod no taui in apostil. ad istum post eundē in ru. ī. de pe. cle. nu. iij. in apost. in ver. quę mihi plus placet.

SEB. SAPIA.
c ¶ Quod dominiū. Idem firmat Pau. de ca. in consi. cclxxxj. secundum antiquā impressionē, col. iij. vbi dicit, q si Papa aufert beneficium alicui, dicitur auferre administrationē, nō dominium: quia dominium est apud Christū. De quo etiā per Gemi. latè. in. c. vnico. in iij. co. vers. quæro quare ecclesia. de sum. tri. in. vj. cum allegat. per Fely. in.c. quæ in ecclesiarū. col. xv. vers. recipit modò hoc secundum membrū. ī. de constit. vbi latè, quid posit Papa circa res ecclesiasticas.

SEB. SAPIA.
a ¶ Priuilegiū. vide multa per Fel. in.c. cū ex officij. col. ij. de præscri. Ias. in.l. q. uis. col. iij. C. de iuris & fa. igno.

b ¶ Testari. A dde Old. cōsi. ccxlvij.

ZACHARIAS.
¶ A ddequod no taui in apostil. ad istum post eundē in ru. ī. de pe. cle. nu. iij. in apost. in ver. quę mihi plus placet.

SEB. SAPIA.
c ¶ Quod dominiū. Idem firmat Pau. de ca. in consi. cclxxxj. secundum antiquā impressionē, col. iij. vbi dicit, q si Papa aufert beneficium alicui, dicitur auferre administrationē, nō dominium: quia dominium est apud Christū. De quo etiā per Gemi. latè. in. c. vnico. in iij. co. vers. quæro quare ecclesia. de sum. tri. in. vj. cum allegat. per Fely. in.c. quæ in ecclesiarū. col. xv. vers. recipit modò hoc secundum membrū. ī. de constit. vbi latè, quid posit Papa circa res ecclesiasticas.

a ¶ Pro extenſione iſtius capituli, vide do. Anto. in c. quod clerici. in antepe. co. ſ. deſo. compe. vbi ſingulariter decidit, quòd ſi fieret teſtamentum pro anima, vel ad pias cauſas, & in eo inſtitueretur eccleſia, vel pius locus corã duobus teſtibus, & poſteà in iſto teſtamẽto fierent multa legata ad pias cauſas, ꝙ merè laicis iſta legata valerent: ſecus eſſet ecõtrà, ſi inſtitueretur laicus, & legata fierent ad pias cauſas cum duobus teſtibus, nihil valerent. Ita ſingulariter decidit do. Anto. vbi. ſ. ſed oportet ipſum bene inſpicere. & expreſsè no. Salyce. melius, ꝙ aliquis de mundo. in aut. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. in ix. q. do. Alex. Imo. in conſi. xl. inci. viſo tenore allegati & producti inſtrumẽti. in. iij. col. in prin. Facit authẽ. quod ſine. in fine. C. de teſtib. quod diligenter no. pro extenſione huius capituli & præcedentis, quia habẽt locum etiam in legatis, dato: ꝙ legata ipſa non ſint ad pias cauſas: puta, quòd inſtitutio ſit ad pias cauſas. Vnum etiã ſcias quòd teſtamentũ ad pias cauſas nõ eſt propriè teſtamentum: nec valet vti teſtamentũ, ſed vti vltima voluntas in genere. Ita expreſsè Barto. in repe. l. j. in penul. colũ. in verſi. quartò quæro, an talis voluntas. & c. C. de ſacroſan. eccle. non eſt dare vltimam voluntatem in genere: vt eſt gl. ſi. in. l. licet. C. de pact. Anto. Franciſ.

¶ An duo teſtes ſufficiant in teſtõ in quo eſt inſtitutus laicꝰ, & ſunt facta multa legata in piam cauſam. vel ſi eſt inſtituta pia cauſa, & ſunt facta legata plura laicis & ſeculariꝫ, puto conſiderandã eſſe inſtitutionem hæredis, quia ſi erit inſtituta pia cauſa dicatur teſtamẽtum factum in piã cauſam. Si verò erit inſtitutus laicus, dicatur teſtamentum factum non in piam cauſam, quia ab hæredis ipſa inſtitutione dependet ipſum teſtamentum, quod dicitur eſſe caput ipſius teſtamenti: vt in. ſ. ante hæredis. inſtit. de leg. Bene ſatendũ eſt, ꝙ reſpectu piæ cauſæ, ſiue hæredis inſtitutio, ſiue legata illa valebũt iuxta materiã. c. cũ eſſes. de teſt. & ea quæ plenè traduntur in. l. j. C. de ſacroſan. eccle.

33 puto opi. gl. & Hoſti. † veriorem indiſtinctè, videlicet ꝙ Epiſcopus poteſt ſe intromittere, ſiue procedat ex officio, ſiue actione intentata per legatarios. Nam executio cuiuslibet voluntatis ſpectat ad Epiſcopum, vt patet in præalle. c. Ioannes. & cap. indicante. ſ. e. & no. in. c. ſilueſter. xij. q. j. & in. c. epiſcopus. lxxxviij. diſ. facit præalle. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Ergo ratione piæ cauſę poteſt adiri per laicum, & contra laicos, ſicut obſeruatur in alijs cauſis ſpectantibus ad forũ eccleſiæ, vt in. c. ſuper quibuſdã j. de ver. ſigni. & c. lxxxvij. di. in. c. j. & ij. Nam ſi defendere orphanos & viduas & alias miſerabiles perſonas ſpectat ad eccleſiam, vt in præalle. c. ſuper quibuſdã. & in præalleg. c. j. & ij. multo fortius defenſio & executio defunctorum, qui penitus ſunt deſtituti defenſoribus. & pro hoc videtur tex. in. c. deſolatis. aliàs incipit defenſionis. lxxxvij. di. vbi dicit tex. ꝙ propriæ defenſionis auxilio deſolati ſpectant ad forũ eccleſiæ. Nec obſtat ratio ſuperius allegata, videlicet quando agitur actione intenta ta, ꝙ principaliter agitur ad cõmodũ actionẽ intentãtis. Nam negari nõ põt, quin ex hoc impleatur defuncti voluntas. Item ſufficit: ꝙ cauſa ſpectet ad eccleſiam, vt. ſ. dixi, nã modis omnibus vltima voluntas eſt ſeruanda, vt xiij. q. ij. vltima voluntas. non ergo habere debemus reſpectum ad modum agendi: ſed ſufficit, ꝙ agat vt vltima voluntas adimpleatur. pro hoc. xxiij. q. v. prodeſt. ¶ Et ex prædictis concludo: ꝙ Epiſcopus vltimarum voluntatũ executores ex officio ſuo, ſeu actione per legatarios intẽtata, compellere poteſt, vt ſuſceptum ab eis officium debitè exequantur, etiam ſi non ad pias cauſas deputati extiterint. Ex quo infertur, ꝙ executio vltimæ voluntatis, etiã ad non pias cauſas ad Epiſcopum lapſo anno deuoluitur. ¶ † Quæro nunquid annus præfixus executori ad exequendum teſtamentum currat: etiam executore impeditoꝰ Sol. videtur primò, ꝙ nõ, quia non valenti agere non currit tempus: vt in. c. quia diuerſitatem. de conſ. præben. & in regula imputari. de reg. iur. lib. vj. contrarium tenet Spe. in ti. de inſtr. edi. ſ. nunc aliqua. ver. qd ſi executor impotẽtia. & inducit l. nulli. & l. ſi quis ad de clinandam. C. de epi. & cle. quæ hoc nõ probant. dictum tamen videtur verum & pro hoc: quia omne tempus eſt continuum: niſi aliud appareat. ff. de vſuc. l. nunquam. ſ. in vſucapionibus. no. gl. ff. de diuer. & temp. præſc. l. j. in fi. & in rub. & pro hoc quod not. Io. and. in. c. ſuper eo. de appel. executor tamen qui impeditus non exequitur, nõ priuatur legato, licet aliàs priuaretur, quando voluntariè: ideſt contumaciter, non exequeretur, vt in auf. de hære. & fal. ſ. ſi quis autem non implens. Et pro hoc induco tex. cum gl. ſingulari. in. c. ſtatutum. de præben. lib. vj. vbi no. ꝙ quando tempus ſtatuitur non in odium negligentis: ſed in fauorem alicuius, quòd tempus currit etiã ignoranti, & non negligenti: vnde cum annus præfixus executori ſit præfixus non in ſui odium: ſed potius in fauorem defuncti: vt colligitur in. c. nos quidem. in fi. ſ. eo. debet currere etiã executore non negligente. & pro hoc quia non agitur de ſuo magno præiudicio: nec refert per quem fiat executio. Et per hoc reſpondetur ad cõtrariũ, dum dicitur: ꝙ non valenti agere. &c. Nã debet intelligi quando tempus eſt ſtatutum in odium negligentis. & qñ agitur de magno ſuo præiudicio. ¶ Sed prædictis non obſtãtibus, credo, ꝙ primum dictũ ſit verius: ſcilicet quòd iſtud tempus non currat impedito. Et primò per regulã generalem, quòd non valenti agere &c. vnde dicit Hoſt. in. c. quoniam. de iurepatro. quòd iſta regula ſemper vẽdicat ſibi locũ, niſi in caſu, in quo læſio reperiatur. ſed in iſto caſu nulla reperitur læſio, imò potius inuenitur contrariũ. vt j. dicã. ergo &c. Et quòd iſto caſu tempus non currat impedito: probatur in præalle. ca. nos quidẽ in tri plici. loco. Nam primò Papa ſibi mandat admonitionem fieri. quod non fieret: ſi tempus curreret etiã impedito.

34 Nam admonitio fit, vt appareat de negligentia, vt in. c. j. de ſupplẽ. negli. prælat. & c. xij. q. ij. indigne. ¶ Secundò in ver. quòd ſi. vbi mãdat Papa tunc executionem fieri per Epiſcopum: cum executor adimplere neglexerit. & quis non dicitur negligere, quando legitimè eſt impeditus: vt apertè probatur in. c. quia diuerſitatem. de conſ. præben. ¶ Tertiò probatur ibidem in verſi. ſic enim. vbi dicit tex. ꝙ voluntas delata debet epiſcopali ſtudio adimpleri. & ſic requiritur quòd executor diſtulerit executionẽ ad hoc, ꝙ talis poteſtas deuoluatur ad Epiſcopum. ſed iſte qui eſt impeditus, nõ dicitur differre. vt no. glo. in. c. quã ſit. de elect. lib. vj. & probatur in. c. ij. iuncto. c. quia diuerſitatem. de conſ. præben. Non obſtat quod dicitur, quòd omne tempus eſt continuum, niſi aliud appareat. Nã hîc eſt expreſſum, vt. ſ. probaui, quòd tẽpus non currat impedito. Non ob. quod dicitur, quòd quando tempus ſtatuitur in fauorem alicuius: quòd currit impedito. Nam illud procedit quãdo ſimpliciter ſtatuit in fauorẽ. ſecus ſi in fauorẽ vnius, & in odiũ alterius, quia tunc non currit impedito: vt in præal. c. quia diuerſitatẽ. & ſic eſt hîc. Nã iſtud tempus anni ſtatuitur nõ ſolũ in fauorẽ defuncti, ſed etiã in odiũ executoris negligentis, vt patet hîc, dũ mãdat illũ primò admoneri, & ſi adimplere neglexerit, quòd Epiſcopus exequatur. & hoc idẽ comperi poſteà tenere Fed. conſi. cxxiiij. & alle. Hoſt. ſ. eo. nos. Et ex iſtis concluditur, quòd annus executori ad exequendum teſtamentum à iure præfixus, minimè currit executore legitimo impedito.

¶ Finis repetitionis. c. Cum eſſes.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Teſtamentum ad pias cauſas valet coram duobus teſtibus factum, ſiue ſint rogati, ſiue nõ, ſiue maſculi, ſiue fœminæ. nu. 3.*

2 *Legata ad pias cauſas poſſunt peti coram iudice ſeculari, qui habet terminare ſecundum canones, & non ſecundum leges, tam in terris eccleſiæ, quàm in terris imperij. 8.*

4 *Donatio vltra quingentos aureos facta pio loco, nõ requirit inſinuationem. Idem ſi eſſet facta in redemptionẽ captiuorum.*

5 *Statutum, quòd fœmina non poſſit teſtari, vel alios contractus facere, ſine conſenſu duorum proximorum, non habet locum quando fœmina diſponit ad pias cauſas.*

Statutum laicorum impediens liberam diſpoſitionem pro anima non valet.

Statutum, quòd bona non poſſint alienari in forenſes, vel in non ſubditos, non vẽdicat ſibi locum, dum alienatur in eccleſiã.

6 *Statutum quòd niſi teſtamentum inſinuetur intra ſex menſes ſit nullum, quòd non habet locum, quando vel clericus, vel eccleſia inſtituuntur.*

Legata ad pias cauſas debentur etiam non adita, vel repudiata hæreditate.

7 *Legata ad pias cauſas dicuntur omnia illa, quæ relinquuntur pro anima.*

Reſtitutio in integrum competit non ſolum eccleſijs, ſed & omnibus alijs pijs locis.

CAP. XI.

a ¶ † Valet vltima voluntas ad pias cauſas corã duobus teſtibus; & eſt ſingularis caſus. Primò ponitur factũ reprehenſibile, quod ſecundò corrigi mandat ibi: *mandamus*. & mãdatum tertiò probat, ibi: *quoniam*. ¶ † No. ex tex. iuncta ſuſcriptiõe: ꝙ relictum factũ eccleſię põt peti corã iudice ſeculari: & quòd iudex ſecularis debet talem cauſam determinare ſecũdũ canones, & nõ ſecũdũ leges. & licet tex. iſte loquat in terris eccleſię, tamẽ idẽ dicẽdũ in terris imperij. ꝑ ea, quę no. in. c. eccleſia. de cõſti. & in. c. quod clericis. de foro cõp. & ibi plenè de materia. † No. ibi: *aliqua cauſa talis.* quòd in

a quòd in relictis ad pias cauſas non eſt ſeruanda ſolennitas iuris ciuilis. An autem hoc ſit verum indiſtinctè, Bar. in. l. j. C. de ſacroſan. ecc. dicit, quòd ſic. & dicit hoc procedere de iure ciuili, per illum tex. qui dat liberam facultatẽ relinquendi eccleſijs. & ſic pia voluntas eſt libera à ſolennitatibus iuris ciuilis: ſed certè iſte tex. videtur contra opi. Bar. Nam præſupponit, quòd de iure requirebantur quinq, vel ſeptem teſtes. hinc eſt, quòd Papa mandat talem cauſam tractari ſecundũ decretorũ ſtatuta, & non ſecundum leges: ergo leges requirunt ſeptem vel quinq teſtes, aut aliam ſolennitatem: ſicut in relictis ad non pias cauſas. & contra Bar. tenuit ibi Bal. Fatetur tamẽ Bal. quòd de iure canonico dictum eſt verum per iſtum textum. vnde tex. concludit non requiri in iſtis relictis ad pias cauſas, quòd teſtes ſint rogati: b vel quòd omnes ſint maſculi: nec alia ſolennitas iuris ciuilis. quod bene not. Nã docto. noſtri vidẽtur multum ſtrictè intellige re iſtum tex. dicentes iſtum tex. ſolũm prouidere reſpectu numeri teſtium. non reſpectu alterius ſolennitatis requiſitę à iure ciuili. vnde dicitur, ꝙ Fran. de Are. conſuluit teſtes eſſe rogatos. quia non debemus recedere à iure ciuili: niſi quatenus reperitur contrarium cautum de iure canonico. Sed ego quidem ſequẽdo primam opi. concludo: quòd iſte tex. ſatis probat primum dictum. Nam licet propoſitio fuerit facta de numero teſtium, tamen Papa tradit poſteà generalem doctrinam: vt hæc cauſa non tractetur ſecundum leges: ſed ſecũdum decretorum ſtatuta. & ita hodiè communiter ſeruatur & hoc procedit vt dixi de iure canonico, & non de iure ciuili. Nam ius ciuile ſolum voluit prouidere, vt Chriſtianus habeat liberam facultatem donandi eccleſiæ: quia tunc tempore Conſtantini chriſtiani nõ audebãt ſe publicè cõgregare: nec eccleſijs relinquere. vnde ſatis eſt, ꝙ illud priuilegium Conſtantini operetur primum, non autẽ voluit tollere ſolennitatem iuris ciuilis, ſed iure cano. eſt bene hoc ſeruandum in omni foro.

b ¶ In relictis. Extende notabiliter hunc text. vt per Barto. in. l. fi. ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur.

b ¶ In relictis in piam cauſam, nõ requiritur ꝙ teſtes ſint rogati. ita etiam concludit hic do. Bar. de bel len. in addi. Nec ob. iſte text. qui fortiter facit in cõtrariũ, ibi: requiſitus quia debet intelligi ſecundum Imo. hîc, ꝙ iudex debet requirere illos duos teſtes legitimos. Et pro iſta parte etiã facit gl. in. c. Ioannes. j. e. & vide do. Anto. hîc. & in c. indicante. ſ. eo. cir ca princi. & vide Ro. in authen. ſi militer. C. ad legẽ falc. vbi dicit, non requiri in hoc caſu teſtes rogatos. & vide etiam per Bar. in. l. j. C. de ſacroſan. eccle. & in ſimil. glo. in. l. fin. ſ. in omni. C. de col. ¶ Sed quòd c requirãtur rogati, facit tex. vt dixi, qui dicit adhibitis requiſitis. quod intelligitur, id eſt rogatis, ſecundum expoſition ẽ glo. in. ſ. ſi. inſti. de teſt. de quo etiam per Io. and. in addi. Specu. de inſtru. edi. ſ. nunc vero aliqua. per Ro. in cõſi. ſuo. ccxcix. & facit in ſimili tex. in. l. diuus. ff. de mili. teſta. Et quòd in teſtamentis ad pias cauſas non requirantur neceſſarò teſtes eſſe rogati, tenet Pau. de ca. in. l. hæredes palã. ſ. in teſtamentis. ſuper gl. in verbo rogati. ff. eo. De quo etiam vide omnino per Roma. in repe. authen. ſimiliter. ver. xj. C. ad leg. falci. vide latiſsimè per Lap. alle. xxx. in prin. & ver. vj. an valeat. Item adde hîc omnino, quod no. Bar. in. l. tale pactum. ſ. fi. ff. de pac. & vide Bald. in. l. j. in fin. C. de ſacroſanc. eccle. vbi dicit, quòd in relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, etiã mulieres, & fortè nõ rogati, dum tamen aliàs ſint fide digni. Et dicit quòd ſtatutum diſponens cõtrariũ, tanquam contra ſalutẽ animæ, non valeret, ita debet tenere Bar. Et adde Bald. in. l. non poſſunt. ff. de leg. vbi dicit, quòd valet ſtatutum, ꝙ quis poſſit teſtari cum duobus teſtibus, etiam non rogatis, quia res videtur eſſe reducta ad merum iuſgen. ſed Pau. de caſt. in auth. quod ſine. C. eo. dicit, ꝙ hoc eſt verum, quando omnino ſtatutum reducit facultatem teſtandi ad iuſgen. ſecus dicit, ſi ſtatutum minueret ſolennitatẽ iuris poſitiui, ſed non reduceret ad iuſgen. puta, quia diceret, ꝙ quis poſſit teſtari cum. iiij. vel. v. teſtibus, quia tunc debebunt eſſe rogati, quia non dicitur eſſe recęſſum à ſolennitate iuris poſitiui. Sed dicit ꝙ dictum Bal. ſoquẽtis de ſtatuto diſponente de duobus teſtibus, etiam non tranſit ſiue dubitatione per tex. cum glo. in. l. diuus. ff. de teſtamen. mili. vbi ius priuilegiat militem: vt poſſit teſtari cum duobus teſtibus, & tamen debent eſſe rogati. quod vltimum intellige ſecundum gl. in. l. j. ff. de teſt. mil. & in. l. milites. C. de teſt. mili.

5 ¶ † Et ex his infero ad aliam quæſtionẽ quotidianã notabilem. Statuto in multis locis cauetur: vt fœmina non poſsit teſtari, vel ſe obligare ſine præſentia duorũ agnatorũ, quęritur nunquid poſsit teſtari, vel bona ſua eccleſiæ donare, ſeu ad piam cauſam ſine hac ſolẽnitate? & videtur: ꝙ ſic, per iſtum textũ. quia huiuſmodi relicta, vel donata pro anima, non debẽt terminari ſecũdũ leges ciuiles, ſed ſecũdũ canones. Sed ſtatutũ eſt pars iuris ciuilis. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Item non valet ſtatutũ laicorũ impediẽs quodãmodo liberã facultatẽ donãdi pro anima, vt no. in. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. Facit quod notat Io. an. in. c. fi. de immu. eccle. lib. vj. vbi dicit, ꝙ non obſtãte ſtatuto quo cauetur vt bona mobilia non poſſint alienari in forẽſes, vel nõ ſubiectos iuriſdictioni ſtatuentiũ, poterit quis donare talia bona eccleſiæ: quia ſtatutũ inferiorũ non poteſt tollere priuilegium indultũ eccleſijs per prin e cipalem. Hanc opi. reperio apertiſsimè fouere Bal. in. l. generaliꝰ. C. de ſac. ſan. ec. † ¶ Et idẽ quem etiam refert & ſequitur Bal. in. c. peruenit. el ſecundo. in fin. de iure iurando. de hoc vide glo. fina. in. l. illud. C. de ſacroſanctis eccle. Sed vide gl. & Angelum tenentes contrarium in. l. ſancimus. in principio. C. de donationibus.

6 ¶ Cum Bal. in dicta. l. generali concordat Petr. de Ancharano eum recitans in repetitio. c. canonum. de conſtitu. in. iij. princip. quæſit o. in. xx. columna illius quæſiti. ver. dicit etiam Bald. Et adde Barto. & Baldum. in. l. finali. Ct de ſacroſanctis eccleſijs. & Bald. in. l. iubemus nullam. eodem titu. vbi dicũ. quòd ſtatutum prohibens alienari in forenſem, non includit eccleſiam. vide pleniſsimè per Do. poſt Ioannem Andræ. in. c. eos. de immu. eccl. libro ſexto. Item ad hoc facit quod no. dominus Anto. in. c. tua. de decim. Item adde Baldum in. c. clerici. de iudi. vbi etiam ponit, an ſi ſtatutum la icorum prohibet alienari in forenſem, poſsit fieri alienatio in perſonam eccleſiaſticam. Et adde elegans dictum Cyni in authentica ingreſſi. C. de ſacroſanctis eccleſijs. vbi dicit, quòd licet minor non poſsit alienare ſine decreto iu dicis, quòd valebit conceſsio ſine decreto, quam facit ipſe minor, dum ingreditur religionem. Ad quod vide omnino latiſsimè per domi. Anton. in cap. in præſentia. de iudi. in. xxxviij. columna. Adde etiam Baldum in l. ſi ſponſus. ſ. conceſſa. ff. de donationibus inter virum & vxorem. Vbi

a ¶ In relictis. Extende notabiliter hunc text. vt per Barto. in. l. fi. ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur.

c ¶ Quid in donatione. vide Paul. de caſt. in cõſi. iij. incipien. omiſſo ordine ſecundum antiquam impreſſionem. cum multis allegatis per Fely. in ca. eccleſia ſanctæ mariæ. xxxv. in. viij. quę ſtione principali. ver. modo ex iſto caſu deciduntur duo. ſ. de cõſtitu.

d ¶ Et idẽ firmat dominus Ant. in c. ad hæc. ſ. eod. & adde hîc text. & gl. in. ſ. & cum retro. inſtitur. de donatio. vbi etiam Bald. format aliquas quæſtiones circa infinuationem. Adde quod notat do. Anton. poſt Hoſt. in ca. fi. de fide inſtru. in. ij. col. & Ioan. and. in addi. Spec. eo. ti. ſ. porrò. in addi. inci. illa lex. & vide gl. in. l. ſan cimus. C. de donatio. & in authen. de non alienan. ſ. fi minus. & latè per Lud. Roma. in. l. Modeſtinus. ff. de dona. & vide omnino Archidiaco. in. c. Ludouicus. lxiij. diſtin. vbi enumerat caſus, in quibus in donatione non requiritur inſinuatio. & inter alia dicit, ꝙ hodie valet donatio facta eccleſiæ abſq; inſtrumentione vſq; ad octogintaaureos.

e ¶ † Et idẽ

6 re Bal. in. l. generaliꝰ. C. de ſac. ſan. ec. † ¶ Et idẽ

dicit, quòd ſi collata eſt res in aliquem ſub pacto, ꝙ non poſsit alienari, nihilominus poterit alienari in piam cauſam. Sed contra hoc videtur determinare Baldus in l. volũtas. in fi. j. colum. C. de fideicom. vbi dicit, ꝙ prohibitus alienare extra familiam, non potes legare extraneo etiã pro pro anima ſua: vt in c. j. §. donare, quali. olim feud. aliena. poſ. Adde etiam 7 omnino Ro. in authen. ſimiliter. C. ad legẽ Falci. qui videtur deſtruere omnia ſupradicta allegando text. in d. §. donare. & in c. j. in prin. de pro hi. feud. alie. vbi prohibitio facta vaſallo de alienando includit etiam alienationẽ in piã cauſam. Item vide Bal. in leg. fac. ſan. C. de epi. & cle. vbi dicit, ꝙ ſtatutum, quo cauetur 8 ꝙ filius ſa. nõ poteſt ſe obligare, cõprehendit etiã filiumfa. clericum vel ſacerdotẽ. Itẽ adde, qđ no. do. in ca. quo iure. in fi. viij. diſt. vbi dicit, ꝙ ſi laici faciunt ſtatutum, ꝙ fabri cæ eccleſiæ per tes ſtatores legetur tantum: licet non poſsit clericos, vel eccleſiaſticos ligare, tamen valet quo ad præiudicium ſubditorũ. Et idẽpũctualiter 1 dicit Domi. x. di. c. j. in. iij. col. Item ad prædicta vide omnino Ro. in repet. a uthen. ſimiliter. in. xv. &. xvj. priuilegio piæ cauſæ circa cõtractus. C. ad legem falc. & ad q. hîc tactã per. d. Ant. in ver. ex hac decre. vide Pet. de Anc. in repe. regulę ea, 5 quæ. in. vj. in. ij. q. prin. in fi. & vide omnino d. o. Car. in. c. perpẽdimus. de ſen. excõ. in fi. j. char. in ver. quæro de. q. & do. Anton. in. c. eccleſia Bald. in auſ. caſſa. ponit aliã notabilẽ quæſtionem. Statuto a cauetur, ꝙ niſi teſtamentum inſinuetur intra ſex mẽſes per hæredem, ſit ipſo iure nullum: clericus fuit inſtitutus hæres, & non inſinuari fecit teſtamentum, quæritur nũ quid teſtamentum ſit nullum? & cõcludit, ꝙ non. Mouetur. quia ſtatutum non adſtringit clericum, fortius hoc dicendum, quando eccleſia eſſet inſtituta. Et per prædicta poſſunt decidi infinitæ quæſtiões: & maximè illa quotidiana, nunquid legata ad pias cauſas non adita hæreditate, debeantur: & maximè ſi hæres repudiat, vel renuntiat hæreditati. Et dicendum, ꝙ ſic: quia hæc legata non ſubiacent ſolẽnitati iuris ciuilis, vt dixi. Sed quòd legata nõ debeantur hæreditate non adita ex teſtamẽto, eſt ſolennitas iuris ciuilis. & idem dic in multis ſimilibus. ¶ †Vltimò aduerte, ꝙ licet iſte tex. loquatur de relictis factis eccleſiæ: idẽ tamen eſt obſeruandum ſecundum Inn. in omnibus relictis ad pias cauſas. & dicuntur relicta ad pias cauſas omnia, quæ relinquuntur pro anima. & ſentit gl. notabilis & clarius ibi Bar. in. l. ſi quis Titio. ff. de lega. ij. facit. c. requiſiti. j. eo. Et ex dictis Inn. collige, ꝙ relicta ad pias cauſas gaudent eodẽ priuilegio, cũ relicto facto eccleſiæ. Ratio poteſt eſſe identitas diſpoſitionis ſeu rationis. Nã eccleſia priuilegiatur propter animam & contẽplationẽ Dei. Facit quod no. Ioannes an. in. c. j. de in integ. reſtitu. lib. vj. vbi ſingulariter voluit, ꝙ ſicut eccleſiæ poſſunt petere reſtitutionẽ in integrum: ita & alia pia loca. ¶ †In glo. ij. ibi: *ad eccleſiaſticum iudicem*. No. gl. ſingulariter, ex qua colligę, ꝙ in relictis ad pias cauſas poteſt etiã hæres adire iudicẽ eccleſiaſticum: ſiue hęres ſit ſecularis ſiue eccleſiaſticus. colligitur ex tex. quia Papa hãc cauſam qualificat, & decernit eam tractãdam non ſecundum leges, ſed ſecũdum decretorum ſtatuta, ergo eſt eccleſiaſtica, quia Papa aliãs non potuiſſet ſe impedire tollẽdo diſpoſitionem legalem. dic tamen: ꝙ eſt miſti fori. Nam eſt in optione actoris quẽ iudicẽ velit adire ſeculare. ſ. an eccleſiaſticum. & de ſeculari probatur hîc. nam coram eo hæc cauſa tractabitur.

¶ Repetitionis. c. Cum eſſes. Finis. Abb.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Teſtari non poteſt clericus de acquiſitis per eccleſiam, etiam quòd ſint mobilia, ſed de bonis ſuis proprijs poteſt teſtari: poteſt tamen de bonis per eccleſiam acquiſitis aliqua ſeruitoribus, vel pauperibus elargiri. 8.*

2 *Bonorum appellatione veniunt mobilia, immobilia, iura, actiones, ſeu nomina debitorum.*

3 *Emptio facta de bonis eccleſiæ, dicitur acquiſita per eccleſiam.*

4 *Eccleſiæ appellatione non ſemper venit ipſum corpus inanimatum ipſius eccleſiæ, ſed aliquando capitulum, aliquando ſucceſſor.*

5 *Clericus bona acquiſita intuitu eccleſiæ, cuius ipſe non habebat adminiſtrationẽ tranſmittit in capitulum, & ei cedunt: ſi verò clericus habebat adminiſtrationem: puta, quia rector vnius eccleſiæ, tunc talia bona cedunt ſucceſſori, qui habet diſpenſare prout de alijs bonis eccleſiæ. 7.*

6 *Capitulum quando ſuccedit in bonis canonici defuncti, quæ ipſe acquiſiuerat intuitu eccleſiæ, poteſt illa vel inter canonicos diſtribuere, vel in bonis communibus retinere.*

7 *Clericus non poteſt conſanguineo diuiti aliqua donare, niſi ab eo habuerit ſeruitia.*

Aliqua, iſta dictiu denotat certam moderationem, quaſi dicat non omnia.

8 *Clericus, ſi quid acquirit ex aliquo iuſto artificio, vel quòd legat alios docendo, acquirit ſibi, & non eccleſiæ.*

9 *Clericus, ſi habebat plures eccleſias, tunc bona quæ ſita intuitu eccleſiæ, vel quæ habent deuenire in eccleſiam diſtribuuntur in ipſas.*

10 *Clerico decedenti ſine teſtamento, & conſanguineis, ſuccedit eccleſia.*

Bona quæſita per clericos, cenſentur in dubio quæſita intuitu beneficiorum, quæ poſt eius mortem veniunt diſtribuenda inter eccleſias, ſecundum quod eccleſiæ reſpondebant de fructibus. 11.

12 *Clericus, ſi quid indebitè acquiſierit, redditur veris dominis, vel inter pauperes diſtribuitur.*

CAP. XII.

1 RElatum. ii. ¶† De proprijs poteſt teſtari clericus: in acquiſitis per eccleſiam etiã ſi ſint mobilia ſuccedit eccleſia. i. cõis cõgregatio, vel ſucceſſor, poteſt tamen aliqua ſeruitoribus vel pauperibus elargiri. Si aũt defunct⁹ habeat plures eccẽsias, ſeu beneficia fiet æqua diuiſio inter illa. Et quinq; ſunt partes. Secũda ibi: *in nomine*. Tertia ibi; *licet*. Quarta ibi; *cæterùm*. Quinta ibi: *quia verò*. & venit hoc. c. ad declarationẽ. c. cum in officijs. ſ. ¶ Caſus literalis. In. c. ſ. eo. cum in officijs. dicitur ꝙ bona per eccleſiam acquiſita ad eandem deuoluuntur in obitu cle ricorũ. quæſitũ eſt à Papa vtrum de immobi- a libus tantũ, vel de mobilibus ſit intelligẽdũ? Reſpondeſ, generaliter bona quælibet per eccleſias acquiſita eis debẽt iuxta Latera. concil. poſt acqrẽtis obitũ remanere. Sed per hoc vocabulum eccleſia non intelligit Epiſcopus, vel ſucceſſor clerici moriẽtis in eccleſia collegiata: ſed ipſum collegium intelligit, ꝙ rerũ illarũ debet canonicã diſtributionẽ & curam habere. Vbi aũt in loco defuncti vnus tãtùm eſt ordinandus: ille bona illius ſicut & alia bona ipſius eccleſiæ debet diſpẽſare: & licet mobilia per eccleſiam acquiſita in alios pro moriẽtis arbitrio transferri nõ poſſunt, conſuetudinis ✣ SEB. SAPIA. tamen eſt nõ improbandæ, vt de mobilibus illis poſsint aliqua cõferri pauperibus, & alijs locis religioſis, & illis, qui clericis ſeruierãt, ſi ue ſint conſanguinei, ſiue alij ſecundum ſeruitij meritũ. Si verò clerici de hæreditate, vel alio intuitu perſonæ ſuæ aliqua acquiſiuerũt: de illis diſponant pro arbitio ſuo. In fine. dicit clerici verò, qui plura habent beneficia, in pluribus eccleſijs: bona illorũ debent diuidi inter ipſas eccleſias pro rata ſecundum congruã diſtributionem. Ber. ¶ †No. j. ex iſto tex. iũcto 2 b c. cum in officijs. ſ. e. ꝙ appellatiõe bonorũ: nõ ſolùm veniunt bona mobilia: ſed etiã immobilia & omnia alia cuiuſcunq; qualitatis ſint. vnde comprehenduntur actiones, ſeu nomina debitorũ. Nã bona dicuntur, quia beãt: hoc eſt beatos faciunt in hoc ſeculo, vel quia proſunt. & hæc habentur in. l. bonorum appellatio ſanctæ mariæ. de conſtitu. in. vj. co. poſt Bar. in. l. j. C. de ſum. tri. Et ad. de ꝙ in ſimili quę ſtione no. Pau. de eleaza. in quodã ſuo cõſil. incip. ca uet ſtatuto, quod cõſilium habetur in repertorio Bal. ſuper Inno. Ant. Franciſ.

¶ An ſtatutũ Ioquens de forenſi includat clericum vt eccleſiã, dicas ꝙ ſtatuto prohibente forenſem acquirere, non ligatur clericus: vt no. Bar. in. l. dudũ. C. de cõtrahẽ. em. & no. doc. in cap. eccleſia ſanctę mariæ, de cõſtitut. & Bal. in. l. ſi. v. colũ. C. de ſa. ſan. eccle. & in. l. iubemus. e. tit. & no. Bar. in l. ſi. C. de exac. tri. lib. xj. & in. l. ſi. lius. in. §. dici. de leg. j. & not. doc. in. l. quorũ. ff. de pig. & Io. an. in. c. fi. de immuni. eccle. & vide Paul. de ca. in conſil. cc. xciij. & cc. xcv. & Fede. de ſe. conſi. lxxvj.

¶ Statuto. De hac quæſtiõevide Fely. in. d. c. eccleſia ſanctæ mariæ. col. xxiiij. ver. vltimò nõ omitto. in fi. & eo. xxxv. ver. ſecũdũ quod ſequif. ſ. de cõſtit. Et ibi etiam, an ſi ſtatutum prohibeat aliquid alienari, valeat alienatio facta in clericum.

✣ SEB. SAPIA.

¶ Appellatione bonorum. Vide Barto. in. l. vxori meæ. ff. de vſufru. lega. Bal. in. l. j. in fi. j. lecturæ. & in ſecunda le. ff. de ſta. ho. & Bart. in l. Quintus. §. argẽto. co. ij. ff. de aur. & argen. lega. & Bal. & Imo. in. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſolu. matrimo.

pellatio. ff. de ver. ſig. Vnde puto, ꝙ ob hanc cauſam Papa reſpondet hîc generalius, quàm fuit quæſitũ. Nã quærebatur, an appellatione bonorũ venirent tantùm immobilia: an etiã mobilia. Et Papa reſpondet, ꝙ veniunt bona quælibet. quaſi dicat non ſolũ mobilia & immobilia: ſed etiam alia: puta iura incorporalia: quæ prò priè non dicuntur mobilia vel immobilia: ſed faciunt tertiam ſpeciem. de quo plenè dixi in c. nulli. de reb. eccle. non alie. ¶ †No. ij. 3
a ibi: *poſt acquirentis obitum*. a ꝙ bona b dicũtur acquiſita per eccleſiã:
b licet Rector eccleſiæ acquiſiuerit: ex quo tamen intuitu eccleſiæ ſucceſsit acquiſitio. Et ideò ſi clericus de reditibus eccleſiæ emat equũ, vel prędiũ, hęc poſſunt dici acquiſita per eccleſiã. vnde ſunt eccleſiæ, & non clerici. Vide bo. gl. xij. q. j. c. res. & tex. in. c. fixũ. ea-
4 dem cauſa &. q. v. ¶ †No. in verb. *nomine*. ꝙ appellatione eccleſiæ non venit ſemper corpus inanimatũ ipſius eccleſiæ: ſed quandoq; capitulum eccleſiæ: quandoq; ſucceſſor. & de varijs ſignificationi
5 bus vide bo. gl. in. c. querelãj. ne prælati vices ſuas. ¶ †No. & tenementi ſemper, quia non eſt alibi: ꝙ acquiſita per canonicum intuitu eccleſiæ, ſeu prębendæ non cedunt ſucceſſori in prębenda: ſed capitulo ipſius eccleſiæ. vbi autem beneficiatus non eſt de congregatione: ſed habet beneficium omnino ſeparatũ: puta quia eſt Rector eccleſiæ parochialis: vel præpoſitus, vel archidiconus non beneficiatus à capitulo: tunc bona acquiſita intuitu beneficij cedunt ſucceſſori, non capitulo. Ratiõem diuerſitatis nemo ponit, quod viderim: ſed ego puto hanc diuerſitatis rationem eſſe. Canonico datur prębenda ex bonis cõmunibus capituli principaliter, vt inde ſumat neceſſaria: nõ autem datur, vt ſit adminiſtrator eccleſiæ. ideò, ſi aliqua remanẽt vltra prębendam, debent cedere capitulo: cuius ſunt bona prębendarũ. nã ſatis eſt: ꝙ ſucceſſor habeat corpus prębendæ. quia vt dixi, datur ſibi, vt inde viuat: & capitulum adminiſtrabit bona acquiſita, ſicut alia bona cõmunia. Sed in alio beneficiato per ſe extra congregatiõem datur beneficium tanquã adminiſtratori ipſius eccleſiæ. vnde quemadmodũ habet adminiſtrari oĩa bona eccleſię: ita & hîc intuitu queſita eccleſiæ. ¶ †No. 6
ibi: *canonicã diſtributionem & curam. & c.* quid debeat facere capitulum de bonis relictis per canonicum defunctũ. Nã debet canonicè diſtribuere: vel ſi vult retinere in bonis cõmunibus, debet habere curã: ſicut de alijs bonis. Et hîc videntur inferre doctores, ꝙ iſta bona non debent diuidi inter canonicos. Ego dicerem, ꝙ ſi vellẽt diuidere, ſecundum quod canones permittunt, poterunt: vt patet
7 ex illis verbis: *canonicam diſtributionem*. ¶ †Not. ibi: *cum Dei timore diſpenſent*. ꝙ bone acquiſita per præceſſorem, nõ cedunt lucro ſucceſſoris: vt inde poſsit ad libitum adminiſtratiõem habere: ſed cũ Dei timore, debet diſpenſare: ſicut diſpenſat alia bona eccleſiæ.
8 ¶ †No. ibi in ver. *licet*. ꝙ clericus etiã in ægritudine, de qua poſtmodum deceſsit, poteſt aliqua mobilia eccleſiæ conferre religioſis locis & pauperibus. Itẽ his, qui ſibi ſeruiunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue extranei, ſecundũ ſeruitij meritũ. Ex quibus verbis infertur, ꝙ in pauperibus & locis religioſis ſufficit ad erogationem faciendam ſola charitas. Sed in alijs, qui non ſunt pauperes, vel non ſunt loca religioſa, requiritur quòd præceſſerit aliquod ſeruitiũ. Ex quo ſecundo inferò, quòd conſanguineo diuiti qui non ſeruiuit eccleſiæ, vel prælato, non poteſt prælatus aliquid conferre, etiã de mobilibus eccleſiæ. Et pondera verbum ibi: *aliqua*. quod denotat quandam moderationem. c Non enim debet omnia mobilia ec c
cleſiæ diſpenſare in ægritudine. ¶ Item nõ. ex hoc, & ex tex. quòd ſeruitium impenſum Prælato, videtur impenſum eccleſiæ, adeò quòd de bonis eccleſiæ poteſt fieri remuneratio. facit. c. per tuas.
9 & quod ibi dixi de do. ¶ †Not. in verbo, *cæterum*. tex. apertũ, ꝙ habens beneficiũ licitè exercet aliquod artificiũ, vel doctrinã in docendo alios. & lucrũ inde proueniens cedit ſibi, & non eccleſię. Et ex hoc & ex tex. colligit, ꝙ clericus poteſt eſſe artifex, & licitè ſumere officiũ docendi alios. & intellige de artificio congruenti clericatui ordini. vide bonã glo. in. c. canonũ. xiiij. q. iiij. quæ dicit, ꝙ
10 emat coriũ & faciat ſotulares. ¶ †No. in verbo, *quia verò*. ꝙ ſi clericus, qui aliqua quæſiuit, habeat plura beneficia, debent illa bona per æſtimationem congruã diuidi inter illa. Et poteſt intelligi iſte ver. multipliciter. Primò in bonis proprijs clericorum, qui deceſſerunt ſine teſtamento, & conſanguineis. Nam tunc bona veniũt ad eccleſiam, vel ad eccleſias, ſi plures habuit. xij. q. v. c. penul. Sed

a ✣ SEB. SAPIA. ¶ Obitum. Hoc etiam procedit, quando fraudulenter celebratus eſt contractus ſub nomine alterius, quàm prælati: vt tradit Bal. in. l. mancipia. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & in. l. cum proponis. col. iij. C. de rei ven. Et dato ꝙ cõtractus ſit ſimulatus acquirit tñ eccleſiæ, vt dicit Bal. vbi. ſ.
b ¶ Quòd ex reditibus prouenit, illud eſſe eccleſiæ, ſicut reditus erant. Et adde Innoc. in. c. j. ſ. eo. in. j. colum. Anto. Franciſ.

¶ Circa hoc, an res empta ex reditibus eccleſiæ, ſit ipſius eccle. dicas ꝙ ſic: vt per Bart. & Bald. in. l. ſi vt propo. C. ſiquis alte. vel ſibi. & in. l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. & pro hoc facit: quia res empta ex fructibus. fundi paterni aſsignati filio, ꝙ alimẽtis dicit eẽ, ꝙ fecti-tia, & queriẽ patri: niſi filiꝰ emens ſit emancipatus: vt p Bal. i. l. cũ oportet. in. ij. co. C. do bo. q̃ lib. Et adde ꝙ res empta ex pecunia vxoris, ẽ vxoris, quo ad dñiũ, ſi vir emẽs nõ eſſet ſolũedo: vt p Bar. ĩ. l. ſi vt, pponis in fi. in. v. q. C. de re vẽ. & vide gl. i. l. vxor marito. in ver. non põt. ff. de do. inter vir. & vx. q̃ dixit, ꝙ eſt mariti vilię. Et adde in ſimili, ꝙ res empta ex pecunia pupilli eſt facta pupilli, ſi fuit empta à tutore pupilli: vel minoris: ſecꝰ ſi ab extraneo. qa tũc nõ põt vendicari, niſi ĩ pupillũ: vt p Bar. &. gl. in. l. filię. in fi. ff. de ſol. & Bar. in. l. Titiũ & Meuiũ. in. §. alterũ. ff. de admitu. & p Ale. i cõſi. xxxv. in. iiij. parte conſil. Anto. Franciſ.

¶ Moderationẽ. Adde ꝙ opi. Car. hîc ẽ vera, ppẽ ver bũ, aliqua: apposiũ in mãdato apoſtolico: qa Pa. vtẽ do verbo, aliqua: videt habuiſſe reſpectũ, & cõſyderaſſe in eccłia plures dignitates. hoc eſt relatiuũ aliqs, eſt partitiuũ: vt voluit gl. in. cle. j. i. §. ad hoc. hîc all eg Imò vt ibi do. no dicit eſſe relatiuũ diuerſitatis. vñ nõ verificatur in vno

tantùm: vt no. glo. in ver. recitetur. in d. cl. j. de præb. quæ dixit, ꝙ talia relatiua ſemper prædicantur de diuerſis.

a ✠ SEB. SAPIA. ¶ Ex ludo. Quòd acquiſita in ludo per clericum ſint illicitè aquiſita: ita, ꝙ nec conſuetudo excuſetur: tenet Car. & Imol. in. c. peſ. de vita & ho. cler. licet in laicis ex conſuetudine aliter concludat Andræ. ſicu. in. conſil. lxv. inc. illud in medium afferã. in. iiij. volum.

b ¶ Ad materiam huius. c. vide Bartol. pul. conſil. v. &. vj.

c Adde hîc Aretin. in. c. ſi quis de clericis. xj. q. ij. in fin. vbi dicit, quòd iſta decret. loquitur, quando quis in vltima ſua voluntate. dicit ſic: Ego relinquo omnia bona mea exponenda ſecundum diſpoſitionem talis: & tunc valet iſta voluntas: quia iſta generalis diſtributio habet loco hæredis. & pro intellectu huius decre. vide Bald. in l. j. in ij. & iij. colum. C. de ſacroſan. eccle. vbi Bald. ponit, an captatoria voluntas habeat locum in relictis ad pias cauſas. & quot modis dicatur voluntas captatoria: vide & in. l. priuilegia. eo. tit. Item vide Bald. in. l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iu. & fact. ign. vbi dicit, quòd ad pias cauſas bene poteſt hæres declarari: in alijs ſecus. allega. hoc. c. Itẽ adde ꝙ. l. licet. C. de pact. habet locum etiam in legato ad pias cauſas, ſecundũ Bald. in. l. ſi. in antepen. colum. C. de pact. Item vide in. l. exe cutorẽ. poſt prin. C. de execu. rei iudi. Itẽ vide, quòd per iſtum tex. dicit Bar. in repe. l. j. in. iij. col. ver. tertiò quæro. C. de ſacroſan. eccle. Item vide omnino quod no. Bar. in. l. captatorias. C. de teſt. mili. & quod ibi no. do. Alex. de Imo.

Anto. Franciſ. ¶ Quæ dicatur captatoria volũtas: dicas quòd eſt illa, cui us diſpoſitio confertur in liberam voluntatem alterius: vt in. l. illa inſtitutio. & in. l. captatoria. ff. de hære. inſti. & adde, ꝙ ſicut valet captatoria voluntas facta à milite: vt in. l. captatorias. C. de teſt. mili. ita etiam debet valere quando fit in piam cauſam. de quo in. c. cum tibi. de teſtamẽ. vbi etiam per Inn. qui dicit, ꝙ tunc valet inſtitutio ſi quis dicat: voluntatem meam committo diſpoſitioni Titij. de quo etiam per Barto. in. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. Quod intellige verum, ſi in legato, vel inſtitutione eſt facta mentio de pia cauſa: vt quia dicit: Lego talia eccleſiæ, vel eccleſiam inſtituo, prout voluerit talis. Secus ſi diceret ſimpliciter: lego ad arbitrium talis, abſq; expreſsione piæ cauſæ. de quo per Alexan. in conſil. ciiij. in prim parte conſil.

esſes. ſ. eo. & vide omnino in. c. nouum genus. de deci. ¶ In glo. in verbo, *tantum vnus*. vbi dicas, quòd non. & vide hodie tex. clarũ in. c. ſæpe. de elec. lib. vj. & cle. ſtatutũ. eo. ti. vbi reuocantur priuilegia, & conſuetudines, & ſtatuta in contrarium. Et in fi. glo. intelligo gl. non ſolũ quando ſunt bona cõmunia indiuiſa inter archidiaconum & capitulum: ſed etiam quando ſunt diuiſa, ſed omnia bona eccleſiæ ſunt capituli: puta, quia capitulum de bonis communibus aſsignauit cuic ꝙ etiã Archidiacono certã præbendã. Nam tũc etiam puto, ꝙ bona acquiſita per Archidiaconũ cedant capitulo: ſicut dicimus in canonicis. Nã iſte tex. loquitur quando præbendæ eſſent diuiſę. Patet, quia ſi illę non eſſent diuiſæ, non eſſet dare ſucceſſorem in præbenda: vt in. c. dilecto. de præben. & tamen iſte textus præſupponit, quòd canonicus habeat ſucceſſorem. Nam licet bona ſint diuiſa per præbendas, nihilominus ſunt capituli: ſecundum doct. quod not. Si autem bona Archidiaconatus eſſent ſeparata à bonis capituli: puta, quia fuerunt Archidiaconatui donata, vel dignitas donata alicunde: & tunc venit in ſucceſſorem. Quod etiam vult hîc Inn. dicens, quòd hoc caſu Epiſcopus habebit cuſtodiam bonorũ archidiaconatus vacantis. Ex quo tacitè ſentit, quòd vbi Archidiaconus eſſet beneficiatus in capitulo, capitulum habebit cuſtodiã bonorũ capituli: capitulum habebit cuſtodiam bonorum vacantium, ſicut aliorum bonorum capituli: quod nota. ¶ Ex quo infero vnum notabile dictũ, quòd cuſtodiam bonorum præbendæ vacantis, habet capitulum. & non Epiſcopus. Probo per prędictã rationem: quia oĩa bona ſunt capituli. licet diuiſa per præbendas. & ita in dubium præſumendum eſt. arg. in. d. c. nulli Epiſcopo. ¶ † In gl. fi. ibi: *à qua plus percipit*. Intellige ſecundum doctо. in dubio, qñ non conſtat intuitu cuius beneficij illa bona quæſiuit. Nam ſi cõſtat, tũc eccleſia habebit bona quæſita intuitu ſuo: ſed in dubio, quando nõ cõſtat, quomodo quæſiuit: habet locum iſte tex. vt ei plus detur à quo maiores reditus percipiebat: quia veriſimile eſt, quòd de reditibus cuiuſlibet acquiſierit. Idem poteſt dici, quando habebat patrimonium: vt habeatur ratio redituum patrimonij: & pro rata detur portio hæredibus: vt no. glo. xij. q. iiij. c. j. Sequens autem conſyderatio glo. non procederet, vbi clericus non tenebatur ad reſidentiam. Item quia debemus habere reſpe-

12 ctũ ad locũ, vnde proceſſerunt pecuniæ acquiſitę. ¶ † Vltimò hîc quæritur extra glo. quid ſi clericus aliqua acquiſiuit ex illicita ad-

a uocatione, vel negotiatione inhoneſta, ſeu ex ludo? a dicit Hoſt. primò ſedandos eſſe clamores, ſi qui apparent. Credo, ꝙ vult dicere, ſi apparent repetentes: eſt primò eis indulgendum: aliàs autem fieret diſtributio per Epiſcopum inter pauperes. argu. in. l. nulli. C. de Epi. & cleri. & melius facit. xiiij. q. v. qui habetis. & quod notat Inno. in. c. quia plerique. de immu. eccle. Sed dubito vtrũ hæc conſyderatio ſit indiſtinctè vera. Nam puto eam indiſtinctè veram, vbi illicitè quæſitum ſubiacet reſtitutioni. quia tunc in defectum debẽtium recipere, ſuccedunt pauperes: vt. c. cum tu. de vſuris. Sed vbi bona non ſubiacẽt reſtitutioni: licet illicitè acquiſierint, cum poſſint aliter pœnitere de peccato ſine reſtitutione: non video quare clericus debeat impediri: vt de his bonis non faciat ad voluntatem ſuam. Vide ad prædicta bonam gloſſ. in. c. ex tranſmiſſa j. de deci. & iiij. q. v. in ſumma. j. q. j. non eſt putanda.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Teſtator committens ſuam extremam voluntatem diſpoſitioni alterius, dicitur decedere teſtatus.* 2
3 *Teſtamentum factum nutu, tenet de benignitate canonica.*
4 *Teſtamentum collatum in alterius voluntatem valet: quia cenſetur factũ ad pias cauſas: & ideò ille in cuius voluntatem eſt collatum, debet illam hæreditatem in pios vſus diſtribuere.*

CAP. XIII.

b 1 Vm tibi. b ¶ † Vario modo legitur, ſed ſecundum intellectum notabiliorem. h. d. Tenet teſtamentum, ſi quis extremam voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit: & dicitur teſtatus ad pias cauſas. Primò deciſa conſultatio. Secũdò reſpõſio, ibi: *in ſecunda*. ¶ Caſus literalis. Aliquis commiſit extremam voluntatem ſuam in diſpoſitionem alicuius amici ſui: & ſic mortuus eſt. Quæritur an ille dicatur decedere inteſtatus? Reſpondet Papa, ꝙ non videtur decedere inteſtatus. Ber. ¶ No. j. ꝙ iſte tex. eſt multũ allegabilis & frequentatus: tam per canoniſtas, quàm per legiſtas: & eſt breuis deciſio, ſed aliquantulũ obſcura: ideò not. bene ipſum

2 & tene menti: quia quotidianus. ¶ † Pro intellectu capituli & gl. oppo. dupliciter contra tex. videtur enim, ꝙ committendo vltimam voluntatem alterius diſpoſitioni, non dicitur quis decedere teſtatus. Primò quia non tenet teſtamentum, ſi teſtator non exprimit nomen hæredis ore proprio, aut per ſcripturam ſuam. l. iubemus. & l. hac conſultiſsima. C. eo. Hîc autẽ non fuit expreſſum nomen hęredis per teſtatorem: ergo. &c. ¶ Secundò oppo. ad idẽ: Diſpoſitio hæredis non poteſt conferri in alterius voluntatem. Non enim poſſum inſtituere illum hæredem, quẽ alius voluerit.

c talis enim voluntas dicitur captatoria: c id eſt, adulatoria, ſecundũ glo. ſed melius dicitur deceptoria: quia plerunq; decipiuntur hi, quos teſtator inſtituere credebat. Itẽ vt dicit gl. no. in. l. illa. de hære. inſtit. cũ effectus teſtamenti conferatur poſt mortem: & ſic in tempus, quo teſtator non eſt futurus dominus: ſatis eſt vt ſibi permittatur, vt poſsit hæredem inſtituere, quem vult: non autem debet extendere hanc permiſsionem, & conferre in voluntatem alterius. Sed hîc iſte commiſit diſpoſitioni alterius diſpoſitionem hæreditatis: ergo non debet valere teſtamentũ. Quod eſt contra iſtũ tex. in fi. Solu. hæc ſunt fortiſsima contraria ad text. propter quæ iſtud. c. vario modo legitur. Gl. noſtra locuta eſt ita gneraliter: vt

3 ex ea vix poſsit elici, quid intelligat. † Nam dicitur in effectu, ꝙ de benignitate canonica valet teſtamentum, nutu factem. Sic videtur ſoluere proximum contrarium: & videtur intelligere do. Anton. glo. ꝙ in caſu noſtro iſte fecit teſtamentum nutu. Quia alius interrogauit vtrum vellet inſtituere talem hæredem. & ipſe annuit, ꝙ ſic. & tunc tex. debet exponi alterius diſpoſitioni: id eſt interrogationi. & ſecundum iſtum intellectum eſſet caſus notabilis. ꝙ de benignitate canonica valet teſtamẽtum nutu factũ. Sed verè iſte intellectus non videtur, quòd ſit conſentaneus literæ. quæ dixit, ꝙ commiſit diſpoſitioni, non interrogationi. Nã ille qui interrogat, non diſponit: nec teſtator annuendo dicitur committere ad diſpoſitionem alterius: ſed potius reſpondere ad interrogationem alterius. Sed

rius. Sed omiſsis alijs diuinationibus: puto, quòd gloſſa habuerit hunc intellectum, ꝙ qualitercunq; appareat de mente teſtatoris, valeat teſtamentũ. Vnde vtendo verbis generalibus, videtur quodãmodo nutu hæredem inſtituere: & fortè ob hoc gloſ. facit mentionem de nutu. & per hoc tollitur primum contrarium. Hoc etiam videtur placere Hoſt. qui dicit non referre, quid ex æquipollentibus verbis fiat: vt in. c. licet ex quadam. de teſti. ſicut etiam ſuffi cit, ſi teſtator dicat: Hęreditatis meæ dñs eſto. Valet teſtamentum. l. his verbis. ff. de hære. inſti. ita debet valere, ſi vtitur alijs verbis generalibus: puta, Omnia bona mea cõmitto diſpoſitioĩ tuæ. & per hoc tollitur ſecundum contrarium. Non enim cõmiſit teſtator diſpoſitioni alterius, vt alium hæredem inſtitueret, vel eligeret: ſed hoc potius cõtulit in diſpoſitionẽ ipſius hæredis, quod valet, vt in iuribus allegatis in glo. Et hæc lectura ſatis videtur co

4 lorata, & benigna. Alij aliter legunt. ¶ † Sed Innoc. inter cætera ponit vnam lecturam, quam poſteà magis declarauit in quadam additione, quæ communiter tenetur per canoniſtas & legiſtas: vt proferens dicta verba generalia, videatur velle decedere teſtatus ad pias cauſas: & quòd ille cuius diſpoſitioni committitur, ſit hæres nomine. & pro hoc facit illud verbũ, diſpoſitiõi tuæ. videtur enim elegiſſe, vt bona diſtribuantur. Et de hoc per Bar. in. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. qui ſequendo hunc intellectum dixit hîc fore caſum, ꝙ voluntas captatoria ad pias cauſas valet. Vnde dicit, ꝙ ſi teſtator dixit: Cõmitto bona mea arbitrio Titij, vel diſpoſitioni.

a valet quod agit. & ille tenetur diſtribuere bona ad pias cauſas, a & non prophanas. Nam in prophanis nulla eſt regula voluntatem limitans: ſed in relictis ad pias cauſas eſt regula iuris humani & gentium, & etiam diuini: ſcilicet, vt debeamus præomnibus religionẽ Deo, & peccata eleemoſynis redimere. xiij. q. ij. c. animæ defunctorum. de pœ. diſt. j. c. medicina. Vnde relinquendo piæ cauſæ bona in voluntate alterius, non poteſt illè aliud velle ſuadente rãtione naturali & regula. de qua. ſ. dixi. Sed in alijs relictis: poſſet aliud velle: & ſic voluntas eſſet incerta & captatoria. Et de hoc dicendum plenius, vt no. ibi per eundem. & Bal. in. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. ¶ An autem & quando legatum poſsit conferri

5 in voluntatẽ alterius, plenius quàm hîc no. in. l. j. ff. de leg. ij. † Vnũ tamen nolo omittere, quod ponit Ioan. And. in addi. Spec. eo. tit. ver. quid ſi. vbi dicitur, ꝙ licet valeat legatum metu factum: non

b tamen teſtamentum. b Sic videtur tenere contra iſtã glo. in princi. Dicit etiam poſt Albertum Papienſem, ꝙ ſi quis ad interrogationem alterius: puta dicentis: Vis tu talẽ hęredẽ inſtituere. & ille reſpondet, ꝙ ſic: non valet teſtamentum: licet gloſſ. teneat contrarium: in. d. l. iubemus. Mouetur ipſe: quia teſtator debet exprimere nomẽ hæredis: & in infirmitate quis de facili reſpõdet ad omnia. & ſic do. Anto. tenet, quòd de benignitate canonica poteſt procedere dictum glo. ſed de rigore poteſt procedere contrarium. Sed vide Bal. in. l. j. C. de ſacroſan. eccle. vbi allegat iſtã glo. ſing. concludens, quòd ad pias cauſas valet teſtamentum nutu factum. Quod placet in huiuſmodi relictis: per ea, quæ dixi in. c. relatum. el. j. ſ. eo. Sed in alijs poſſet dubitari. tamen dici poſſet, quòd ſi conſtat de voluntate ſua per ſigna vrgentia, quòd valet teſtamentum de benignitate canonica. arg. hîc. & in. c. cum apud. de ſpon. De alijs lecturis non curo: quia communiter non tenentur.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Epiſcopus debet habere portionem de relictis factis eccleſiæ etiam quòd aliquid fuerit ipſi Epiſcopo relictum: niſi ipſi relinquatur, vt non capiat portionem de relictis eccleſiæ. num 2. Velniſi eccleſiæ ſint exemptæ. num. 6. An autem debeat habere de relictis factis hoſpitali, conſtructo authoritate Epiſcopi: vide num. 7.*
3 *Epiſcopus nullam portionem debet habere de bonis teſtatoris, niſi de relictis factis eccleſijs.*
4 *Debitor neceſſarius, ſi legat creditori, videtur legaſſe animo compenſandi: ſecus ſi eſt debitor voluntarius.*
5 *Parochianus, ſi eligit ſepulturam in alia eccleſia, debetur presbytero parochiali canonica portio de relictis factis eccleſiæ ſepulturæ: niſi ipſi presbytero teſtator aliquid reliquerit.*
Parochianus tenetur ex iuris diſpoſitione aliquid relinquere presbytero parochiali.

a ¶ Et iſtum intellectum ſequitur Imol. in dicta. l. captatoriæ. de legat. j. & idem ſentit Bald. allegatum text. in. l. priuilegia. C. de ſacroſanc. eccle.

a ✠ SEB. SAPIA. ¶ Ad pias cauſas. Quòd captatoria diſpoſitio valeat ad pias cauſas, tenet Ale. in conſi. xiiij. inc. circa primum dubiũ in vlti. col. j. vol. vbi atteſtatur ita eſſe cõmune, & ꝙ ipſe ita ſemper eſt ſolitus tenere.

b ¶ An valeat teſtamentum nutu factũ: vide quod ſcribit Barto. in. l. j. §. ſi quis. ff. de verbor. obligat. & ibi vide pleniſſ. domi. Alexandr. de Imol. poſt Baldum in. l. j. eod. ti. tul. circa princ. ff. de teſtamen. vide Bald. quem etiam alleg. Pan. hîc in. l. j. in. fin. ij. colum. C. de ſacroſ. eccle. vbi dicit, ꝙ ad pias cauſas pro cedit hæredis inſtitutio nutu facta: licet regulariter ſecus ſit in alijs: vt dicit etiam gloſſ. ſingu. quam non inuenies alibi in iſto. c. Et quid ſi notarius ſcripſit teſtamentum. poſteà accedit ad teſta. or em, & legit ſibi teſtamentum, dicendo: Si vis, quòd ſcriptus in hoc teſtamento, ſit tuus hæres; ſtringe mihi manum. niſi teſtator ſtringat mihi manum, an valeat teſtamentum: vide per Anchara. in c. ij. ſ. eodem. Pau. de caſt. in. l. hæredes palam. in prin cip. ff. de teſtamẽ. Angel. in. l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. fac. poſſ. Anto. Franciſ.

¶ An diſpoſitio nutu facta valeat: vide tex. in. l. nutu. ff. de leg. iij. maximè ſi diſponẽs nõ põt loqui. & quomodo probet nutus. & an valeat fideicõmiſſum nutu factũ: vide Bal. in. l. & in ep la. C. de fideic. & habetur in. l. ſeruo iruito. in. §. ſi pupillo. ff. ad Trebelli. & vide gloſſ. in. l. itẽ quia. ff. de pac. vbi habetur, & quid de inattrimonio, in quo de neceſſitate videntur

1 CAP. XIIII.

1 Fficii. ¶ † De relictis eccleſiæ petit Epiſcopus partem ſuam, licet aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictũ: niſi eo modo, & non in fraudem, fuerit relictũ à teſtatore, ꝙ maneret ea parte contentus, & legatũ c agnouerit. Cõmunis diuiſio. Secunda, ibi: *consultationi*. ¶ Caſus literalis. Aliquis in teſtamento reliquit Epiſcopo propriam portionem, & alia multa monaſterijs, vel eccleſijs: quæritur vtrum Epiſcopus de illis poſsit petere legitimam portionem? Reſpondet Papa, ꝙ ſi portionem illam legauit Epiſcopo cũ conditione, vt ea eſſet contentus: & Epiſcopus conditionem acceptauit: de alijs nihil petere poterit: quia per hoc alijs renuntiare videtur, ſed ſi portionem illam abſolutè reliquit, de alijs nihilominus legitimam portionem poterit vendicare. Si verò conſtiterit, quòd fraudulenter modicam portionem reliquit cum conditione, vt in cæteris Epiſcopus portione debita fraudaretur: quia fraus & dolus alicuius patrocinari non debent: Epiſcopus de illis portionẽ exigere poterit à canone conſtitutam: ſaluis in dulgentijs Romani pontificis, quæ quibuſdã regularibus ſunt conceſſæ. Et c. iſtud loquitur ſecundùm conſuetudinem quorundam locorum. Ber. ¶ † Not. j. quòd de relicto facto eccſiæ, vel monaſterio, debetur Epiſcopo canoni

2 ca portio. Et hæc portio diuerſificatur ſecundum diuerſas conſuetudines locorum. Vnde reſpectu quotæ attendenda eſt conſuetudo loci: vt in. c. certificari. de ſepul. Vtrum autem cõ ſuetudo poſsit in totum tollere: dicã in. c. ſeq.

3 ¶ † Not. ibi: *propriam portionem*. d argument. d quòd Epiſcopus debet habere certam portionem ex bonis teſtatoris. ſed contrarium puto verum. Non enim eſt iure cautum, quòd dicecęſanus teneatur aliquid relinquere Epiſcopo loci. Nam iura dant portionem Epiſcopo ex relictis factis eccleſiæ: vt in. c. ſeq. & x. q. j. c. de his. & c. antiquos. Vnde intelligerẽ iſtum text. dum dicit propriã: ſcilicet reſpectu aliorum relictorum alijs eccleſijs factorũ. Item, ſi teſtator nihil reliquit eccleſiæ, nullam portionem poteſt Epiſcopus petere. & ſic errãt teſtatores qui credentes ad hoc teneri, legant indiſtinctè Epiſcopo aliquid pro ſua canonica portione.

¶ Not. quòd legatum Epiſcopo ſimpliciter factum non diminuit portionem ſibi debitã

requiri verba: vide in. c. tuæ. & ibi plenè per docto. de ſponſa.

c ¶ Vide omnino pro amplia. Lap. alleg. xxx. circa verſi. ſi legatum.

d ¶ Item per iſtum tex. in. ver. propriam portionem. deciditur, quod no. Bal. in. l. præſes. ad ſi. C. de tranſac. vbi dicit, ꝙ clericus poteſt ad libitum ſuũ diſponere de quarta, quam acquirit nomine mortuarium.

a ☞SEE. SAPIA. ¶ Portione. Vide Feder.de Senis.in consi.cliii.incipi.Io.seruus.vbi plura ad hanc materiam.

b ¶ Nota theoricam,an & quando legando creditori,videatur legari animo compensandi. & adde tex.& omnino ibi Bar.in.l.si cum dotem.c.si pater.ff.sol.mat.& tex.in.l.Lucius.in princi.qui est prope fi.tex.in.l.si seruus.ff. de leg.j.& in l.huiusmodi.§.cũ pater.pro.fi.e.tit.& tex.in.l.si vxori.,C.de bon.author. iudi. poss.& adde hic tex.& ibi not. Barto.& Paul.de cast.in.l. qui dotẽ stipulanti.ff.solu. mat.Et ista faciũt ad.q. de qua fuit pridie interrogatus.Testator reliquit filiæ suæ mobili legatum, ita ꝙ non petat amplius aliquid ex bonis suis,vtrum acceptando legatum, videatur renuntiasse hæreditati.Ad quã quæstio.vide bo.tex. in.l.quidam.ff. de proba.& si ex dispositione statuti vxore præmoriente maritus debeat lucrari certam partem dotis:an si vxor prius præmoriens aliquid marito legauit,videatur relictum animo compensandi in illa parte sibi debita.vide latissimè per Imol.in.l. si cum dotem.§.fi pater filia.ff.solu. matrimonio.
Anto.Francis.
¶ An legatũ per vxorem marito possit compensari marito : dicas, quòd potest dici, quòd in dubio videatur esse factũ tale legatum marito animo compensandi . quia in necessitatibus nemo liberalis existit.neque præsumitur , quòd ipsa mulier voluerit legare vel donare ipsi marito:sed potius voluerit compensare:vt in.l.rem legatam.ff.de adi.leg.Et hoc sine dubio puto verum,quando dos consisteret in quantitate,& mulier etiam faceret legatum quantitatis : secus si legaret aliquam speciem,quinetiam iudicaretur legasse animo compensandi : vt in l.fina.C.de compen. & habetur per Bartol.in.l.qui iniuriarum.§. si seruus. ff.de fur.cir.medium.& in.l.si conuenerit.in princi.la.j.vbi etiam per Alexandr.ff.de pignor.actio.Et quando in dote habeat locum compensatio ; vide in.l.neque.C.de compen.& in.l.j.ff.rerum amo.

c ¶ De hoc vide latè per Imol.in clement.dudum. de sepul. super glosl. in ver.integrè.& hoc facit ad quæstion.quam ponit Archi.in. c. Ioãnes.xv.q. v.vbi dicit:Pone,testator reliquit centum distribuendainter pauperes domus Dei Bononien.posteà duobus ex eisdem pauperibus , eos specialiter nominando facit certum legatum:an poterunt petere portionem suam de illo legato generali.& concludit quòd sic.& vide articulum hic positum, plenè per do. Anto.in sua solenni disputatione, quæ incipit, Bononiensis quidam vsurarius manifestus.in.iiij.dubio principali . Et ad hoc opti. facit quod not.Alber.in.ij.parte statuto.quæstione.clxxiij.

mum ſimile. nam licet filij & alij deſcendentes, quando ſuccedunt aſcenden tibus, teneantur inter ſe bona conferre per totum titulum. ff. de col. bon. & C. de collat. tamen econtrà, quando aſcendentes ſuccedunt filijs, vel alijs deſcendentibus, non tenentur conferre, ex quo iſi eis non reperitur ſtatutum. Ita ſingulariter Bal. d. & domin. Alexand. de Imol. in. l. ſi emancipati. C. de collat. ¶ Quartò confirmo per aliud ſimile. Nam licet hæreditas aſcẽdentium, tam ex linea paterna, quã materna non adita tranſmittatur ad deſcendentes propter coniunctionem ſanguinis. l. j. C. de his qui ante apert. tabul. tamen ſecus eſt econtrà, ſi moriatur deſcendẽs: puta filius, vel nepos, hæreditas eius non adita tranſ mitteretur ad aſcendentes. Et ſic illa. l. j. non habet locum econtrà: & per Bartol. & alios omnes ibi reprobat glo. ibi: & per omnes in l. ventre. vbi latè Angel. & Imol. ff. de acquirenda hæredita. & Sali. in. l. apud hoſtes. C. de ſtuis & legi. Bald. in. l. cum antiquioribus. in vltima columna. C. de iur. deliber. & in. l. ſecunda. C. ad orfi. faciunt nota. in. l. ſi infanti. §. de iure delibe. ¶ Secundò limita iſtã communem concluſio. canon. & leg. conſuetudine obſeruatam, vt filius inſtitutus gra uatus de reſtituendo poſsit detrahere duas quartas: vt non procedat in filio inſtituto in re certa, grauato de reſtituendo ſub conditione. Nam iſte legitimam ſolùm detrahit, & non duas quartas. Ratio, quia non eſt hæres vniuerſalis. l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad leg. falcidi. ſecundum Panor. hîc, in verſi. vnum tamen notabis. allegat Bald. ita conſuluiſſe. Sed tu adde Baldum. in. l. filium, quem. C. famili. erciſcun. in. xj. columna. qui dicit ſe ita ſæpe conſuluiſſe. ¶ Tertiò limita ſingulariter, quando pater grauaſſet filium fideicommiſſo ſub conditione: deinde adiecit, quòd eueniente die fideicommiſſi, vult quòd totam hæreditatem reſtituat: & quòd Tebellianicam etiam computet in legitimam, quam habuit. Iſto caſu, teſtator intelligitur diſpoſuiſſe, quòd vnam tantùm quartam detrahat, ſcilicet legitimam, & non Trebellianicam. quod facere poteſt: per textum valde notab. in fin. in l. ſi debitor. ff. ad leg. falcidi. per quem textum idem Bald. in dicta. l. filium. in ſexta columna, notat, quòd teſtator poteſt alterare diſpoſitionem iuris circa Trebellanic. nec per hoc intelligitur pater grauare filiam in legitima, quod non poſſet. l. omni modo. & l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſ. teſtament. ſed grauat enim in Trebellia. quod poteſt maximè hodie retenta ſententia magis communi, quæ habet ꝙ teſtator poteſt hodie prohibere in totum Trebellian. ſicut falcidi. vt per Bartolum & alios: in. l. Marcellus. in princip. cum alijs concordan. ff. ad. Trebellia. Iſtam ſententiam in ſpecie ponit Bald. in dicta. l. quoniam. in fin. C. de inofficio. teſtament. reputans eam multum not. & dicens, quòd eam poſsit Dyn. & quidam do. Barto. de pra. Idem tenent Dyn. Ray. Nicol. de Neapo. Imol. & Raph. cu. in. l. lucius. §. maritus. ff. ad Trebellia. Dyn. Nico. de Neap. & do. Alexand. in. d. l. debitor. per illum tex. ff. ad. leg. Falci.

✠ SVMMARIVM.

1 *Executores teſtamentorũ poſſunt cõpelli ab Epiſcopo ad exequendas pias voluntates teſtatorum etiam quòd teſtator hoc prohibuerit.*
2 *Executores teſtamentorum poſſunt eſſe tam laici, quàm clerici: exceptis fratribus minoribus.*
Fœmina poteſt deputari executrix teſtamentorum.
3 *Executores teſtamentorum, an Epiſcopi debeant diſtribuere malè ablata teſtatoris.*
4 *Executores teſtamentorum, non poſſunt commutare vſum deſtinatum per teſtatorem, etiam in melio rem vſum, etiam ex conſenſu Epiſcopi.*
6 *Teſtator, quo caſu põt prohibere, ne Epiſcopus impediat ſe in executione teſtamẽti ipſius teſtatoris.*
7 *Teſtator vſurarius, qui pro malè ablatis & extortis reliquit mille: ſi poſt ſuam mortem non apparent debentes recipere tantam quantitatem: reſiduum conuertitur in alios pios vſus.*
Relicta ad certos pios vſus, ſi in illos non poſſunt cõuerti: conuertuntur in alios.
8 *Epiſcopus poteſt ſe impedire, etiam vt exequatur relicta ad non pias cauſas.*

CAP. XVII.

1 Vanobis. ¶ †Epiſcopus compellit fidei commiſſarios, ſeu executores teſtamẽti ad exequendas pias voluntaes defunctorũ, etiã ſi teſtator hoc interdixiſſet. Cõis diuiſio. Secũda ibi: *cũigitur.* ¶ Caſus literalis. Quidã in vltima volũtate ſuã pecuniã, & alia bona relinquũt expẽdenda ad pias cauſas: & ad hoc faciendum deputãt tam religioſos. quã clericos ſeculares, & etiã laicos executores Iſti cũ deberent bona prædicta in pios vſus ex

ita loquitur. Nam filius non poteſt in vita patris ſui petere legitimam: quinimo plus dicit Bald. in authen. ſi qua. C. de fac. ſan. eccle. quòd patre ingrediente religionem, non poteſt filius petere legitimam â monaſterio in vita ipſius. quod videtur prima fronte contra caſum e. cum ſcimus ĵ. de regu. vbi hoc vide.

pendere: alijs vſibus cõtra volũtatẽ teſtatoris applicare præſumunt. Significatum fuit domino Papæ. cum igitur Epiſcopi locorum debeant prouidere, vt omnes piæ volũtates defunctorum adimpleãtur: etiã ſi teſtator illud prohibeat, mandat Epiſcopo Nouien. quatenus cõpellat executores huiuſmodi teſtamentorũ: vt bona ipſa fideliter & plenariè in pias cauſas expẽdant, ſecundũ voluntatem defuncti. Ber. ¶ † Not. primò, ꝙ religioſi & clerici ſeculares, ac laici poſſunt deputari executores teſtamentorũ. Et in religioſis dic, vt habetur in. c. iij. eo. ti. li. vj. Excipe tamẽ fratres minores, [a] quibus hoc officiũ eſt interdictum: vt in cle. exiui. de ver. ſig. & dic, vt ibi. ¶ Nunquid autẽ poſſunt iſti miſtim deputari executores? Ioan. Andr. in. c. Ioãnes j. eod. dicit, ꝙ ſic. & ibi pleni⁹ de hoc. An autẽ fœmina poſsit eſſe executrix: vide per Ioã. An. in. d. c. iij. eo. ti. li. vj. & aliãs fuit conſultũ, ꝙ nõ. Cõtrariũ ſentit Bal. quia non cõparet mulier tanquã procuratrix: ſed intentat actiones nomine proprio. de quo per eũ in. l. quod pauperibus. & l. ſi quis ad declinandã. C. de epiſ. & cleri. ¶ † Not. ij. ꝙ lega ta ad pias cauſas diſtribuũtur per eũ, quẽ teſtator deputauit: ſed in reſtitutiõe malẽ ablatorum eſt dubiũ. Nã quidã volũt, ꝙ indifferenter teneatur Epiſcop⁹ illa diſtribuere. De quo in ca. cũ ſitj. de Iudæ. & in. d. c. ij. & vide quod dixi in. c. ſi heredes. ſ. e. tit. ¶ † No. ibi: *aliis vſibus*. ꝙ executores nõ poſſunt cõmutare vſum deſtinatũ per teſtatorẽ: nũquid aũt cũ cõſenſu Epiſcopi poſſunt cõmutare in meliorẽ vſum: pulchra eſt quæſtio. de quo vide per Io. de lig. in cle. quia cõtingit. de reli. domi. & placet mi hi opin. quòd nõ. ex quo poteſt deputari ad vſum deſtinatũ. nã iura ſolũ excipiũt principis authoritatẽ: vt in. d. cle. quia cõtingit. & facit l. legatum. ff. de vſufruc. legato. cum ibi no. & vide quod dixi in. c. nos. ſ. e. ¶ † Vlterius not. quòd volũtas defuncti[b] omnino eſt adimplenda: niſi ſit irrationabilis. & propter irrationabilitatẽ nõ valet interdictio teſtatoris, vt Epiſcopus nõ impediat ſe cõtra executores: nam quemadmodũ ipſe teſtator malè agendo, non poteſt ſe ſubtrahere à foro Epiſcopi: ita nõ poteſt ſubtrahere ſuos executores in officio malè agentes. ¶ † Sed circa prædicta quæro, quid ſi teſtator mandauit, vt Epiſcopus nõ impediret ſe de executiõe? diceres tu hic videtur tex. pro deciſione. q. ſed certè ſi põderabis tex. decidit. q. propoſitam. Solũ enim probat, quòd Epiſcopus põt cõpellere executores non obſtante prohibitione teſtatoris: nõ autẽ dicit, ꝙ poſsit realiter ex equi aſſumẽdo officiũ executoris cõtra volũtatẽ teſtatoris. & in hoc putarem, quòd aut teſtator prouidit ſibi de alio executore in caſu negligẽtiæ primi: & nõ ſuccedit Epiſcopus in executiõe. arg. in. l. nulli. & in l. ſi quis ad declinãdã. C. de epiſ. & cler. Aut teſtator ſolũ prohibuit Epiſcopum, ne deberet exequi, nec præuidit ſibi de alio executore: & tunc puto, quòd ſaltẽ in relictis ad pias cauſas Epiſcopus ſuccedit, non obſtãte prohibitione teſtatoris. ad hoc bo. tex. in authẽ. de eccle. tit. in. §. ſi quis autẽ pro redemptione. cũ duobus ſeq. ¶ † Vltimò quæritur de quotidiana. q. Teſtator mãdauit centũ diſtribui pro malè ablatis: demũ poſt teſtatoris mortem, malè ablata reperta non aſcendunt ad tantam ſummam. Quid fiat de reſiduo? an debeat cedere lucro hæredis, quemadmodum quando deficit aliud legatum: vt in. l. ſi quis Titio. ff. de leg. ij. & videtur primò, ꝙ debeat cedere hæredi: quia expreſsio cauſæ limitat legatũ: vt in. l. fi. ff. de au. & ar. leg. Iac. de Are. in quodam tract. executorũ, vt refert & ſequitur in. d. l. ſi quis ad declinandã. diſtinguit, ꝙ aut teſtator prohibuit in aliũ caſum dictã quantitatem expendi, & cedit hæredi. aut ſimpliciter diſponit, & debet diſtribui inter pauperes. argument. in. d. l. legatum. quaſi velit, quòd ſicut lagatum in pium vſum conuertitur in alium, ſi non poteſt deputari ad vſum deſtinatum: [c] vt in. d. authent. de eccle. tit. §. ſi quis in nomine. dixi in. c. nos. ſ. eo. Ita iſtud legatum relictum pro malè ablatis. Et hoc puto veriſimũ: quia ex quo teſtator expreſsit certã quantitatem, credẽdum eſt illam deberi: licet non appareant recipere. Idem eſt obſeruandum in promiſsione, ſeu cautione, quam hodie præſtant vſurarij manifeſti. Nam ſolent & debent promittere quantitatem reſtituere veroſimiliter extortã. vnde ſi non apparent debentes recipere totam quantitatẽ, debet reſiduum diſtribui inter pauperes: [g] vt legi. & no. in. c. quanquam. de vſu. lib. vj. ¶ † In gloſſ. j. ibi, *quæ ad hunc caſum reſtringitur*. Pondera & no. gloſſ. quæ apertè ſentit Epiſcopum non poſſe ſe impedire de relictis ad non pias cauſas: & pro hac opin. facit iſte text. qui ſolum facit mentionem de pijs voluntatibus. ſed gloſſ. tenet contrarium in. c. ſi hæredes. ſ. eo. Idem Hoſt. & Inno. Ad hunc text. reſpondet Hoſti. quòd omnis voluntas teſtatoris dicit pia. Tu vide quod latius dixi in. d. c. ſi heredes.

SEB. SAPIA. a ¶ Fratres minores. Vide Fel. in. c. ſi. col. xj. ver. eſt verum ꝙ. d. Anto. ſ. de conſtitu. vbi dicit, ꝙ licet Guardianus ſancti Frãciſci non poſsit eſſe executor teſtamen. ſi tũ nullo opponente executus fuerit, valebit executio: imò ſi acceptat executionẽ, & executus ſit, valet executio: licet acceptare non potuiſſet: vt per Feli. in ca. decernimus. col. ij. ver. & dic, ꝙ In. ſ. de iud.

SEB. SAPIA. b ¶ Volũtas defuncti. Pulchrum exẽplum ponit Paul. de ca. in. l. non oporter. C. de his q. vt indign. de doctore Padano, q in teſtõ iuſsit ꝙ ca dauer ſuum deberet deferri ad ſepulturam cum ſonis & cãtibus. Nã ſecundum Paul. de ca. talis diſpoſitio eſt beſtialis & minime ſeruãda. refert & alia allegat. d. Iaſ. in. l. furioſum. col. iiij. C. qui teſt. fa. poſſunt.

ZACHARIAS. c ¶ Deſtinatũ. Ad de Cal. in. clem. ga contingit. in. ij. & iiij. q. de relig. do. Iaco. reb. plenè in l. hac lege. nu. 2. & ibi no. in apoſt. ad eum, in ver. in conſtructione murorum. C. de aquæ du. lib. xj.

SVMMARIVM.

1 *Filius rogatus reſtituere hæreditatem, retinet & legitimam & Trebellianicam: de quibus poteſt ad ſuum libitum diſponere.*
2 *Filius poteſt grauari reſtituere omnia bona paterna: ſed ſuper quartis ſibi debitis grauari non poteſt.*
Legitima non per omnia ſuccedit loco alimentorum.
Arbitri puta tres electi in aliqua quæſtione, non poſſunt duo ſine tertio abſente, vel mortuo ferre ſententiam, etiam ſi ille tertius ante mortem, vel abſentiam dixiſſet iudicium ſuum: & alij audiuiſſent.
4 *Legans aliquam rem: cenſetur legare ius, quod habet in eadem.*
5 *Lego: iſtud verbum adiectum vniuerſitati bonorum, importat hæredis inſtitutionem.*
6 *Sententia poteſt eſſe pro parte abſolutoria & pro parte condemnatoria: quando libellus continet diuerſos articulos.*
7 *Sententia partim condemnatoria & partim abſolutoria, in quantũ eſt abſolutoria, poteſt approbari: & in quantum condemnatoria, appellari.*
Legitima debetur filio in omnibus bonis paternis. & poteſt detrahi de ſingulis rebus, niſi teſtator, vel officium iudicis aliud diſpoſuerit. 28.
9 *Alienatione prohibita: an poſsit fieri per laudum arbitrorum, vel per pactum partium: vel in vltima voluntate.*
10 *Legatarius non poteſt petere legatum, niſi hæreditas adeatur: & ſufficit quod adeatur ab vno hærede, vt ab illo partem legati poſsit petere.*
11 *Inſtitutio facta de patre & filijs, non cenſetur facta ordine ſucceſsiuo: ſed quòd pater vocetur pro dimidia: & filij collectiuè in alia dimidia.*
12 *Falcidia debetur ex hæreditate exhauſta legatis, vel occaſione pœnæ inflictæ per teſtatorem. 5.*
13 *Hæres ſi non conficit inuentarium, non poteſt detrahere Falcidiam, etiam de iure canonico. 14.*
14 *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias, etiam de iure canon. ſed non in foro pœnitentiali.*
Ius humanum quotieſcunq; eſt feudatum ſuper præſumptione: non eſt obſeruandum in foro animæ: ſi veritas eſt in contrarium.
Confitenti ſacerdoti omnia creduntur: quæ in confeſsione dicit: quia ſolum agitur de præiudicio animæ ſuæ.
15 *Hæres à quo aliquo reſpectu aufertur ſibi hæreditas, non perdit nomen hæredis.*
16 *Falcidia detrahitur contra voluntatẽ teſtatoris tacitã. ſed nõ expreſſam.*
17 *Pœna quæ apponitur in aliqua conuentiõe, cõmittitur ex contrauentione facti: licet non habuerint effectũ. quod eſt no. maximè pro cõpromiſsis.*
Ratum & firmum: iſta verba quid importent?
18 *Falcidia & Trebellianica non detrahuntur de relictis ad pias cauſas.*
Trebellianica poteſt prohiberi per teſtatorem.
19 *Conditio ſuſpendit actum, adeò: quòd relictum poteſt peti: modus verò nõ ſuſpendit*

ſuſpendit, ſed qualificat adeò quòd relictum poteſt peti præſtita cautione de modo adimplendo.
20 *Alienatio prohibita à lege: arbitro: & iudice: à contractu: teſtatore, an & quando facta teneat?*
21 *Baſtardi an veniant appellatione liberorum vide remiſsiuè.*
22 *Fideicommiſſarius decedens ante diem fideicõmiſsi reſtituendi nil tranſmittit ad ſuos hæredes.*
23 *Verba teſtatorum & liberorum impropriantur ad validitatem ipſorum.*
24 *Clauſula codicillaris non ſuſtinet teſtamentum, ſed operatur, quòd legata debeantur ab inteſtato.*
Legata ad pias cauſas debentur ex teſtamento non ſolenni, etiã ſi non ſit appoſita clauſula codicillaris.
25 *Pœnæ non ſunt in conſyderatione in foro pœnitentiali, ſed in foro iudiciali ſic.*
26 *Dominium fideicommiſſi vniuerſalis an tranſeat ad fideicommiſſarium citra aliquam reſtitutionem.*
27 *Libellus, an admittatur in appellatione à diffinitiua, vel interlocutoria.*

CAP. XVIII.

1 RAynaldus. ¶ † Filius rogatus reſtituere hæreditatẽ, detrahit tertiã iure naturę & quartã Trebellianicã: in quibus poteſt legata relinquere, hæredes inſtituere, & pœnã imponere. h. d. vſq; ad finẽ. Prĩcipaliter diuidit in tres partes. In prima facti narratio. In ſecũda auditoris pronuntiatio. Tertiò ſnię confirmatio. ſecunda ibi: *dilectus*. Tertia ibi: *nos*. Prima & ſecũda poſſunt ſubdiuidi in plures partes: quæ ſatis patent in text. Et pro intellectu literæ quæritur de modo diuidẽdi hãc hæreditatem Raynaldi: ſed præmittendum prout gloſ. ſentit in verbo, reſiduo. ꝙ hęc hęreditas cõputatis bonis paternis, quę ſubiacebent reſtitutioni valebat. lxiiij. & ſuper quibuſdam bonis valentibus. xxxij. fuit factum compromiſſum inter Raynaldum & patruos: & in his. xxxij. habebat Raynaldus occaſione tertiæ & quartæ medietatem. Nã primò detrahendo trebellianicã. Et. xxxij, habet octo & ex remanẽtib⁹ detrahẽdo tertiã iure naturæ ſ. octo habet in totũ. xvj. alia verò. xvj. veniunt reſtituenda patruis ex teſtõ Peponis. ex iſtis. xvj. legauit medietatem aunculis: & ſic octo. Tenetur ergo patru⁹, qui fuit inſtitutus hæres pro dimidia dare quatuor aunculis rõne legati: & filij ipſius qui fuerunt inſtituti pro alia dimidia, tenentur dare alia quatuor. patru⁹ autem, quia non paruit voluntati teſtatoris, tenetur reſtituere ratiõe pœnæ quatuor ſibi relicta. Item alia quatuor legata auũculis, ex quibus poteſt detrahere vnum rõne falcidiæ: quia hæreditas erat exhauſta legatis: filij patrui ſi adibunt hæreditatẽ tenent ſoluere quatuor auũculis legatarijs: alia verò quatuor retinebunt ſibi, cũ fuerint inſtituti hæredes: nec repẽriunt veniſſe cõtra voluntatẽ teſtatoris. habebũt ergo aunculi. viij. ex legato proprio: & quatuor occaſione pœnæ, & ſic. xij. dẽpto vno ratione falcidię. & ſic in effectu habebunt. xj. patru⁹ habebit vnũ occaſiõe falcidię: & ſic ſunt. xij. quatuor habebũt patrui filij. & ſic xvj. & alia. xvj. ſunt reſtituẽda patruis ex teſtõ Peponis. & ſic habes diuiſam medietatẽ totius, Veniamus ad aliã xxxij. in quibus habebit Raynald⁹. xvj. occaſione tertiæ & quartæ. reliqua verò. xvj. veniũt reſtituẽda patruis ex cã fideicõmiſsi: illa verò. xvj. q̃ pertinebãt ad Raynaldũ, fuerunt relicta patruo & filijs: & ſic patruus habet octo: & oẽs filij alia octo: patru⁹, quia venit cõtra volũtatẽ teſtatoris, tenet reſtituere ſua octo auũculis: filij verò patrui habebũt alia octo: quia nõ veniũt cõtra volũtatem teſtatoris: & ſic coniugendo, patruus habebit. xxxij. ex cã reſtonnis: & vnmu ex lege falcidia: & ſic xxxij. aunculi verò habuerũt pri⁹. xj. & nũc octo: & ſic. xix. filij patrui habuerunt prius quatuor: & nunc octo. & ſic. xij. ſed xij. & xix. cõſtituũt. xxxj. & xxxj. & xxiij. cõſtituũt. lxiiij. in quibus cõſiſtit tota hæreditas Raynaldi cõputatis bonis paternis: & ſic habes intellectũ diuidẽdi. ¶ † No. j. ex prin. iuncto verbo, *dilectus*. ꝙ pater inſtituẽdo filiũ hęre dem, põt eũ grauare de reſtituendo ad certũ diẽ, vel ſub cõditione oĩa bona paterna. In his autem, quæ debent filio ex legitima ſibi debita, vel ex Trebellianica nõ põt eũ grauare ſuper reſtitutione. Põt ergo filius diſponere de parte ſua prout vult, nõ obſtãte volũtate paterna. Ex quibus infero, ꝙ legitima debita filio iure naturæ, nõ ſuccedit oĩno in cã alimentorũ quia cũ aliměta deficiãt p mortẽ filij: ſequereť, ꝙ pater poſſet de illa legitima diſponere poſt mortẽ filij: cuius cõtrariũ hĩc probať & hoc facit ad ea, quæ dixi in. c. Reynutius. ſ. eo. ¶ Secundò inferť ꝙ licet pater poſsit teſtari pro filio impubere: vt in. c. ſi pater. eo. ti. lib. vj. pro filio verò pubere teſtari nõ põt nec de ſuis rebus aliter diſponere. ¶ † Secundò no. ꝙ duo ex tribus arbitris, [a] nõ pnt ferre laudũ tertio mortuo, vel abſente: niſi hoc habeať ex forma cõpromiſsi. Inn. tñ hoc ſingulariter limitat, niſi abſens dixiſſet iudiciũ ſuum, & audiuiſſet alios. Nã tunc duo etiã tertio abſente, pnt ferre ſententiã: quia ceſſat rõ. l. itẽ ſi vnus. ff. de arbit. qm ex quo nõ potuit duos tradere ad ſniam ſuã fruſta. deſidera tur eius præſentia. ſed hoc dictũ Inn. reprobať per Bar. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. mouetur. quia nõ ſolũ ſubeſt cã prædicta: imò etiã defectus poteſtatis: qa duo ſine tertio nõ habẽt poteſtatẽ pronũtiandi. & hoc mihi placet. & vide quod hodiè habeť in. c. ij. de arb. lib. vj. ¶ † Not. iij. ꝙ quis põt legare partẽ ſuã, quã habet in aliqua re: licet nõ exprimat, qd' ius, vel quale habet illa re. Pro hoc facit: quia legando quis ſimpliciter rem ſuam, videť ſolũ legare ius, quod habet in ea re [b] vt in. l. ſi domus. ff. de le. j. ¶ † No. iij. ibi: *legauit*, quòd verbũ lego, adiectũ vniuerſitati bonorũ, inducit hæredis inſtitutionẽ. & ſic ſi dico: lego tibi oĩa bona[a] mea. videor velle te inſtituere hęredẽ meũ. quod optimè, pbať hĩc ꝑſupponẽdo, ꝙ iſta fuerũt verba teſtatoris. de quo per Bal. in. l. inter oẽs. C. fam. er. & de hoc aliqd dicã cũ gl. ¶ No. v. ꝙ teſtator põt id, qd' adimit vni occaſiõe pœnæ alteri legare: ſicut hĩc legauit auũculus quicquid abſtulit ab hæredibus. ¶ † Not. vj. ꝙ vbi libellus continet plures articulos, ſnia põt eſſe ꝑ partẽ cõdẽnatoria, & pro parte abſolutoria. ¶ Itẽ no. quòd hoc caſu poteſt quis approbare ſcentẽtiam reſpectu articuli facientis pro ſe: & reſpectu alterius facientis contra, appellare. & ſic nota tu bonam practicam appellandi, vt quis approbet ſniam, quatenus facit pro ſe: quatenus contra ſe, ab ea appellet. Nã tot videnť ſniæ, quot ſunt articuli. l. etiã. ff. de mi. ¶ † No. vij. i verbo, *dilectus*. ibi: *in rebus prædictis*. quòd filius habet in ſingulis bonis paternis ius legitimæ ſuæ. & facit in ar. quòd legitima filij poſsit detrahi de rebus ſingulis paternis: & idẽ videť probari in trebellianica. qd' an indiſtinctè ſit verũ, dicã j. ſuper gl. in verbo: *portiones*. ¶ † Itẽ no. ibi: *non obſtante*. quòd arbitriũ, vel laudum non põt impedire alienationẽ rei, quẽ admodũ nec pactũ partiũ. de quo vide plenè per Bar. in. l. ſi quis ita ꝑmiſit. in. §. ea lege. ff. de verbo. obl. & ibi bo. tex. Et videtur probare hæc litera à contrario ſenſu quòd prohibitus alienare [c] rẽ, niſi in certas perſonas, nõ põt impunè illã alienare, etiã in vltima volũtate. Colligitur hoc notabile; quia hĩc põderatur, quòd laudũ arbitrorũ non potuit impedire alienationẽ, ergo à contrario, vbi valeret diſpoſitio prohibitionis, fuiſſet extenſa hæc prohibitio etiã ad vltimã voluntatẽ: de quo vide latius & pulchrius per Bar. in. d. §. ea lege. ¶ † Itẽ not. quòd licet legatarius poſsit agere pro legato cõſequendo contra hæredẽ, qui aduit hæreditatẽ, cõtra eũ tñ, qui nõ adiuit, agere nõ põt. Et ex hoc & ex tex. inferť, quòd ſi duo ſint inſtituti hæredes, quorũ vnus adiuit, alter non, legatarius põt petere legata ab eo, qui adiuit, pro parte eũ cõ

SEB. SAPIA. a ¶ Extrib⁹ arbitris. Vide Feli. in. c. ſuſpicionis. verſi. & omnia, quæ dicuntur. vbi vult ꝙ arbitri iuris & arbitri ſtatutarij, poſſint pronuntiare tertio abſente: qa maior pars eſt pręſens: vt ibi per eũ.

ZACHARIAS. b ¶ In ea re. Adde Bal. in. l. cũ alienã. C. de leg. & in rubi. C. de cõtrahẽ. em. qõ. vj. no. in. l. apud Iulianum. §. ide Iulianus. ff. de leg. j. An. & Imo. in. l. ſeruum filij. e. ti. & Ange. conſi. lxxxiiij. volu. iiij.

SEB. SAPIA. c ¶ Prohibitus alienare. Vide ang. iu conſi. viij. inci. in dicto themate. Alex. in conſilio lvj. inci. conſyderatis verbis teſtamenti. in. j. vol. & in conſi. clv. inc. viſis. in. ij. volu. & in conſi. lv. incip. põderatis. in. iij. vol. cũ allegatis. Moder. rep. in. l. filiuſfa. §. diui. ff. de lega. j.

a ¶ Falcidiam. Not. casum in quo falcidia non potest detrahi. Adde alium per istum. j. eod. col. fe. in legatis ad pias causas & alios per do. Ant. hic in vlti. col.

SEB. SAPIA.

b ¶ Net. regulam. Hanc regulam latius explicat Feli. in. c. canonum statuta. colū. xj. versi. hanc fallentiam. §. de constitu.

SEB. SAPIA.

c ¶ Quòd falcidia. an & quando testator posit falcidiam prohibere. vide Iaſ. in. l. quòd legato. ff. de leg. j. & in. l. si fundum sub conditione. §. si libertus. eo. titu.

ZACHARIAS.

d ¶ Ad ius. Adde Bar. in. l. metū. §. valēt. col. ij. versic. itē verbū ratū. ff. quod me. cā. & in l. id quod pauperibus. C. de Episco. & cle. & omnino Alex. in. l. si quis maior. C. de transactio.

Anto. Francis.

¶ De ista clausula, ratū & firmum qd importēt: vide tex. in. c. qm̄ Ab. in fi. de off. deleg. vbi plenè per Anſicul. poſt alios.

SEB. SAPIA.

e ¶ Legis fal. vide d. Iaſ. in rub. ff. ad Treb. col. j. in prima lec. & col. ij. in ij. lectu. & ibi per Alex.

f ¶ Nec falcidia. ad de hic Pau. de caſ. in conſ. ccv. vbi cōſuluit q̄ in relictis hoſpitali priuato, non pōt detrahi b falcidia. & all. no. dictū Spe. in ti. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. ver. & ſuis. quid autē in relictis operi publico an poſsit detrahi Falcidia: dic, q̄ ſic. hoc, ꝑbat tex. in. l. regula. §. fi. ff. de iu. & fac. igno. Antoñius. Fran.

¶ Quibus caſib⁹ ceſſet falcidia vide Ro. in aut. ſimil iter. C. ad le. fal. vbi de legatis pijs factis pijs locis non detrahitur. & vide

tingente: & nō tenetur expectare, vt oēs adeāt. ¶ Itē no. quòd iudex appellationis nō tenetur ſimpliciter pronūtiare malè iudicatū & benè appellatū: vel ecōtrà: ſed pōt etiā condēnare, ſi iudex à quo, omiſit debitā condēnationem. Et gr̄aliter dic, q̄ cū ſuccedit in locū primi iudicis, poteſt & debet oīa facere, quæ primus iudex poterat, & debebat. & vide de hoc quòd latius dixi. s̄. e. c. Raynuti⁹. & in. c. cū Ioānes. de fide inſtru. ¶ Itē no. q̄ pœna adiecta à teſtatore, nō cōcernit, niſi bona quæ obueniūt ex teſtamento ipſius. vnde nō extēditur ad bona, quæ ſubiacent
11 reſtitutioni ex teſtamēto alterius. ¶ No. quòd inſtitutio facta de patre & filijs, non videtur facta vt ſuccedāt ordine ſucceſsiuo: ſed admittātur æqualiter: & ꝑter conſequitur medietatē: filij verò omnes ſimul conſequūtur aliā medietatē: nō intelligas eo reſpectu, quia filij: ſed qa coniūcti, ſub noīe collectiuo: ideo habenſ loco vni⁹. de quo vide, quod legi. & no. in. l. fi. C. de impu. & alijs ſubſti. & ob hoc text. ponderatur, quòd patruus poſsidebat
12 iſta bona pro medietate. ¶ †No. in ver. *ſaluo*. quòd cum hęreditas eſt exhauſta, ſeu extenuata propter legata, poteſt hæres detrahere falcidiā, & ſic quartā partē: etiā ſi hæreditas ſit exhauſta occaſione pœnæ inflictæ per teſtatorē. Et in hoc iſte tex. eſt ſatis no. aliqui tn̄ cōtrà. ſed
13 tex. multū facit pro primo dicto: vtj. latius dicēſ. ¶ †Itē no. quòd hæres non conficiēs inuentariū, nō pōt detrahere falcidiā. a Ratio, quia nō præſumitur, quòd hæreditas ſit exhauſta legatis, ſed q̄ potius hæres vſurpauerit bona: & oritur preſumptio, q̄ nolit conficere inuētariū. de quò vide quod no. Bal. in. l. in ratiōe. §. quod vulgo. ff. ad leg. falc. & quod leg. & no. in auſ. de hęredi. & falci. Et dicitur inuētariū, ſcriptura continēs oīa inuēta, ſeu repta in patrimonio defuncti. & alio vocabulo dicitur repertorium: vt. l. tutor, qui repertorium. ff. de admi. tuto.
14 ¶ †Item no. ex hoc, & ex tex. q̄ iura canonica approbāt cōectionē inuentarij, quo ad excludendū hæredē à benę ficio falcidiæ: nunqd autē approbent ad hoc, vt hæredes teneanſ creditorib⁹ hęreditarijs vltra vires hęreditarias, ſicut diſpoſitū eſt de iure ciuili: vt in. d. auſ. de hæredi. & falci. Dic, q̄ ſic quo ad forū cōtentioſum: quia ius ciuile eſt fundatū ſuper præſumptione, nec reperiſ contrariū de iure canoñ. Imò hæc materia videſ approbata hīc. ſed quo ad forū pœnitētiale nō teneſ vltra vires hæreditarias: vt no. Io. an. in. c. ij. de vſur. lib. vj. & plenius per Fe. conſi. xxj. ¶ Ex hoc colligo, q̄ non ſemper ius ciuile eſt obſeruandum in foro pœnitentiali. Et eſt rō in caſu noſtro, quia ius ciuile in hoc fundaſ ſuper præſumptione, & nō ſuper veritate, ſed in foro pœnitentiali attendim⁹ veritatē. & de oībus creditur cōſitenti cū ſolùm agiſ de ꝑiudicio animæ ſuę: vt in ca. ſignificaſti. de homi. Ex quo ergo in pœnitentia dicit hæres, quòd nihil vſurpauit, ceſſat præſumptio iuris ciuilis, quæ fundatur in vſurpatione. Nā veritate manifeſta cedit opinio veritati: vt in ca. veritate. viij. diſ. ¶ Et ex his habes vnā notabilē regulā, b q̄ vbicunq; ius humanū eſt fundatū ſuper præſumptione, nō eſt obſeruandū in foro animæ, ſi veritas eſt cōtra præſumptionē. pro hoc. c. tuaē. j. de ſpon. & c. literas. in fi. s̄. de reſti. ſpo. & in. c. à nobis. ij. de ſentē. excō. vide Bald. in. l. j. C. de ſac. ſan. eccl. & quod no. Cal. s̄. in procē. huius
15 cōpilationis, vbi latius hanc materiā attingit. ¶ † Item not. q̄ licet ab hærede extorqueatur rōne pœnę iniūctæ in teſtamento totū patrimoniū hæreditatis: non tn̄ deſinit eſſe hæres, vnde retinet ius & nomen hæredis: imò quod plus eſt, detrahit falcidiā tanquā hæres, ſecundum vnā opi. de quaē. Hoc clarè colligitur hīc. Nam Raynal dus voluit, quòd ſi heredes ſui venirent contra legatum factum auunculis, perderent oīa bona: & patruus ratiōe contrauentionis fuit hic cōdēnatus ad reſtōnem omniū bonorū. & nihilominus remāſit hæres adeò, q̄ remanſit ſibi beneficiū legis falcidiæ. & facit in ſimili tex. not. in. l. ex facto. §. vlti. ff. de vulga. & pup. vbi dicit, quòd ſi hæreditas auferatur alicui tanquā indigno, nihilominus remanent in eo ius & nomē hæredis. & pōt eſſe ratio: quia ex quo quis fuit ſemel hæres, nō poteſt facto hominis deſinere eſſe hæres. pro hoc bo. tex. in arg. in. l. & ſi fine. §. ſed
16 quod Papinianus. ff. de mino. ¶ †Vlti. no. ibi: *contra voc luntatem teſtatoris. c.* & quòd falcidia ‘detrahitur etiā ho die contra tacitam voluntatem teſtatoris. & ſic authen. ſed cum teſtator. C. ad. l. falci. quæ prouidet, vt teſtator poſsit hodiè prohibere detrahi falcidiam, habet locū in prohibitione expreſſa: non autē tacita. Hoc probaē aperti ſimè hic iuncta illa authē. Nā illa authē. præceſsit diſpoſitionem huius capituli. Et iſte tex. dicit, quòd cōtra voluntatē teſtatoris facidia eſt inducta: vnde debet intelligi de tacita voluntate. Pro hoc, quia hīc nō fuit expreſſa voluntas teſtatoris in prohibitione falcidiæ: ſed tacita quia mandauit, q̄ omnia bona quę poſſent obuenire hę redibus deuoluerentur ad auūculos: & ſic tacitē prohibuit falcidiā: ſed de hac tacita prohibitione hīc non curatur. & hanc opi. tenuerunt quidam in. d. auſ. ſed cū teſtator. ſed hic videſ caſus inducēdo: vt. s̄. induxi. ¶ †Vltimò induco iſtū tex. ad notabile dictū: q̄ pœna appoſita ex contrauētione cōmittitur ex ſola contrauētione ſacti: quāquam cōtrauētio nō habuerit iuris effectū. Nam vides hīc, q̄ cōtrauētio patrui nō habet impedire legatū factū auunculo: & nihilominus pœna appoſita ex cōtrauentione habuit locū. & facit hoc pro pœna appoſita in cōpromiſsis contra, & aduerſus contrauenientes: vt cōmittatur pœna, licet contrauentio non habuerit aliquē effectum. Similiter cōmittitur pœna ex contrauentione iuris, ſeu de iure facta: vt in. l. nuda. C. de contrahen. & cōmit. ſtipu. De verbo firmum, & verbo ratū, eſt gl. no. in l. id quod pauperibus. C. de epiſ. & cle. & per illā gl. dicit ibi Bar. quòd ſi quis promiſit ſub pœna aliquid habere ratū, non cōmittitur pœna ſi quis cōtrauenerit de facto: ſecus ſi promiſit habere firmum: quia verbum ratum, refertur ad ius d. verbū firmū, refertur ad factū. quod eſt
18 diligenter notādum. ¶ †Quæro, quia hīc reſeruaē bene
e ficium legis falcidiæ, ‘nunquid falcidia ſit detrahenda de legatis ad pias cauſas. Solui. tex. eſt hodie apertus, quòd nō. in auſ. ſimiliter. C. ad. le. falci. Sed dubium remanet in Trebellianica, nūquid illa detrabatur, ſi reſtitutio hęreditatis eſt fiēda ad pias cauſas. & videtur tex. à contrario ſenſu, in. c. ſi ꝑter. j. eo. tit. lib. vj. q̄ ſic. Nā ibi dicit quòd non habebat ibi locum deductio legitimæ & trabellianicæ: qa ſubſtitutio facta de pauperibus fuit directa, nō aūt fideicōmiſſaria. ergo ſecus ſi fuiſſet fideicōmiſſaria. & hanc opi. tenuit Io. And. in gl. ſua. Mouet etiā, quia falcidia detrahitur de ſingulis reb⁹, q̄ hæreditas eſt exhauſta. vñ licet hæres nō detrahat falcidiā delegatis ad pias cauſas, detrahit tn̄ de alijs: & ſic fruſtra nō erit hęres: ſed Trebelliani. detrahiſ ex toto corpore hēreditatis: q̄ tota hēreditas venit aliās reſtituēda: vñ ſi hæres nō poſſet detrahere Trebelliani. tūc fruſtra eſſet hæres. itē auſ. ſimiliter ſolū facit mentionem de falcidia & nō trebellianica. Sed cōis opi. doc. vtriuſq; iuris eſt in oppoſitū: vt nec Falcidia f nec Trebellianica habeat locū in iſtis legatis ad pias cauſas. Hanc opi. tenet Spe. in tit. de inſtru. edi. in. §. cōpē diosè. ver: ſed cū deducto. Cy. in. d. auſ. ſed cùm teſtator, Bar. in. l. Marcellus. ff. ad Treb. & Bal. in. l. id quod pauperibus. prælle. moderniores doc. iuris canonici hīc: & vide in hoc conſiliū domi. Rapha. contra gl. Io. an. præal le. Motiuū principale eſt: qa falcidia cōtinet in ſe Trebelian. Trebelliani. largo mō dicit fa Fcidia. Item tex. apert⁹ videtur in auſ. de eccle. tit. in verbo ſi autem hæres. & in l. ſi quis ad declinandū. in fi. C. de epiſ. & cler. vbi fit mentio de legato particulari & de hæreditate reſtituenda. & prohibeē oīs falcidia. Itē hodie ſunt exequata legata & fideicōmiſſa, in. l. C. cōia delega. vnde Falcidia ſicut ceſſat in legatis:

in legatis, ita & in fideicōmiſsis. Et ob prædicta & alias ratiōes voluit Bar. in. l. Marcellus. q̄ quēadmodū teſtator pōt hodie prohibere falcidiā, ita vt in. d. auſ. ſed cum teſtator. ita & Trebellianicam. Et hanc opi. tenet ſaltē fauore religionis. arg. in. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſum. fu. Nō ob. prædictis. d. c. ſi ꝑter. quia ſolum ꝑbat à contrario ſenſu: ſed tale argumentum ceſſat, vbi reperitur contrariū in iure: vt in. c. à nobis. ij. de ſen. excō. Item poteſt procedere ibi arg. à contrario, reſpectu legitimæ: non autē reſpectu Trebellianicæ. Non obſtat motiuū Io. an. q̄ fruſtra erit hæres, ſi nō detraxerit Trebellianicam: quia imò non fruſtra, quia habebit meritū à Deo exercendo piū actum, tam reſpectu defuncti, quàm reſpectu eccleſiæ ſeu pauperum; quibus fienda eſt reſtitutio. Facit in ſimili
19 quod no. Bar. in. d. auſ. ſed cum teſtator. ¶ † In gl. j. ibi. *i. hac conditione*. hoc ideò ſic dicit gl. quia ſubſtitutio fideicōmiſſaria fuit hīc ſub conditione, & non ſub modo. & differentia eſt maxima inter conditionem & modū. Nam conditio ſuſpendit actū in euentum conditionis, ita quòd interim nō poteſt peti. Sed modus nō ſuſpēdit diſpoſitionem: ſed qualificat, vnde id quod debetur ſub modo, poteſt peti de præſenti præſtita cautione de modo obſeruando. Hoc probatur in. l. qui hæredem. iuncta. l. quibus diebus. in. §. Tertilius. ff. de condi. & demon. & vide quod no. in. c. verum. de condi appo. vnde ſubſtitutio de qua hīc, fuit cōditionalis: videlicet ſi
20 abſq; filijs maſculis moreret; & ſic ſterim nihil poterit peti. ¶ † In gl. in verbo, *neutra pars*. in fi. Not. gl. iuncto tex. nam videtur limitare. §. ea. leg. ſeu extendere: & dicta Bart. ibi. Nā ibi no. & legitur, quòd prohibitio alienationis cōcernens certum genus perſonarū extenditur etiam ad vltimam voluntatē. hīc aūt tex. iuncta gl. probat idē dicēdum, cū prohibitio eſt generalis reſpectu omniū perſonarum, quibuſdam perſonis ſpecialiter conceſsis. Inn. hīc proſequitur multa membra. Nā q̄ prohibitio alienationis ſit in contractu: quādoq; à lege, q̄ndq; à iudice: q̄ndq; ab arbitro, q̄ndq; à teſtatore. & in omnibus iſtis proſequiſ ſuccinctè. Vtrum aūt teneat alienatio in contrarium facta: & reſpectu contractus: dicit q̄ tenet alienatio, ſed transferenti dñium cōpetit cōdictio cōtra reū. quia in aliū tranſtulit: vt in. l. ea lege. C. de condi. ob cauſ. & ibi glo. tenet q̄ conſequitur æſtimationem rei: de quo tn̄ dicendū, vt ibi plenius no. ¶ Fallit ſecundū Inn. in libertate. Nam ſi tibi vendo, vel dono ſeruum cū hoc, vt manumittas: non valet manumiſsio. vt in l. ea quidē. C. ſi mancipiū ita fuer. alie. Et eſt ratio: quia libertas ſemel donata reuocari non poteſt. Multas alias rationes reddit gl. in d. l. ea lege. Sed Ber. addit aliā ſolēnem limitationem in. d. l. ea lege. dicens, quòd vbicunq; retinet ſibi quis aliquod ius in re, & prohibet alienationē: non tenet alienatio in cōtrariū facta. arg. in. l. fi. C. de iure emphi. & in. c. potuit. de loc. Sed melius facit. l. creditor. in fi. ff. de diſtr. pig. vbi videtur ſingulariter probari, quòd res pignorata nō pōt alienari, ſi hoc fuit cōuentū inter contrahentes. & per hoc Bar. dat vnā theoricā in. d. l. ea lege. vt ad impediendam aliena
a tionē obligetur a illa res tranſlata. & de hoc articulo vide bo. gl. & latā: & doct. in. d. l. ea lege. & in. l. fi. C. de re. alie. non alie. & in. d. §. ea lege. per Bar. Si verò prohibitio ſit à lege, tūc tenet Inno. quòd nō valet alienatio, quia geſtū cōtra legē nō valet: vt in regula, quæ contra ius. de regu. iur. in vj. & in. l. non dubiū. C. de leg. Hoc limitat Bar. in. d. §. ea lege. q̄n lex aliquā ſolennitatem requirit ante alienationē, vel ſimpliciter prohibet. ſecus ſi aliquid ſit obſeruandum poſt alienationem: vt in. l. vniuerſa. C. de pręci. Imp. offe. & quod ibi not. Ex quibus cōcludiſ, q̄ alienatio rei eccle. facta contra ius, eſt ipſo iure nulla. x. q. ij. c. ea em̄. §. hoc ius. Idē intelligo vbicunq; Princeps ꝑhiberet alienationē, qa ꝑ eodē eſt habēdū q̄ lex viua ꝑ hibeat, vel mortua: & hoc voluit Inn. in. c. fi. de acc. in fi. Si verò ꝑ hibitio fit à iudice, tenet Inn. quòd non impeditur alienatio: ſicut dicimus in arbitro, vt hīc. Sed hoc dictū pōt procedere, q̄n iudex ſine cā prohibet, aliās nō: vt in l. is cui bonis. ff. de teſt. & l. is cui bonis. ff. de ver. obli. Si verò prohibitio ſit à teſtatore: & tunc dicit Inn. q̄ ſi eſt expreſſa perſona ratiōe cuius ſit ꝑhibitio, nō valet alienatio: v in. l. ſi filius. §. diui. ff. de lega. j. Aſsignat rationē diuerſitatis inter præceptū teſtatoris, & præceptum alterius. Nam ſicut teſtator ex nuda voluntate transfert dñium in aliū: vt patet in. l. cū ꝑter. in. §. ſurdo. ff. de leg. ij. ita pōt impedire alienationē. Itē, quia voluntas teſtatoris habet pro lege. ¶ Sed hæc q. indiget longè maiori diſcuſsione. Nam multi doc. iuris ciuilis voluerūt, quòd prohibitio teſtatoris etiā ſine expreſsione alterius perſonæ, ex quo ſit cū cauſa, impedit alienationem. & videſ de hoc caſus iuncta gl. in. l. ij. C. de vſu
a ca, pro em. Itē eſſet diſcutiendū, nunquid prohibitio teſtatoris extendatur ad vltimā voluntatē. Itē vtrum includaē alienatio neceſsaria: & de omnibus his vide quod no. in. d. § diui. & in l. ꝑter. §. fundū. de le. iij. & per Bar. in. d. l. ea lege. Prędicta procedūt, q̄n prohibitio ſit dño. Si autem ſit adminiſtratori: puta Prælato, vel Rectori eccleſiæ: tenet Inn. q̄ impeditur alienatio quia nō habet ita pingue ius: ſicut dñs. & ideò ſi Prælatus eſt prohibitus alienare à ſuperiore, non tenet alienatio. vt. c. veritatis. de dolo & cōtu. quod no. ¶ In gl. in verbo, *legitimè*. ibi: *euanescit ſubſtituto*. hoc non eſt verum indi- b ſtictè: ſed dic, vt no. in. c. præſentia. de prob. & Iſtā clauſulam. de effectu huiꝰ clauſulæ: vide plenè Alexandrum. in authē. ex cauſa. colū. xj. C. de lib. pręteri. & in conſi. cx lij. incipi. circa primā dubitationem in. iij. col. in. ij. volu. & in cōſ. xxxij. incip. ponderatis. in. iij. volu. & Bal. in conſi. ccc. lxxxvij. in. v. parte. Areti. in conſi. xxiiij. incipi. quatuor dubia.
21 in. l. ex facto. alleg. in gl. ¶ † In ea. gl. ibi: *ſine libero*. vult tertiò gl. quòd appellatione liberorū veniant baſtardi. ſed tu dic plenius: vt nota. in cle. j. de bap. per gl. & doc. ¶ In gl. in verbo, *vni ex patruis*. ibi: *& totum debet ei præſtari*. Aduerte coniūgendo finē gl. quæ hīc debuiſſet inſeri aut queritur de tertia & quarta ipſius Raynaldi: & fruſtra fit indagatio, an alij patrui eſſent mortui. quia in tertia & quarta potuiſſet Raynal. extraneū inſtituere. ſed reſpectu bonorum patruorum, quæ veniebāt reſtituenda patruis teſtamento Peponis, ſit illa indagatio. Nā non poterat Ray. illa bona reſtituere vni: ſed oībus patruis ſecūdū volūtatē Peponis. Et ob hoc dicit hīc glo. q̄ alij patrui erāt mortui an
22 Rayn. & ſic expirauit fideicōmiſ. ¶ † Nā fideicōmiſſarij⁹ decedēs añ diē fideicōmiſsi cedētis, nihil trāſmittit in ſuos hēdes: vt in. l. vni. C. de ca. tol. no. Bar. & gl. in. l. j. C. de his, q̄ ante aper. ta. cui aūt accreſcat pars defuncti. dicit hīc gl. alteri fideicōmiſſario & ſic accreuit hīc patruo ſuperſtiti. ſed dictum gl. intellige in terminis c. quando. ſed fideicommiſſarij ſunt coniuncti re & verbis; vt hīc erant. Si aūt fuiſſent diſiuncti, vt puta: *volo quòd reſtituas medietatem tali patruo tuo, & aliam medietatem alteri patruo*. tunc portio deficientis non accreſcit alteri, ſed hæredi, de quo in. d. l. vnica. & in. l. re coniūcti. ff.
23 de leg. iij. ¶ † In gl. in ver. *legauit* ibi: *impropriè*. No. ſingulariter iſtam gl. iuncta tex. quòd verba teſtamēti ſunt impropriāda ad hoc; vt teſtamentū teneat. Nā ſi verbū lego ſtaret propriè quo ad patruum & filios: teſtamentum non valuiſſet. & idē dixi de verbo relinquo. in. c. Raynutius. s̄. eo. Et colligitur hoc notabile intelligendo, q̄ iſta fuerunt verba teſtatoris: nā fortè teſtator aliter dixit: ſed Papa hīc hoc retulit in ſubſtantia, non ponendo propria verba teſtatoris. Sed primū notabili⁹ ſic. & verba libelli impropriantur, vt concludant intentionem libellantis vide bo. tex. iuncta gl. in. c. cōſtitut⁹, de religi. do. vbi cenſus pro emphyteoſi poni
24 tur, quod no. ¶ † Et in fi. glo. & ideò cautū eſt b in quolibet teſtō apponere iſtā clauſulā codicillarē: non tn̄ intelligas, q̄ propter hanc clauſulam ſubſtentetur teſtm̄. ſed ſi no valet teſtm̄ ex defectu alicuius ſolēnitatis: valebit vt codicillus. & ſic pſtabunt legata ab inteſtato: quæ

a ¶ Conscientiæ. Idem tenet Baldus in l. iubemus. §. sanè. C. de sac. sanct. eccle. Alex. consi. cix. in p. visò processu. in vlt. col. in prin. in v. vo. intellige sanè s. q in foro animæ si debitor non soluat, non debet sibi iniungi pœnitentia: sed si creditor petat: nõ facit contra conscientiam. per no. in. c. dilecti. de arbi. istam cõcordiã tradit do. Pet. phi. de cor. Perusinus, in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. obl. Reasumpsit in consi. lxix. inci. de duobus. in fi. in ij. vol. Aeneas de falco.

ZACHARIAS. ¶ Adde quod no tauĩ apost. adistũ in. c. quĩ ingrediẽtibus. nu. 5. & ibi no. in apostill. ad ipsum post alios. in vers. in foro aniⁿę. §. eo. tit.

SEB. SAPIA. a Conscientiæ. Hãc glo. exornat pulcherrimè do. Fel. in. c. canonum sta tuta. co. xij. vers. tertius casus. §. de constitu.

SEB. SAPIA. b ¶ Dominium. Vide not. in leg. à Titio. ff. de fur. & latè per Bart. in. l. j. col. ij. & iij. ff. de legat. j. vbi moder. & vbi q̃ actiones a cõpetãt legatarijs.

c ¶ Appellatione. An in cã app. reqratur li. contest. de quo vide plenè p do. Anto. & per Imol. in. c. per tuas de ap. alleg. in hac gl. & per Arch. in c. tua. de iura. calũ. in. vj. in princi. vbi etiã gl. in ver. iuramentũ. & de hoc aliquid tangit. & hoc vide plenè p do. de Rot. decisi. viij. secundũ ordinem meũ nouissi. & de hoc plenè p Bald. in aut. hodiè C. de iur. calũ. tex. & gl. in vers. cõtestatione. in. c. si qs in quacũq; . j. q. vj. & per Bal. in. l. eius qui. in vers. iij. quęro. ff. de app. re. per Bal. in. l. amplioręm. in prin. ver. sed oppo. nõne. C. de ap. per Bart. in. l. cum anterioribus. §. illud. C. de tẽp. ap. & ibi etiam vide §. iudex autẽ. tex. & ibi omnino Bar. in. l. j. C. ne lic. in vna eadẽq; causa. Et q in cã appellatiõis requiratur no. li. cõte. tenet Archi. in. c. si autẽ fuerit. fin. xj. q. vj. & ita dicit tenere Goffr. in. c. nõ iustè. de procu. & quod de hoc no. Bar. in. c. Romana. in. ti. de test. in. vj. & vide oino in ista materia Spec. in ti. de lib. concep. §. nũc dicendũ. in fi. ad quẽ remittit Archi. in. d. c. si quis in quacũq; vbi dicit oĩno videndũ. & de hoc vide oino do. de Rot. in antiquis dec. cxxxij. & dec. cxciiij. & vide do. Anto. in. c. ex cõquestione. in. x. col. de rest. spo. vbi refert doc. do. de Ro. in prælle. dec. viij.

Anto. Francis. ¶ An litis cotestatio requiratur in appellatiõe à diffinitiua, vel ab interlocutoria. & cuius effectus sit, vltra ea quę habetur in. c. per tuas. de app. vide Bal. in authẽ. hodiè. C. de iu. calũ. & per Io. Ber. de fir. latè in supra per. in litera. L. iũ ver. litis contest. in quib. cau. requiratur.

aliàs non valuissent. Et in quantũ gl. dicit, si nõ valet iure testamenti, plenior est clausula, si nõ valet, nec valebit &c. & sic cõpre l ędit vtrũq; tẽpus. Et de hoc in Specu. de instru. edit. §. cõpẽdiosè. ver. itẽ vide, si est ibi causula. & seq. An autẽ sine ista clausula debeantur legata ad pias causas, si reperiretur testamentũ non valere: remitto ad notata in. l. j. C. de sacrosan. eccl. & in. l. eam, quã. C. de fideicõ. & puto q debeant: quia ad validitatem istorum legatorum sufficit solennitas iurisgentiũ: vt dixi plenè in. c. ij. & c. cũ esses. & in. c. relatũ. §. eo. ¶ † In glos. in verbo, *adijciens*. in fi. intellige gl. cũ tex. q valet pœnæ appositio quatenus sufficit patrimoniũ testatoris. ad hoc iste tex. Nam testator nõ habet iurisditionẽ in hæredẽ, vel legatariũ. & si. & nõ potest propriè apponere pœnã: sed potius dicitur adimere bona eis donata nomine pœnę. i. in pœnã cõtrafacientis. Nã pœna dicitur esse id, quod diminuit patrimonium alicuius: vt no. Io. an. in. c. fi. de ele. li. vj. Et arbitror, q etiam in foro conscientiæ habebit locũ ista pœna: quia naturaliter obligatur oneratus à testatore obseruare ipsius volũtatẽ: vt in. c. cum in offi. §. eo. licet aliæ pœnę iuris necessariò nõ sunt obseruandæ in foro conscientiæ: vt est glo. singula. secundũ vnũ intellectũ in. c. fraternitatis. xij. q. ij. & quãquàm non memini legisse rationẽ illius dicti: puto tamen hãc rationẽ fore: quia pœna apponit à iudice, vt satisfiat reipublicæ læsæ scãdalizatæ ex delicto. Quæ ratio cessat in foro animæ: cũ ibi imponatur pœna principaliter in satisfactionem delicti. Nam principaliter ibi interdicitur ad satisfactionẽ rei. & vide Inn. in. c. sicut dignũ. de homi. vbi singulariter dicit quòd quanquã in foro cõtentioso, teneatur quis ex leuissima culpa in actiõe legis aquiliæ. s. frõne dãni: vt in. l. in lege aq lia. ff. ad. l. aquil. tamẽ in foro animæ non tenetur ad emendã dãni: nisi quis fuerit in dolo, vel saltem in lata culpa. Rõ diuersitatis est: quia forus cõtentiosus intẽdit ad cõseruationẽ patrimonij: sed forus pœnitẽtialis intẽdit animę: & plurimũ respicit animũ deliquentis. facit. c. Deus qui. de pœnitẽ. & remis. ¶ In gl. in ver. *adeunte*. in fin. hoc est verũ regulariter: sed fallit in multis casibus, qui notãtur per doc. in l. eã, quam. allega. in gl. ¶ In gloss. in verbo, *petendo*. ibi: *rei vendicatio*. & hoc plenè not. in. l. j. C. cõmu. deleg. nã procedit glo. quãdo legatũ est factũ in aliqua specie: puta, certº fundº vel seruus, secus si in genere: quia tunc non datur rei vẽdicatio: sed hypothecaria, vel actio ex testamento: de quo tamẽ dicendũ: vt plenius not. in dicta. l. j. ¶ In gl. in versi. *contra ipsum*. ibi: *quæ pendet extrinsecus*. vult dicere, quòd si quid debetur sub cõditione, quæ extrinsecus, id est extra iudiciũ venit purificanda: nõ potest peti ante conditionis euentum: & sic loquitur. l. nõ quẽadmodũ. ff. de iud. Sed si id quod debet nomine pœnæ seu sub cõditiõe venit certificãdũ in ipso litis ingressu, nõ pòt peti i libello sub cõditiõe: vt hîc. & idẽ per alia verba sentit Inn. & quanquàm de rigore iuris possit instari: tamẽ propter faciliorẽ exitũ litis, talis libellus solet admitti. Sicut in simili admittitur libellus alternatiuus. Et dico rẽ ad me spectare iure dominij, vel quasi: vt not. in. c. ij. de libel. obl. & in. c. Abbate sanè. de re iud. lib. vj. & quòd de iure possit procedere, facit text. in ca. olim. de censi. & l. eum, qui. ff. de his qui vt indig. Sed fi vis tollere contrarietates huius text. posses dicere, vt quidam dixerunt, quòd hæredes hîc iam contrauenerunt: quia voluerunt extra iudiciũ soluere legatum. & sic erat purificatũ legatum. cõditionale. hoc tamen ex toto nõ satisfacit literæ. quæ cõtinet petitionẽ cõditionalem. Et de hac materia vide per Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. ad fin. ff. de verb. oblig. & per Spec. in ti. de solu. §. sequitur. ver. quid si libellus. & in tit. de libel. conce. §. iam nũc. ver. sednunquid taliter. aliquid per Cy. in. l. j. C. de fideicõ. & no. he ne hanc glo. simpliciter iuncto. tex. ¶ † In gl. in versi. *quacunq; occasione*. in fi. vult ergo gl. quòd dominũ ᵇ legati, vel fideicõmissi particularis directa via, post aditã hæreditatem transit in legatarium vel fideicõmissariũ: secus in fideicõmisso vniuersali: quia ibi opus est restitutione re, vel salvem verbo ad hoc. l. sancimus. C. ad Trebel. fallit in casibus, qui ibi leguntur & notantur. ¶ Sed cõtra hoc op. Inn. de. l. fi. C. cõmunia deleg. vbi fideicõmissarius agit rei vendicatione contra illos, in quos primus hæres bona transtulit. Sol. duplex. Prima quòd fuit ibi restituta hæreditas in genere: vel est speciale in rebus alienatis. Sed prima solu. videtur verior: quia dominiũ fideicõmissi vniuersalis non transit sine restitutione. facit. l. Marcellus. §. res quę. ff. ad Treb. vbi tenet alienatio rei. & hoc communiter tenetur. & satis probatur in. d. l. sancimus. Et dicitur legatum q̃n verba dispositionis cõferũtur ad legatariũ: fideicõmissum verò dicitur, qn̄ quis capit de manu alterius: puta, relinquo tibi fundum, & volo vt illum restituas Sempronio. Nã respectu tui est legatũ: sed respectu Sempronij est fideicõmissum: sic appellatũ, qa fidei tuæ cõmittitur, vt restituas Sempronio. sed hodie fideicõmissa & legata sunt exæquata: vt in. l. j. & ij. C. cõmu. deleg. & ff. de legat. j. l. j. & dicitur fideicõmissum particulare, quando non hæreditas, sed certa bona particularia veniunt restituenda. ¶ † In glo. in versi. *contestata*. no. bene glo. & vide materiã in Spe. de lib. cõcep. in §. nunc videndum. vbi Spe. refert Clemen. Papam auditoribus præcepisse, quòd in appellatione ab interlocutoria, non admitteret libellum: & sic contestationẽ litis. & videtur sentire vt secus sit in appellatione ᶜ à diffinitiua. Ioã. and. sentit hic totũ oppositũ: vt in appellatione ab interlocutoria sit lis contestanda: quia est nouus articulus: secus in appellatione à diffinitiua: quia idem est articulus, cum primo. ad hoc ca. non solũ. de appel. lib. vj. sed tene primũ dictũ, quod etiã videtur sentire do. de Rot. deci. xiij. Nã si iudex appellationis ab interlocutoria pronunciat bene appellatũ, succedit loco primi iudicis: vt in. c. vt debitº. de appel. nec aliud petitur coram eo, nisi quod petitur corã primo. Si ergo cõtestatio fuit facta corã primo, nõ est necesse, vt fiat coram secundo: nedum discutitur, an ipsa appellatio sit amittenda, debeat fieri contestatio litis. quia nihil petitur à parte: sed agitur de iniquitate primi iudicis: vt dicit tex. in capi. interposita. in. §. sanè. de appell. Cautum tamen est, vt parte præsente, fiat cũ ea cõtestatio. sed in appellatione à diffinitiua principaliter quæritur retractatio sententiæ ad incõmodum partis: ideo fienda est noua contestatio, sicut si nouus esset articulus: vt hic. Sed si pars est contumax, pòt procedi sine contestatione: vt in. c. per tuas. alleg. in glo. quia in effectu agit super petitis in prima instantia. & vide quod dixi in. d. c. per tuas.

28 ¶ † In gl. in verbo: *portiones*. ibi: *quia de singulis rebus debet fieri deductio*. No. bene gl. q filius potest de qualibet re paterna deducere suam legitimam pro rata, nisi aliud disposuerit testator vel officiũ iudicis. Inn. dicit: q de tota hæreditate sunt portiones detrahẽdæ: sed ante, quàm

sed ante, quã iudex interponat officiũ, habentur insolidũ in singulis rebus. q. d. q ante deductionem habetur ius in singulis rebus in solidũ, sed iudex tempore deductionis poterit arbitrari, vt de certa re fiat deductio. Et hoc in effectu sentit Hostien. Non enim esset audiendus hæres, si ex singulis rebus vellet soluere legitimam: quia particularis solutio multa incommoda habet: vt in. l. planè. ff. fami. erci. Alij aliter: vt not. in. l. filiũ quẽ habentẽ. allega. in glo. Sed Bar. satis æquè distinguit in. l. in quartã. ff. ad le. falci. Aut enim filius & hæres conueniunt, & eorũ voluntas obseruãda est. l. pe. ff. de leg. j. Aut discordãt, quia filius vult detrahere ex vna re hærede contradicente: vel econtrà: & tunc aut quæritur in quibus rebus habeat hoc ius legitimæ, vel trebellianicæ: aut quæritur ex qua re tempore deductionis sunt detrahendæ. Primo casu dicendum, q hoc ius consistit in singulis rebus insolidum. in. l. Plautius. & in l. lineam. ff. ad le. falcidi. & ,pbatur hîc. Secundo casu, aut testator disposuit ex qua re sit fienda deductio, & seruanda est voluntas testatoris vt voluit gl. ad idẽ. l. id autẽ. ff. ad le. falci. probatur ratiõe. Nã à principio poterit pater certã rẽ relinquere loco legitimæ: vt in. l. quoniã in prioribꝰ. & in. l. omnino. C. de inoffic. testa. Aut testator nihil disposuit: & tunc si filius recepit fructus, cõputat si bi in tertiã, vel quartã trebellianicam: vt in. l. quod de bonis. §. fructus. ad legem fal. ¶ Et aduerte: quia Bar. post hæc videtur sentire q filius cõputat fructus in legitima. cuius cõtrarium ipse tenet in l. Marcellus. in. §. quidã liberis. ff. ad Trebelli. & sentit in. l. scimus. in. §. repletionem. C. de inoffic. testa. Et quòd lex antiqua sit hodie correcta in filijs: sed potest procedere primũ dictum in trebellianica extra casum. l. iubemus. C. ad Treb. Aut non percepit fructus & si vendit aliquam rem ante restitutionẽ hæreditatis, illa cõputatur in legitima: vt videtur tex. in. d. l. marcellº. in. §. res. voluit Azo in sum. C. de Trebe. & Oldra. consi. cxlvj. multi tamẽ tenuerũt oppositũ in. d. l. filium quẽ habentẽ. quia ex hac op. sequit, quòd filius rogatus restituere hæreditatẽ posset ad libitũ ex quacũq; re detrahere legitimã illã rẽ alienando. Vnde multi tenuerunt q illa aliena tio, non valuit. ¶ Ad. §. res. potest responderi, q cõputantur in legitima hærede non cõtradicẽte: & sic in odiũ ipsius filij. Et quicqd sit, cõsiliũ est vt si filius intẽdit aliqua alienare, q vocet fideicõmissariũ ad diuisionẽ, & tũc securè poterit alienare partẽ suã. Si vero nihil alienauit: & tunc aut habebat aliquam rem in peculio iudicio testatoris: & pòt illã rẽ sibi cõputare in legitimã: quia ex quo testator illũ dilexit in vita, respectu illius rei: præsumẽdũ est, q idẽ voluit post mortẽ. & iste est casus no. secũdũ vnũ intellectũ in. d. l. filiũ quẽ habentem. Aut testator nihil cõcessit in vita: & tũc si res sunt indiuisibiles, fiat detractio ex vna re. si sunt diuisibiles: tũc po

a terit fieri ex vna, vel pluribus secundũ quod iudici ᵃ videbit æquũ: vt in. l. potest. secundũ vnũ intellectũ. ff. de le. j. facit. l. ad officium. C. cõi diui. & insti. de offi. iud. post prin. Et secũdum hãc distinctã hanc gl. & tex. & idẽ dicitur respectu repletionis legitimæ, vt si pater reliquit filio certã rẽ non ascendentẽ ad legitimã suã: repletio fiet iudicis officio non de singulis rebus, sed secundũ quod iudici æquũ videbitur. quanquã ius repletionis cõsistat in singulis rebus sicut dixi in tota legitima, vt. d. l. scimº. & ponit Old. cõsi. cj. ¶ In gl. in ver. *beneficio*. in fine Inno. sentit hîc, q de omnibus potest patruus detrahere falcidiã. Non ob. l. cum pater. alleg. in gl. quia secũdum eum quandoq; aliquid admittitur ex condemnatione iudicis vel ex dispositione legis: nomine pœnæ, & tunc falcidia cessat: vt in auc. de hæred. & falc. §. si quis autem non implens. Quandoq; aliquid adimitur hæredi ex dispositione testatoris, tũc de illo potest detrahi falcidia: vt hîc. Nam testator alij tribuendo, quod ademit hæredi, facit legatum. Et hæc opin. multũ mihi placet: quia si bene ponderatur litera, testator non mandauit simpliciter: vt hæredes non contradicerent legato facto auũculis, sed conditionaliter, sci licet, q si contradicerẽt omnia bona sua legabat auunculis: hæres ergo contra dicendo, non venit contra voluntatem testatoris, si soluit sponte omnia bona auunculis: imò impleret voluntatem testatoris. & sic ne frustra sit hæres: potest detrahere falcidiam de omnibus. Neç videtur mihi consyderationem gl. quoquo modo posse procedere. Nam iste patruꝰ respectu patris sui habebat. xvj. secundum computationem prius factam, ex hæreditate Raynaldi: quorum quatuor tenebatur soluere auunculis occasione legati

a ¶ Quod iudici. Filius potest detrahere legitimam de vna re eligẽda arbitrio iudicis. Adde Bar. & alios doc. in. l. si suus quoque. ff. de hæredi. inst. ad fi. pri. Ia. de bel. in aut. de re. & ea, quæ parit. post gl. ibi Cy. in authẽ. res, quæ. C. cõmunia deleg. & in. l. filium quẽ. fami. erci. in. ij. q. & Salice. ibi. C. in. viij. col. Oldra. no. in consi. ccxxv. & in consi. cvij. incipien. circa ius municipale. Bal. in. l. ij. C. ad leg. fal. & l. scimus. in principio. C. de inoffi. testa. & in. l. iubemus. in. j. col. C. ad Trebe. & in. l. magis puto. §. ne pars fim. ff. de re. eo. & in. l. fi. in. j. q. C. de edi. di. Ad toll. & in. l. non amplius. §. j. ff. de le. j. & in repe. c. si pater. in vl. col. de testa. in vj. Ang. & Imol. in. l. quartam. in principio. ff. ad le. fal. dominus Alexand. post alios. in. d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Tre. Limita tamẽ singu. hanc communem cõclusionem, nisi testator illam rem alicui specialiter legasset: quia filius non potest detrahere suã legitimam in re, quæ sit specialiter legata. quia pater potest legare res suas, cui vult: dommodo in hæreditate tantũ dimittat, quòd suffi ciat pro legitima filij. Ita notan. limitat Bal. in rubr. de re. diui. in. j. cp. in fi. vel in prin. j. & idem Bal. in. d. l. ion amplius. §. fi. & ibidem dom. Alexan. quanuis contrarium consoluerit Paulũ. de Ca. nullã de Bald. faciens mentionẽ in consi. ccliij. & do. Iaf. de May. in d. l. filium. C. fami. erciun. vbi dixit, quòd in ciuitate Papiæ vbi erat casus, volebãt quòd consuleret contrarium, sed quòd ipse noluit. Vide etiam ad prædicta illud quod notã. Barto. in. l. secũda. circa medium C. quando & qui. quarta pars debet. libro decimo. vbi nota. determinat, quòd filiꝰ authoritate propria non potest capere aliquam possessionem. Motie tur per fundamentum, de quo ibi per eum. & per Baldum. in. l. si quisin suo. C. de inofficio. testamento.

SVMMARIVM.

1 *Executor testamenti. si suscepit illud officium, tenetur ipsum exequi: & ad hoc potest compelli.*
2 *Diœcesani appellatione veniũt inferiores habentes in loco iura episcopalia, prout sunt Abbates, quãdo summus in materia, vbi verisimiliter ponderatur potius iurisditio Episcopi, quàm officium Episcopi.*
Capitulum succedit sede vacante in potestate compellendi executores.
Capitulum potest confirmare electiones factas sede vacante: sed non potest conferre beneficia.
3 *Executor non compellitur suscipere officiũ exequẽdi, etiam in legatis ad pias causas. nisi verisimiliter coniecturetur, vel re, vel verbo illud accepisse.*
Recipiens literas censetur in eis contẽta approbare.
Scribens, vt deputetur ad aliquod officium, non potest vlterius illud recusare.
4 *Executores, an possint agere contra hæredes, vt eis tribuant, vnde possint exequi voluntatem defuncti.*
5 *Legatum relictum vni, vt restituat alteri: si ille alter ante restitutionem moriatur, remanet penes primum.*
6 *Executor, an possit vẽdere bona hæreditaria pro executione vltimæ voluntatis.*
7 *Executores testamentorum à quocunque factorum, possunt esse etiam clerici: & in relictis ad non pias causas.*

a ¶ Ioannes. Materiã executorum, qui dantur in testamento, ponit Bart. in l. alio. ff. de al imen. & ciba. leg. & latissimè per Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. Domini. in. c. ij. in. §. j. de test. lib. vj. vtrum valeat statutum quo; imponẽs certam pœnam executoribus testamenti, non exequentibus intra certum terminum: vide Bal. in. l. j. C. de his, quæ pœnæ nomi. in versi. vlterius quæritur. & facit quod no. do. Anto. in ca. literas. de supp. negli. præl. Item an executor testamẽti sit idoneus testis super simulatiõe instrumẽti facti inter testatorẽ & aliũ vide do. Anto. in. cũ à nobis. in vlti. co. j. de testa. Et adde q̃ si sint duo executores pares, & discordãt, exequẽdi potestas deuoluitur ad Episco. secundũ Bal. in. l. viduæ. C. de nup. qui allega. c. nos quidẽ. ſ. eo. Itẽ an b stetur iuramento executoris dati ad distribuẽdũ inter pauperes de distributione singularũ rerũ facta: gl. vi det dicere, q̃ sic, in. l. ſi quis pro redẽptione. in ver. ſacramentum. C. de dona. Sed intuenti videtur casus in contrariũ in. c. iiij. in fi. xij. q. ij. & q̃ stetur iuramento executoris, tenet gl. in. d. l. diuus. ff. ſi cui plus, quàm per le. Falci. quod Bal. intelligit verũ in. l. id quod pauperibus. C. de epi. & cle. de legatis minutis: ſecus dicit in magnis. Et pro iſta quæſtione bene facit glo. in. l. fi. §. in cõputatione. C. de iu. deli. & Spec. in ti. de instr. edi. §. nũc verò aliqua. ver. quid ſi executor. ſed Angel. in. l. ſi quis pro redemptione. dicit, quòd eſt ſpeciale in executoribus ad diſtribuendum pro redemptione captiuorũ; vt ſtetur eorũ iuramẽto, in alijs ſecus; vt. l. ſi quis ad declinandã. & in. l. nulli. de epiſc. & cle. Et quòd non ſufficiat iuramentum, videtur cõcludere Archi. in. c. Epiſ. tuitionem. lxxxviij. diſt. licet dicat quòd quidam dominus valens doctor legum teneret: q̃ valeret iuramentum. Sed tu de hoc vide omnino latè & elegantiſsimè per Spe. in tit. de in ſtru. edi. §. nunc verò aliqua. in. xij. co. ver. ſed nunquid ſecundũ dictum. & per Dyn. in. ij. §. fi. in. v. col. de test. li. vj. ¶ Ad de, q̃ executor die feriata poterit eligere pauperes: in quos fieri debet diſtributio. ſecundũ Bal. in. l. ſi vt proponis. j. circa prin. C. quomodo & quando iu. Et de teſtatore, qui deputauit executorem ad emẽdandũ ſua facta: vide per Archi. in. c. qui res. xiiij. q. vj. vbi dicit, q̃ talis diſputatus teneẽ tantum ſatisfacere creditoribus, quorum terminus non erat elapſus. Et an exe cutor datus in teſtamento perdat officium, ſi deportetur, vel banniatur: vide per Albe. iij. parte ſtatutorum, q. cv. & adde hic Bal. & Imo. in. l. quamuis. ff. ſo. ma. vbi dicunt, quòd executor ad diſtribuenda bona in pias cauſas poteſt diſtribuere pro carceratis pro maleficio ad pœnam pecuniariam. Et an exe cutor datus in teſtamento ad ſoluenda debita, poſſit ſoluere debita naturalia tantùm, vel præſcripta. vide Per. de Anc. in reg. poſſeſſor. de regul. iur. in vj. in. ij. q̃. prin. Et adde hic, quòd officium executoris non tranſit in hæredem. glo. eſt in. l. antepenul. quæ inci. turela. ff. de tut. & ſi ſtatutum præfigit certum terminũ executoribus ad exequẽda teſtamẽta poſt ſex meſes aliàs deuoluatur executio ad Epiſcopũ, an iſtud tẽpus currat ignoranti executori. vide per Archidia. in repetit. c. canonũ. de conſti. in. iiij. principali quæſito in vlt. col. illius quæſtri. Itẽ ſi detur executor teſtamẽti priori fratrum: vt exequatur cum conſilio prioris prædicatorum: & deuoluta eſt executio ad Epiſcopũ, debebit Epiſcopus exequi cũ eadẽ forma. Ita dicit Bal. in. l. ſi puellã. C. ſi manci. ita fue. alie. Pro quo alleg. opti. tex. in cle. j. de ſupp. negli. præla. Item adde hic: q̃ executor deputatus ad deſtribuendum inter pauperes, po

CAP. XIX.

Ioannes. ¶ † Executor teſtamentarius qui ſuſcepit illud officiũ exequi cõpellitur. Primò quæſtio. Secundò ſolutio. ibi: *poſt*. ¶ Caſus literalis. O. clericus ſanctę crucis legauit de bonis ſuis in vltim. voluntate venerabilibus & pijs locis: & hãc voluntatem ſuam exequendam commiſit Io. clerico: & . P. laico: & mandauit eiſdem, vt creditoribus ſuis ſatisfacerent, qui executores mãdato ſuſcepto ipſius executionẽ defferebant: ſuper quo cõſulti tus Papa reſpondet, q̃ poſt mãdatum ſuſceptũ per diœceſanũ Epiſcopum cõpelli debẽt exple re voluntatem defuncti, ſi fuerint negligentes. Ber. ¶ No. j. ex principio, q̃ vbi in diſpoſitio ne eſt fienda mẽtio clerici & laici: præmitti debẽt in ordine clerici tanquàm digniores. [b]xcvj. diſtin. in. c. tuo. facit. c. ſignificauit. de reſcript. & quod no. glo. in. c. quorundam. de electi. lib. vj. ¶ No. ij. q̃ clericus [c] & laicus poſſunt inſimul deputari ad certũ officium exequendum. quod intelligit Ioan. an. procedere, q̃n vocant tanquã diuerſa capita: ſecus autẽ ſi vocarẽtur vt collegiũ: quaſi velit dicere, q̃ ad collegium ſeu vniuerſitatem faciendã, nõ admittũtur homines diſparis profeſſionis: vt in. c. cauſam. ſ. de ele. &. xvj. q̃. vij. c. in noua. Sed q̃ coniungãtur, vt ſingulares, non nocet diſparitas profeſſionis. Pro hoc. c. per tuas. de arbit. & in. c. vbi periculum. de elect. lib. vj. Et no. hanc regulam ſed puto eam limitandam, quando varia ſunt ſtudia reſpectu profeſsiõis. Si autem idẽ omnino eſt ſtudiũ, non impedit diuerſitatẽ profeſſionis eos ſimul collegialiter congregari. Exẽplum in vniuerſitate ſcholarium: vbi ſunt religioſi, clerici ſeculares, & laici, omnes facientes vniuerſitatem vnã: vt no. Bar. in. l. fi. ff. de col. illici. & Inno. in. c. cũ ab eccleſiarũ. de offi. ord. ¶ No. iij. q̃ ad pias voluntates exequendas, poteſt teſtator deputare, quos vult. Quid autem ſi neminem deputauit? dic, vt dixi in. c. ſi hæredes. ſ. eo. ti. ¶ No. iiij. ibi: *creditoribus*. iuncto ver. *per diœceſanum*. q̃ Epiſcopus impedit ſe de relictis etiã ad non pias cauſas. de quo vide qd latius dixi in. c. ſi hæredes. ſ. eo. ¶ † Nota ibi: *per diœceſanum*. q̃ ad diœceſanum [d] pertinet cõpellere executores teſtamentorios. dicit tamẽ Io. an. idem in eo, qui habet iuriſdictionem in loco quaſi diœceſanus ponatur hîc ad denotandum eum, qui habet iuriſdictionem in loco. & ideo ſi alius citra Epiſcopũ haberet ibi iuriſdictionem epiſcopalem: vt ſunt multi Abbates. de priuilegijs. libro ſexto. poterunt iſti hanc cõpulſationem facere. Tenebis menti hoc dictum, q̃ officium tributum diœceſano poteſt exequi, ſeu exerceri per eum, qui habet iuriſdictionem epiſcopalem: vel quaſi in eodem loco, quanquam nõ habeat iuriſdictionẽ in tota diœceſi. Et pro hoc facit gloſſa not. in clementina j. de re. eccle. non alie. quæ vult, quòd inferiores habentes iuriſdictionem epiſcopalem poſſunt exercere omnia, quæ ſpectant ad iuriſdictionem epiſcopalem. quod latius dico in. c. ſignificaſti. de foro comp. Sed vide in oppoſitũ glo. no. in clemen. j. de vi. & ho. clerie. & nota de, q̃ ſi teſtator reliquit legatũ pauperibus eligendis per fideicõmiſſariũ: valet etiam ſi eligit iniquos pauperes: ſecundum Innoc. in. l. captatoriæ. in fi. poſt Bar. & Rayn. de lega. j. Et q̃ executori nõ currat tempus, niſi à tempore ſcientiæ, expreſsè firmat Bart. in. l. genero. vltra mediũ. ff. de his, qui not. infa. Et quid de illo qui emit ab aliquo executore teſtamenti, cum verè nõ eſſet? dic, vt per Bal. not. in. l. j. in. j. col. C. de re alie. non alienand. Titius & Martinus erant duo executores ad diſtribuendum centum pro anima Petri teſtatoris. Titius nomine ſui ſocij fortè per errorem, vel aliãs inæquerẽter diſtribuit centum viginti pro anima Petri an ſi Martinus, qui deputatus eſt executor etiam ad diſtribuendum pro anima ab alio teſtatore, ſi vult illa viginti eſſe diſtributa pro anima iſtius, alterius teſtatoris, hoc poſsit in foro conſcientiæ? vide omnino per Lap. alleg. lxxj. Item vtrum dies commiſſarij cedat à morte teſtatoris: an verò ab adita hæreditate: & an commiſſarij, qui dantur in teſtamentis, dicantur habere officium procuratoris inter viuos: vide per eundem Lap. alleg. xcj. Item adde hîc quòd executores teſtamenti non debent habere ſalariũ: ſecundũ glo. in ver. pulſantibus. in. l. pecuniæ. ff. de ali. & ciba. lega. Item an officiũ executoris dati in teſtamẽto tranſeat in hæredẽ: vide latè per Bar. in. l. à filio. in prin. ff. de ali. & ciba. lega. Itẽ an & qñ incertitudo pſonæ executoris habeat vitiare executoris datione: puta ſi teſtator dicat: Miniſter fratrũ minorũ, q̃ ꝓ tpe fuerit. vide p Bart. in. l. quidam in princip. ff. de re. dub. in. ij. colum. Item vtrum executores teſtamenti teneantur ſatisdare: vide omnino per Barto. in. l. ſolent. ff. de alimẽ. & ciba. lega. in. j. colum. Item adde, quòd ſi dati ſunt plures executores in teſtamento generales, vnus ex his poteſt agere contra alium executorem debitorem teſtatoris. ſecundũ Barto. in. l. qui proprio. ſ. fin. verſi. & pro hoc de facto dicebam. ff. de procuratoribus.

b ⁂ SEB. SAPIA. ¶ Tanquã digniores. Q̃ òd digniores in ordine præmittendi ſint, vide Feli. in. c. ſtatuimus. col. ij. de maio. & obed. in. c. cum dilecta. in. ij. col. ver. ordo ſcripturæ. ſ. de. reſcrip.

c ⁂ SEB. SAPIA. ¶ Clericus. Quòd laicus poſsit eſſe executor teſtamẽti [e] etiam ad pias cauſas: ponit Deci. in. c. decernimus. col. pe. ſ. de iudic.

d ¶ Ad diœceſanum. Et adde hic Archi. vij. q. j. vbi dicit: pone, q̃ Epiſcopus loci deceſsit; executor cœpit diſtribuere bona defuncti; modo cõparet Epiſcopus ordinarius loci, vbi erant iſta bona: an poterit impedire illam diſtributionem? ⁂ SEB. SAPIA. ¶ Diœceſanorũ. An appellatione diœceſani veniat ſolùm Epiſcopus. Vide Feli. in. c. cũ olim. in priñ. ſ. de ſcrip. vbi tenet dictũ Abb. hîc.

b ¶ Sede vacante. An ſede vacãte capitulum ſuccedat in poteſtatem compellendi executores. vide quod de hoc ſcribitur per Moder. poſt do. Anto. in c. ij. ne ſede vacan. A Enæ. Falco.

⁂ SEB. SAPIA. ¶ Etiam capitul. In quibus ſuccedat capitulum ſede vacante: latè tradit Feli. poſt Abba. in. c. cũ olim. ſ. de maio. & obed.

¶ Literas. pro iſto dicto facit, quod egreg. voluit Bar. in. l. quo enim. §. rem ratam haberi in fi. ff. rem rat. ha. vbi voluit, q̃ reciens literas, cenſetur in eis contẽta approbare. & ſuper hoc tradidit ſolennem cautelã do. Mathef. in no. xx. videlicet q̃ dũ tales literæ præſentãtur, adhibeãtur duo teſtes qui ſciãt tenorẽ literarũ. quã cautelam multum magnifi cit in ſingulis præceptor meꝰ do. Paulus ſaxus magnus de Peruſio in. l. q̃ dotis. ff. ſol. matri, quã leg. ita egregiè commentauit vt vix addi poſsit. Ad prædicta vide Bar. idẽ dicentẽ in pulchra, q. j. l. piti⁹, ſi fi. ff. de cõſt. pec. A Enę. Falco. Anto. Franciſ.

¶ An recipiens literas videat approbare contenta in eis. dicas, q̃ ſi ſunt lecte, obligant le gẽtẽ ad cõtenta in illis, niſi legens ſtatim contradicat. l. ſi filius. & ibi per Bar. ff. ad Mace. l. publ. §. fi. §. depoſ. habebat per Bar. in. l. tabernam. §. idem quæſijt. in fine. ff. de pig. & in l. Titius. ff. de conſti. pecu. & per Bal. in. l. ſi abſentis. in. iij. colum. C. ſi cer. pe. & in. l. ſi is. ad fi. C. de fur. & in rubr. C. de ſi. inſtr. in. xviij. col. & per do. Car. in clemen. j. de procu. in. iiij. no. ibi dicit hoc eſſe verum, niſi legens protẽſtetur, quòd nolit obligari. Ad quod etiam vide Alexãd. in. d. l. cum tabernam. §. idem quæſijt. vbi dicit, quòd eſt cautela, quòd præſentetur coram teſtibus ſcientibus tenorem earum. vt per Matthen. in ſuo not. xxxj. Et ideò dicebat Bar. in. l. literas. ad fi. C. mand. quòd quis videtur ſecutus literas, quas accepta uit, non quas repudiauit. de quo vide per Alexand. conſi. lxxviij. in. j. parte conſi. & habetur per nouiſſimos in. l. ädmonendi. ff. de iureiu.

c ¶ Executores. An executor poteſt agere contra hæredem, vt det ſibi bona, vnde exequi poteſt, & quod non poterit agere, tenet Archi. in. c. Epiſcopus tuitionem. lxxxviij. diſtinctione. de quo vide per Imo. in clementi. j. circa fin. de teſt. & dato, quòd poſsit agere non poteſt agere ante, quàm ſit tempus ſequendi, ſecundum Bal. in. l. ſi ſocij ſumus. in lectu. antiqua. per illã tex. ff. pro ſocio.

f ⁂ SEB. SAPIA. ¶ Religioſi. Vide Fe. in. c, decernimus. ſ. de Iud. vbi De

glo. in cle. j. de iurepatro. in ver. diœceſanus. quæ poſuit, q̃ appella
a tione diœceſanorũ [a] veniunt ſolòm Epiſcop. nõ autem inferiores habentes iuriſditionem in loco. Sed concord. vt gl. illæ procedãt in materia noua & ſtricta ſit mentio de diœceſanis: ita quòd veriſimiliter videatur ponderatũ officiũ Epiſcopi: ſecus autẽ vbi materia eſſet larga & fauorabilis: ita q̃ potius videatur ponderata iuriſditio, quã officiũ epiſcopale. ¶ Hinc dixit Io. an. hîc: q̃ capitul.
b ſede vacante. [b] ſuccedit in hac poteſtate compellendi executores: quanquã videat dubitare, nunqd ſi officiũ exequẽdi ſit deuolutũ ad Epiſc. poſsit capitulũ exeq. nã aliud eſt cõpellere: aliud exeq: ſi cut in ſimili capituli offiũ cõfirmare electiões: ſed non põt brãficia cõferre: vt in. c. cũ olim. de maio. & obe. iũcto. c. j. ne ſe. vacã. lib. vj.
c Sed ego putarẽ, q̃ etiã capitulũ poſsit exequi: qa hoc non eſt iuriſ ditionis epiſcopalis: & potius oneris, quã honoris. & eſt officium neceſſarium. Pro hoc, quod no. gl. in cle. j. de hæreti. & ceſſat ratio quæ eſt in prohibitione collationis beneficiorũ. Nam illa prohibetur: quia eſt quædam honorificentia: & computatur inter fructꝰ: vt no. gl. in. d. c. cum olim. ſed executio eſt oneris dũtaxat, & nulla cõmoditas debet remanere apud capitulum, vel epiſcopũ. exequẽte: vt in. l. nulli. C. de Epiſco. & cler. & in. c. nos. ſ. eo. tit. ¶ In glo. in ver. *pijs*. ibi: *minus legitima*. Hoc intellige, vt dixi in. c. relatum. ſ. eo. ¶ In glo. ij. ibi, *nihil poſſit legare*. No. bene gl. pro intellectu c. quia. &. c. ad hoc. ſ. eo. q̃ de rebus eccleſiæ non ſolùm teſtari prohibetur clericus: ſed etiam legare. Nã eadẽ ratio eſt in legato, quæ eſt in teſtamento: quia effectus vtriuſq̃ cõfertur ad tẽpus, quo poſt mortem clericus non eſt amplius rector eccleſiæ, ſed donare aliqua po
3 teſt intuitu eleemoſynæ: vt in dictis iuribus. ¶ † In glo. ſuper ver. *mandatum*. ſ. Not. gloſ. iuncto tex. quia licet executio vltimæ voluntatis ſit res fauorabilis & pia: vt in. l. j. C. de ſacroſanc. eccle. & in. c. tua. ſ. eo. titu. Non tamẽ cõpellitur quis acceptare officium executionis ſibi delatum in teſtamento. Et videtur hoc etiã procedere in relictis ad pas cauſas. quod eſt valde notandũ. & videt hoc probare tex. ibi: *poſt mandatum ſuſceptum*. & idem ſentit ibi Ioã. And. dicens, q̃ videtur quis ſuſcipere mãdatũ: aut expreſsè acceptãdo, aut tacitè: puta, exequendo aliquid de ſpectantibus ad illud officium. Secus autem dixit, ſi erat præſens, quando officium ſibi cõferebat & tacuit. pro hoc. l. filiusfamiliâs. §. inuitus. ff. de procu. Dicerem, q̃ etiam per citeriorem actum executionis, dicitur officiũ accepta
d re: puta, ſi ſcienter recepit literas. [d] in quibus ſibi officium confere batur. arg. in cle. j. de proc. vel ſi ipſe ſcripſit, q̃ teſtator ad illud officiũ eum deputauit. ad hoc bonus tex. in. l. vxori. §. j. ad le. falci. facit. l. ex ſententia. ff. de teſta. tut. Et no. hoc vltimũ: quia põt adduci ad multa. Itẽ reſpectu legatorũ ad pias cauſas, videt q̃ Epi. poſsit cõpelle. etiã citra acceptatiõnẽ. & ſi nõ vt executorẽ teſtamẽtariũ ſaltẽ, vt delegatũ & comiſſariũ. Nã cũ Epiſ. hoc caſu habeat exeq, poterit officiũ hoc iſti delegare: & adſuſcipiẽdũ cõpellere: ſicut in qualibet alia delegatiõe. C. qui, q̃ ſua iuriſdicti. l. j. c. paſtoralis. ſ. de
4 offi. dele. ¶ † Sed quæro extra gl. nunqd iſti executores [e] teſtamentarij poſsint agere contra hæredes: vt eis tribuatur, vnde poſsint
e exequi voluntatem defuncti. Inno. Abb. & cõiter omnes doct. hîc diſtinguunt, q̃ in relictis ad pias cauſas poſſunt agere contra hæredes: vt in. l. nulli. & in. l. ſi quis ad declinandã. C. de epiſ. & cleric. In alijs verò ſubdiſtingunt, q̃ ſunt executores meri: aut ſunt participes. Primo caſu executor nõ agit cõtra hæredem: ſed ſi hæres ſpõte eis tribuit, exequũtur voluntatẽ defuncti: ſed agere nõ poſſunt vt in. l. Lucius. §. Meuia. ff. ad Trebellia. niſi teſtator aliud expreſſerit. Si verò ſunt participes: puta, quia teſtator voluit aliquã partẽ remanere penes executores: tunc poterunt agere: vt in. l. ſi quis Titio. ff. de leg. ij. ¶ Sed contra hoc oppo. de iſto tex. vbi executores cõpelluntur exequi. dicit Inno. q̃ omnia iſta erant diſtribuenda ad pias cauſas. Hoſt. dicit, q̃ hoc eſt diuinare, Itẽ iſte tex. reſiſtit, cùm facit mentionem de creditoribus. & ideò dicit, q̃ ſecũdũ ius cano nicũ poſſunt executores agere contra hæredes, vel quoſcunq, vt exequãtur voluntatẽ defuncti. & ſic tranſeunt hîc cõmuniter do. ¶ Ego concordando dico, q̃ nec de iure ciuili: nec de iure canoni co merus executor habet actionem contra hæredem: vt in. d. §. Meuia. ſed poteſt executor officium iudicis implorare contra hæredes, vel alios detinentes bona defuncti. ar. in. l. hæreditas. ff. de pet. hæredi. & in. l. quintus. in fi. ff. de annu. lega. & hoc voluit Dyn. in

d. §. Meuia. & Bar. in. d. l. ſi quis Titio. & in iſto caſu poteſt procedere dictũ Hoſtiẽ. & intelligitur iſte tex. Poterit ergo diœceſanus cõpelle
c re executorem, vt imploret officiũ iudicis cõtra hæredem. Item poteſt intelligi iſte text. vt compellatur exequi, quando bona ſunt in manu executoris: vel hæres eſt paratus ſibi dare, vnde exequatur. & ſic in nullo tex. iſte contradicit iuri ciuili iudicio meo. ¶ † Item in eo, [f] quod doc. diſtinguũt, vtrum executor partici
5 pet de lucro, vel nõ: dic melius, q̃ vbi verba diſpoſitionis cõferuntur in eum tacitè, vel expreſsè, non dicitur purus executor, ſed legatarius: ideo poteſt agere contra hæredem. Exẽplum. dicit teſtator: relinquo Titio cẽtũ, & volo, q̃ il la reſtituat Seio. Nã licet nullã cõmoditatẽ habeat: ex quo tamẽ verba legati in eũ conferunt, poterit tanquam legatarius agere contra hæredem. & eſt vtile, quia ſi deficeret fideicomiſſum ex perſona fideicõmiſſarij, accrefceret iſti legatario, & nõ hæredi: vt in. d. l. ſi quis Titio. Idẽ dixi, vbi tacitè diſpoſitio conferr in ipſum vt quia eſt particeps illius relicti. His eñ caſibus mõ dicit purus executor: vnde habet actio
6 nẽ cõtra hæredẽ. d. l. ſi quis Titio. ¶ † Nunqd aũt poſsit executor vẽdere bona hæreditaria pro executione vltimæ voluntatis? Diſtingue inter executorem vniuerſalem & particularẽ. Nã executor vniuerſalis põt exẽplum, qñ oĩa ſunt diſtribuẽda in pauperes Chriſti. d. l. nulli. Particularis non põt, niſi teſtator ſibi cõceſſerit: vt in. l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. Et hodie cõmuniter in teſtamẽto datur libera & plena licentia executoribus vendẽdi de bonis hæreditarijs pro executione teſtamenti. & quid
7 importẽt illa verba, no. Bar. in. l. alio. ¶ † Vlt. oppo. contra tex. & videtur, q̃ clericus nõ poſſit eſſet executor teſtamentarius: quia non debet ſe immiſcere negotijs & adminiſtratioĩb⁹ ſecularibus. xj. q. j. c. te quidem & in. c. j. ne cleri. vel mona. Sol. teſtator erat hîc clericus: vnde ratione perſonæ negotium nõ poteſt dici ſecularẽ: ſecundum doc. ¶ Item in ſecundo hæc relicta erãt facta ad pias cauſas. vnde ratione pię cauſę poteſt dici negotium eccleſiaſticum.
f ¶ Tertiò dixerunt alij cum quibus tranſeunt hîc cõmuniter doct. quòd religioſi [f] & clerici poſſunt eſſe executores teſtamẽti, etiam ad non pias cauſas, ratione piæ voluntatis defun

1. Titius. ff. de conſti. pecu. & per Bal. in. l. ſi abſentis. in. iij. colum. C. ſi cer. pe. & in. l. ſi is. ad fi. C. de fur. & in rubr. C. de ſi. inſtr. in. xviij. col. & per do. Car. in clemen. j. de procu. in. iiij. no. ibi dicit hoc eſſe verum, niſi legens protẽſtetur, quòd nolit obligari. Ad quod etiam vide Alexãd. in. d. l. cum tabernam. §. idem quæſijt. vbi dicit, quòd eſt cautela, quòd præſentetur coram teſtibus ſcientibus tenorem earum. vt per Matthen. in ſuo not. xxxj. Et ideò dicebat Bar. in. l. literas. ad fi. C. mand. quòd quis videtur ſecutus literas, quas accepta uit, non quas repudiauit. de quo vide per Alexand. conſi. lxxviij. in. j. parte conſi. & habetur per nouiſſimos in. l. ädmonendi. ff. de iureiu.

ti.col.viij.& Fel.in.c.fi.col.xj.versi.est verum.ſ.de const.vbi ponit de Guardiano ſancti Franciſci,an poſsit eſſe executor.

a ¶In cle.exiui.Vbi eſt tex.quòd prohibentur eſſe executores.Adde Barto. in tract.minoricarum.in.c.j. iij.lib.& dicit Io.Pe.de fer.Papienſis in practica ſua.in ver.executores.in.ij.col.in forma libel.ad reddẽdum rationem tutelę,q de hoc immẽ sè triſtantur & cõdolent,quia man⁹ & pedes vellẽt tã ipſi quã cæteri clerici ponere & im a miſcere in bonis laicorũ:& eos rodere vſque ad oſſa. vtibi latius per eũ. quod limita verũ, niſi quando eligeretur tertius executor,qui cõſilio ipſius fratris minoris haberet exeq: ſecundum Bar.& Bal.in auẽ.ingreſſi. C.de ſacroſanc. 3
ecclę.quãuis ſi ille exequeretur ſine conſi. valeret tale executum. Idem Cy.in.l.quidã decedens.ſ.ſed Pã- 4
philus.ff.de adm. tuto.in addi. prout refert & ſequitur Bal.in.d.authẽ ti.ingreſſi.vno tamen addito, niſi teſtator ipſe mandaſſet,q aliter nõ valeret niſi exequereſ de conſenſu & volũtate ipſius fratris minoris: quin reincideret in materiam.l.j.ſ. ſi plures.ff.de exerci.nunqd liceat à perſona recedere:dubitatur tamẽ circa illud dictum Cy.quia ſi eſſet verum, fieri poſſet fraus legi cũ ſemper iſte frater.S.Franciſci poſſet effici executor per indirectum.Item adde quòd licet fratres minores, ſeu mendicantes& ſimiles non poſsint eſſe executores. & idem in alijs eccleſiaſticis,niſi à ſuperiore ſuo petita fit licentia,& obtenta. c.religioſus.eo.tit.in.vj.& clementina, religioſis.eo.tit.tamen ſi fuerint executi, illud quod teſtat or ordinauit nemine ſe opponente valet,& tenet geſtũ per eos.Iſta fuit ſing.deci.Fed.de ſe.conſilio.cclxxxiij.& ita tacitè videtur etiã velle Bar.in.l.vniuerſos.C.de decu.lib.x.quam deciſionem in pluribus locis referens dominus Anto.debut.approbat,& in ſpecie Ludouicus Roman. in conſilio.cccix.incipi.quo ad primum propoſitæ conſultationis, articulum in quo quæritur &c.in.ij.dubio princi.& in conſi.cxxxv.inci.quo ad primum,quo quę ritur an Stichus.&c.in.iiij.dubio prin. pro qua deciſione facit,quia licet ſacerdos prohibeatur exercere officium tabellionatus.c.ſicut. ne cleri.vel mona.tamen ſi exerceat valebunt inſtrumenta per eum facta. ita Bart.ſin.in.d.l.vniuerſos.C.de decurio. Idem do.An.de bu.in.c.fi.ſ. de conſti.Sed tu vide de hoc latius,& melius,per do.Abbat.Panormi.in.d.c.ſicut. Item facit,quia licet clerici & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ prohibeantur à fideiuſsione,c.j.de fideiuſſo.&.c.e quidem.xj.quæſtio.j.tñ,ſi fideiuſſerint vel fideiuſsio.c.quenit.&.c.cõſtitut⁹.de fideiuſ.Lu.roma.in prę.cõ.ccccix. Anto.Franciſ.¶An clericus vel ſacerdos poſsit exercere officium tabellionatus:dicas,quòd non.quia non debent ſe immiſcere negotijs ſecularibus, vt in loco hic alleg. per iſtum.Adde tamẽ quòd notarius creatus doctor:vel decurio:vel cleric⁹ monac.nõ cogit̃ rogari de inſtrumentis poſt clericatum, vt eſt gloſſ. & ibi per Barto.in.l.interdũ.C.de decu. libro.x.& habetur per Bald.in.l. quiſquis.C.de epiſco.& cle.& habetur in.c. ſicut. ne cleri.vel mona.& in.c.vt officiũ.ſ. ad ſcribendas. de hæreti.libro.vj.& per Bald. in.l.j.ſ. ſi pœnis.ff.de tab. exhi.& in.l.impuberem.ſ.ſi.de fal. & vide Alex.in.l. prætor.ſ.ſi etiam. de eden. tenetur tamen inſtrumenta iam cœpta ante clericatum perficere:vt per Bal.in l.nec patronus.C. de oper. lib.quia promotus ad maiorem dignitatem non perdit minorem: vt in.c.honoratus.& ibi pergl. lxxiiij.diſtin.

¶ Ecclesijs.Caſus in quibus ſoluitur canonica portio de relictis factis eccleſiæ. Et adde q non ſolùm de relictis pro ornamẽtis , non debetur quarta:ſed etiam ſi teſtator reliquit cẽtum ſimpliciter per omnia diſtribuẽda, ſecundum voluntatem teſtatoris: ſi poſteà executor diſtribuit in ornamentis eccleſię, ex hoc legato non debetur quarta.Ita dicit nota.Bar.in quodam ſuo conſ.quod incipi.cõſtitutione Ariminẽſis Epiſcopi.circa fin.

b ¶ De his.Pro intellectu huius decre.vide conſi.Io. de fan. quod incipi. In Chriſti nomine amen.

¶ Ecclesijs.Caſus in quibus ſoluitur canonica portio de relictis factis eccleſiæ.Et adde q non ſolùm de relictis pro ornamẽtis , non debetur quarta:ſed etiam ſi teſtator reliquit cẽtum ſimpliciter per omnia diſtribuẽda, ſecundum voluntatem teſtatoris: ſi poſteà executor diſtribuit in ornamentis eccleſię, ex hoc legato non debetur quarta.Ita dicit nota.Bar.in quodam ſuo conſ.quod incipi.cõſtitutione Ariminẽſis Epiſcopi.circa fin.

b Anto.Franciſ.Circa iſtam materiam quartarum dicas,q eſt quadruplex: vt eſt in gl.in.c.in preſentia.de proba.& inſti.de fideicom.hære.in.ſ.ſed quia. in gl.in ver.ex lege.de quibus verò debeatur Epiſcopo , vel eccleſiæ parochiali quarta:habetur per Io.An.in.c.certificari.de ſepul.Et an illa poſsit ꝑliberi per teſtatorẽ,vel aliũ:habetur per Bal.in.l.filiũ:quẽ habentẽ. in. xiij. colũ.C.fa.ercif.& in.c.Raynutius.de teſt.& per Archi.ſing.in.c. Epiſcopus lxxxviij.di.Et qd differat quarta parochialis à quarta Epiſcopali: vide Car. in cle.dudum.in.ſ.verum.q.xxiij.de ſepul.per Fede.de ſe.in conſil.cx.& in conſi.iij.vbi ponit,an cõpenſetur cum legato factο eccleſię parochiali.& habetur per Oldr.in conſi.cccxxiij.& vide per do.Car.in cle.j.in.j.in.iij.opp. de offi.ord.& per eundem Card.in cle.j.in fi.de ſepul.poſt glo.

c ☞SEB. SAPIA.¶ Pia loca.Quæ dicatur pia cauſa,late tradit do.Ias.in l.j.in.j.lec.col.pen.C.de ſac.ſan.eccle.

ad canonicam portionem.¶ Et quę dicantur pia loca: dic,quòd illa in quibus exercentur officia pietatis:vt not.Ioann. Andræ .ſ. titulo proxi.c.fin.Spe.in tit.de inſtr.edi.& nunc verò aliqua.verſiculo.& ſcias.vide quod dixi in. c.officij.ſuprà eodem. ¶ † Vlti. no.quòd Epiſcopus & parochialis eccleſia poſſunt de eodem relicto capere canonicas portiones:& ſic poſſunt concurrere Epiſcopus & parochialis eccleſia.¶ Et aduerte,q Hoſti.voluit hîc,q de quolibet relicto facto per diœceſanum quibuſcunq; eccleſijs Epiſcopus habeat canonicam portionẽ:eccleſia verò parochialis habet ſuam portionem ex relicto facto duntaxat per parochianum ſuum.Sed contrarium quo ad primum ſentit hîc Ioan.and.& remittit ad no.in.d.c.officij.Sed tu dic latius & clarius q Epiſcopus habet ſuam canonicam portionẽ ex relictis factis duntaxat eccleſijs,& alijs pijs locis ſibi ſubiectis per quemcunq; fuerint relicta. Nam hæc portio Epiſcopo debetur non ab homine diœceſis,ſed ab eccleſia,cui factum eſt relictum:vt in.c.requiſiſti.ſ.eo. & dixi in.d.c.officijs.Eccleſiæ verò parochiali debetur portio ex relicto facto eccleſiæ ſepulturæ,per ſuum parochianum:vt in.c.j.&.ij.j. de ſepul.Poteſt ergo contingere,q de vno relicto detrahunt̃ duæ portiones:puta,ſi parochianus vnius eccleſiæ elegit alibi ſepulturam,eidẽ aliquid legando.Nam eccleſia ſepulturæ debet dare canonicam portionem Epiſcopo propter onus Epiſcopale.Item canonicam eccleſiæ Parochiali in ſatisfactionem iniuriæ,ſeu laboris quem ſubijt eccleſia Parochialis in perſonam defuncti.Quandoq; poteſt contingere,quòd vna ſolũ portio debeatur:vt puta, quãdo parochianus alicuius eſt ſepultus in eccleſia exempta.Nam tũc portio ſolùm debetur eccleſiæ parochiali:vt dixi in .d.c. officij.Quãdoq; nulla portio detrahit̃,vt ſi parochianus eccleſiæ exẽptæ elegit ibi ſepulturam.& idem dicendum in ſimilibus caſibus.

5 † Vltimò ſcias,q de relictis priuilegiatis,de quibus hîc ſoluunt fratres minores & prædicatores quartã eccleſiæ parochiali :vt in cle.dudũ.de ſepul.& hodiè illa clemẽ.eſt prorogata ad fratres ſancti Auguſtini,& Carmelitas:& fuit iſtud inductum ad recõpenſationẽ dãnorum, quæ ſuſtinẽt eccleſiæ parochiales propter priuilegia cõceſſa dictis fratribus,in eo,quòd poſſunt audire cõfeſsiones.Item prædicare,& recipere parochianos alienos ab ſepultura. ¶ An autem eccleſia parochialis debeat dare Epiſcopo portionẽ de portione,quam habuit ab eccleſia ſepulturæ,ſiue ex relictis priuilegiatis,ſiue non:vide per Fede.conſi.vj.& ibi concludit q ſic.Quod ſatis patet per.c.conquerente.de offic.ordi. vbi dicitur,q de omnibus funeralibus debetur Epiſcopo quarta.¶ Vtrũ legatum factum eccleſiæ de certa re quolibet anno,debeatur perpetuò & inæternum,vel duret per aliquod tempus determinatũ? Iſtam quæſtionẽ format Bart.in.l.annua.ff.de annu. lega.& dicit, q per tempus determinatum:ſcilicet per centũ annos.per.l.vſum fructum.ff.de vſufr.ſed Pet.& Gul.tenuerunt contrarium.Exemplum:lego fratribus quolibet anno prandium.

net ſecundum Deum.& nu.4.

2 *Teſtamentum imperfectum etiam ratione voluntatis, valet non ſolum inter liberos, ſed ad pias quoque cauſas.*

3 *Oblationes factæ in aliquo altari,cẽſentur factæ contemplatione eccleſiæ : ſecus ſi præſumuntur factæ contemplatione ipſius altaris.& idem in alijs relictis.*

CAP. I.

1 Sed hoc. ¶ † Clericus bona propria dare poteſt,cui vult:ſed ſi decedat inteſtatus ,& nõ habet conſanguineos,ſuccedit eccleſia.h.d.iuncta gl. ¶ Secunda pars ibi: *ſi autem.* ¶ Caſus literalis.Dubitatur de bonis clericorũ ſine teſtamento decedentiũ quibus eſſent dãda.Ad quod ex cõcilio Alteñ. reſponſum fuit,q omnes clerici generaliter de his,quæ habent per hæreditatem:vel alio modo intuitu perſonæ acquiſiuerint,dum viuũt, poſſunt facere quicquid eis placet:ſi autem ante moriantur,quã de his diſpoſuerint,ſi cõſanguineos non habent,in ius eccleſiæ ſuæ debent tradi.Ber.¶ Not.j.bonum argumentum ex te a tu,quòd quicquid acquirit Epiſcopus intuitu perſonæ,ſibi acquirit,& nõ eccleſiæ:[b] vnde de his poteſt diſponere ad libitum.facit ad ea,quę dixi in.c.j.ſ.tit.proxi.vnde hæc litera videtur pacificare Epiſcopum ,& clericos inferiores. ¶ Nota.ij.argu.optimum ex tex.q qualiſcunque ſit clericus & qualecunq; habeat beneficiũ b nõ diſponit ad libitum de reditibus beneficij. Nam vt hîc patet:hoc permittitur eisreſpectu bonorum acquiſitorum intuitu perſonę:ſecus ergo ſi acquiſiuerint intuitu beneficij. Et vt dixi pondera:quia litera loquitur nõ ſolũ de Epicopis & presbyteris:ſed etiam de inferioribus clericis:quia communiter habẽt beneficia ſimplicia.& facit ad ea quæ dixi in.c.relatum.ij.& in.c.requiſiſti.ſ.tit.proxi. ¶ Not.iij ibi: *quam hoc fecerint.* q teſtamentum non valet, niſi ſit perfectũ.Vnde ſi quis incœpit facere teſtamentum,& non perfecit,non valet quod incœptũ eſt.ita colligit hîc do.Ant.nihil aliud inducẽs. Sed tu aduerte latius.nam primò iſte tex.parũ facit:quia.ſ.loquitur de donatione :tamen attingendo ſubſtantiam ipſius dicti,videtur primò,quòd de hoc ſit text.in.l.ſi is.ff.de teſtamẽtis.vbi patet,quòd nihil valet ſcriptura.niſi ſit perfecta. & hoc indubitatum in diſpoſitione non fauorabili. ¶ † Sed dubitatur,quid in fauorabili:puta inter liberos & ad pias cauſas:eſt notabilis quæſtio. Nam ſæpe contingit , quòd teſtator incipit facere teſtamentũ,& ante perfectionem ſuperuenit furor,vel mors:nũquid valeat,quod incœptum eſt:puta,quia iam legauerat aliqua eccleſijs,vel aliter diſpoſuerat inter liberos.Bart.in.l.ſi is. non attingendo ſpecialiter diſpoſitionem piæ cauſæ:dixit non valere,ſed in.l.fideicommiſſa.ſ.quoties.ff.de leg. iij.videtur velle,quòd valeat inter liberos.videtur tamen dubitare.ſed in.l.ſi.C.fami. ercif. & in.l.hac conſultiſſima.ſ.ex imperfecto.C .de teſtamentis.apertè tenuit contrariũ dicẽs,q licet valeat teſtamentũ imperfectũ ratiõe ſolẽ-

a ¶ Inteſtatus.Ade gl.inſti.de hæredi.quæ ab inte. deferunt.in prin. & ibi Ang.de are. & domi. Chriſto pho.por.

b ☞SEB.SAPIA. ¶ Non eccleſiæ. Nunquid autem legatum factum Epiſcopo ſimpliciter,cenſet factũ intuitu eccleſię an Epiſcopi:vide Felin.in.c. dilectus. col.ij.verſi.ex his infertur.ſ.de offi. ordina.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio debetur Epiſcopo de relictis factis eccleſiæ.ſed fallit in multis caſibus, de quibus in numero.2.*

2 *Reditus,vel legata ob frabricam, non debent conuerti in ornamenta eccleſiæ.*

3 *Reſtitutio in integrum,ſicut conceditur eccleſijs,ita & omnibus alijs pijs locis.*

Canonica portio debetur Epiſcopis,non ſolum de relictis factis eccleſijs:ſed omnibus locis pijs: & quæ dicantur loca pia,vide remiſsiuè.

4 *Canonica portio debetur aliquando eccleſiæ parochiali:ſcilicet quando parochianus eligit ſibi ſepulturam in alia eccleſia,& ibi aliquid reliquit.& de iſto relicto debetur portio eccleſi. parochiali & Epiſcopo.*

5 *Canonica portio debetur eccleſiæ parochiali de relictis factis fratribus minoribus prædicatorum & ordinis Eremitarum.*

Canonica portio debetur Epiſcopo etiam de mortuarijs,& de portione canonica,quam habuit parochianus de relictis factis eccleſiæ ſepulturæ.

Legatum factum quolibet anno de certa re danda eccleſiæ,an duret perpetuo?

CAP. XX.

De his. b ¶ Ponit quædam legata de quibus nõ ſoluitur canonica portio, niſi fiat in frudẽ.Primò ponit dictũ, in quo interſerit exceptionem.ibi: *dummodo.* ¶ Caſus literalis.Quærebatur à domino Papa vtrũ de his legatis,de quib⁹ in tex.canonica portio deducaſ? reſpondet Papa q de his,quæ legant in ornamentis eccleſiæ: vel ad cultum diuinũ vel pro anniuerſario eccleſiæ:vel alijs pijs locis canonica portio deduci nõ debet: dummodò iſta legata non fiant in fraudem,vt epiſcop. vel parochialis eccleſia portiõe debita defraudetur.Berna.¶ † Not.primò & tenementi regu.quæ tacitè colligitur ex iſto tex.Nã regula

SVMMARIVM.

1 *Inteſtati propriè dicuntur illi,qui cum aliâs poſſunt teſtari,& non teſtantur.*

¶ Suprà viſum eſt de ſucceſsionibus ex teſtamento:verùm, quia ſæpe homines decedunt ab inteſtatò:& dubitatur de ſucceſsione:ideò poſt Rubric.

1 præcedentem ſubijcitur iſta.† Et ſcias,q inteſtatus dicitur,qui nullum , vel non iure fecit teſtamentum:vt in.l.ſi.C.fami.ercif. Et propriè dicitur inteſtatus,[a] qui poterat facere teſtamentum : vnde non valens teſtari,non dicitur propriè inteſtatus:ſed ſecundum communem vſum loquendi,qui non teſtatur dicitur inteſtatus.Et de prædictis eſt pul.her tex.in.d.l.j.ff.de ſuis & legi.& ibi per doc.& facit hoc ad ſtatuta diſponentia de ſucceſsione inteſtatorum:an habeant locum etiam in his,qui teſtari non poterant,vt impubes: furioſus,& ſimiles:& de his in prædicta.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Bona patrimonialia clericorum decedentium ab inteſtatò ſine conſanguineis,veniunt ad eccleſiam,cui clericus ſeruiebat tempore mortis. & numero.3.ſed ſi non habet eccleſiam,veniunt ad Epiſcopum,qui diſpo-*

a SEB. SAPIA. ¶ Ratione solennitatis. Vide Alex. in consi. lxxiiij. colum. j. in. j. vol. & in consi. lxxvij. col. j. eo. volu. & consi. xc. col. ij. in eo. volu. Item de Ana. in consi. xxviij. vbi Ludo. Bologni. in additio. & do. Anto. de butri. in consil. xj.

b ¶ In. l. j. In pe. col. in prin. Et ita ad hoc ponderat Bar. & Alex. Imo. in. l. pactū quod dotali. in. iiij. colū. C. de pac. & in cōsi. cviij. inci. viso testamento. in. iij. col. ad fi. Et si tu dicere cōtra, nōne habemus authoritatem Augustinica nonizatā in. c. fin. xvij. q. iiij. q. pactūq; ecclesiā vult instituere, & filiū exhæredare, aliū quærat pro cōfilio, quā Aug. & sic videt, q magis faueatur filio, quā ecclesiæ, seu piæ causę. Rndeo, q ille authoritas procedit quātū ad legitimam filij: quia si quis vellet priuare filios legitima eos exhęredādo, & instituēdo piā causam, male faceret. in hoc est bene verū, q magis fauet filijs, sed quo ad alia magis fauetur testamēto cōdito ad pias causas, quā cōdito inter liberos. no. igitur multū illa verba Bart. in. d. l. j. sic declarata: & facit ibi longā manū.

SEB. SAPIA.

c ¶ Ipse disponet. vide do. Abba. in c. ij. j. de pœnis. vbi declarat quomodo procedat.

d ¶ In. cap. in pūtia. Et ita not. etiā dicit Abb. ibi in recollectis, in versi. no. singu. de proba. qui dicit se vidisse in facto. & idē dicit do. Abb. in. c. quia diuersa tem. in fi. de cōcess. præbē. & in. c. excōicamus. j. de hæretic. sed si haberet ecclesiam propriā illa ei succedit, nisi extent cōsanguinei: vt in. c. quicunq;. xij. q. v. quod limita, nisi ecclesia collegialiter committeret ingratitudinē cōtra prælatum: quia tunc succedit prælato ab. intestato, etiā si non extent

a tatis[a] inter liberos: vt in. d §. ex imperfecto. & in. d. l. fi. non tñ valet, si est imperfectū ratione volūtatis. Nā ex quo voluntas nō fuit cōpleta, est imperfecta: sed in. l. in testamēto. ff. de fideicomiss. liber. tenet apertè, q ad pias causas valet hęc volūtas, licet nō pfecta, & sic dicit se dixisse in quadā qōne facti. Audiui quēdā doctorē satis egregiū tenere cōtrariū: nō tñ allegabat hęc. d. Bar. sed mouebat ex eo, q dispositio inter liberos debet esse magis fauorabilis, q̄ ad piā cām. sed inter liberos nō d3: vt in. d. l. fi. ergo nec ad piam cām hoc dictū nō habet bon. fundamētum. Primò qa nō est illud absolutū, q inter liberos nō valeat: imò Bar. sentit oppositū in. d. l. fideicōmissa. nec. d. l. fi. hoc probat: sed est dictū doct. sed tex. ibi potius facit in oppositū, dū dicit, q quibuscūq; verbis appareat de volūtate patris inter liberos, illa est seruāda. Itē non est verū simpliciter, q dispositio inter liberos sit magis fauorabilis, quā ad pias causas: imò Bar. apertè tenet cōtrarium in. l. j. b C. de sacrosan. eccl. quod no. Mihi satis placet, vt valeat ad pias causas ex quo legatū, vel dispositio erat perfecta: vt puta, quia trāsiuit ad alia legata. Nā nō pōt negari quia hīc fuit cōsensus naturalis, & præsumēdū est fauore animę, q aliter nō dispositisset. Facit quod dixi in. c. relatū. el. j. s. tit. proxi. fortè idē potest dici inter liberos: vt in. d. l. fi. & hæc no. quia quotidiana. ¶ In gl. in ver. *sanctificentur*. ibi: *tanquam sancta deputentur*. hoc nō est exponere: quia cū ista essent bona tēporalia, nō poterāt tanquā sancta deputari. d. Ant. in quodā notabili sentit, q bona ecclesiæ largo modo dicūtur sancta: sed credo, q litera debet exponi, sanctificenf. i. ad vsum sanctorū, vel sacrorum deputenf. sic in simili exponit gl. in. c. nulli. xij. q. ij. & hæc expositio est ꝓpria & clara. ¶ † In gl. fi. in fi. tene gl. & secundū eā summaui tex. & intellige in ecclesia, cui seruit clericus tempore mortis. & ita apertè vult ista litera ibi: *cui seruit*. Ex quo infert, q si clericus habuit prius aliud beneficiū bona sua non diuidunf, sed oīa ce dūt beneficio, cui ad præsens clericus est adstrictus. Ex his inferf, q verbū altare. positū in litera exponif pro ecclesia. ad hoc. j. q. iij. altare po teft etiā intelligi secūdū doc. de altari propriè. Nā in quibusdā locis sunt multi clerici nō habētes, nisi hmōi altaria in beneficiū. vnde tales decedētes sine cōsanguineis, trāsferunt sua bona ab intestato in hæc altaria. quod bene not. Et hoc etiā habes, q id, quod accedit altari posito in aliqua ecclesia, nō accedit ipsi ecclesiæ: sed ipsi altari: ex quo altare habet bona distincta ab eccl. Quod intelligo, quādo propriè obuenit contemplatione altaris: secus si contēplatione ecclesiæ puta, si fiūt oblationes in illo altari. Nā sunt oblatiōes de iure paro chiali; ideò nō cedunt altari, sed ecclesiæ. ad hoc bo. tex. in c. ad audientiā de eccle. ædi. inducēdo per locū à speciali. & vide quod dixi in. c. pastoralis. de his, quæ fiūt à præla. Et ex his habes intellectū iuriū quę simpliciter dicūt bona clerici intestati debere cedere ecclesię, si nō habet consanguineos. Debet enim intelligi de ecclesia latè sumpta. vt cōprehendat omne beneficiū etiam sine cura. & facit. c. relatū. el. ij. s. titu. proxi.

4 ¶ † Quid autem, si clericus non habet ecclesiam & decedit ab intestato? Credo, quòd bona debēt deuenire ad Episcopum, & ipse

c disponetu, ‘secundum Deum. pro hoc quod no. Innocen. in. c. insinuante. qui cler. vel vouen. & aliquid dico in. c. in præsentia.[d] de

d proba. facit quod not. Fede. consi. xxxv. & hæc notabis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus si instituit aliquem hæredem à quo bona tanquam ab indigno auferuntur, illa applicantur fisco ecclesiæ respectu relinquentis, qui fuit clericus.*

2 *Fiscus clericorum: est penes Episcopum, & non penes Papam.*

CAP. II.

e ¶ Pro qua videtur caſus in. c. paſtoralis. j. eo. vbi dicit, q fructus nõ poſſunt vendi, niſi cũ onere decimarũ.

f ¶ Cõpellũtur. ad. de Ol. conſil. xcj.

in. c. ſuper. de reb. eccl. nõ alie. & not. in. c. fi. de rer. perm. Sed ſuper decimis futuris nõ poteſt componi, ſine ſupprioris authoritate. de quo dic vt plenè no. in. c. ij. ſ. de trã ſa. eoiſc. & in. d. c. fi. & eſt diuerſitatis ratio. Nam laici nõ poſſunt decimas poſſidere, nec præſcribere[a] vt in. c. cauſam. de præſcri. & cum periculo animarũ ſuarum detinent: vt in. c. prohibemus j. eo. Itẽ nõ refert, quæ eccleſia habeat, ex quo remanẽt penes eccleſiã: vt in. c. cum apoſtolica. de his, quæ fi. à præla. & omnes eccleſiæ particulares, ſunt membra eccleſiæ vniuerſalis. Vna eſt enim eccleſia vniuerſalis. xxiiij. q. j. c. loquitur. & in habentibus ſymbolum. i. identitatem & ſimilitudinem, facilior eſt tranſitus: vt in. d. c. cum apoſtolica. & in. l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Et per hoc ſoluo contrariũ, quomõ ſuper decimis admittit cõpoſitio ſine iudicis authoritate, cũ ſint aliẽna egentiũ. & ſuper alimentis nõ tranſigit ſine iudicis authori. vt in. l. cũ hi. ff. de tranſac. Dico enim, q per hanc cõpoſitionẽ inter perſonas eccleſiaſticas nõ remittitur cauſa alimentorũ: cùm decimę habeant propter alimoniam clericorũ & pauperũ. quæ ratio remanet apud quamcũq; eccleſiã decima remaneat. xvj. q. j. c. quoniã quicquid. ¶ † Quæro de vtili. q. pone, q quis nõ recolligat plus, niſi tantũ quantum ſibi ſufficit & familiæ ſuæ: b nunquid teneatur ſoluere decimã. Primò videtur q non: quia quis non debet ſibi ſubtrahere neceſſaria: vt det eccleſiæ, vel pauperibus: vt in. c. non mediocriter. de conſecra. diſt. v. facit. c. non ſatis. lxxxvj. diſt. & quod no. gl. in. c. alia. xvj. q. j. Et hanc opi. tenuit Melendus doc. an tiquus, vt recitat Inn. in. c. licet j. de cenſi. & Io. an. hĩc. ſed contrariã opi. tenuit ibi Vinc. & videt ſequi Io. An. hĩc: Mouetur quia propter inopiã nõ eſt iniuſtitia cõmitten da: vt in. c. habebat. xij. q. j. Itẽ decimæ nõ dantur eccleſię ex mera voluntate: ſed ſunt ipſius eccleſiæ ex reſeruatione diuina: vt in. c. tuaj. e. vnde poſſunt vẽdicari ſecundũ vnam opi. vt no. in. c. tua. & dixi. ſ. e. c. cõmiſſum. vel ſaltẽ decima ſoluitur, vt debitũ: vt in. c. parochianos j. eod. Sed in ſolutione debiti, nõ habeẽ reſpectus ad inopiam debitoris, niſi poſt ceſſionẽ: vt dixi in. c. ij. ſ. de pig. Et puto, q iſte teneatur ſoluere: ſed eccleſia teneatur ſibi remittere tantum, q poſſit viuere, cùm eccleſia de ſuo teneatur ſibi prouidere. Pro hoc quod not. in ſimili glo. in c. quicunq; xvj. q. vij. vbi dicit, q ſi quis tãto tpe nõ ſoluit decimas, quòd ſi vellet integrè ſatisfacere, oporteret vendere omnia bona ſua, qd licet teneatur ipſe hoc facere: eccleſia tamen debet ſibi remittere, vnde poſſit viuere. Credo quòd etiã vbi eſſet tanta inopia, quòd fame periret, ſi decimã ſolueret: quòd nõ teneatur ad ſolutionem: quia in tali neceſſitate omnia ſunt communia[c]. vnde licitè ſine vitio furti poteſt ſubtrahere de bonis alterius: vt no. in. c. ſicut. xlvij. diſt. & in. c. ſi quis per neceſſitatẽ. de fur. Et ex hoc poſſet ſolui quæſtio de paupere, nunquid teneatur ſoluere decimam de ſibi donatis: cùm illa ſint ſibi lucrum, & de omni lucro licitè acquiſito teneatur quis ſoluere decimam: vt in. c. ex tranſmiſſa j. eodem. Sed diſtingue: vt ſ. hodie tamen decimæ perſonales non ſunt in conſuetudine. ¶ † Vltimò quæritur hĩc, de quæſtione quotidiana. pone, q aliquis multo tempore prædium poſſedit, ex quo non ſoluit decimam, illud vendidit: nunquid eccleſia poſſit petere decimam prẽteriti tẽporis à nouo poſſeſſore: an ſolùm ab antiquo. Domi. Io. And. videtur hic velle, quòd ſit in optione eccleſiæ, quem velit cõuenire. Nam cùm decima ſit onus reale, & cenſeatur tributum: vt in. c. tuaj. eo. tranſit in nouũ poſſeſſorem: ſicut dicimus de tributo, quod debeẽ principi: vt in. l. Imperatores. ff. de pub. vbi tex. Et hanc opi. d tenet Fed. conſ. lxxxiiij. [d] quidam tamen tenuerunt oppoſitum: vt ibi refert: dicentes eccleſiam debere agere contra antiquũ poſſeſſorem, & non contra nouũ: quia eccleſiæ debetur decima fructuum: & ſic percipiens fructus eſt obligatus: non autem prædium. & hanc opi. [e] cõtrariam ſecuti ſunt aliqui Moderniores: ſed mihi placet præcedens opi. Io. an. & Fede. per dictũ. c. tua. iuncta l. Imperatores. Itẽ facit. c. in aliquibus j. eo. vbi dicitur, q domini prædiorũ cõpellũtur [f] illis locare prædia, à quibus eccleſia ſine contradictione decimas conſequi poſſit: ad idẽ. c. de terris j. e. & c. ſi quis laicus. xvj. quæſtio. j.

7 ¶ † In gl. pe. ibi: *quàm citius & competentius*. No. glo. pro his, quæ dixi in. c. peruenit. ſ. eod. q non requiritur monitio ad conſtituendum debitorẽ in mora: ſed de fructibus collectis tenetur ruſticus ſoluere decimã, quàm citius poteſt. Et no. ex fi. glo. quòd vltima mora conſideratur, cùm quæritur ad quem pertineat interitus rei.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus non ſoluere decimas, intelligitur de prædijs propríjs: ſecus de his, quæ ab alio conducit.*
2 *Priuilegium ſimpliciter conceſſum, non debet ita latè interpretari, vt alij infligat enorme priuilegium.*
Priuilegium debet ſtrictè interpretari, quatenus tangit præiudicium tertij.
3 *Cõductio prædiorum eſt interdicta religioſis, quãdo habent propria ex quibus poſſunt viuere: aliàs ſecus.*
4 *Priuilegium continens enormem læſionem alterius, reuocatur in totum, non autem modificatur.*
5 *Compoſitio de decimis non ſoluendis inter eccleſias adinuicem, valet.*

CAP. VIII.

1 Dilecti filii. ¶ † Priuilegiati ſuper decimis nõ ſoluendis, de his prædijs, quæ ab alijs conducunt, decimã ſolere tenentur. Communis diuiſio. Secunda, ibi: *vnde*. ¶ Caſus literalis. Monachi de Neuolo, habebant priuilegium de non dandis decimis de terris, quas colunt ſuis ſumptibus. Ipſi conducebant prædia aliorũ in parochia monachorum ſanctę crucis, de quibus prædijs monachi ſanctæ Crucis decimas percipere conſueuerunt: de quibus in magna parte ſuſtentationem habebant: & occaſione priuilegij prædicti decimas non ſoluebant monachis ſanctæ Crucis de prædijs conductis. vnde cùm ipſi monachi enormiter grauarentur, conqueſti ſunt domino Papæ. vnde ſcribit eiſdem monachis de Neuolo, dicens: q non fuit intentio anteceſſorũ ſuorum, vt de poſſeſſionibus, quas conducunt, decimas non perſoluãt: quare mãdat eis, vt de prędij. cõductis monachis prædictis integrè decimas perſoluãt: vel cũ eis amicabiliter cõueniãt. Ber. ¶ † No. j. q priuilegiũ ſimpliciter cõceſſum, nõ debet ita latè interpretari, vt alij infligat enorme ſiudiciũ. Ex quo infero, q quatenus priuilegiũ tãgit ius tertij, debet ſtrictè intelligi: vt no. Inno. in. c. cũ dilecti. de do. & eſt tex. hĩc apertus. Nã fuerat hĩc ſimpliciter couceſſum priuilegium ſuper decimis non ſoluẽdis. & tamẽ reſtringit cõtra propriam ſignificationem verborũ: vt non comprehendat prædia conducta. & hoc vt tertio nõ inferatur graue præiudicium. quod no. ¶ † Secundò no. iuncta gloſſ. j. q religioſi poſſunt conducere prædia. quod intellige, quando propria non ſufficiunt: aliàs ſecus, in. c. peruenit. lxxxvj. diſt. & tene menti illum tex. ¶ † No. tertiò: vbi contingit enormis læſio, priuilegium non reducitur ad modificationem: ſed in totum reuocatur, ſecundum Vincentium. Sed aduerte. nã hoc dictum non colligitur hĩc, quia priuilegium remanet hĩc firmum in prædijs proprijs. Tùm, quia hic non fit reuocatio etiam in parte: ſed Papa declarat, quòd intẽtionis ſuæ non fuit, vt priuilegiũ extenderẽt ad prædia conductitia. dictũ tamen verũ eſt in ſe. & melius probatur infrà. c. prox. vbi dicetur. ¶ † Vltimò no. ex fi. quòd inter

a ¶ Vbi gl. videtur tenere cõtrarium. De quo in. c. paſtoralis. j. e. vbi idẽ Pan. in. c. pũti. ſ. porro. de of. or. in vj. Car. Flo. in cl. j. de cen. in pe. q. & qũ priuilegiũ incipit eſſe damnoſum: an reuocetur ipſo iure: an verò ſit opꝰ reuocatione hominis. vide gl. or. in reg. decet lib. vj. & Imo. in. l. ex facto. in princ. iiij. co. p illũ text. ff. de vulga. & pu. & glo. in. c. reſcripta. xxv. q. ij. & d Abb. latè in. c. pe. in. ij. col. de cle. nõ reſi. & in. c. qd per nouale. circa finẽ. poſt Io. And. Ant. Franciſ.

¶ An & quando priuilegiũ poſſit reuocari, an ipſo iure reuocetur: dicas q regulariter priuilegium perſonale extinguitur cũ perſona. l. ætatẽ. & ibi per Bar. ff. de cen. & in reg. priuilegia. vbi per Io. an. in merc. de priuil. li. vj. & habẽt per Inn. in. c. Abbate. de ver. ſig. & vide Bald. in. l. oĩa. poſt gul. de cu. C. de epiſ. & cle. & vide Bar. in. l. fi. in fi. de coll. illi. vbi loquitur de priuilegijs collegij diſſoluti. Et adde, q ceſſãte cauſa priuilegij ceſſat ipſum priuilegiũ. l. Titia. ſ. v. ſuras. & ibi p bar. ff. de leg. ij. & habetur per. d. Abb. in. c. ſuggeſtũ. de deci. & vide p do. Alex. in. l. excuſatur. in. ſ. nõ ſolũ. ff. de exc. tut. in a poſt. Et an in reuocatione priuilegij debeat inſpici eius tenor: vide Pau. de ca. in. cõſi. cclxxxiiij. incip. in facto præſenti. & vide per Alex. in cõſ. cxv. in ij. pte. & per eundẽ in l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iu. & quando tempore duret priuilegiũ, vide p Bar. in. l. beneficiũ ff. de de cõſt. prin. in vlti. colũ. & ibi etiã per Alexã. & an p nõ vſum, &

1 *Priuilegium, quod ex poſtfacto incipit eſſe nociuũ tertio, reuocatur: ſed an ipſo iure, vel aliter. vide nunc. 4.*
2 *Monachi iuſtè poſſunt decimas exigere, etiam à monachis alterius monaſterij.*
Decimæ non ſunt ſoluendæ religioſis non habẽtibus iura parochialia.
3 *Priuilegium conceſſum à Principe eſt interpretandum, vt præiudicium non inferat tertio.*
Priuilegiũ in principio validum ex poſtfacto reuocatur, ſi enormiter incipit lædere ius tertij.
4 *Priuilegiũ, an incipiat inferre enormẽ læſionẽ: eſt in æſtimatione Principis, quando dubitatur: aliàs quilibet iudex poteſt ſuper hoc diſcernere.*
Priuilegiũ conceſſum patri, vt poſſit teſtari pro filio muto, vel aliàs inhabili, reuocatur ipſo facto ceſſante cauſa priuilegij.
Priuilegium continens læſionem tertij, reuocatur in totum, non tamen modificatur.
5 *Legitimatus non deſinit ſuccedere per ſuperuenientiam filiorum ex legitimo matrimonio.*
Priuilegium conceſſum ex cauſa, non reuocatur ex cauſa ceſſante, quando priuilegiũ habuit ſuã perfectionem: ſecus ſi haberet cauſam ſucceſſiuam.
Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus.
6 *Priuilegiũ ex quibus caſibus perdatur ex poſtfacto?*
Priuilegiũ, quod tranſit in contractũ, vel quaſi, conceſſum non ſubdito, non poteſt ex poſtfacto reuocari.

SVMMARIVM.

CAP. IX.

1 Suggeſtum. ¶ † Reuocatur priuilegiũ, ſi ex poſtfacto incipit enormiter nociuũ eſſe. Cõis diuiſio. Secũda ibi: *diſcretioni*. ¶ Caſus literalis. Abbas & fratres Dolonen. monaſterij cõqueſti ſunt domino Papæ, q cũ ipſi habeant priuilegia de nõ dãdis decimis, monachi de vrſino decimas auferre conãtur ab eis, contra tenorẽ priuilegiorũ ſuorum. Mãdat Papa Abbati & fratribus Dolonen. vt ſuper decimis illis cõponant: qa quãdo Romana eccleſia ordini illorũ priuilegia de nõ dandis decimis conceſſit: ita erant rarę abbatiæ illius ordinis, q nulli poterat de iure ſcandalũ ſuboriri. Sed modò intantũ ſunt augmẽtatæ, & poſſeſſionibus ditatæ, q multi viri eccleſiaſtici de ipſis deponũt querelã. Ber.

¶ † No. j. q monachi iuſtè poſſunt decimas exigere, etiã à monachis alterius monaſterij. Quod intellige, quãdo iſti q exigũt, habẽt certã parochiã. Nam tũc de iure cõi poſſunt decimas petere omniũ, quæ colliguntintra parochiã. & in hoc nõ eſt differentia inter religioſos, & clericos ſeculares. Nã ſi religioſi habẽt curã animarũ, poſſunt iura parochialia exigere. xvj. q. j. c. ſunt nõnulli. & c. doctos. & c. moderamine. aliàs de iure communi religioſi non poſſunt decimas expetere. ¶ † Secũdò not. q priuilegium ſimpliciter à Principe conceſſum debet ita interpretari, vt enormea præiudiciũ tertio non inferatur. & eſt in hoc iſte tex. ſatis nota. facit. l. quoties. & quod ibi nota. C. de pre ci. imp. of. & l. ex facto. ff. de vul. & pu. ¶ Tertiò nota vnum caſum, in quo priuilegium in principio validum ex poſtfacto reuocatur, quando. ſ. enormiter incipit lædere ius tertij. ¶ † Sed circa hoc cadit dubitatio, nunquid ipſo iureb per hanc cauſam reuocetur priuilegium. Quidam Gul. de petra latè diſputauit, & concludit, quòd ſi eſt in corpore iuris inclũſum reuocatur ipſo facto: ſecus ſi extrauagat. Sed ego non video ſufficientem rationẽ diuerſitatis. & in contrarium facit. d. l. ex facto. vbi priuilegium conceſſum patri, vt poſſit teſtari pro filio muto, vel aliàs inhabili: reuocatur ipſo facto ceſſante cauſa priuilegij. Et vide bo. glo. in regula decet. de regu. iur. lib. vj. quæ dicit Principis eſſe æſtimationẽ, an & quando priuilegium dicatur enormiter lædere. vnde in hoc paſſu concluderem, q aut conſtat de cauſa reuocatoria priuilegij: & tunc etiam iudex inferior poteſt ſuper hoc diſcernere. arg. d. l. ex facto. Aut dubitatur, & tunc ſolius principis concedentis eſt æſtimatio. & ſic procedit ratio iuriſconſulti poſita in. d. l. ex facto. Ad prædicta vide, quod leg. & no. in. c. cum veniſſent. de iudi. & no. ſemper iſtũ tex. quia poteſt adduci ad deciſionẽ pluriũ quęſtio. Et maximè tene mẽti tex. ad hoc, q priuilegiũ quod incipit enormiter lædere, non reducitur ad debitam moderationẽ: ſed reuocatur in totum. Et eſt ratio: quia nõ apparet, quare magis debet conſiſtere in vna parte, quàm in alia. ar. eorum, quę le. & no. in. l. j. Trebatius. ff. de aqua quoti. & æſti. facit. c. deteſtanda. de conſec. preben. lib. vj. ¶ † Vltimò ſcias, q hæc litera pòt adduci ad quæſtionẽ formatã per legiſtas in d. l. ex facto. Nam quidã habens filios naturales tantùm: fecit eos per principem legitimari: tractu tẽporis duxit vxorẽ, ex qua habuit duos filios legitimos. dubitatur nunquid filij legitimati debeant pariter ſuccedere cum alijs filijs legitimè natis. Et videbatur dicendum q nõ: quia ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat ipſum priuilegium. xxj. quæſtione. j. capitu. generaliter. & hanc opinionem tenet ibi Dynus. ſed contrariam opinionem tenuit Raynal. de forli. quam ſequitur Bartol. per regulam, factum legitimè. lib. vj. Et per hoc poteſt limitatio nobiliter elici ad iſtum text. quòd priuilegium quod habuit perfectionem ſuam: nec continet actum ſucceſſiuum, non reuocatur: licet poſteà ceſſet cauſa priuilegij. Secus in priuilegio habente cauſam ſucceſſiuam: vt hĩc. & in dicto capitulo generaliter. ¶ † In gloſſ. j. in fine. ex iſta gloſſ. habes. v. caſuſc, in quibus ex poſtfacto perditur priuilegiumd. doctores addunt alios caſus. Et ſextus caſus ſit per ſententiam latam contra priuilegium, à qua non fuit appellatum: vt capitulo inter. de re iudicata. Septimus caſus, per priuilegium ſecundum, faciens ſpecialem mentionem de primo: vt in dicto capitulo veniens. de præſcriptionibus. Quod intelligo, niſi priuilegium tranſuerit in contractum, vel quaſi: ſeu fuerit conceſſum non ſubdito. Nam tale priuilegium nõ poteſt reuocari per concedentem: vt no. ponit Inno. in. c. nouit. de iudi. facit no. Barto. in. l. penult. ff. de decretis ab ordi. facien. Octauus caſus, per renuntiationem tacitam vel expreſſam: vt in. c. pro illorũ. de prę ben. ¶ An autem clerici quãto tpe pdatur vide ẽt ibi per bar to. & p doct. in. c. cũ accelſiſſent. de cõſt. Et an priuilegiũ quod incipit nocere ipſo iure reuocetur: vide d. Abb. poſt. glo. in c. ſuggeſtũ. de deci. quæ enumerat caſus in quibus reuocatur, vel pdit priuilegiũ. & vide gl. in reg. decet. de reg. iur. lib. vj.

b ¶ Imò, quod eſt ſingularius, etiã ſi Princeps expreſsè diceret ſe concedere, etiã cũ prę iudicio tertij, intelligi debet, quãdo eſſet paruũ præiudicium: ſecus ſi eſſet magnum & enorme præiudiciũ tertij. Glo. eſt quã reputo valde not. in l. ſed cũ hęrede. in l. fin. ff. ad Treb. quã ibi nullus ad hoc põdera uit. facit quod dicit gl. in ver. incõmodo. in. l. ſeruitutes. ſ. publico. ff. de ſer. & ita expſſè no. d. Car. flo. in c. mandatũ. in. vij. no. per illũ tex. de reſcr. & d. Bar. Vero. in trac. ſer. ruſt. de aquæd. quod nunquã obliuiſcaris.

c ¶ Qñ priuilegiũ incipit eſſe dãnoſum, an reuocetur ipſo iure: an verò ſit opus reuocatione hõis. Et adde gl. in. c. reſcripta. xxv. q. ij. & eundẽ Abb. latè in. c. pe. in. ij. col. de cle. nõ reſi. & h. c. qd per nouale. circa finẽ. poſt Ioã. and. j. de ver. ſig.

¶ Adde quod re ſcindat priuilegiũ Old. conſ. xxv.

SEB. SAPIA.

d ¶ Perdit priuilegiũ. Qualiter perdatur priuilegiũ: tradit Fel. in. c. cũ accelſiſſent. co. xj. ver. in gl. pe. ſ. de conſt. & latè Ia. in l. fi. colum. ix. ver. tertiò principaliter quærit. de conſti. prin.

poſsint renuntiare priuilegijs,vel conſuetudinibus fauo rabilibus eorũ eccleſijs:vide not.p Inn.in.c.accidentibus.de priu.Nonus caſus, ſi ſecundũ priuilegium eſt ſpeciale:primũ generale.quod tñ intellige ſecundum ea , quæ dixi in.c.cum ordiné.de reſc. Decimus caſus,ſi apponitur in reſcripto clauſula,nõ obſt.tali priuilegio.ar.in.c.nulli.de reſcri. Vnd ecimus caſus ratione pacti:vt in.c.cum olim.de reſcr.in c.j.& fi.de pac.li.vj.Ad materiã vide no.i.c.cũ acceſsiſſent.de cõſtit.vbi plenè inf or maberis.

SVMMARIVM.

1 *Monachi diuerſorum habituum, licet ſint eiuſdem ordinis, non poſſunt ſtare in eodem monaſterio, ſed in diuerſis.*
2 *Colonus, vel dominus, quando dicantur colere agrũ ſumptibus ſuis, & quando dicatur colonus partiarius.*
3 *Decimæ non ſoluuntur à religioſis de hortis, quos ad eorum vſum habent.*
4 *Decimæ ſunt ſoluendæ à colonis prædiorũ exemptorum, quando.ſ. ſunt exempta ratione perſonarũ: ſecus ſi ratione ipſorum prædiorum.*
Priuilegium reale tranſit ad quemcunque ad quem peruenit ipſa res: perſonale verò non egreditur perſonam.
Gabella, quæ non ſoluitur ab aliquo domino de aliqua re: an ſit ſoluenda, & illa res peruenerit ad alium.

a ¶ Ad multa. Ad. de Fed. conſi. cxj.
SEB. SAPIA.
b ¶ Eccleſia Roma na. vide Sal. in. l. v. niuerſi. de vectig. & cõmiſ. Petr. de Anch. in cõſi. cix. inci. prima facie. Cur. in cõſ. xij. inci. in dubijs præmiſsis. Dec. in cõſil. xlviij, in princ.

CAP. X.

EX parte. ¶ Ciſtercienſes tẽ plarij & hoſpitala rij decimã prædiorum ſuorum, quę proprijs manibus aut ſumptibus excolunt: ſoluere non tenentur. Alij verò religioſi nõ ſoluunt decimas de hortis & nutrimẽtis animaliũ: nec de noualibus, quæ ꝓprijs manibus, aut ſumptibus excolunt. Cõis diuiſio. Secunda ibi: *ſanè*. ¶ Caſus literalis. Quidã monachi albi & nigri occaſione priuilegiorũ quę ſuper nõ dandis decimis ſibi conceſsit Romana eccleſia, ſpoliare præſumebant eccleſias iuriſditiõis Terraconẽn. Archiepiſcopi. vnde ipſe ſignificauit hoc domino Papæ: & ipſe reſcribit eidẽ dicẽs, ꝙ prædeceſſores eius ferè omnibus religioſis conceſſerant decimas de laboribus ſuis: ſed Adrianus poſtmodũ ſolis fratribus Ciſtercienſ. ordinis & tẽplarijs & hoſpitalarijs decimas laborũ ſuorum, quos ꝓprijs manibus & ſumptibus excolunt cõceſsit: alijs verò cõceſsit, vt de noualibus ſuis, quę ꝓprijs manibus & ſumptibus excolunt, & de nutrimẽtis animaliũ ſuorum: & de hortis ſuis decimas nõ perſoluant. quẽ ſuper hoc imitatus eſt. vnde ꝓcepit, vt hi quibus hoc indultũ eſt, hac occaſione de alijs rebus eccleſiarum decimas ſubtrahere non præſumant: vel ſibi quid vlterius vendicare. Ber. ¶ † Primò no. ꝙ monachi diuerſorũ monaſteriorum poſſunt vti diuerſo habitu. vnde nõ tenentꝰ ſe conformare in vno habitu. Nã quidam deferunt habitum nigrum: quidam album: alij coloris alterius: ſed in eodẽ monaſterio non poteſt eſſe diuerſitas: vt in cle. j. de elec. ¶ Secundò no. priuilegium quod habent communiter religioſi ſuper ſolutione decimarum. Ex quo etiam infero, ꝙ de dote monaſterij, ſeu eccleſiæ, decimæ ſunt ſoluendæ. Nam cum ex priuilegio conceditur libertas in cæteris cabus, nec repetitur ille caſus exceptus: ergo de iure communi tenẽtur ad ſolutionẽ decimarum. de quo dic, vt plenè dixi in. c. nouũ genus. ſ. e. ¶ Item not. ibi: *laborũ ſuorum*. ꝙ duo requirunt ad hoc, vt iſti monachi gaudeant priuilegio. Primò, quòd prędia ſint propria. Nam ſecus ſi conductitia: vt clarius probatur. ſ. c. proxi. Secũ dò, vt ipſi colant ipſa prædia proprijs ſumptibus, vel manibus.

2 ¶ † Sed pro intellectu totius. c. j. quæritur, quando dicũtur colere proprijs ſumptibus? Sol. dic, quãdo ſoluunt certum pretium pro illorum cultura: vnde ſi tradunt illa prędia colonis partiarijs vel cenſualibus. i. ſoluentibus certum cenſum: non habet locũ priuilegium iſtud. Pro hoc tex. j. c. proxi. & vide bo. gl. in cle. j. eo. tit. Ex quo not. ꝙ colonus partiarius non dicit ꝓpriè colere agrum ſumptibus domini, quia pars partiarij coloni ſubmittitur fortunæ & Dei miſericordiæ. vnde ſi nihil colligeretur ex agro, verum eſt dicere dominum nihil ſoluiſſe pro cultura: ſecus, ſi in omnem euentum colonus debet habere certas menſuras vini vel frumenti. Nã tunc ille non dicitur partiarius: ſed ſumptibus domini colere agrum: partiarius autem propriè eſt ſocius: vt no. dicit Bart. in l. ſi merces. ff. loca. dixi plenè in. c. propter. ſ. de loca. ¶ † Secundò hîc quæritur, nunqd de omnibus hortis, religioſi ſunt immunes à ſolutione decimarum? dic quòd non: ſed de his, quos colunt ad proprium vſum. Nã aliâs poſſet poſſet machinari fraus reducendo ꝑdia ad hortos: & ſic priuilegium rationę læſionis reuocaret. ar. in. c. ſuggeſtum. ſ. eo. & ita tenent doc. in. c. ij. j. de eccle. ædi. Ex quo infertur, quòd priuilegium conceſſum fratribus minoribus, vt poſsint habere hortos, debet intelligi de hortis ad proprium vſum duntaxat: non autem, vt de oleribus, ſeu herbis poſsint aliquid vendere. ¶ † Sed eſt dubium nota. nunquid coloni iſtorum exemptorũ tenẽtur ſoluere decimas. Et facit hæc quæſtio ad multa[a], de qua vide gl. no. & tene eam menti, in cl. j. j. e. tit. quæ diſtinguendo dicit, ꝙ aut priuilegiũ fuit conceſſum terræ. i. vt talia ꝑdia non ſubiaceant oneri decimarũ: & tunc coloni non tenentur ſoluere decimam: quia fructus capiũtur ex terra priuilegiata. Aut priuilegiũ fuit conceſſum perſonis, & tũc coloni tenẽtur ſoluere quia priuilegiũ perſonale ſequitur pſonam. ¶ † Ex quo infero, quòd in caſibus iſtius. c. coloni iſtorũ religioſorũ tenẽtur ſoluere decimas de parte eorũ: cùm hîc eximantur perſonæ, non prædia. Et facit iſta quæſtio ad. q. poſitam per Bar. in. l. licitatio §. mercato res. ff. de pu. vbi quærit. Eccleſia Romana[b] habet ſalinas in Romã diola, quas pro certo tẽpore vendidit cuidam priuato: ꝗritur, nũ quid ille priuatus teneatur ſoluere pedagiũ. & videbatur ꝙ non: quia emebat ab eccleſia priuilegiata. Contrariũ determinat Dy. per illũ tex. dicens: quòd quando priuilegiũ eſt reale, tunc tranſit in emptorem. ſi verò eſt perſonale, non tranſit. Tamẽ Bart. dicit hanc determinationẽ verã in muneribus ordinarijs: ſed in extraordinarijs dicit, quòd conductor gaudet priuilegio. per. l. j. C. de priui. d. Aug. li. xj. Et dicit ea munera extraordinaria, quæ non reperiuntur impoſita à lege, vel ſenatuſc. vel lege principis: vt probari videtur in. l. j. C. de vac. mu. li. xj. Hoc dictũ Bar. non puto verũ indiſtinctè. Nã illa. l. j. ponit priuilegiũ, vt clarè patet ex illa ru. & in contrariũ facit text. in. c. dilectus. iij. ſ. de præbẽ. vbi patet, ꝙ ſi eccleſia habet ius præſentandi ex donatione laicorũ põt aggrauari tanquam ꝗlibet patronus eccl'iaſticus: nec habetur reſpectus ꝙ peruenerit illud ius ex donatione laicorũ. Ad idẽ qđ̃ legi. & no. in. c. j. de iu. pa. li. vj. vñ placet mihi ꝑcedẽs diſtinctio: vt diſtingua mus inter priuilegia realia, & perſonalia. ¶ In gl. ij. in fi. No. gl. qa eſt magiſtra in ſua materia circa ſolutionẽ decimarũ fiendam à religioſis. & hanc gl. poſuit in effectu Inn. ſ. c. prox. De clericis autẽ ſecularibus plenè dixi. ſ. e. c. ij. & adde qđ̃ hodie habetur in. cle. j. j. eo. ¶ Sed hîc dubitat, quid intendat litera, dũ dicit quòd de nutrimẽtis animaliũ religioſi nõ tenẽtur ſoluere decimas. So. c. ij. de ecædifi. & gl. in. d. cl. j. exponunt. i. de aſialibus, ꝗ religioſi nutriunt: ſecus ſi dant alijs tenenda & nutrienda. Hoc dictum intelligo, niſi darẽt alijs nutrienda eorum ſumptibus, ſicut hîc dicitur de poſſ. Nam iſti videntur nutrire, ſi eorum expenſis nutriuntur. aliâs enim vana fuiſſet fraus, quæ narratur in. d. cle. j. in prin.

a ¶ Ad multa. Ad. de Fed. conſi. cxj.
SEB. SAPIA.
b ¶ Eccleſia Roma na. vide Sal. in. l. v. niuerſi. de vectig. & cõmiſ. Petr. de Anch. in cõſi. cix. inci. prima facie. Cur. in cõſ. xij. inci. in dubijs præmiſsis. Dec. in cõſil. xlviij, in princ.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, quæ ex priuilegio non ſoluuntur ex prædijs proprijs laboribus cultuatis ſoluuntur: ſi illa prædia alijs dantur cultiuanda.*
2 *Priuilegium concernens præiudicium tertij, eſt ſtrictè interpretandum.*
3 *Mandans non dicitur facere per ſe in materia priuilegij. Perſonaliter nõ dicitur aliquid fieri, quod fit aliquo mediante.*

CAP. XI.

LIcet de. ¶ † Priuilegiũ ſuper decimis laborũ, non extẽditur ad terras, quæ alijs tradũtur excolendæ.[a] ¶ Caſus literalis. Religioſi quibus conceſſum eſt, vt de laboribus ſuis, quos proprijs manibus, & ſumptibus excoluntdecimas nõ perſoluant: ſi poſſeſsiones ſuas alijs tradunt excolendas, decimas de illis ſoluere tenentur ec cleſijs parochialibus, in quibus locũ priuilegiũ non habet. Ber. ¶ † No. ꝙ priuilegiũ concernens præiudicium tertij, eſt ſtrictè interpretãdũ: vnde nõ debet aliquo modo excedere caſum propriũ. Facit. l. ij. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico. not. Inno. in. c. cum dilecti. de do. Nã vides hîc, ꝙ priuilegium conceſſum ſuper prædijs, ꝗuæ colũtur proprijs manibus, vel ſumptibus, non extenditur ad prædia, quæ coluntur per mediarios ſeu colonos cenſuales. Nam licet largo modo dominus dicatur colere proprijs ſumptibus: cum tribuat medietatem fructuum ipſi colono pro cultura, tamen ſtrictè non dicit dominus facere ſumptus hoc caſu pro cultura: quia omnia ſunt ſuppoſita fortunæ & Dei iudicio. & ſic videsinquantũ reſtringitur priuilegium alteri nociuum.

3 ¶ † Exquo etiam collige, quòd in materia priuilegij qui per aliũ[a] facit, non dicitur facere per ſe. Quid autẽ in delictis? dic, vt plenè not. in. l. mulieres j. de ſenten. excõ. & in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vide per Bar. in. l. non ſolùm. & in. l. ſed ſi vnus. ff. de iniur. & in. l. hæc verba. ff. de adult. & facit ad iſtum tex. gl. notabilis in clem. j. de vi. & ho. cle. quæ dicit, ꝙ pœna impoſita contra exercẽtes aliquam negotiationem perſonaliter, nõ extenditur ad eũ, qui exercet per alium: ſecus ſi non eſſet adiectũ verbum perſonaliter. Et declara hunc tex. prout fuit notatum. ſ. c. proxi. glo. ſunt faciles: ideò non inſto.

a ¶ † Priuilegiũ ſuper decimis laborũ, non extẽditur ad terras, quæ alijs tradũtur excolendæ.[a] ¶ Caſus literalis. Religioſi quibus conceſſum eſt, vt de laboribus ſuis, quos proprijs manibus, & ſumptibus excoluntdecimas nõ perſoluant: ſi poſſeſsiones ſuas alijs tradunt excolendas, decimas de illis ſoluere tenentur ec cleſijs parochialibus, in quibus locũ priuilegiũ non habet. Ber. ¶ † No. ꝙ priuilegiũ concernens præiudicium tertij, eſt ſtrictè interpretãdũ: vnde nõ debet aliquo modo excedere caſum propriũ. Facit. l. ij. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico. not. Inno. in. c. cum dilecti. de do. Nã vides hîc, ꝙ priuilegium conceſſum ſuper prædijs, ꝗuæ colũtur proprijs manibus, vel ſumptibus, non extenditur ad prædia, quæ coluntur per mediarios ſeu colonos cenſuales. Nam licet largo modo dominus dicatur colere proprijs ſumptibus: cum tribuat medietatem fructuum ipſi colono pro cultura, tamen ſtrictè non dicit dominus facere ſumptus hoc caſu pro cultura: quia omnia ſunt ſuppoſita fortunæ & Dei iudicio. & ſic videsinquantũ reſtringitur priuilegium alteri nociuum.

3 ¶ † Exquo etiam collige, quòd in materia priuilegij qui per aliũ[a] facit, non dicitur facere per ſe. Quid autẽ in delictis? dic, vt plenè not. in. l. mulieres j. de ſenten. excõ. & in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vide per Bar. in. l. non ſolùm. & in. l. ſed ſi vnus. ff. de iniur. & in. l. hæc verba. ff. de adult. & facit ad iſtum tex. gl. notabilis in clem. j. de vi. & ho. cle. quæ dicit, ꝙ pœna impoſita contra exercẽtes aliquam negotiationem perſonaliter, nõ extenditur ad eũ, qui exercet per alium: ſecus ſi non eſſet adiectũ verbum perſonaliter. Et declara hunc tex. prout fuit notatum. ſ. c. proxi. glo. ſunt faciles: ideò non inſto.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium alteri nociuum, licet ſtrictè interpretetur, tamen non adeò, vt recedatur à propria ſignificatione vocabuli. Verbum poſitum in diſpoſitione odioſa, habens plura ſignificata, interpretatur in ſignificato ſtrictori: ſi autem eſt poſitum in diſpoſitione fauorabili, interpretatur in latiore.*
2 *Intellectus impropriantes, vel violantes verba diſpoſitionum, ſunt minimè recipiendi.*
Interpretatio ſtatutorum, vel conſtitutionum, vel mentis teſtatoris, quomodo fieri debeat?
Ratio legis dominatur legi, ſicut anima corpori: & in qualibet lege poteſt conſyderari aliqua ratio, ſaltem naturalis.
3 *Verba ſi ſunt clara: nec conſtat de contraria intentione: non eſt ab eis recedendum.*

1 Ber. ¶ † Not. j. & tene menti, ꝙ licet priuilegium alteri nociuũ, ſit ſtrictè interpretandũ: vt dixi. ſ. c. proxi. nõ tamẽ adeò, vt recedamus à propria ſignificatiõe verborũ. & idẽ dic in ſtatutis. Vnũ tamẽ ſcias, ꝙ ſi verbũ poſitum in diſpoſitione odioſa habet plura ſignificata: puta latũ & latiſsimũ: debemus illud intelligere in ſignificato ſtrictiori: vt probatur in. c. cũ in cunctis. de elec. iuncto. c. ſi cõpromiſſarius. e. tit. in. vj. not. Io. and. in regula odia. de regu. iur. lib. vj. in mercu. Sed in diſpoſitione fauorabili capitur in latiori ſignificato: vt. c. olim. & in. c. cum tibi. j. de verb. ſig. Ad hoc regula iuris, odia reſtringi. & fauores conuenit ampliari. vt in. d. regula, odia. vide plenè de his per Cano. in. d. c. olim. & per Legiſtas in. l. fi. ff. de cõſti. prin. ¶ Secũdò not. ꝙ diuerſitas vocabulorũ inducit diuerſitatẽ rerum. ad hoc. c. omnino. xxxj. di. Et rarò cõtingit, ꝙ duo vocabula per omnia idem importẽt: quia aliâs res induceret ſuperfluitatem. Pro hoc pulcher tex.

2 cum ibi no. in. l. ſi idẽ. C. de codi. ¶ † Et no. iſtũ tex. quia quotidiè poſſet allegari cõtra peruertentes intellectũ iurium & impropriãtes vocabula legum. Nã ſine neceſsitate hoc fieri non debet. Nã ſi Princeps aliter intellexiſſet, bene ſciuiſſet ponere vocabulũ accommodatius, & ponit Io. de lign. hîc, quædã verba circa interpretationẽ iuriũ. Dicit enim, ꝙ aut apparet de'mente: & eis ſtandũ eſt. Dic etiam cõtra propriumſignificatũ verborũ: vt in l. cũ pater §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. vbi verba reſtringuntur propter rationem expreſſam. Ratio eſt: quia verba deſeruiunt intentioni & non econtrà: vt in. c. ij. requiris. de ap. Habẽt enim ſe verba & intentio, ſeu ratio, prout corpus & anima. Nã ſicut anima dominatur corpori: ita ratio legis dominatur verbis. ad idẽ. l. nõ dubium. quod ibi no. C. de legi. & regula fi. de regu. iur. lib. vj. Aut non conſtat de mente: & tunc ſi verba ſunt clara, non eſt ab eis recedendũ: vt in. l. ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. & in. l. non aliter. eo. tit. & in. c. prætereà. & in. c. fi. j. de verſigni. Hoc ego intelligo, quãdo ratio non eſt expreſſa in lege: nec poteſt cõiecturari ratio naturalis legis. Nam vt ſingulariter inquit Cy. & alij poſt eũ in. d. l. nõ dubium. vbi ratio non expreſſa debemus coniecturare per ſimi-

b lia rationem naturalẽ, quę monere potuit legiſlatorem. Nam ſine ratione nõ fuit motus: cùm ſine ratione nõ ſit lex. iiij. diſt. c. erit autem lex. & j. diſt. c. conſuetudo. & ſe

c cundũ illam rationem cõiecturatã poſſumus extẽdere & reſtringere legem etiã odioſam. hoc eſt valde notãdũ. facit quod no. Dy. in dicta regu. fi. & optimè in. l. ſcire §. ſufficit. ff. de excu. tu. vbi ponderaꝭ naturalis iuſtitia. Sed vbi poteſt hęc ratio naturalis cõiecturari: tunc procedit dictũ Io. de lig. vt recurraꝭ ad verba, ſi ſunt clara. ſi autẽ ſunt dubia: tunc fienda eſt interpretatio per alias leges, ſi fieri poteſt: quia iura debẽt iuribus cõcordari: vt in. c. cũ expediat. de elec. lib. vj. Si verò per alia iura nõ poteſt apparere intellectus, tũc recurrendũ eſt ad cõſuetudinẽ ciuitatis: vt in. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. ff. de leg. & in. c. cũ dilectus. de conſue. Si autẽ non apparet de cõſuetudine loci, recurrendum eſt ad ſimilia: vt in. l. non poſſunt. ff. de leg. & in. c. cũ dilecta. ſ. de cõfirma. vtil. vel inuti. In defectũ verò omniũ recurrendũ eſt ad Principem: quia eius eſt interpretari, cuius eſt condere. c. inter alia. de ſent. excõ. & in. l. humanã. C. de leg. Et ex his multipliciter intelligiſ illud generale, ꝙ eius eſt interpretari. &c. Nã debet intelligi qñ per remedia ſupradicta, vel ſimilia non põt haberi certitudo legis. & ſic intelligerẽ l. vnicã. C. profeſ. qui in vrb. Conſtan. libr. xij. vbi datur doctoribus poteſtas interpretãdi. & idẽ eſt in iudicibus.

3 iuxta no. per Inn. in. c. cũ ſpeciali. de app. ¶ † Et ex his infertur ad deciſionẽ huius. c. Nã cum verba eſſent hîc clara: nec cõſtaret de intentione cõtraria: non erat à verbis priuilegij recedẽdũ. & ad materiã extenſiõis vide, quod no. Bar. in. l. ſi cõſtante. ff. ſol. mat. in. vij. q. & in auf. quas

ZACHARIAS.
a ¶ Alijs traduntur excolendæ. Adde idem etiam eſſe, ſi ille colonus ſit cẽſualis paſsiuè. i. q ſoluat cẽſum pro fructibus retentis; vt not. plenè Car. in cle. j. q̃. xxiij. eod. titu.
SEB. SAPIA.
b ¶ Per alium. De hoc brocardo vide Feli. in. d. c. mulieres. j. de ſen. excõ. latè per Ang. aret. vbi Augu. arimen. in tra. maleficiorum. in verb. Semproniũ mandatorem.
c ¶ Caſus in quibus ex poſtfactoperditur priuilegiũ.

actiones. C. de ſacroſan. eccl. per Io. an. in regula odia. & in regula pro poſſeſſore. lib. vj. in mercu. Glof. ſunt faciles. videas per te, quia colligunt generalia.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, vel eleemoſynæ factæ alicui imagini, vel picturæ exiſtenti intra limites parochiæ, licet in domo alicuius priuati, cedunt lucro presbyteri parochialis.*
2 *Decimæ illorum, qui non ſint ſub certa parochia, ſpectant ad Epiſcopum.*
Diœceſis, eſt parochia Epiſcopi.
3 *Canonica portio, quæ debetur Epiſcopis de decimis, poteſt præſcribi.*
4 *Prælatus in acquirendo poteſt præiudicare eccleſijs.*
Prælatus, an poſſit repudiare hæreditatem, vel legatum delatum eccleſiæ.
5 *Decimæ illius loci, qui eſt intra duas parochias: & ignoratur ſub qua parochia illarum ſit: debent diuidi inter ipſas: non autem debentur Epiſcopo.*

CAP. XIII.

QVoniam. [a] ¶ Decimæ noualiũ debẽtur eccleſiæ in cuius parochia ſurgunt: ſi verò non ſunt in certa parochia, debentur diœceſano, qui poteſt ſibi retinere, vel alteri eccleſiæ cõcedere. h. d. Primò conſultatio. Secũdò reſpõſio. ibi: *reſpondemus.* inqua diſtinguit. Secundũ mẽbrũ proſequitur ibi: *aliõquin.* ¶ Caſus literalis. Epiſcopus Brixeñ. quęſiuit à dño Papa, quid de decimis noualiũ ſuę diœceſis ſit ſtatuendũ, Reſpõdet Papa q; ſi noualia illa ſunt intra certã parochiã alicuius eccleſiæ, decimas illarũ faciat aſsignari illi eccleſiæ: ſua parte ſibi retẽta. Si verò ſunt intra certã parochiam: de' illis di ſponat prout ſibi placuerit. hoc eſt, vt alij eccleſiæ deputet, vel ad opus ſuũ retineat. Ber. ¶ † No. j. q; reditus ſpirituales nouiter proueniẽtes intra parochiã alicuius eccleſiæ debent eccleſię parochiali, & non Epiſcopo. & optimè facit tex. iſte, q; oblationes factæ imagini [b], ſeu picturæ alicuius ſancti exiſtenti depictæ extra eccleſiã, intra parochiam tamen, debeantur eccleſiæ parochiali, & nõ Epiſcopo. Nã vt vides iſtæ decimæ noualium nouiter fuerũt ortę. Nec vnquã ex illis terris aliqua fuerat ſolutio facta eccleſiæ parochiali. attñ, quia oriunt intra parochiã, debent eccl. parochiali. Et optimè facit tex. in. c. paſtoralis. ſ. de his, quæ fiũt à præ. vbi litera latius loquitur. Illud aũt certũ eſt, q; dño domus, vbi eſt pictura, vel imago: illæ oblatiões non debent: quia priuata perſona nõ poteſt habere oblatiões: nec vſumfructũ alicuius rei religioſæ. Certũ eſt aũt imaginẽ, vel picturã alicuius ſancti eſſe religioſam. Pro hoc vide glo. ſing. quę hoc ſentit in. l. ſtatuæ. ff. de vſufru. ¶ † Secũdò not. q; reditus ſpirituales proueniẽtes intra diœceſim Epiſcopi ſpectant de iure cõmuni ad Epiſcopũ, ſi nõ oriunt intra parochiam alicuius eccleſiæ. ¶ Ex quo infert, q; decima oĩm nemorum & aliorũ locorũ, quæ nõ ſunt intra certã parochiã, ſpectant ad Epiſcopũ loci. Per hoc etiã infert, q; vbi parochiæ nõ eſſent limitatæ, decima prædialis indiſtinctæ debet Epiſcopo: quia tota diœceſis eſt ſibi parochia: vt in. c. parochianos. ſ. de ſepul. & in. c. apoſtolicæ. de dona.

¶ Tertiò not. q; decima prędialis de iure cõmuni nõ debeẽ Epiſcopo: ſed illi eccleſiæ in cuius parochia ſunt prędia. ſed quarta decimarũ debeẽ Epiſcopo: vt hîc. & in. c. cõquerente. de offi. ordi. valet tamẽ præſcriptio contra Epiſcopũ reſpectu quartæ: vt in. c. de quarta. ſ. de p̃ſcri.

¶ † Vltimò hîc quæro, nũquid Eps poſsit ſine conſenſu capituli decimã iſtorũ noualiũ, caſu quo ſibi debeẽ alteri eccleſiæ cõcedere. Gul. Naſo, q; nõ. qm̃ Epiſcopus non põt alienare ius eccleſiæ, ſeu bona, ſine cõſenſu capituli: vt in. c. paſtoralis. de do. & in. c. j. ſ. de his, quæ fiũt à prel. cũ ſimilibus. ſed Io. de. q; Deo tenuit oppoſitũ. & hãc partem videnẽ ſequi communiter doc. duplici rõne. Primò propter literã iſtã, quæ videt hanc facultatem donandi cõcedere Epiſcopo. ſecũdò, quia Epiſcopus proprię hoc caſu nõ alienat, ſed non acquirit. Not. ſing. hanc rationẽ q; Epiſcopus põt in non acquirẽdo ſolus præiudicare eccleſiæ. & pro hoc vide tex. cũ gl. xvj. q. vj. c. ſi. per Inn. in c. ij. ſ. de dona. ¶ Et facit hoc dictũ ad aliã quęſtionẽ: nũ quid ſolus prælatus poſsit repudiare hæreditatẽ, ſeu legatum delatum eccleſię? de quo vide quod dixi. ſ. de his, quæ fiũt à præla. c. j. ¶ Sed quæro, qũo procedit iſte tex. dũ dicit aliõqui &c. quid includaẽ ſub illa dictione aliõqui. [c] Sol. cũ veniat aduerſatiuè ad præcedentia, includit ex proprio ſignificato contrariũ intellectum. vnde cum ſuprà dixiſſet decimas deberi eccleſiæ parochiali, ſi ſint intra parochiã: à contrario ſi nõ ſunt intra certam parochiã, debeẽt Epiſcopo. Sed aduerte: qa diuerſimodè poſsunt eſſe nõ intra parochiã. Primò ſi parochiæ non ſunt limitatæ: vt. ſ. dixi. Secundò ſi iſta noualia ſurgunt extra limites eccleſiarũ parochialiũ: puta in nemoribus remotis. ¶ † Vnde dicit hîc Goff. q; ſi certum foret hæc noualia includi in aliqua parochia ex duabus vicinis, ſed ignoratur intra quam iſtarum: tunc decimæ non debentur Epiſcopo: ſed debẽt diuidi inter iſtas duas parochias. argu. c. ij. de ſepultu. libr. vj. quod ſatis placet. facit inſti. de rer. diuiſi. ſ. inſula.

SVMMARIVM.

1 *Exigere, iſtud verbum importat ab inuito extorquere.*
Decimæ ſunt debitæ de iure diuino.
Non ſoluentes decimas vigore conſuetudinis, non excuſantur à peccato.
2 *Quaſi: iſta dictio de ſui natura importat impropriętatem: vbi verò reſultaret ab ſpiritas: inducit ſimilitudinem. & eſt expreſsiua veritatis.*
3 *Debitor quis proprię dicatur.*

CAP. XIIII.

PArochianos. ¶ Decimæ poſsunt exigi. hoc dicit. † No. q; decimæ non ſoluunt ex mera liberalitate dominorũ prædiorum: ſed tãquã debitæ poſſunt exigi. Et not. ver. exigi. nã denotat, q; ab inuito poſſunt extorqueri. Nã illud dicit proprię exigi: vt in. l. fideicõmiſſa. ſ. ſi rẽ. ff. de lega. iij. Et fortè dubium fuit: quia obligatiões in multis iuribus æquiparant decimis: vt j. eo. quãuis cõmuniter ſoluunt ex mera liberalitate offerentiũ. de quo dic, vt plenius dixi. ſ. e. ſuper rub. vnde videbaẽ dicendũ in decimis, ſed contrariũ hîc ſtatuit. Ratio, quia decimæ fuerũt inſtitutę ab ipſo Deo, [d] qui præcepit eas debere ſolui: vt in. c. tuaj. eo. dixi plenè ſuper ru. iſtius tituli. Et an hodiè peccent nõ ſoluẽtes: & ſic excuſenẽ â conſuetudiue contraria: dicã plenè in. c. ad Apoſtolicæ j. eo. ¶ † Secũdò not. ibi: *quaſi debitum.* iuncta gl. ij. q. dictio quaſi, eſt q̃nq; expreſsiua veritatis, denotãs ſimilitudinẽ, & nõ imperfectionẽ. Q̃nq; diminuit ſignificatũ illius, cui addit. & hęc eſt propria ipſius ſignificatio. de quo vide bonã gl. in. l. in perſonã ſ. j. ff. de pac. & in. l. falſa. ff. de cõdi. & demon. Vbi verò inſurgit abſurditas, impropriaẽ hæc dictio: & inducit ſimilitudinẽ: vel eſt expreſsiua veritatis. & ad hæc no. tex. cũ gl. ¶ † In gl. ij. in fin. vel ſecundũ Hoſt. dicunt decimæ quaſi debitæ: quia eccleſia nõ contraxit cũ colono: ideò non teneẽ colonus ex cõtractu: ſed ex quaſi cõtractu. & ſentire videt Hoſti. q; propriè illud dicit debitum, quod nobis debeẽ ex contractu: ſecus ſi ex quaſi cõtractu, vel ex maleficio. Sed dic, q; ex lato ſignificato quilibet q; põt appellari creditor, qui ex aliqua actiõe petere poteſt: vt in. l. ſi cui. & in l. creditores. ff. de verb. ſigni. Et de hac materia vide plenius per Bar. in. l. j. ff. ſi cer. pęta. vbi plenè tractatur quis propriè

propriè dicatur creditor. ſed vt. ſ. dixi ego credo, q; ideò dixit, quaſi debitũ: vt excluderet opinionẽ illorũ, qui dixerunt decimas deberi ex libera volũtate. vnde credo, q; decimæ dicanẽ debitæ largo modo. Nã ſtrictè decimæ ſunt in bonis eccleſiæ. & ſecundũ vnam opi. eccleſia põt eas vendicare: vt not. in. c. tuaj. eo. & ibi glo. optima. De hoc dixi in. c. commiſſum. ſ. eod. &. in. c. cum homines.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt habere ius decimandi iure hæreditario, à nemine citra Papam: qui poteſt laico cõcedere ius decimarum ad longum tempus.*
2 *Decimæ dicuntur, quid ſpirituale, & non poſſunt à laicis poſſideri.*
4 *Ius decimandi non poteſt concedi laico, etiam ad modicum tempus: cùm ſit quid ſpirituale: fructus verò decimarum poſſunt concedi.*

CAP. XV.

1 ADhæc. ¶ † Decima laico iure hæreditario concedi non põt. Primò recitat factũ, quod ſecdò reuocari mãdat ibi: *quoniam.* ¶ Caſus litera. Quidã Abbas fecit donationẽ de quadã decima cuidam laico & hæredibus eius. Quæritur, an talis donatio teneat? Reſpõdet Papa: quia ſanctuariũ Dei hęreditario iure poſsideri nõ debet: mãdat Epiſcopo diœceſano, quatenus donationẽ illã viribus carere decernat: & niſi laicus ille decimam ipſam ipſi eccleſię liberè reſignauerit, ipm vinculo excõmunicationis adſtringat. B. ¶ No. j. Abbates q̃nq; habere decimas. quod põt cõtingere cũ in loco habẽt ius Epicopale: vel fortè certã parochiã: vel ex priuilegio Roma
2 ni pontificis: de quo in. c. ſuggeſtũ. ſ. eod. ¶ † Not. ij. ibi: *ſanctuarium Dei. &c.* q; ſpiritualia nõ poſſunt cõcedi laicis iure hæreditario poſsidenda. ex quo infertur laicũde iure nõ poſſe poſsidere ſepulchrũ in terra cœmiteriata, ſeu intra eccleſiã conſecratã: de quo dic, vt dixi in. c. pen. ſ. de ſepul. Alia verò ſepulchra, quæ ſunt religioſa tantũ de iure ciuili, laici poſsidere poſſunt. l. familiaria. cũ. l. ſe. ff. de relig. & ſump. fu. Itẽ ex eodẽ verbo no. q; decima dicitur Dei ſanctuariũ. & ſic eſt ius merè ſpirituale. vnde laicus hoc ius poſsidere nõ põt: vt. c. cauſam. de præſcri.
3 ¶ † Sed primò quæriẽ hîc, quid de Epo, nunquid poſsit decimã laico concedere. Dic, q; nullus citra Papã poteſt ius decimandi, vel etiam fructus decimarũ ad magnum tempus laico concedere: vt j. c. quamuis. & quod ibi notat. Eſt ratio, quia nullus citra Papam [a] poteſt laicum capacem reddere iuris ſpiritualis. ad hoc. c. ij. de iudic. & quod ibi no. facit quod not. glo. xxxiij. diſt. * c. præter. ſ.
4 ad hoc. verſi. ſcribit enim. in verb. ducibus. * ¶ † Queritur ſecũdò, nũquid indiſt inctè prohibitũ ſit decimã con
5 cedi laico? doctores dicũt, q; in feudum [b] ſeu emphyteoſim concedi non poteſt: vt hîc. Nec etiã põt laico locari: vel aliquis contractus ſuper ea iniri per quẽ videaẽ facta alienatio. arg. c. nulli. ſ. de reb. eccle. nõ alie. facit. l. ſi. ff. ſi ager vecti. Sed ad tps modicum põt concedi, etiã pro certa pẽſione: vt in. c. veſtra. ſ. de loca. In effectu volũt dicere doc. q; nõ poteſt iniri cõtractus per quẽ transferaẽ dominiũ directũ, vel vtile: quia videt tũc facta quædã alienatio. Ad hoc tex. cũ gl. in. c. j. de reb. eccl. nõ alie. ſed per conceſsionem ad modicũ tẽpus nõ transfertur directũ, vel vtile dñium. & intelligo hoc, qñ concedũtur fructus decimarũ. Nam ius decimandi cũ ſit ſpirituale, etiam ad modicũ tempus laico concedi non põt: vt not. glo. j. eo. quãuis. facit. c. ij. ſ. de iudic. gl. multũ ſing. in. d. c. quãuis. dicit. q; ex cauſa poſſunt fructus concedi laico in tẽpus vitæ ſuæ. Et de hoc vide quod not. in. d. c. quãuis. & facit pro dicto illius gl. iſte tex. dum ponderat, quod iure hæreditario. &c. gl. ſunt faciles.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi tenentur ſoluere decimas de prædijs: vel prædia dimittere, & idem de alijs infidelibus. ſ. ſed quid de decimis perſonalibus. vide nu. 6.*
2 *Iudæi & infideles alij poſſunt poſsidere immobilia inter Chriſtianos.*
3 *Decimæ reales debent ſolui ab illis, penes quos reperiuntur res.*
Tributa annexa poſſeſsionibus, ſunt ſoluenda principi: etiam quòd dictæ poſſeſsiones tranſeant in clericos.
Tributa, vel decimæ etiam pro tempore præterito, ſunt ſoluendæ ab eis, qui poſteà incœperunt habere prædia: quæ cenſentur tranſire cum onere ſuo.
4 *Obligatus ratione oneris realis, poteſt ab obligatione liberare ſe dimittendo ipſam rem oneratam.*
6 *Decimæ perſonales, an ſint de iure diuino, vel poſitiuo.*
Argumentum à contrario ſenſu, non valet, quando ſurgit abſurditas.

CAP. XVI.

1 DE terris. ¶ † Iudęi cogunt prædiales decimas ſoluere, aut prædia dimittere. h. d. & nõ diuiditur. ¶ Caſus literalis. quærebatur vtrũ Iudæi cõpellendi ſint ad decimas ſoluendas. Reſpõdet Papa, q; cõpellendi ſunt ad decimas perſoluẽdas, vel poſſeſsiões penitus dimittẽ [a] das: ne hac occaſiõe iure ſuo eccleſiæ valeãt defraudari.
2 Ber. ¶ † Not. ar. q; Iudæi poſſunt habere rerũ dominia inter chriſtianos: & tam de iudæis, quã de alijs infidelibus: vide pulchrè per Inn. in. c. quod ſuper his j. de voto.
3 ¶ † Secũdò not. q; onus decimarũ eſt annexũ ipſis prædijs: vnde licet transferanẽ in eos, qui ad decimas non tenentur, debẽt nihilominus decimas inde ſoluere. Ex quo poteſt colligi arg. bo. q; eccleſiæ & clerici tenenẽ etiã ho
c diè ſoluere tributa [c] Imperatori de poſſeſsionibus eorũ. Nã tributũ eſt annexum ipſis poſſeſsionibus: ita, q; ipſę poſſeſsiones principaliter ad hoc ſunt obligatæ: vt eſt tex. iuncta gl. in. l. Imperatores. ff. de publ. Vbi tex. ponit aliud ſingulare dictũ. ſ. q; poſſeſſor tenetur ad tributũ, etiã pro tẽporibus pręteritis, in quibus poſſeſsio fuit penes aliũ. Et ſic licet eccleſia & clerici ſint exẽpti à dominio Imperatoris: tamen poſſeſsiones eorũ, quæ ab olim fuerunt onerate, debent tranſire cũ onere ſuo. Quod tñ hîc nõ firmo, ſed remitto ad plenè no. in. c. ſi tributũ. xj. q. j. & in. c. tributũ. & in. c. ſecundũ canonum authoritatem. xxiij. q. viij. aliquid fortè dicam in. c. non minus j. de immu. ecc. ¶ † Itẽ no. q; obligatus rõne oneris realis poteſt ſe exonerare ex debito, relinquendo ipſam rem oneratam. Nam vt hîc vides Iudæus præcisè non cõpellitur ad ſolutionẽ decimarum, ſed alternatiuè: vt aut decimã ſoluat, aut prędia dimittat. & hoc ideò, vt dixi: quia hoc eſt onus merè reale: licet in cõſequentiã obligetur perſona. ¶ † Sed hîc quæro de. q. quæ olim fuit in facto: prouincia Angliæ fuit tota Saracenorũ: demũ conquiſita à Chriſtianis remanſerũt, in quibuſdã locis aliqui Saraceni ſubiecti tñ Chriſtianis: poſsidentes quædã prædia, de quibus nõ eſt memoria, q; decimæ fuiſſent eccleſiæ ſolutæ: quæritur nũquid tales Saraceni poſsint cõpelli ad ſolutionẽ decimarũ ex huiuſmodi prædijs. videt primò q; nõ: per. c. quãto j. de vſur. à cõtrario, vbi dicitur Iudæos cõpellẽdos forè ad ſoluẽdas decimas de his domibus, & poſſeſsionibus, de quibus eccleſia cõſueuerat percipere decimas ante, quã venirent ad Iudæos: ſecus ergo de his prædijs à quibus eccleſia nõ conſueuit decimã percipere. Contrariũ conſuluit Old. conſil. xxv. motus principaliter: quia decima per laicos preſcribi nequit: vt in. c. cauſam. de præſcri. Itẽ quia Deus vtiliter reſeruauit ſibi decimas oĩm rerũ: vt in. c. tuaj. eo. & adducit alias ratiões. Sed ego cõfirmando ſuã ſententiã credo firmiter, q; oẽs infideles, ſi de facto poſſunt cõpelli, debẽt vrgeri ad ſolutionẽ decimarũ: qm̃ Chriſtus cõſtituit tm̃ vnum ouile, & vnũ paſtorẽ: vt in Euangelio: ita, q; nemo de iure põt ſeparari ab iſto ouili. i. vniuerſali eccleſia. Itẽ Deus ſibi

a ¶ Adde eundem Panor. in. c. ſuggeſtum. j. de app. cũ cõcor. ibi additis, in primaadditiõe.
ZACHARIAS.
b ¶ Oblationes factæ imagini. Adde iſtum in. c. paſtoralis. num. ij. & quod ibi nota. in apo. ad eũ in ver. imagini depictæ. ſ. de his, quę fiunt à præla.
SEB. SAPIA.
c ¶ Aliõqui. De di 1 ctione aliõqui. vide Bart. in. l. j. col. iiij. verſi. iiij. quæ- b ro. ff. de condi. & demõ. vbi dicit, q; eſt dictio mirabilis & de multiplici virtute huius dictionis. vide per Sal. in. l. ij. in prin. ff. ſi cert. peta.
d ¶ Vtrum ſolutio decimarum traxerit originem à iure diuino: vide omnino quod de hoc ſcribit Are. in c. decimæ. xvj. q. j. 2 & de hoc vide multum latè per beatum Tho. ij. q. lxxxvij. arti. j.

a ¶ Nullus citra Papam. Adde quod not. in apo. ad iſtũ in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. nu. v. & quod ibi no. in apoſtil. ad eum in verſi. poteſtatem excommunicãdi. ſ. de conſti.
SEB. SAPIA.
b ¶ Quod in feudũ. An laicus poſsit habere decimas in feudum: vide Fel. in. c. quæ in eccleſiarum. colũ. xxv. verſi. v. declaratio. ſ. de conſti. Cardi. in. c. ij. de feud.
SEB. SAPIA.
c ¶ Soluere tributa: vide quomodo hoc procedat Abba. in. c. nõ minus. co. iiij. ver. ſed ego diſtinguẽdo. j. de immu. eccle. Bal. in. l. placet. C. de ſacroſan. eccle. & in auẽ. itẽ nulla. C. de epiſcop. & clericis.

SEB. SAPIA.

a ¶ Personales. decimas. Contrariũ sentit Felinus in c. causam. in prin. ſ. de præscrip. vbi dicit, ꝙ consuetudo excusat nõ solũtes decimas per ſonales, ex quo non ſunt de iure diuino.
Antoni. Francisc.

CHariſsimus. ¶ † Coniunx, q̄ continentiā vouit, tenet reddere debitum coniugi, licet ad tēpus voto cōſenſerit. h. d. Secunda ibi: *fraternitati.* ¶ Caſus literalis. Vxor regis Sueuiæ graui infirmita te depreſſa cōtinentiā vouit. vir ſuus ad tēpus voto continentiæ conſenſit: ipſa poſtmodū liberata viro ſuo adhærere matrimonialiter recuſabat: vnde Rex petijt à Pa. ſibi ſuper hoc, ꝓ uideri, & cōpelli vxorē ſibi matrimonialiter adhærere affectu. Mandat Pa. quibuſdā quatenus ſi inuenerint vxorē Regis p̄dicti graui infirmitate detentā, continentiā vouiſſe, maximè ſi idē vir nō vouit perpetuā cōtinentiam, prædictā dominā viro ſuo faciant adhærere, & vtrunq; adinuicem maritali effectu tractare. Ber. ¶ † No. j. ex iſto tex. vxorē non poſſe emittere votū continentiæ ſine conſenſu mariti. & dic, ꝙ requiritur conſenſus quatenus marito ſit p̄iudiciū: aliàs aūt quilibet coniugū in ſui præiudiciū pōt vouere continētia: vt in. c. ſeq. &. c. quidā. ſ. eo. ¶ † Not. ij. ꝙ iudex eccleſiaſticus auditur cōtra laicū nolentem exhibere coniugi affectum maritalem. ¶ In. glo. j. ibi: *ſi ſimpliciter licentiam dediſſet.* vult ergo glo. ꝙ ſi maritus dat ſimpliciter licentiam vxori emittēdi votū cōtinētiæ: ꝙ nō poſſit amplius exigere debitū. & ſentit ſecꝰ fore, ſi ad tēpus. text. tñ nō aperit vtrū maritus peteret debitū durante tēpore, ad quod cōſenſerat: vel poſt lapſum tēporis: nec doct. hoc tangunt. ¶ † Vnde latiꝰ exordiēdo materiam aduertendū, ꝙ aut vxor emittit votum alicuius abſtinentiæ; puta ieiunandi. & hoc votum non obligat marito inuito: quinimò ſi maritus conſenſiſſet, poteſt nihilominus reuocare. & licet ipſe peccet; reuocando, ex quo licentiam præbuit, vxor tamen poterit non reſiſtere, nec peccat deſiſtendo: quia tenetur in hoc lege diuina & humana obedire marito: vt eſt text. not. in capitul. manifeſtum. &. capitul. voluit. xiij. quæſtione. v. ita quòd facias regulam, quòd nullum votum abſtinentiæ pōt emittere vxor ſine cōſenſu mariti. & ꝙ maritus poteſt reuocare: licet prius conſenſerit: non autem ſic econtrà: quia vxor eſt magis ſubiecta marito. & de hoc dic plenius, vt ibi not. ¶ † Aut vxor emiſit votum continentiæ: & tunc valet in ſui præiudicium: ſcilicet vt non exigat debitum: quia non exigere nullum præiudicium, irrogat marito: vt probatur in. c. ſequen. Si autem ſimpliciter vouit, & maritus conſenſit: aut ad tempus: & poteſt indubiè lapſo tempore debitum exigere. & iſto modo intelligēdo, indubiè ꝓ cedit hæc litera. ¶ Aut quæritur nunquid pēdente tempore poſsit maritus exigere debitum: & ſic reuocare votum, cui conſenſit: & eſt magis dubium. Nam gloſ. in dicto. c. manifeſtum. videtur velle aliud eſſe in voto continentiæ, aliud in voto abſtinentiæ: & haberet hoc æquitatē. Tamē puto cōtrariū, quia votū cōtinētiæ, eſt votū abſtinētiæ: vt in. c. ſi tu abſtines. xxvij. q. ij. Cum ergo iura diuina & humana dent maritò plenam facultatem in voto abſtinentiæ: ergo videtur, ꝙ votum continentiæ poterit reuocare. In contrariū tñ facit: qa in aliis votis maritus conſentiendo nō videt tacitè vouere: ſed in voto continētiæ ſic: qa cōſenſus eius nō exigitur, niſi vt ipſe nō exigat. & tñ pro primo dicto facit iſte tex. qui videt iſta ponere vt diuerſa. ſ. vouere & voto vxoris conſentire. Itē qa litera iſta non dicit tēpus illud fuiſſe lapſum: peccat tñ maritus veniēdo cōtra id, quod ſemel cōſenſit. vxor tñ nō pō reſiſtere: vt. ſ. dixi. Et ſic ſecundo mō pōt intelligi iſte tex. & eiſdē rōnibus dicendū eſt, qñ vxor vouit continē tiā in perpetuū: licet gl. videat vacillare in. c. noſſe. xxx. q. j. p̄dicta procedūt vt maritus nō vouit, ſed voto vxoris cōſenſit. ¶ † Quid aūt ſi maritus pariter vouiſſet? dic, ꝙ aut ad tēpus: & lapſo tēpore non obligatur. ar. hîc in ver. perpetuū. Aut ſimpliciter: & tūc vter que tenetur ſeruare continentiam: nec tenetur vxor obedire marito volenti cōtra votū venire: a vt eſt caſus in. c. quod Deo patri. xxxij. q. v. ¶ † Quid aūt ſi alter nō ſeruat cōtinētiā, nūquid reliquꝰ poſsit aliū repetere & ab eo debitū exigere? tex. videt velle, ꝙ nō in d. c. qdꝰ Deo. ſed gl. no. in. d. c. noſſe. dicit: ꝙ alter nō poſsit aliū im petere, ex quo ambo emiſerūt votū: iudex tñ eccleſiaſticex officio ſuo debet eos compellere ad mutuā cohabitati. arg. in. c. ex literis j. de diuor. Sed certè illud. c. hoc non probat. Loqtur em̄ qñ ſine vo to matrimoniū fuit ſeparatū propter alterius adulteriū. & dicit al tero adulterante pariter debet matrim. reinte grari: quia adulteriū cū adulterio eſt compenſandū: ſed nos loquimur qñ obligatio eſt quæſita Deo. vñ licet alter peccet, nō debet reliquꝰ aſſumere peccandi cām. & hanc opinī. tacitè ſentit Inn. in. c. dudūj. e. Vbi ad op poſitū ponit vnum notabile, b ꝙ ſi iſti cōiuges poſt emiſſum votū continentiæ ſe carnaliter cōmiſceāt, proles inde genita, non eſt legitima, quia nō ſecundum legem ſunt coniuncti: non eſt amplius matrimonium quo ad excercitiū carnis. & idē no. gl. in. c miniſtri. lxxxj. diſt. Idē dic & fortius, ſi vxor vouit cōtinentiā marito intrā te religionē, vel promoto ad ſacros ordines. Nam ſi de nouo coniūgantur, ſoboles non eſt legitima. ¶ † Et hęc no. & per hæc declaraꝰ gl. ſequens: quæ verbū maximè, exponit pro tñ: c poſſet tū exponi ꝓpriè referendo illud verbum ad votū tēporale vt ſit ſenſus ꝙ maritus pōt petere debitum, maximè ſi non vouit continentiā. Nam idē, ſi vouiſſet: ex quo tempus erat lapſum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, aut vxor ſi altero ignorante profiteatur religionem, & ob hoc de monaſterio educitur, non cogitur illud reingredi illo mortuo. Si verò moriatur ante, quàm egrediatur monaſterium, nō poterit amplius ad ſeculum redire. 3. 6.*
2 *Maritus & vxor, an poſſint votum continentiæ, vel abſtinentiæ inuito alter emittere.*
4 *Votum emiſſum tempore inhabili, non obligat tempore habili.*
5 *Actus perueniens ad eum caſum, à quo non potuit efficax habere principium, annullatur.*
6 *Maritus qui inuita vel ignorante vxore fecit ſe promoueri ad ſacros ordines, tenetur ea mortua continentiam ſeruare.*
8 *Sententia poteſt pro parte valere, & por parte non.*

CAP. XII.

1 PLacet. ¶ † Si alter coniugum altero ignorante religionē ꝓfeſt, & propter hoc de monaſterio educitur: illo mortuo ad monaſterium rēdire non cogit. Cōis diuiſio. Secūda ibi: *ſuper quo.* ¶ Caſus literalis. Quædā mulier credēs maritū eſſe mortuum, habitū religionis aſſumpſit. tandē eo reuerſo de monaſterio educta fuit viro poſtmodū defuncto, quæritur vtrum cōpellenda ſit ad monaſteriū redire. R. n. Papa, ꝙ votū ſuū non tenuit omnino: tñ intantū tenuit, quatenus ſe potuit obligare. Intrando em̄ monaſteriū promiſit ſe nō exacturam vlterius debitū carnis, quod erat in eius poteſtate: redire verò ad ſeculū, non eſt in eius poteſtate, ſed mariti. & ideo quo ad ſe votum tenuit, quod poſt obitū viri tenere non deſijt: cùm ad caſum deuenerit, in quo efficax potuit habere principium: tñ ſaluti ſuæ melius prouideret, ſi ad monaſterium rediret. ſi verò ad hoc induci non poterit, non eſt ad hoc cōpellenda. Ber.
2 ¶ † Not. primò, ꝙ vxor poteſt liberè emittere votum continentiæ in ſui p̄iudiciū: licet ſecꝰ ſit in votō abſtinētiæ: vt dixi. ſ. c. ꝓx. & in hac differentia poſſet ſaluari gl. in. c. manifeſtum. xxxiij. q. x.

¶ Not.

3 ¶ † No. ij. ꝙ cōiugatus intrans monaſteriū ignorāte cōiuge non habet liberā facultatē exeundi monaſteriū: vt clarè innuit text. ibi: *redire ad ſeculum.* Ex quo infero, ꝙ mortua coniuge ante, quā reuocetur, non pōt amplius ad ſeculū redire. & ſic optimè facit tex. in arg. eorū, quæ
4 dixi in. c. conſuluit. ſ. eo. ¶ † Not. iij. ꝙ votū emiſſum tēpore inhabili, nō obligat tēpore habili. Ratio: quia paria ſunt nullum & minus efficax: vt in. c. ij. de tranſla. præla.
5 ¶ † No. à cōtrario literæ, ꝙ actus peruenies ad eū caſum à quo nō potuit efficax habere principiū annullatur. pro hoc tex. in. l. pluribus. §. j. ff. de verb. obli. ſed in contrariū facit tex. in regula factum legitimè. li. vj. Et de hoc brocardo dic, vt ibi no. per Dy. & plenius per Bar. in. d. l. plu
6 ribus. ¶ † Sed quæro: quid ſi maritus reuerſus non repetijſſet vxorē? dicit Hoſti. ꝙ cōpellendus eſt: aut vxorē repetere, aut monaſterium intrare: & hoc ſi erat iuuenis. ſi autem ſenex, debuiſſet emittere votum continētię. ar. ſ. eod. cū ſis. & j. c. proxi. Vel pōt dici ſecundū eum, ꝙ ſatis eſt ratificare poſt factū ingreſſum coniugis & caſtè viue re ſed ante factū procedunt iura ſuperius alle. & hoc mi
7 hi placet quo ad vtrūq; caſum ſiue ſit iuuenis, ſiue ſit ſenex. & not. hāc limitationē ad iura prędicta. ¶ † Vltimò quæritur: quid ſi inuita, vel ignorāte vxore maritꝰ fecit ſe promoueri ad ſacros ordines: nunquid poſt mortem vxoris cōtinere teneatur? Gof. in. c. quidā. ſ. eo. ſentit, ꝙ non. ſed Hoſt. & Io. and. tenent cōtrariū & verius: quinimò dicunt, ꝙ ſi ille poſt mortē vxoris cōtraheret matrimoniū, nō teneret. Nec ob. iſte tex. quia loquitur in eo, qui facit profeſſionē ignorāte vxore: ſecus ſi fuit promotus ad ſacros. Ratio diuerſitatis ſecundū Inn. eſt: qa matrimoniū de iure diuino, nō impedit ſuſceptionē ſacrorum ordinū: ſed tñ ex cōſtitutione eccleſiæ: vt pater in eccleſia orientali, vbi clerici habēt vxores. xxx. diſt. c. Nicena. legi. & no. in. c. cū olim. de cleri. cōiug. Et ſic naturaliter matrimoniū nō reſiſtit promotioni ad ſacros ordines: ſed matrimoniū naturaliter impedit ingreſſum religionis: quia de ſubſtātia religionis eſt caſtè viuere: ergo vſus matrimonij, & ingreſſus religionis ſunt incōpatibilia. & ideo meritò impedit ingreſſus religionis ꝓ exiſtētiā matrimonij. Aliā rationē adducit Io. an. Nā per ſuſceptionem ordinis imprimitur, & remanet character. vnde poſt mortē vxoris remanet iſte verus clericus: ſed per ingreſſum religionis nō imprimitur, nec remanet character. Ratio rationis eſt: quia ordo eſt ſacramentū: nō ſic profeſsio. & no. bene hāc rōnē. Et hodie cōtra iſtos cōiugatos, qui faciunt ſe promoueri ad ſacros ordines, emanauit extrauag. Io. xxij. quæ incipit: antiqua. ſatis bene fa
8 ciens ad hāc deciſionē. qd no. ¶ † In gl. in ver. *quantum.* in
a ſi. no. bene gl. ꝙ eadē ſnia pōt pro parte a tenere: & ꝓ parte nō. puta, quia in parte habet vitium nullitatis annexū: ſed Hoſt. in. c. Raynutius. ſ. de teſt. dicit, ꝙ pro parte nō pōt tenere: ſed ſi appellatur, poteſt pro parte confirmari & pro parte infirmari & moderari, etiā circa vnū capitulum, vel annexū: vt in. d. c. raynutius. Nec obſt. ſecundum eum, ꝙ officiū iudicis appellationis ſit cōfirmare, vel infirmare. ij. q. vj. in fi. quia illud verū, quatenus venit confirmanda vel infirmanda: ſed mihi plus placet iſta gl. Nam tot videntur ſententię, quot ſunt capitula diuerſa. ar. in. l. etiam. ff. de mino. no. gl. in. c. ij. de ordi. cog. inver. eadē ſententia. nullum ergo cōtrarium, pro parte tenet, pro parte & non. vbi capitula ſunt diuerſa. & pro hoc facit quod not. Inno. in. c. fraternitatis ꝓ. de hære. & vide ad hoc bo. gl. in. c. ea, quæ. de regu. iuris. lib. vj. & in. c. ex literis. allega. in gloſ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & vxor ſi ſunt iuuenes, non poteſt vnus ſine altero religionem profiteri.*
2 *Maritus, an poſſit ingredi monaſterium, quando vxor eſt ſuſpecta de alio crimine circa continentiam.*
3 *Vxor, quæ viro intrante monaſterium vouit continentiam, poteſt compelli, etiam ipſa intrare, ſi incontinenter viuet: ſecus ſi turpiter viuat.*

CAP. XIII.

1 AD apoſtolicam. ¶ † Summa, vt. ſ. eo. c. cum ſis. & eſt pars. c. ad apoſtolicam. ſ. titu. proxi. & primò ponitur dictū. ſecūdò exceptio ibi: *niſi.* ¶ No. j. ibi. *ſed & vitam debet mutare.* quòd vbi ambo coniuges ſunt iuuenes, ſeu de cōtinentia ſuſpecti, nō poteſt alter ingredi religionē: niſi etiā alter ingrediatur. nec ſufficit eſſe in monaſterio: niſi pariter vitam mutēt. pro hoc. c. quia Agathoſa. xxvij. q. ij. & hoc verū à principio: ſcilicet, ante, quā permittatur ingreſſus vnius: poſt
2 factū verò dic, vt dixi. ſ. c. j. ¶ † Sed quæro, hîc ſolū conſyderatur reſpectu remanentis ſuſpicio incontinentiæ. quid ſi vxor remanens eſt antiqua: & ſit ſine ſuſpicione incontinētiæ: eſt tamen ſuſpecta de alijs moribus, ſi non erit ſub cura mariti: puta, quia fiat incantatrix: malefica, vſuraria: vel quid ſimile: nūquid hoc caſu maritus poſsit a ingredi religionē vxore vouente continētiam? Io. an. tenet, ꝙ non: quia eadem ratio videtur in alijs malis moribus, ſicut in ſuſpicione incontinentiæ. Ex quo enim non a expedit alterius ſaluti: vt alter ingrediatur religionē, nō eſt hoc permittendū. fatetur tamen, ꝙ ſi contra fiat, tenet ingreſſus: quia principaliter hîc cōſyderat fides matrimonij, quæ eſt vnū de tribus bonis matrimonij. xvij. q. ij. c. omne. &. c. fi. de cōdi. apposi. & hæc opi. ſatis mihi placet. ¶ † Sed dubiū eſt: nunqd ſi turpiter viuat poſt
3 ingreſſum alterius debeat cōpelli intrare monaſterium, ſicut cōpellitur incontinenter viuens j. eo. & in. c. ſignificauit. de quo ſatis dubito. Nam videtur, ꝙ debeat cōpel li ad bene viuendū: nō aūt, vt intret monaſteriū ex quo principaliter non peccat cōtra matrimonium. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia ſoluuntur per religionis profeſsionem: ſecus per propoſitum caſtitatis ſeruandæ in ſeculo. 5. 9.*
2 *Matrimonium poteſt inter abſentes per nuntium contrahi.*
3 *Matrimonium contractum per verba de præſenti: licet non ſit carnali copula confirmatum, non poteſt per Papam ſine iuſta cauſa diſſolui.*
4 *Actus, an vitietur ex falſa cauſa, quando ex alia cauſa potuerit explicari. 8.*
6 *Sponſalia non diſſoluuntur, ſi ſponſa efficitur de tertio ordine ſancti Franciſci: quia non profitetur ſubſtantialia regulæ.*
7 *Matrimonium poſſet diſſolui, ſi eccleſia ſtatueret: altero coniugum labente in hæreſim: & quod poſſet alter tranſire ad ſecunda vota.*
10 *Eremitæ non appellantur perſonæ religioſæ: & non renuntiant proprio: & ſunt ſicut locuſtæ ſine Rege: & dubitatur, an gaudeant priuilegio eccleſiaſtico.*
11 *Sponſalia de præſenti, an diſſoluantur per ſuperuenientiā lepræ.*

CAP. XIIII.

1 LEX parte. ¶ † Per religionis profeſsionem, non per propoſitū caſtitatis ſeruandæ in ſeculo, diſſoluuntur ſponſalia de præſenti b. Cōis diuiſio. Secunda ibi: *nos autem.* quæ tria facit. Primò contra ſolutionem allegat. ſecūdò ſoluit ibi: *nos tamen.* Tertio ſolutionem determinat. ibi: *porro.* ¶ Caſus literalis. Quædam mulier coram duobus Abbatibus velum viduitatis aſſumpſit benedictione ſolenni cum celebratione miſſæ ac letania ſicut moris eſt accipere, poſt hæc quidam nobilis propo nebat ſe mulierem illam mediantibus internuntijs per verba de præſenti deſponſaſſe: mulier illa confiteba tur ſe conſenſiſſe in illum: ſed quia audierat illum lepra

¶ Pro parte. An ſententia poſsit ꝓ parte tenere.

SEB. SAPIA.
a ¶ Pro parte. vide Bar. in. l. ſi. ff. de iu riſdi. om. iud. cū al leg. per Feli. in. c. cū ioannes. col. v. verſi. ſecundò reſtringe dictā ampliationē. ſ. de fid. inſtru. poſt Abb. ibi col. iij.

ZACHARIAS.
b ¶ Spōſalia de pręſenti. Tu dic eſſe verū ante tamē copulā carnalem: vt no. in. c. verum. & c. ex publico. ſ. e. Bar. in. l. Deo nobis. & ibi Bald. in iij. no. C, de epiſc. & cleri.

ZACHARIAS.
a ¶ Inter absentes per nuntiũ. Adde istũ in. c. accedens. & quod ibi no. in apostil. ad ipsum in apostil. in ver. carnale. nu. 7. ſ. de præben.

✠ SEB. SAPIA.
b ¶ Tria substãtialia. Idẽ dicit Abb. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi Feli. col. j. ſ. de cõsti. & Abb. in consil. lv. incip. in quæstione, quę vertit. col. iiij. in. j. volu.

ZACHARIAS.
c ¶ Non potest appellari religiosus. Adde, an dicatur persona ecclesiastica. Car. in cle. ij. qõ. xj. & xij. de præben. tenet, q non. verũ ipse sibi cõtrarius tenet op positum in cle. pnul. in. ij. oppo. de sent. excom. gl. & doc. in. l. ij. ff. de in ius voc. & gl. in. c. qui verè. xvj. q. j. & in. c. nulla. xxiij. dist. & per Inno. in. c. cummonasterium. ſ. de elect.
Antoni. Francisc.
¶ An Eremita dicatur persona ecclesiastica. vide gl. in. l. ij. ff. de in ius voc. & Inno. in. c. cũ monasteriũ. de elec. & vide etiam d. Cardi. in cle. pe. in. ij. q. de sen. excõmuni. Et adde, q Eremita nõ potest offendi: sicut nec clericus absq; pœna excommunicationis. c. ij. de foro compe. Adde tamen, q non obligatur voto castitatis: imò potest cõtrahere matrimonium: vt per glo. in. c. ex parte. de cle. coniug. nec etiam ligatur voto paupertatis. xix. q. ij. c. econtrà. & vide gl. in. c. cũ in monasteriũ. præalleg. de elect.

percussum, nolebat sibi vlterius adhęrere. Querebatur vtrum huiusmodi veli susceptio matrimoniũ impediat inter eos? Rñdet Papa licet videatur, q̃ ex quo matrimonium contractũ est inter personas legitimas per verba de præsenti in nullo casu posit illis viuẽtibus dissolui: vt altero viuẽte, alter posit ad secunda vota trãsire: etiã si vnus fideliũ inter quos est ratum coniugiũ fieret hęreticus. & nollet pmanere cũ altero sine contumelia creatoris: nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina: sicut de quibusdã sanctis legit esse factum: tũ Papa nõ vult declinare à vestigijs antecessorũ suorũ, qui dixerunt, q̃ ante, quã matrimoniũ sit per carnalẽ copulã consummatum, licitum est alteri cõiugum reliquo incõsulto ad religionem transire: & alter poterit alteri copulari. & hoc idẽ Papa consuluit obseruandũ in casu præmisso: quãuis falsa sit causa, per quã mulier prædicta ad veli susceptionẽ fuit inducta: cũ sine qualibet tali causa mulier ꝑpter religionẽ id facere potuisset. Verũtamẽ licet mulier illa videaf religionis habitũ assumpsisse in veli susceptiõe, tñ si velit in domo propria remanere: qa sit ꝓpositũ castitatis in seculo seruatura: nihilominus cõpelli debet ad matrimoniũ cõseruandũ: nisi voto solẽni se adstrinxerit ad obseruantiã regularẽ: in quo casu compellẽda est religionis propositũ adimplere. Ber. ¶ No. j. q̃ velũ religionis daf mulieribꝰ cũ certis solẽnitatibꝰ, quę tñ nõ sunt de substãtia. pro hoc. c. vidua. ſ. de regu. ¶ Not. ij. matrimonium posse contrahi inter absentes ꝑ nuntiũ[a]. & pro hoc: quia omnis cõtractus, qui perficit ex cõsensu, põt per nuntiũ fieri. l. cõsensu. ff. de ac. & obli. & hodiè videf q̃ habeat in c. fi. de procu. lib. vj. ¶ †No. tertiò in ver. *nos autem*. arg, valde optimũ, q̃ matrimoniũ cõtractũ ꝑ verba de ꝓsenti, etiã carnali copula nõdũ consummatũ non põt dissolui: nisi in casibꝰ à iure expresis. Vnde põdera tex. in ver. nullo casu. iuncto ver. nolentes &c. & sic satis bene facit iste tex. in ar. papã nõ posse dissoluere tale matrimoniũ: nisi ex causa in iure expressa, vel oĩno sibi simili. ¶ †No. ibi: *falsa sit causa*. tex. prima fr̃ote mirabilẽ, q̃ actꝰ nõ vitiat ex causa falsa prætensa: dũmodo ille actus alio iure potuerit explicari. Ita arguit hîc Papa: qđ tñ non videtur oĩno procedere: imò in contrariũ videf tex. in. c. ex parte Astẽsis. & qđ ibi dixi. de cõcesſ. prẽb. &. l. is qui putabat &. l. fi is ad quẽ. ff. de acq. hære. ideo dic, vt latius dicamꝫ.

¶ † Vltimò no. spõsam de ꝓsenti posse cõpelli ad cõsummationẽ matrimonij: nisi velit intrare religionẽ: nec sufficit q̃ cum certo habitu velit in domo propria seruare votũ continẽtiæ. ¶ † Ex hoc infero ad. q. nunqd matrimoniũ consummatũ dissoluaf, si spõsa velit effici mãtella. Et videtur, j. q̃ sic: qa istę mulieres mãtellatę habẽt certã regulã à Papa approbatã. Contrariũ tñ puto verũ, ꝑ istum tex. nã hîc nõ sufficiebat recipere velũ, & seruare continentiã: sed oportet, q̃ quis se adstringat ad certã religionẽ approbatã, vbi scilicet promittunt tria substantialia religionis. pro hoc qđ habeẽ in extraua. antiqua Io. xxij. vbi dicif hoc clarius. Nã istę mãtellatę non sunt stricto modo religiosę: cũ non voueãt tria substãtialia[b]: nec propriè dicunt habere regulã: sed quẽdã modũ viuendi. sicut in simili dicit gl. not. in cle. j. de relig. do. & in cle. cũ ex eo. de sen. excõ. & latius dixi in rub. de reg. ¶ In gl. j. in fi. dic latius, q̃ in iure nõ apparet, q̃ sit velũ istud viduitatis: sed fortè tex. alludit hîc cõsuetudini illiꝰ loci. Et ideò Papa distinguit in fi. c. sed de iure dicendum, q̃ aut istud erat verũ solitum dari profesis: & tunc ista immediatè fuit professa data perseuerantia triũ dierũ: vt in. c. cõstitutionẽ. ſ. j. de reg. li. vj. Aut erat vetũ solitũ dari volẽtibus seruare continẽtiã in domo propria: & tunc per hoc nõ dicef religiosa. vnde cõpellit ad consummationẽ matrimonij: vt in fi. c. dicif per rationẽ, quã suprà præmisi. Nam voueẽs continentiã põt assumere certũ habitũ honestum: vt in. c. qđ Deo patri. xxiij. qõ. v. & de multiplici velo, vide bonam glo. xx. q. j. ✠ c. illud autem ✠. ſ. velamen.

¶ In gl. in verſic. ratum. in fi. & de ista materia dic latius:
7 vt no. in. c. quanto. allega. in gl. ¶ † Et quærit hîc Hosti. nũquid ecclesia posit hodie constituere: vt altero fidelium labente in hæresim, posit alter coniugum transire ad alia vota. & concludit q̃ sic: quia sicut statuit inter infideles, inter quos est verum matrimonium. in. c. de infidelibus. de consan. & affi. Eodẽ modo videtur, q̃ posit statuere inter fideles. Nam ratificatio matrimonij, q̃ est inter fideles, causaf ex sacramẽto baptismi: vt in. d. c. quãto. & hoc ex ecclesiæ dispositiõe: potest ergo aliter ecclesia statuere. Sed de hoc ego dubito. Nã ecclesia ad illã diuersitatẽ statuendã potuit moueri ex probabili cã. Nam infideles non cognoscunt matrimoniũ esse sacramentũ: cùm eis desit significatũ. meritò non videf matrimoniũ ita firmũ & ratũ, sicut in fidelibus. Cùm ergo fideles capiunt matrimonium cõsummatũ pro sacramẽto insepa
8 rabili, nõ videf q̃ ecclesia posit statuere super ſseparatione. ꝓ hoc iste tex. inducẽdo: vt. ſ. dixi. & quod dixi in. c. ex publico. ſ. eo. vbi habetur de vario significato matrimonij. ¶ In glo. in ver. *falsa*. in fi. opp. cõtra tex. videtur, q̃ ex quo falsa causa ista mulier fuit inducta ad ĩgressum religionis, nõ valuit ingressus. arg. in. c. ex parte Astẽsis. de cõcesſ. prẽbẽ. nã vbicũq; qs põt regere actũ vno iure, si explicat alio iure incõpetẽti: nõ valet actus. Ratio: quia ibi deest intẽtio. & in pendẽtibus à volũtate magis cõsyderatur opi. quã veritas: vt in. d. c. ex parte. & in. l. is, qui putabat. pręalleg. Sol. gl. ista videtur tacitè dare duas solutiones. Prima, q̃ in ſpiritualibus falsa cã non vitiat: sicut nec dolus. sed cõtrariũ probatur in. c. ex parte. Secunda sol. quia hæc causa falsa non fuit hîc expressa: sed mente retenta. & hoc sentit gl. dum allegat. l. si repetẽdi. C. de condi. ob causam. quæ sic loquitur. & hęc solu. satis esset bona: sed non probatur ex tex. Ideò dic clarius, q̃ ingrediẽdo religionẽ: ista moueri potuit ex duplici causa. Prima & principalis, vt seruiret Deo. Alia propter lepram alterius, credens matrimonium solutum, quæ erat falsa. & ista causa erat secundaria & potius impulsiua, quã finalis. vnde licet hîc esset causa impulsiua, seu secundaria: nõ tamen cessat causa finalis & primaria. ideò ex falsitate illius causæ secundarię nõ impeditur ingressus religionis. Pro hoc quod in simili not. Inno. in. c. in præsentia. de renun. nõ ob. c. magnæ ꝯ. de voto, alleg. in glo. pro cõtrario quia ibi nõ cessat votũ ex cessatione causæ secũdarię: sed præstatur materia facili ad dispẽsandi: nec est verũ, q̃ dicit hic gl. dispẽsationẽ nõ vitiari ex falsa causa: vnde dic melius: vt not. in. c. quia. alleg. in gl. ¶ † In gl. super versi. *castitatis*. ibi: *talis religio non soluit sponsalia*. & cõtra hũc articulum multũ instant Inn. & Host. maximè in soluẽdo cõtrariũ. c. fiꝯ. q cle. vel vouẽ. Sed tu dic breuiter, q̃ ad hoc vt soluaf matrimoniũ, oportet q̃ quis cõfiteatur tacitè, vel expſsè aliquã de religionibus approbatis: vt. ſ. dixi. & habeẽ clarè in. d. extraua. antiqua. Qualiter aũt fit profesſio, collige ex his, q̃ dixi in. d. c. cõsulti. & in. c. vidua. & in
10 c. ex parte. ſ. de reg. ¶ † In ea. gl. ibi, *potest habere propriũ*. no. gl. q̃ Eremita nõ renuntiat proprio: & sic nõ põt appellari religiosus[c]. Nã nullã in veritate regulam habent: sunt enim sicut locustę sine Rege: vt dicit gl. in. c. qui verè. xvj. q. j. Imò dubitaf vtrũ gaudeãt priuilegio ecclesiastico: de quo vide per Io. de lig. in clemen. ij. de præben.
11 dico plenius in. c. ij. de foro cõpe. ¶ † Vltimò no. glo. in fi. q̃ ſponsalia de præsenti nõ soluuntur superueniẽte lepra. Quærit hîc Host. quid si leprosus matrimonio non consummato intrat domum leprosorum, nunqd dissoluaf tale matrimoniũ? dubiũ facit. c. ij. de eccle. ædificand. & quãuis Host. hîc multum insistet, Ioan. And. dicit & verius securè tenendum, q̃ non dissoluatur, nisi ibi esset religio approbata. & hoc satis probatur in extrauaganti antiqua Ioan. xxij. Hîc non sunt alia. Abbas.

Summa-

✠ SVMMARIVM. ✠
1 *Maritus factus monachus, non potest reuocari à coniuge adulterata. 4. vide omino ſ. c. proxi. c. nu. 7.*
2 *Adulterium priuat adulterum iure coniugali. 4. 8.*
3 *Clericus in minoribus, si accipiat vxorem, non efficitur inhabilis, quominus ea mortua posit ad maiores ordines aſpirare.*
5 *Maritus potest inuita vxore adulterata ingredi religionem, & promoueri ad sacros ordines. 4.*
6 *Maritus, si efficitur compater, ex tali actu vxor efficitur commater. Vxor, quæ vouit castitatem, nõ potest contrahere matrimonium post mortem mariti sui.*
7 *Maritus qui cognouit scienter vxorem suam adulteratam: an posit amplius promoueri ad sacros ordines.*
8 *Matrimonium non soluitur propter adulteriũ, nisi respectu seruitij, quod coniunx coniugi debet.*
9 *Adulteria commiſſa per coniuges, mutua compensatione tolluntur.*
10 *Papa, si reperitur habere vxorem: potest per eam à Papa & reuocari. Papa quem iudicem habeat?*

CAP. XV.

1 COnstitutus. ¶ † Maritus factus monachus à coniuge adulterata reuocari non põt. Primò narrat factũ. Secundò dat iudicẽ, ibi: *ideóque*. ¶ Casus literalis. Quidam Accolitus. H. nomine quandam puellã duxit in facie ecclesiæ in vxorẽ: & eam carnaliter cognouit: tandẽ orta est discordia inter illũ & amicos puellæ: quare fuit cuidam alij. V. nomine copulata. & dictus Accolitus vsq; ad gradum sacerdotij ordinatus. & tandem habitum ordinis cistercien. assumpsit. Dubitauit iste. H. an licitè posit in suo proposito remanere. & accesit ad Papã exponẽs sibi prędicta. vñ mandat Diœcesano Epõ, quatenus si res ita se habet: prędictã mulierem cõpellat: vt ab illo recedat, cui per adulteriũ fuit copulata: nec prædictũ monachum inquietet, quominus votum suũ valeat
2 adimplere. Ber. ¶ † No. j. q̃ adulteriũ cõmissum etiã in figura matrimonij: priuat adulterum iure cõiugali, qđ habebat in coniuge, etiã si alter coniunx quodãmodo fuerit causa istius trãsitus ad alia
3 vota. & in hoc vltimo est iste tex. satis not. ¶ † Secundò not. q̃ clericus in minoribus cõtrahendo matrimoniũ, nõ efficitur inhabilis ad ordines maiores: imò mortua vxore põt redire ad clericatũ.
4 ¶ † Tertiò no. casum, in quo profesio valet facta per coniugatũ sine consensu vxoris: si vxor cõmisit adulteriũ. Videtur probare hæc litera, q̃ per adulterium notoriũ sine alia sentẽtia priuaf adultera iure seruitutis, qđ habebat in marito. & sic propria authoritate põt adultera deseri à marito. de quo vide bo. glo. in. c. fi. de adulte. & quod ibi dixi. ¶ † In glo. j. ibi: *publicè fuit adulterata*. not. glo.
5 iuncto tex. q̃ sicut põt intrare maritus religionẽ, ex quo vxor cõmisit publicè adulteriũ, vt hîc. & in. c. Agathosa. xxvij. q. ij. ita põt se facere ꝓmoueri ad sacros ordines. Et vr̃ mihi, q̃ hîc sit tex. cõtra dictũ Inn ſ. c. proxi. vbi dicit, q̃ licet maritus adulteræ posit ea inuita intrare religionẽ: nõ tñ põt ea inuita ꝓmoueri ad sacros ordines: & reddit rationẽ diuersitatis: qa adultera põt cõtrahere matrimoniũ post mortẽ ingrediẽtis religionẽ: sed vxor ordinati nõ põt contrahere matrimonium post mortẽ ordinati: vt in. c. quia sunt. xxviij. distin. & c. feriatim. vnde cùm compelleretur ad continentiam seruandã post mortẽ mariti, non potest hoc fieri suo cõsensu. Sed certè hæc ratio mihi non placet: quia iura allegata per Inno. loquuntur quãdo maritus fuit promotus de consensu vxoris
6 vouentis continentiã. Nam illud votum solennizatur per suscẽptionem ordinis mariti: quia cùm sint vna caro, maritus communicat actiones ſpirituales vxori: † vt est videre in marito contrahente compaternitatem. Nam ex tali actu etiã vxor efficitur commater. xxx. q. iiij. c. si quis ex cõiugio. & not. in. c. martinus. de cog. ſpiritual. & eadẽ dispositio est in vxore ingrediente religionẽ. Nã ex quo vouit, nõ põt amplius cõtrahere matrimoniũ, etiã post mortem mariti: vt no. Do. ſ. e. c. cũ sic. sed vbi vxor adulterata nõ consensit promotioni, vel ingressui religionis: bene põt contrahere post mortẽ mariti: quia non põt dici votũ solẽnizatũ ex quo nullum emisit. ¶ † Et in fi. gl. & de hoc vide bo. tex. cũ gl. in. c. si cuius. hîc alle. & intellige, vt ibi no. qñ maritus cognouit vxorẽ, postquã
a sciuit eã adulteratã[a]. Nã perinde est, ac si esſet maritus corruptę. & sic propter defectũ sacramenti, nõ põt amplius ꝓmoueri ad sacros
8 ordines. ¶ † Ingl. fi. in fi. no. ex hac gl. iũcto tex, adulteriũ mulieris iunctũ cũ ingressu religiõis mariti nõ soluit matrimoniũ, quo ad vinculũ. vnde licet adultera perdat ius respectu seruitij quod habebat in marito: nõ soluitcõiugiũ quo ad vinculũ. ¶ Sed dubitaf in quo cõsciẽtia remordebat istũ, ex quo mulier cõmiserat adulteriũ. Erat eñ liber à seruitute illius. dicit Gof. q̃ mouebaf ex eo: quia vxore superstite fecerat se promoueri ad sacros ordines sine illius consensu. Sed certè hęc ratio nõ est efficax: quia vt ſ. dixi: ex quo vxor publicè cõmisit adulteriũ, perdidit seruitutẽ, quã habebat ĩ marito: & sic liberè poterat se facere promoueri. Secũda so. q̃ exceptio cõpetẽs marito poterat elidi ꝑ repli
9 catione adulterij cõmissi ꝑ eundẽ maritũ: quia ipse fuerat adulteratꝰ, occultè tñ. & hæc so. po
b terat esse bona. † Quia adulteria cõmissa ꝑ cõiuges mutua cõpẽsatione tolluntur[b]: vt in. c. pe. & vlti. ſ. de adul. Sed aduerte: quia si hoc erat verum, nõ debuisset intrare religionẽ: sed potius repetere mulierẽ. & ideò datur tertia sol. q̃ frustra timebat hîc cõsciẽtiã. Vel dic, q̃ hoc fecerat vt ageret in monasterio maiorẽ pœnitẽtiã: quia fuit causa, q̃ vxor adultera transiuit ad se-
10 cunda vota. ¶ † Quid autẽ in marito, qui effectus est Papa vxore ignoránte: nunqd posit repeti per vxorẽ, sicut repetit is, qui intrauit religionẽ: vel fecit se promoueri? Doc. dicũt q̃ sic. & est gl. no. in. c. si quis pecuniã. lxxxix. dist. quę etiã tractat, quis erit iudex contra Papã in hoc argu. & no. ex illa gl. q̃ cõiugatus est habilis ad Papatum etiam vxore ignorante, & non consentiente. Nico. Abbas.

ZACHARIAS.
a ¶ Postquã sciuit eam adulteratam. Adde Car. Alex. in. c. in coniugio. xxxij. q. j. & Alexan. & doct. in. l. cùm mulier. ff. solut. matri.

ZACHARIAS.
b ¶ Mutua cõpensatione tolluntur. Adde docto. in. c. significasti. j. de adul. & Paul. de ca. consil. cxxvij. qõ. vij. & per totum.

✠ SVMMARIVM. ✠
1 *Vxor non repetit maritum: qui cum' eius licentia ingressus est religionem: etiam quòd dolo sit inducta ad consentiendum.*
2 *Ingressus religionis per dolum factus, non vitiatur.*
3 *Mulier non excusatur ab ignorantia iuris in aliquo casu.*
4 *Vxor consentiendo, quòd maritus ingrediatur religionem: an sibi præiudicet?*
5 *Religiosus si conuenitur ex eo, quòd ipse fecerit ante ingressum, potest monasterium etiam eo inuito opponere exceptiones. Monachus transfert in monasterium omnia bona & iura realia & personalia.*
6 *Religiosus si conuenitur ex gestis ante religionis ingressum, poterit iudicium fundari in persona sua.*
7 *Adulteria coniugum mutua compensatione tolluntur: quomodo intelligatur.*
8 *Confessio vnius ex coniugibus, an præiudicet matrimonio. Confessio monachi, an præiudicet monasterio.*

CAP. XVI.

1 VEniens. ¶ † Summa vt. ſ. in. c. præcedẽti. vel aliter, & sic. Vxor non põt repetere maritũ, de cuius licẽtia religionem intrauit, si post ingressum non cõtinuit: licet ad consentiendũ, seu ad donationẽ licentię dolo fuit inducta. Primò narrat factũ. *Secũdò* dat iudicem ibi: *quocirca*. ¶ Casus litera. Quidãcõiugatus noĩe. L. proposuit monasteriũ intrare præsentibus pluribus sacerdotibus: insti
tit apud vxorẽ suã: vt super hoc suũ præstaret assensum, asserẽs, quòd nisi hoc faceret tam sibi, quàm toti mundo redderet se inutilẽ. & sic illa tam precibus ipsius, quàm aliorum, & fle-

tibus deuicta, caput illius ſponte altari ſuppoſuit manu ſua: & ea preſente ibidē extitit tonſuratus. monaſteriumq; adijt: & poſtmodum finito tēpore probationis fecit profeſſionē: illa in ſeculo remanens inhoneſtos amatores admiſit: dictus. L. timens, ne factū illius ſibi poſsit imputari: acceſsit ad Papā exponens ſibi prædicta: vnde mandat Papa Epiſcopo Pictauienſi & cuidā Abbati, quatenus ſi ita eſt, prædictū. L. permittat liberè permanere in monaſterio, quod intrauit: quāuis multū deliquerit, q ipſe malitiosè aſſeruit: q niſi illa conſentiret tam ſibi, quā toti mūdo redderet ſe inutilem. & cū rogauerit presbyteros, ne mulieri prædictæ exponerent, q ipſam ſeculū relinquere oporteret, ſi licentiā daret, viro: tamen ex quo caput viri altari ſuppoſuit: & poſtmodū non continuit, ipſum vlterius reuocare non poterit: cùm per exceptionem fornicationis poſsit repelli: maximè cū ante, quā fuerit fornicata ipſum non repetijt. Ber. ¶ Noj. j. ibi: *finito probationis tēpore*. q cōiugatus intrans religionē de conſenſu vxoris, habet legitimū probationis tēpus. Non ergo tenetur profiteri in tēpore breuiori: ſecus ſi inuita ſpōſa de præſenti intret. vt in c. ex publico. ſ. eo. ¶ Secundò no. q conſenſus mulieris per dolū extortus non inualidat profeſsionem mariti: vt hīc fatis colligitur à cōtrario literæ. & ad hoc tene menti iſtū tex. qui ad hoc inducit per doct. ſ. eo. c. ex parte. & dixi in. c. j. ſ. eo. ¶ †Et ex hoc & ex tex. not. q dolus in ſpiritualibus nō ſemper eſt licitus. Excuſatur enim, qn quis inducitur ad meliorē vitam. quia nunc propriè nō eſt dolus: vt in. c. cū dilecti. quod met. cauſa. ſecus ſi adducitur ad renūtiandū ius propriū, ſeu vt ſubeat promptū periculum adulterādi. ¶ †Itē no. ibi: *preſbyteros exorauit*. argu. ſatis bonū, q mulier quo ad materiā huius tit. non excuſatur ab ignorantia iuris. ſi ergo mulier eſt certificata concedendo licentiā marito: oportet ingredi religionē. Ex datione ergo licentiæ abſq; alio voto continentiæ, pōt cōpelli ad ingrediēdū religionē. & ad hoc induxi iſtū tex. in. c. j. ſ. e. ¶ Vltimò not. q ingreſſus cōiugis à principio inualidus, validatur ipſofacto, per quod vxor perdit ſeruitutem in marito. Ex quo infertur, q vxore mortua maritus prius nō reuocatus, monaſteriū exire nō poteſt.

¶ †In gl. iij. ibi: *tenet contractus*. Sed aduerte: quia arg. potius in contrariū colligitur ex iſto tex. nam hīc Papa expreſsè dicit maritum nō modicū deliquiſſe in eo, q captiosè & dolosè induxit iſtā mulierē ad conſentiendū. & in fi. tex. innuit, q ſi mulier iſta conti nuiſſet, potuiſſet maritū repetere, non obſtāte conſenſu ſuo: quia ille cōſenſus nō erat validus, ex quo dolosè fuit extortus. Nō enim eſt verū, quòd ſubijcit in gl. q ſi iſta continuiſſet, fuiſſet audita, ex quo nō emiſerat votū cōtinentiæ: nec promiſerat intrare religionem, cū eſſet iuuenis. nā totū cōtrariū gl. ſenſit in. c. vxoratus. ſ. eo. vbi cōcludit, q exſola licentia mulieris ipſa ſibi præiudicat: licet ex officio Epi poſsit ingreſſus reuocari. dic ergo, q ex alio capite iſta mulier fuiſſet audita, ſi cōtinuiſſet: ſcilicet, quia ſpōte nō conſenſit, ſed dolo fuit inducta. ¶ †In glo. pen. ibi: *monaſterium eo inuito*. no. bene hāc gl. Facit enim ad multas. q. vt ſi dicamus, q ſi religioſus cōueniē ex eo, quòd egerit aī ingreſſum, poterit nihilominus monaſteriū ſuſcipere defenſionē: & illo inuito proponere oēs exceptiōes ſibi cōpetētes. & ſic nō tm bona ingreſſi trāſeūt in monaſteriū: ſed oē ius reale & perſonale ſibi cōpetēs. ¶ †Secūdò facit iſta gl. iuncto tex. q ſi religioſus cōueniē ex geſtis ante ingreſſum, poſsit iudiciū fundari in pſonā illius religioſi. Quod indubiè pcedit, qn negaī validitas ingreſſus. Quid aūt in alijs caſib⁹ plenè no. per Legiſtas in auſ. cā, quę ſit cū monacho. C. de epiſ. & cleri. Et puto, q poterit duplex practica obſeruari. Primò vt ſit in iudicio de cōſenſu ſuperioris. Secūdò, vt monaſteriū ſuſcipiat defenſionē. & hoc mihi plus placet. quod videt placere. d. Bal. in auſ. cā. præal. In ea. gl. ibi *credo, quòd bene poteſt*. Hęc particula vr cōtrariari his, quę præmittunt in gl. Nā ſi per adulteriū vxoris ingreſſus remāſit validus: ergo monaſteriū poterit reſiſtere: ſi iſte vult exire & accipere mulierē: niſi velis ſaluare gl. vt quidā dicūt, vt pcedat, qn maritus exit aī profeſsionē: ſed certè tūc qō gl. eſſet inutilis, nec oporteret pōderare, q mulier fuit decepta: qa ante profeſsionē nō obligatur monaſterio: vt in. c. ſuper eo. ſ. de reg. ¶ †In ea. glo. ibi: *ſed quid ſi vir fornicetur*. No. hāc particulā gl. vſq; ad fi. nā limitat multū iura dicentia adulteria cōiugis mutua cōpenſatiōe tolli: vt procedāt illa iura, qn vterq; remāſit in ſeculo: ſecus ſi is qui fuerit cōtinens intrauit religionē: tūc enim nō fiet cōpenſatio cū adulterio ſubſequēti. Ratio: qa iſte mutauit ſtatū: & nō eſt ampliusſui iuris. facit. l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de min. Quinimo ſenſit Gul. q ſi maritus cōmiſiſſet ſecundò adulteriū, & poſtmodū intraſſet religionē, nō cōpenſaī adulteriū cōmiſſum an ingreſſum: qa iſte mutauit ſtatū: & eſt effectus nouus homo. quod dictū nō vī verū: qa nō potuit mutare ſtatū cū præjudicio mulieris: cū ante ingreſſum fuerit vxori ius acquiſitum replicādi de adulterio mariti cōtra exceptionē adulterij proprij. Et hoc ſatis ſentire videt Hoſt. qui formatt hāc. q. ſatis vtilē. ¶ Pone, q maritus, qui cōmiſerat adulteriū in ſeculo, trāſuit ad religionē. repetitur à muliere. ipſe excipit de adulterio mulieris: ipſa replicat, q & ipſe cōmiſit ante adulteriū. Quærif, nunquid poſsit exire inuito monaſterio: ſi cōfitetur repli 8 cationē mulieris? & dicit q ſic. † Vnde hoc caſu ſtaī cōfeſsioni mariti: licet veniat in præiudiciū profeſsionis. de quo dicit caſum eſſe in. c. pen. de rap. ſecus dicit, vbi agiī de matrimonio carnali: tūc eī nō ſtaretur cōfeſsioni cūiugis cōtra matrimoniū: vt probaī in c. ſuper eo. de eo, qui cog. cōſan. vxo. ſuæ. & cū hoc trāſeunt hīc cōmuniter doct. ¶ Sed aduerte, quia hoc diſtinctè tenere eſſet apertè dicere cōtra caſum. c. vidua. ſ. ti. proxi. vbi tex. apertè dicit, q ex quo cōſtat de profeſsione alicuius tacita, vel expreſſa: nō ſtatur cōfeſsioni ipſius in cōtrariū etiā cum iuramento. Pro hoc facit: quia licet valeat cōfeſsio cōtra cōfitentē, non tn cōtra tertiū: vt. xiiij. q. ij. in prin. & in. c. j. de cōfeſ. Itē ratio. c. ſ. eo. habet locū in caſu noſtro. nā de facili poſſet iſte ingreſſus colludere cū vxore ſua in præ iudiciū profeſsionis factæ. Ideò intelligo illud. c. penul. allega. per Hoſt. qn iſte ingreſſus ſtat pro ingreſſu, & cōtra monaſterium de cōſenſu ſuperioris: tunc enim nō eſt veriſimile, q falſum cōfiteaī cōtra ſe: ideò talis cōfeſsio ſibi præiudicat: & per cōſequēs monaſterio, quod permiſit eū agitare illā cauſam. Et idē eſt in matrimonio carnali: nam valet confeſsio in præiudiciū matrimonij: quando eſt facta ab eo, qui ſtat pro matrimonio: vt in. c. atteſtationes. & ibi per Hoſtiī. de deſpon. impu. Abb.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Vxor poteſt reuocare maritum à religione: licet ipſa dederit licentiā metu.*
2 *Vxor tenetur intrare monaſterium ibi faciendo profeſsionem, quādo eius maritus idem fecit: intelligę cum eius conſenſu.*
3 *Maritus, qui intrauit monaſterium, an poſsit licitè relinquere habitū: & propria authoritate exire monaſterium.*
4 *Extremis probatis, præſumitur medium.*
5 *Conſenſus extortus per metum, non præſumitur ratificatus per ſimplicem taciturnitatem ſequentis temporis.*

CAP. XVII.

1 ACcedens. ¶ Vxor maritū profeſſum repete re pōt, nō obſtāte licētia profitēdi, ab ea metu extorta. Primò partis narratio. Secūdò iu dicis datio. ibi: *quocirca*. ¶ Caſus liter. Quidā cōiuga tus volēs aſſumere habitū monachalē, petijt ab vxore ſua: vt ſup hoc ſuū præſtaret aſſenſum, quæ ꝓpter multa verbera & alia gra uamina, quę inferebat eidē, dicēs, q ipſam dimitteret, annuit volū tati ipſius: & ſic vir ille habitū Ciſtercien. aſſumpſit: & mulier do mū quarundā monialiū intrauit, nullo habitu aſſumpto, vel voto cōuerſiōis emiſſo: tandē vir ille habitū dimiſit ad ſeculū redeūdo: mulier ſtatim petijt illū reſtitui, propter hoc ad papā accedēs: vñ mādat quatenus ſi ita eſt, vir appellatiōe remota, cōpellat eā recipere, & ei exhibere coniugalē affectū. Ber. ¶ Not. j. ex iſto text. q ſicut ad matrimoniū cōtrahendū requirit cōſenſus liber: vt in. c. cū locū. j. de ſpōſa. ita & in ſeparatiōe matrimonij quo ad thorū: vñ vt vides hīc, datio licētię fuit nulla metu intercedēte. & pro 2 hoc. c. notificaſti. xxxij. q. v. ¶ Not. ij. argu. q vxor iuuenis marito intrāte religionē, nō tenet intrare monaſteriū, faciēdo profeſsionem: ſed ſatis eſt, q intret, vt poſsit ibi vitā honeſtā ducere: hoc tn nō credo de iure verū. p. c. ad Apoſtolicā. ſ. e. & p. c. quia Agathoſa. xxvij. qō. ij. & ad iſtū tex. dic, q hīc narraī factū: & nō ponit ius. ¶ †Sed quęro: nunqd maritus iſte potuit licitè relinquere habitū & propria authoritate exire monaſteriū. Io. and. dicit, q nō: ſed q peccauit: qa quo ad ſe, & ſui ꝓiudicii potuit monaſteriū intrare: vxor tn potuit eū inuitū de monaſterio abducere. & hoc vltimū: tenet hīc

a ¶ Volumus. In ver. inconcuſſam. & vide gl. in. c. quia ſunt culpæ hīc allega. in glo. & glo. magna. in prin. in. c. per tuas. de condi. app. & idē. d. Ant. in. c. licet cauſam. in. xxxviij. col. ver. qualiter aūt. de proba. & alīquid in. c. rex pacificus. in prin. ij. col. ſ. in proœ. Greg. & in. c. cū ad ſedē. de reſt. ſpo. vbi allegg. in. c. ex parte Decani. ſ. de reſcri. & in. c. inter dilectos. in. vj. col. in ver. nota q pro portiōe. & vide dom. Abb. Panor. elegāter in. c. accedētibus. circa fi. ver. hīc aduerte. de priui. & Bar. in l. Celſus. in vlt. col. verſic. alio modo. ff. de vſuca. & adde hic Bal. in l. teſtiū. in vlt. colū. C. de teſta. ver. adde, q tps. vbi dicit q ad probandū prę ſcriptionē ſufficit probare principiū & finē poſſeſsionis. quia per extrema ꝓſumunī media. & alle. prędictū capitulū volumus, hīc alleg. per iſtū. & vide Bal. in l. ſicut re corporali. in. §. ſuperuacuum. ver. & not. ex iſto. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. & Bal. in l. ſi pſidi. C. de do. ante nup. & vide Lud. Ro. in. d. l. Celſus. in pe. col. vbi dicit, q probatis extremitatibus poſſeſsionis, præſumiī cōtinuatio medij tpis. & alleg. gl. in. d. c. volum⁹. & Io. an. & do. Ant. in. d. c. cū ad ſedem. & ad hoc facit quod no. d. Ant. poſt Inn. in. c. qm cōtra. in vij. col. de proba. vbi dicit, q quādo producitur inſtrumentū in actis regiſtrandū, nō eſt neceſſe: q totus tenor inſtrumēti de verbo ad verbū regiſtretur: ſed ſufficit principiū, & finē ſcribi illius inſtrumēti. Itē addehuc Pet. de Ancha. in c. j. vij. colū. de reſcrip. lib. vj. vbi dicit, q ad probāndū continuā poſſeſsionē ſufficit probare principium poſſeſsionis. & q hodiè poſsideo: qm media poſſeſsio præſumiī. & q per probationē extremorū probentur media, tenet Spec. in ti. de proba. §. j. in vlt. colū. ver. qualiter probari poteſt. vbi Io quitur de proba-

tenet hīc Inn. ſed primum dictū Ioā. non videtur vſquequaq; verum: & contrariū apertè ſentit Inn. in. c. quidā. ſ. eod. Probatur ratione. non enim poteſt maritus vxore inuita emittere votū continētiæ: vt in. c. vna ſola. xxxiij. q. v. Item maritus iſte multū peccauit vxorem deſerendo: aut ſibi dando cauſam adulteрandi: vt in. c. ſi tu abſtines. xxvij. queſtione ſecunda. ergo, vt non perſeueraret in peccato: & vt mulier non incideret in adulterium, licitè potuiſſet propria authoritate exire. Vnde hīc in nullo notatur maritus iſte, qui habitum dereliquit. ¶ †In glo. ij. ibi: *& ſic per primum & vltimum*. no. bene iſtam gloſ. quia facit ad multa, & collige ex ea, q per extrema colligitur medium. & facit hoc ad probandum præſcriptionē: vt probata poſſeſsione in prin. & in fin. præſumatur. q quis medio tempore poſſederit. tenet gl. xvj. q. iiij. c. volumus. a & plenius de hoc per Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. ¶ †Secūdò not. gl. iuncto text. q agens certum quid per metū, nō præſumitur ex taciturnitate ſequētis tēporis conſentire & purgare metū. Quod intellige niſi interueniat aliquis actus poſitiuus primi actus approbatiuus. l. ij. C. quod me. cau. & pulchrè per Inno. in. c. ſuper hoc. de renū. Et in fi. glo. doct. videntur hīc velle profeſsionē iſtius viri nō valuiſſe: quia cum vxor eſt iuuenis, debuiſſet intrare religionē, vel ſaltē emittere votum continentiæ: quorum neutrū hīc interuenit: cum ergo expreſſa libera licentia nō valuiſſet, fortius nec coacta. Sed aduerte: quia hoc argu. eſt cōtra no. in. c. j. &. c. vxoratus. ſ. eo. nā libera licentia valuiſſet in præiudicium mulieris, quantuncunq; non vouiſſet. no. in iuribus prælleg. vnde muliermet hīc repetebat virū. & ſic fuit hīc audita non ex eo, quia non vouit: ſed ex eo, quia per metum conſenſit. & iſte eſt verus intellectus huius capituli.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Vxor, quæ præſtitit conſenſum marito, vt ingrederetur monaſterium, non compellitur ipſa intrare, ſi eſt continens & non ſuſpecta. 2.*
2 *Vxor, quæ præſtitit conſenſum marito intranti religionem: ſiue ipſa fecerit, ſiue non, votum cōtinentiæ: an compellatur intrare monaſterium; & an poſſit petere reſtitutionem mariti.*

CAP. XVIII.

1 SIgnificauit. ¶ † Vxor profeſsi, quę dedit viro licentiā profitendi, non tinens eſt, & non ſuſpecta. Primò ponit mulieris querelam. Secūdò dat iudicē. ibi: *quocirca*. ¶ Caſus literalis. Quædam mulier. A. nomine coram Decano ſancti Quiriaci fungenti vice Archiepiſcopi Senonen. dedit licētiā viro ſuo religionem intrandi voto continentiæ ſibi iniuncto: & recepta fide ab ipſa, q perpetuò continentiam ſeruaret: & ſic vir profeſsionem feciт. Decanus verò poſt factam profeſsionem à tione cōtinuæ poſſeſsiōis. Ad quod vide gl. in ver. Romani. in. c. die reſurrectionis. de cōſecra. diſt. v. & Bal. in. l. ſi quis ita. circa prin. de cōdi. & demon. & multū eleganter Dom. in. d. c. quia ſunt culpæ. in vlt. col. xxviij. diſtin. in c. legimus. in prin. in. ij. col. verſi. not. iſtam glo. xciij. diſt. Anto. Franciſ. ¶ An ex probatione extremorū probētur media: & an mediū trahat ad ſe extrema & econtrà. vide quæ habētur in. c. quia ſunt culpę. xxvij. diſt. Et qualiter accipiaī extremū: vide gl. in. l. j. ff. ſi quis ius di. non obtēp. Et adde, q illęqui impugnat medium, impedit extrema: vt in l. ſeruitutes. §. publico. ff. de ſerui. & vide gl. in l. qui ſella. in. §. fi. ff. de ſerui. ruſtic. prædi. quæ dixit, q q̄nq; extremū trahitur ad mediū & quandoq; mediū ad extrema. & vide quæ habētur in l. tria prædia. ff. de ſerui. ruſtic. prædio. & vide bon. text. in l. ſed interrim. in. §. j. ff. de dona. inter virum & vxo. qui dixit, q inhabilitas medij impedit diſcurſū ad extrema. Et de materia extremorū habeī in l. ſiue poſſi detis. C. de proba. & per beatum Thom. in. iij. ſenten. diſt. ij. articu. xviij.

SEB. SAPIA.

a ¶ Volumus. Illā gl. cōmendat Angel. in. l. pen. circa fi. C. de apo. publi. libr. x. & Io. fab. in prin. inſti. de vſucap. col. j. & Bald. in. l. fin. colū. vij. in xv. oppoſi. C. de prędicti. iudi. tēp. Alexan. in conſi. xxxix. incip. viſis ſcripturis. co. ij. in ij. volu. And. ſicu. in cōſi. xxxvij. incip. ſapiēter. col. x. in cōſil. xxxv. incip. ſapiēter ſcribitur colū. iij. in. ij. vol. Fel. in c. inter dilectos. col. v. verſic. ꝙbus inferri ſolet. ſ. de fi. inſtr. & Mat. in not. cxvij. incipi. nota mirabilē de ſtrinam.

viro dicebat, quòd mulier illa debebat religionem intrare: ſed illud primò ſibi non expreſsit. q ſi expreſſum fuiſſet, viro licentiam non dediſſet: ſed decanus ad hoc compellebat eādem. Vnde mulier illa hęc omnia ſignificauit domi. Papę. Vnde mandat quibuſdam quatenus ſi eſt ita: & mulier talis ætatis exiſtat, de qua ſuſpicio non poſsit haberi: q non permittant illam cōpelli ad religionē intrare votū continentiæ obſeruantē. Ber. ¶ †Not. j. arg. q prælatus inferior Epiſcopo, non pōt proprio iure impartiri authoritatem in diſſolutione matrimonij, etiam cauſa religionis. & hoc tenet Inn. expreſsè. & facit hæc litera in argu. in eo, q Decanus hoc fecit tanquā gerens vices Archiepiſcopi. Pro hoc bo. tex. in. c. ſi vir & vxor. xxvij. qō. ij.

¶ †Secūdò no. in ver. *quocirca*. tex. valde not. in materia, q ſi maritus intrauit religionē vxore cōſentiente, & cōtinentiā vouēte: cōpelli poteſt vxor ad intrandū religionē, licet viuat cōtinēter: ex quo eſt talis ætatis, de qua ſuſpicio incōtinētiæ haberi pōt: licet à principio nunquā cōſenſerit ingreſſui religionis. ita ſingulariter ꝓbatur hoc à cōtrario literæ. ſecus dic, vbi nō voluiſſet. Nam & tūc haberet locū. c. j. ſ. eo. & quod no. gl. in. c. vxoratus. eo. titu. In glo. j. ibi: *quod ſatis poteſt dici &c.* per hoc videtur gl. recedere à dictis prędcētibus. Ho. diſtinguit, q aut vxor ſolenniter vouit, aut ſimpliciter: aut nullū votum emiſit. Primo caſu cōpellitur intrare religionē & profiteri: in ſecūdo & tertio nō cōpellitur: ſed maritus poterit ſibi reſtitui. Sed aduerte, qa licet Io. an. hīc ſimpliciter recitet Hoſtiē. & trenſeat: tn aliud fentit in. c. ex parte. ſ. eo. vbi in diſtinctione poſuit verū intellectū ad iſtum tex. quē hīc etiā ponit Vincē. dicēs, q ſi mulier dedit tātūm licētiā, & nō vouit: tunc ex officio iudicis reſtituit ſibi maritꝰ ex quo iuuenis eſt. & ita loquitur. c. j. ſ. eo. & ſi ꝓceſsit ad votū cōtinentiæ, nō debet ſibi fieri reſtitutio: ſed debet cōpelli ad intrādum religionē: vt de directo eſt hīc caſus à cōtrario literæ. & hoc etiā voluit Calde. in. d. c. ex parte. & dixi in. c. j. ſ. eo. in diſtinctione. Et hoc probo ratione. Nā ex quo mulier voluit cōtinentiā quātuncūq; ſit inuenis, tenetur votū obſeruare: cùm votum ex poſtfacto ſit neceſſitatis: & obligetur quēcunq; poſt pubertatē. Nō ergo debet ſibi reſtitui maritus: cùm nō eſſet aliud, quā ipſos in promptū periculū detrudere. & vtrum iſto caſu teneaī illa mulier profiteri, an ſolūmodo eſſe in monaſterio, vt dixi in. c. j. ſ. eo. & dic, vt ibi. & ſatis pōt in hoc caſu dici, q nō cōpellitur profiteri, ex quo erat mulier, & nō certificata. Nec mirū, q compellitur ad id, quod nō promiſit: quia hīc venit acceſſoriè ad promiſsionē prius factam. Item non compellitur intrare, vt ſtet ibi in carcere: ſed potius, vt honeſtè viuat, & turpitudinis ſuſpicionem euitet. ar. in. c. de Benedicto. xxxiij. q. j. Abb.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Maritus nō cogitur reconciliare vxorem ſuam adul-*

teram: etiam post pœnitentiam peractam. 3. quæ tamen nō debet poni in aliquo monasterio ad agendum pœnitentiam: potest tamen maritus ipsam reconciliare, si vult etiam inuitam.

2 *Adulterium inducit separationem matrimonij quo ad thorum: non quo ad vinculum.*

5 *Maritus potest relinquere suam vxorem adulteram non expectata alia sententia: quando adulterium est notorium.*

In notorijs nō requiritur, vel expectatur sententia.

6 *Adulterium, an possit cognosci coram iudice ecclesiastico, si agatur criminaliter.*

Sacrilegium potest cognosci in vtroque foro.

7 *Vxor adultera in monasterio collocata: an possit vlterius à marito repeti.*

Adulterium est causa, quòd vir lucretur dotem: & quòd vxor donationem propter nuptias. quid autem si sunt liberi: vide hic.

CAP. XIX.

ZACHARIAS.
a ¶ Sententia nō requiratᵉ. Adde istū in.c. ad nostram. s. de iureiur. in.c. cū sit Romana. §. j. s. de ap. Bart. in.l. in emptorē. in prin. &. §. j. ff. de actio. empt. & in.l. ictus fustium. ff. de insti. Bal. in.l. cū fratrē. C. ad Silla. & in.l. j. C. ne filius pro pa. & in.c. j. ī prin. in tit. qualiter do. propri. priuetur. in feu. & in.c. pro. posuit. & ibi doc. s. de app. Io. fa. in 2 prooemio insti. & ibi inapo. Celsi. in ver. necessaria sen 3 tentia. & Alex. in l. is cui. ff. de verb. obliga.

b ¶ Iudice ecclesiastico. Adde Ro. 4 singu. suis. fo. xx. vbi latè de hoc articulo.

ZACHARIAS.
¶ Adde quòd vo luit allegare Ro. sing. suo. dclxvij. incip. nos sumus. fol. xxiij. de quo 5 vide istum in.c. in tellexeritis. num. 1. in versic. non in aliis post alios. j. de adult.

ꝟ SEB. SAPIA.
c ¶ In contrariū. vide etiam Ab. in.c. gaudemus. j. de diuor. & in. c. tuæ. col. pe. s. de procu. & multa alleg. per Feli. in.c. cùm a fit generale. colū. vij. post med. ver. 6 respectu adulterij. s. de for. competenti.

1 GAudemus, ra quā maritus reconciliare non vult, ad agendum pœnitētiā in aliquo claustro collocatur. h. d. Cōmunis diuisio. Secunda ibi: *mulieres*. ¶ Casus literalis. Aliquæ mulieres cō demnatæ sunt de adulterio: propter quod à viris suis sunt relictæ: dicitur, ꝙ si ad frugem melioris vitæ conuersæ fuerint, si mariti earū cōmoniti eas propter Deū recipere noluerint: in monasterijs cū religiosis mulieribus debēt poni: vt pœnitentiam perpetuam ibi agant. Ber. ¶ † Not. j. ꝙ propter adulterium mulieris licitè separatur matrimonium, quo ad thorum: remanet tamē ipsum matrimonium quo ad vinculum. xxxij. q. vij. c. licitè. ¶ † Secūdò no. ꝙ se parato matrimonio propter adulterium carnale, non tenetur coniunx, qui non deliquit, peccantem sibi reconciliare, etiā post pœnitētiam peractā. ¶ † Tertiò not. ꝙ maritus licet ad sui instantiā fuerit separatū matrimoniū

a SEB. SAPIA. ¶ Iracundiæ calore. Vide Ro. in sing. ccccvviij. incipiē. volo commentare. l. quicquid calore. & Felin. in. c. Matthæus .j. de simonia.

b ¶ Iracundiæ calor. Calor iracundiæ impedit votū religionis, si sit magnus, adeò, q̄ sapiat mentis alienationē. Adde hīc do. Ant. in pe. col. versi. ea ratio. ibi: sed gl. posset p̄cedere. & d. Ant. in fi. in. c. ex literis. de iureiur. & q̄ calor iracūdiæ vitiet ingressum quo ad Deū. tenet Archi. in. c. p̄terea. xxx. q. iij. sed dicit, quo ad ecclesiā, q̄ ex quo quis exprimit votū, semper cogit̄ illud perficere: quia quo ad hoc credit̄ ex deliberatione procedere: secundū Inno. & Hostien. Antoni. Francis. ¶ An iracūdia impediat ingressum religiōis, vel aliud votū: vide gl. in. c. ūdū. de cōuer. cōiuga. quæ dicit, q̄ impedit. sed gl. in. c. sunt qui opes. xxvij. q. v. videtur tenere contrariū. de quo etiam per Alexā. in. l. quod calore. ff. de regu. iur. in addi. & vide Specu. in titul. de præsum. in versi. sed pone. & per Bal. in addi. Spec. in tit. de accusa. in §. j. & vide quę habentur in cap. auditis. de elect. quæ dixit, q̄ iracundia impedit rationē. & an impediat vinculum iuramenti: habetur in. l. ij. C. ad legem Iul. maiestā. Dicas tū, q̄ si esset talis iracundia, quę induceret alienationem mētis: prout etiā hic dicitur, vitiaretur ingressus. & eodem modo quodlibet aliud votum ex defectu cōsensus, quirequiritur in quacunq; obligatione facienda: vt insti. de obliga. quæ ex cōsensu. in. §. j. & per totum.

¶ Adde Ludo. Rom. in singu. suis. fo. 15. vbi quid de voto: quid de delicto; quid de confessione: & quid de contractibus factis calore iracundiæ.

c ¶ Quod in concernentibus. In spiritualibus & in concernentibus animam, & sic in spectantibus ad officiū sacerdotale, potest sacerdos alteri stipulari: aliās non. Adde bo. text. in. c. fi. in ver. manibus cuiusdam ex fratribus sancti Augusti. qui cle. vel votū. & vide do. Ant. circa hoc multa bona in specie ponentem in præ. Decretalium. in penul. col. & ibidem alij post eum ponunt: & Panor. in. §. Gregorius. in. vj. col. in princ. & Inn. in. c. cum olim. ij. in glo. sua, quæ est super versi. monachus. de priuileg. Io. an. & alij in. c. sicut. ne cleric. vel mona. Et propterea secundum Bar. post antiquos in. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. potest sacerdos stipulari ab eo, qui est in confessione, rem alij surreptam: vt ibi per eum. Adde Spec. in tit. ex instru. edi. §. nunc videndum. versi. sed pone cum fœnerator. & ibi Ioā. and. in addi. vide Bal. in. l. cum rationes. ad fi. C. de probatio. ¶ Sed aduerte: quia Panor. hic dum allegat. c. quanquam. videtur nimium restringere prædictam communem conclusionem, vt non quilibet sacerdos possit alteri stipulari circa prędicta, sed solum sacerdos curatus, seu parochianus. Ista est magna restrictio ad doctrinam & decisionem communem. & in contrarium est glo. in. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. Et ibi expresse do. Anto. in vlti. col. not. & sequitur, q̄ sacerdos potest alteri stipulari, etiam in non spectantibus ad se: sed etiam in spectantibus ad officium Episcopi. & idem videtur velle hīc Host. secūdum ipsummet Panor. hīc. & vide sanè. Tho. in. iiij. senten. xij. q. iij. articu. j. circa fi. vbi dicit, q̄ sacerdos quasi publica persona est. Nec obstat tex. in d. c. quāquā. dum facit mentionē de sacerdote curato, qui prima facie videtur multum bene probare dictū suum: quia respōderi potest ex regula gl. no. in ver. p̄sidentes. incle. j. de rescrip. quem ad hoc no. ibi expresse do. Ant. & Imo. cui glo. Ego addo concordantem glo. iuris ciuilis in. l. j. in gl. j. C. de his, qui ad eccl. confu. quam nemo ad hoc pōderat, q̄ licet lex, canon, vel statutum vtatur aliquo termino, ratione frequentioris vsus; vel faciat mentionem alicuius personæ: quia frequētius in ea accidat; non per hoc intelligitur excludere alias personas, vel res. An autē sacerdos possit esse notarius, conclusio est, q̄ non: per dictum. c. sicut. cum similibus. limita tamen vt ibi. Antoni. Francis. ¶ An sacerdos possit alteri stipulari. Dicas, q̄ licet regulariter non possit quis alteri stipulari: vt in. l. stipulatio ista. in. §. alteri. ff. de verbo. obliga. & insti. de inuti. stipul. in. §. alij. Tamen sacerdos in his, quæ cōcernunt animam, & officium suū: & quæ sapiunt spiritualitatem, sicut notarius potest alteri stipulari. & ideò in confessione sacramentali, puta si aliquis cōfitetur se debitorem alterius, & nō velit sacerdos eū absoluere, nisi promittat sibi, q̄ solvet creditori suo: ex tali promissione facta sacerdoti datur actio creditori: prout voluit Bart. & Alex. in. l. j. in. §. huius. ad fi. ff. de iusti. & iure. vt tenet Spe. in tit. de instr. edi. in. §. nunc verò aliqua. in versi. itē pone cum quidam. quod etiā voluit Inn. in. c. parochiano. de sepultu. Sed do. Abb. in. c. pastoralis. in. §. præterea. de offi. ord. dicit sacerdotē nō posse alteri stipulari: nisi forte sit prælatus habens iurisditionem, qui tanquā publica persona poterit alteri stipulari. de quo etiam per Alex. in. l. non solū. in. §. j. ff. de iniurijs. Sed aduerte: quia hoc, quod dicitur de sacerdote audiente aliquē in confessione qui dicit & cōfitetur sibi, se esse debitorē Titij: nec vult eum aliter absolue re, nisi promittat satisfacere creditori; si forsan creditor ignoret illū esse suū debitorem: satis dubito quomodo possit oriri actio creditori ex tali promissione: cū talis confessio nō possit probari, nisi per sacerdotem, qui de his quæ audit in confessione non potest esse testis: quoniam illa non scit: vt homo: sed vt Deus: vt plenè tractat. in. c. omnis vtriusq; sexus. de pœn. & remiss. & ideò cogita quomodo pōt adaptari doctrina doct. ad ipsum casum.

ti. de se-

ti. de sepul. & quod ibi dixi. Vnde dicit Host. q̄ iste recipit nomine ecclesiæ. i. nomine Epi: quia Episcopus est in ecclesia & econtrà. vij. q. j. c. scire. vnde habebat mādatū ab Episcopo, vel fecit nomine Episcopi, credēs Episcopū ratum habiturū. arg. c. Lugduñ. xij. q. ij. & pro hoc adduco bonū tex. in. c. quanquā. de vsuris. li. vj. vbi sing. probatur, q̄ de iure canonico nō potest quis alteri stipulari, etiā si sit sacerdos[a]. Ibi enim in facto animæ requirit̄ p̄rius sacerdos curatus. ergo nō quilibet sacerdos hoc potest, sed quisq;

11 potest in spectātibus ad officiū suum. ¶ † Et dicit Inn. vnū aliud dictū no. q̄ tabelliones possunt alteri stipulari in iudicio: & vbiu dex procedit ex officio, de mandato tamen iudicis, & ex iusta cau

b sa: vt. l. ij. ff. rem pupil. sal. fo. dicit etiā, q̄ omnes magistratus[b] possunt alijs quærere. ff. de magi. conue. l. pen. Et sic videtur sentire In no. q̄ in conuentionalibus stipulationibus nō posit notarius alteri stipulari. sed contrariū sentit gl. in. §. si quis alij. insti. de inu. stip.

c vbi enumerat notariū inter personas valētes alteri stipulari. & illā opi. sequitur Dy. in. d. l. ij. & idē ibi Bart. vbi plenius prosequit hāc mate. facit quod no. in auf. vt ma. de. & hæc opi. hodiè est cōmunis. Pro hoc. d. l. ij. & quod ibi no. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui est factus infidelis: si posteà reuertitur ad fidem, potest suam vxorem repetere, quæ tamen non cogitur ingredi monasterium: aliās se eus.*
2 *Maritus, aut vxor, si efficiuntur infideles, perdunt dotem & donationē propter nuptias. & debet esse remanentis in fide.*
3 *Maritus potest ingredi monasterium inuita vxore iuuene, quæ commisit adulterium. & ita vxor marito adulterante. quod intellige, vt in nu. 4.*
5 *Adulterium carnale, & spirituale, an compensetur. Compensatio diuersarum specierum non admittitur.*

CAP. XXI.

1 MVlier, quæ. ¶ † Breue est, & per alia verba verba potest sic summari. Post sentētiam diuortij, quo ad thorū latā, ob fornicationem spirituale mariti, potest vxor liberè religionem intrare. & non diuiditur. ¶ Casus literalis. Aliquis coniugatus trā siuit ad infidelitatē, vxore sua remanēte in fide, propter quod illa fuit à viro iudicio ecclesiæ separata. vir reuersus est ad fidem, & eam repetebat: ipsa nolebat redire ad eum, sed potius religionem intrare. Queritur vtrū posit ad religionē transire eo inuito? & respōdetur, q̄ potest: sed si nollet religionē intrare, debet compelli redire ad virū. Ber. ¶ No. j. q̄ quēadmodum propter fornicationē carnalē pōt matrimoniū separari quo ad thorū: vt in. c. plerūq; ēj. de do. post diuor. resti. & c. ex literis. cū simi. ita propter fornicationē spiritualem. Fornicatur enim is, qui fidē deserit, & ad infideles se confert. Concor. xxviij. q. j. c. idolatria. & c. non solū. Ex quo infertur, q̄ illud verbū Christi: Non licet dimittere vxorem excepta causa fornicationis. vt in. c. de infidelibus. de consan. & affi. vendicat sibi locū, nedum in fornicatione carnali: sed etiā in spirituali. quod tamen limita per id, quod legi. & no. in. c. quanto. j. de

2 diuor. ¶ † An autē hoc casu maritus perdat donationē propter nuptias, & mulier dotē: sicut perderent, si laberentur in carnalem fornicationē: dic, q̄ sic, eadē ratione. pro hoc. l. consensu. C. de rep.

3 sentiūt hīc doc. q̄ nō. ¶ † Secundò not. casum in quo potest vxor marito inuito, & iuuene intrare religionē, quādo. s. vxor est absoluta à consortio mariti ob eius delictū. Ex quo infero, q̄ separato matrimonio propter adulteriū carnale, potest is qui non peccauit intrare religionē altero inuito & iuuene. pro hoc tex. xxvij. q. ij. in c. Agathosa. & c. veniens. s̄. eo. alia vtilia nō possunt colligi ex tex.

4 ¶ † In gl. ij. ibi: *quando non fuit separata.* quod intellige quando maritus est conuersus in re integra: sed si vxor ante eius reuersionem intrasset monasteriū, nō potest educi à marito reuerso: licet sentētia separationis nō præcesserit. Nam idē videmus in fornicatione carnali: vt probatur in. c. Agathosa. & s̄. eo. c. constitutus. & c. veniēs. Obstat ergo viro repetenti vxorem, exceptio fornicationis spiritualis. Et in fi. gl. hęc vltima ratio verior: & placet magis docto. communiter. Nam præcedens ratio nō est vniuersalis. non enim procedit in bigamo, neq; in muliere. Et ex prædictis in gl. ha

d bes aliquos[d] casus, in quibus fornicatio carnalis & spiritualis differūt, & plures alios vide p

5 doc. ¶ † Sed vltra gl. quęro de vtili. q. pone, q̄ vxor separata post fornicationē spirituale factā à marito: cōmisit posteà adulteriū: nūquid marito reuerso & inuito possit intrare religionē: an verò debeat cōpensare adulteriū carnale cū spirituali: sicut fit cōpēsatio, qn̄ vterq; lapsus est in fornicationē carnalē: vt j. de adulte. c. pe. & vlt. Doct. sunt varij in hac sententia. & videtur primò, q̄ non fiat cōpensatio: quia diuersarū specierum nō admittitur cōpensatio. l. si cōuenerit. ff. de pig. actio. not. in. c. ij. §. deposi. Itē vxor separata nō dicitur maculare thorū mariti. in cōtrarium facit: qa vtraq; fornicatio est sufficiēs ad separationē matrimonij. ergo adinuicem admittitur cōpensatio. & hāc opi. tenuit Goff. in. c. illaj. de diuor. Host. distinguit, q̄ aut accusat̄ quis de spirituali fornicatione: & ipse excipit de carnali: & non est audiendus: quia si conuincitur de spirituali, nō tenetur mulier secū habitare: nisi vellet redire ad fidē. Aut ecōtra accusatus de carnali, excipit de spirituali: & prius de exceptione cognoscendū est, tanquā de p̄iudiciali: cum nō a SEB. SAPIA. ¶ Sacerdos. Contrariā opi. videlicet, q̄ indistinctē quilibet sacerdos posit alteri stipulari tenet Inf. in. l. j. §. huius studij. co. j. ff. de iusti. & iur. vbi reprobat dictū Abbhīc re spōdet ad text. in d. c. quanquā. vt ibi per eum.

posit hæreticus accusare vxorem de carnali, vel de alio delicto. Pro hoc. c. exceptionē. de excep. &. c. â nobis. eo. tit. si tamē ille vellet redire ad fidē, & constaret de fornicatione duplici, spirituali scilicet, & carnali: tunc fiet compensatio, & hæc opi. satis est æqua.

De conuersione infidelium Rubrica.

¶ Suprà visum est de conuersione coniugatorū ad religionē, nunc subijcit de eorū conuersione ad fidē: habet de mate. xxviij. q. j. & ij. & xxxij. q. viij. c. vno.

SVMMARIVM. b ¶ Magistratus. Adde tamē, quòd hoc nō habet locū in arbitro: licet arbitria sint reducta ad instar iudiciorū. l. j. ff. de arbi. quia arbiter nō pōt quærere partis sine cessiōe. de hoc est gl. sing. de iure cano. in. c. dilecti. s̄. de arbit. & gl. in. l. litigatores. §. j. ff. & latè per do. Ant. in proœ. Greg.

1 *Homicida non potest esse maritus illius mulieris, cuius virum ipsius mulieris contemplatione interfecit. 4. secus si sine dolo & fraude interfecerit. 6. 7.*
2 *Seruij efficiuntur etiam fideles de iure capti in bello licito: licet ex consuetudine nō seruentur.*
3 *Matrimonium non potest consistere inter illos, qui sunt diuersæ fidei: nisi ex postfacto in eadem fide reperiantur.*
5 *Crimen non est committendum, etiam propter bonū spirituale, quod inde potest sequi.*
8 *Maritus interficiens vxorem suam causa aliam rehabendi, priuatur, quòd non potest vlterius contrahere matrimonium.*
9 *Patriæ magis debemus, quàm parentibus. Bannitus si potest impunè offendi, filius potest offendere patrem bannitum.*
10 *Ratihabitio an æquiparetur mandato in delictis.*

CAP. I.



Audabilem.

¶ Saracenus, qui machinatione Christianæ mulieris, ipsius maritum occidit: si cū ea matrimoniū cōtraxit, separatur: licet posteà sit reuersus ad fidē: secus d si sine machinatione illum occiderit. h. d. vel

1 summa sic generalius. † Nō potest quis illā habere in vxorem, cuius maritū occidit machinatione ipsius mulieris: secus si sine machinatione. & est pulcher & quotidianus casus. Diuiditur. Nam duæ sunt partes principales. Secūda ibi: *ad hoc.* & quælibet subdiuiditur in con

c Notariū. Quæ sunt personæ valentes alteri stipulari. & de hoc, an notarius possit stipulari alteri sine cessione: vide text. & ibi latissimè Bal. in. §. cum impubes. insti. de adopt. & latè per d. Ant. s̄. in proœ. Greg. in. v. colū. j.

¶ Habes aliquos. Not. differentias, quæ sunt inter fornicationē carnalē & spiritualē: de quibus vide hīc p do. Ant. vbi docē. hoc ponunt &c. Et adde tex. & gl.

in.c. ꝓpositō. xxvij.qō.j. & alia differentia: quia licet in adulterio carnali paria delicta mutua compensatione tollantur: vt in.c. significasti & in.c. ex literis. cum si. de diuort. tamen secus est in adulterio spirituali: videlicet prælati & ecclesię: vt dicit glosſ. no. in.c. quos. in fi. vlti. gl. vij. q.j. & rationē ibi assignat Arc. quia ecclesia non dicitur deliquisse cùm iam ille prælatus cecidisset à iure suo.

SEB. SAPIA.

a ¶ In fertū. Quòd bellū sit licitū cōtra Saracenos, tenet Bar. in.l.j.C. de Paga. refert Iaſ. in.l. ex hoc iure. col.iiij. ver. secundo habes ex glosſ. ff. de iuſt. & iu. & ibi an capti in bello efficiātur serui capientium.

b ¶ Ista machinatio. vtrū ad impediendū & dirimēdū matrimonium ſufficiat machinatio ſola: vide hîc per do. Ant. in.ij. q. & ipſum Abb. Panorm. in.c.j. de eo, qui dux. in matrimoniū, quam pol. per adulte. & aliquid per eūdē in.c. ſup eo. titul.

SEB. SAPIA.

c ¶ Quā parētibus. Cui magis filius obligetur, an patri, an patriæ: vide Bal. Ang. & Ful. in.l. pe. ff. de poſt. Iaſ. in.l.j. §. fi. col. pe. ver. qui, an potius parenti. ff. de iuſt. & iu. vbi latius per Alber. de roſa.

ſultationē & reſpōſionē: vt per ſe patet. ¶ Casus literalis. Quidā Saraceni erant in captiuitate Chriſtianorū & interfecerūt viros quarūdā mulierū chriſtianarū infidibs & machinatio. ipſarū: poſteà ipſi Saraceni per mulieres illas ad fidē Chriſtianā ſunt conuerſi: quæriť vtrū de iure illas poſint accipere in vxores. & ſi eas duxerint, an tale coniugiū teneat? Reſpondet Papa, ꝙ iſta quæſtio determinatur per concilium Tiburien. in quo dicit, ꝙ ſi in mortē ipſorum malitiosè fuerint machinatæ, quāuis earum ſtudio ad fidē conuerſi fuerint, contrahere non debent, & ſi contraxerint non ſunt tolerādi: quia tale dānum cū lucro compenſari non debet. ¶ Ad hoc. Quidā Saraceni interfecerunt quoſdā Chriſtianos in bello: quidam Chriſtiani quoſdā Saracenos ſimiliter interfecerunt in bello: poſteà verò Saraceni illi ad fidē conuerſi ſunt, & contraxerūt matrimoniū cum vxoribus conuerſis ad fidē illorum, quos in bello interfecerunt. Mulieres iſtæ poſtquā intelligunt veritatē de morte priorū virorū, diuortium petunt: quęritur quid iuris ſit? Reſpondet Papa, ꝙ cùm tales non procurauerūt mortē virorum, matrimonium inter huiuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi: nec debēt aliquatenus ſeparari. cum hîc cauſa illa nō ſubeſt, ꝓpter quā debēt ſeparari. Ber. ¶ No. ibi: *in captiuitate.* ꝙ Saracenus licitè tenetur à Chriſtianis in ſeruum[a]. Eſt enim licitum bellū contra Saracenos: & ſic omnes capti in bello, efficiuntur ſerui. ff. de capti. quaſi ꝓ totum. vide plenè per Inn. in.c. ſicut. de iureiur. vbi generaliter dicit, ꝙ oēs capti in bello iuſto, etiā ſi ſint fideles, efficiuntur ſerui. Hoc tamē dic de iure procedere. ſed hodie ex conſuetudine vniuerſali Chriſtiani non efficiuntur ſerui. Ita no. dicit Bar. in.l. hoſtes. ff. de capti. & poſt. re. & ita pluries obſeruatum eſt temporibus noſtris. ¶ Secundò not. ꝙ licet matrimonium nō poſsit conſiſtere inter eos, qui ſunt diuerſę fidei. xxviij. q.j. caut. tamen diſparitas fidei à principio, nō habet impedire matrimonium inter vnitos ex poſtfacto in eadem fide: niſi aliud impedimentum ſubſit. ¶ Tertiò nota quod dixi in ſummario: vt non reſtringat diſpoſitionē huius cap. ad Saracenos. Nā eadem eſt ratio, & fortior inter fideles: quia cū iſtud impedimentum proueniat ex delicto atroci, maius eſt delictum inter fideles, quàm ſi infidelis occidit infidelem. Sed dubitatur magis de Saracenis, ſeu infidelibus propter lucrum inde proueniens: eum eſſent reuerſi poſtmodum ad fidem: ſed nihilominus etiā in eis diſsonitur contrarium. ¶ Item no. magnā poteſtatem, quam habet eccleſia. Poteſt enim ratione delicti inducere nouum impedimētum habile ad impediendum & dirimendū matrimoniū poſt contractum. Simile in.c. ſiį. de eo qui dux. in mat. ¶ Quartò no. ꝙ quis nō debet cōmittere delictum propter bonum ſpirituale, quod inde ſequitur. pro hoc vide bo. tex. cum gl. in.c. quod ait. xiiij. diſt. & in.c. non magnoj. de cle. vel mona. ¶ Not. in §. ad hoc quem poſſe ducere in vxorem illam, cuius maritū interfecit ſine dolo, & fraude ipſius mulieris. ¶ In gl. j. ibi; *idem eſt*: hæc gl. vſq; ad fi. ponit caſum ſeparatum à terminis literæ, in quo ratione delicti inducitur aliud impedimentum matrimoniale: vt dic clarius, vt habetur in capitulo finali. j. de eo, qui dux. in matri. ¶ Sed hîc quæritur pro declaratione literę, nūquid ſufficiat iſta machinatio[b]: de qua in litera: ſi occiſor nō cognouit illā mulierem durante primo matrimonio. Hoſt. inſtat, & tandem concludit, quòd ſic. Hic enim nihil dicitur de adulterio, ſed ſolum de machinatione. Et pro hoc facit ſecundū eum. Nam ſi interficio vxorem meam cauſa habendi aliam vxorem: ego pecco in legem coniugij: meritò non debeo habere aliquod auxilium à lege. & ſic non poſſum amplius contrahere matrimoniū: vt in.c.j. de diuor. & .c. interfectores. xxxiij. q.ij. Io. And. hîc diſtinguit, & melius, quòd aut interceſsit in morte machinatio vnius tantùm: puta, quia maritur interfecit vxorem, vt duceret Bertam in vxorem: & tunc requiritur adulterium præcedens ad impediēdum, & dirimēdum matrimonium contractum cum Berta: & ſic videtur loqui tex. in.c. is qui viuente. xxxj. qō.j. Aut interceſsit in morte machinatio vtriuſqꝫ, & tunc non requiritur adulterium: vt in iſta litera. *Si autem* nō interceſsit prius adulteriū, licet impediatur matrimoniū: vt in.d.c. interfectores. non tamē probatur in iure, quòd contractum dirimatur. per quod Hoſt. in.c-ij. de cogni. ſpiri. ¶ In gloſſ. iij. ibi: *pugnantes pro patria.* Not. gloſſ. & licet glo. accumulet fidem & patriam: non tamen eſt neceſſe, vt ſimul concurrant. Nam licitè quis pugnat pro patria. xxiij. q. viij. in.c. ſi nulla. hoc caſu poteſt inſurgere filius contra parentē: & ſic quis magis obligatur patriæ, quàm parentibus[c]. Et facit ad ſtatutum, quo cauetur, ꝙ bannitus poſsit impunè occidi: nunquid filius poſſit occidere patrem bannitū? Et dic, ꝙ ſic, quia bannitus eſt hoſtis ciuitatis: & hoſtē ciuitatis etiam patrē poſſet occidere impunè. l. minimè. ff. de reli. & ſump. fu. & ibi Bar. & per eundē in.l. amiſsio ne. ff. de cap. di. ¶ In gl. ſi. in ſi. no. gl. ex qua habes caſum, in quo ceſſat ratihabitio. & idē tenuit Io. in.c. is qui viuente. xxxj. q.j. & idē Vinc. & Hoſt. hic tamen poſteà Hoſt. diſtinguit vtrū nomine mulieris fuerit maritus interfectus, vel ne: vt proximo caſu ſufficiat ratihabitio: ſecundo non. ar. in.c. cum quis. de ſen. excommu. li. vj. Io. an. dicit hanc diſtinctionē non procedere, cū hîc requiraſ machinatio: & nihil aliud dicit. vult dicere ꝙ vbi in actu requiriť machinatio ſcienter, nō ſufficit ratihabitio: cū non poſsit machinatio interuenire poſt factū. Sed dic clarius ponēdo veram rationem deciſionis gl. ratihabitio retrotrahitur ex fictione iuris: ſed ad hoc, vt fictio procedat, requiritur, ꝙ duo extrema ſint habilia ad illum actum perpetrandum. ſ. tēpus quo actus fuit geſtus, & tē pus ratihabitionis. *Si* enim alterū iſtorum deficit, nō procedit ratihabitio: quia fictio nō cauſatur ſuper impoſsibili. De quo plenè per Bar. in.l. ſi is qui pro tempore. ff. de vſuca. Exēplum. quidā interfecit nomine infantis hominē. Demū infans maior factus, habet ratū: certè nec ratihabitio, nō trahitur retro: quia impoſsibile erat illum infantem, tunc tēporis mandare delictum: nō ergo pōt trahi retro: cum non debeat plus poſſe fictio, quàm veritas. & iſtud appellatur extremum ad quod. Pone exemplum in extremo à quo ſit contractus: habebam terminum ad certum quid agendū, amicus meus nomine meo egit illud: ego poſt terminum habui ratum, nunquid hoc ſufficiat? certe dicendū, ꝙ non: quia cum poſt terminum nō potuiſſem verè facere: ergo nec fictè. Pro hoc eſt pulcher tex. in.l. bonorum. ff. rē ra. ha. vide bo. gl. in.c. quàm ſit. de elect. lib. vj. Ad propoſitum ergo cū poſt mortē mariti, non poſſit vxor machinari in ipſius mortē: ergo deficit hîc extremum à quo. & ſic non procedit ratihabitio: quia quando deficit alterum extremorum, non habet locum ratihabitio. Nicolaus Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Si vnus ex coniugibus infidelibus conuertitur ad fidem, filij communes aſsignantur conuerſo. 7. 8.*

2 *Matrimonium ſumpſit cognomen à matre potius, quàm à patre, propter maiora onera, quæ ſuſtinet mater.*
Abuſio dicitur, quando quis vtitur aliqua re contra eius naturam.

3 *Iudæi habent filios in poteſtate: quia ſub Romano imperio, & legitimas nuptias contrahunt.*

4 *Infans vſque ad trienniū debet lactari à matre: niſi ſit aliqua nobilis. Nā tunc traditur alendus alteri expenſis patris, ſi eſt locuples: aliter matris, ſi eſt dines.*

Pater

5 *Pater cogitur alere filium officio iudicis: niſi filius poſsit ex ſua induſtria ſeipſum alere: dum tamen non ſit ſibi decori operari. Et quid ſi denegat?*

6 *Patria poteſtas non eſt penes illos, qui non ſubſunt Romano imperio.*

9 *Iudæus cōuerſus ad fidē, debet habere omnia bona: niſi ſint quæſita per vſuras vel prauitatem.*

10 *Matrimonium. ſi propter adulterium ſit ſeparatum quo ad thorum: apud quem filij ſint alendi, & cuius expenſis?*

CAP. II.

a ¶ Vide ſanctum Tho. in.iij. ſen. diſtinc. xxxiix. q.j. art. iiij. circa fi. vbi dicit, ꝙ cū proles peruenit ad perfectā ætatē, debet ſe qui patrē fidelē: & matrem fidelē, ſed ſi eſt id minori ætate conſtituta: tūc debet dari fideli, nō obſtante, quòd indigeat matris obſequio ad educationem. Ant. Franc.

b ¶ An Iudæus habeat filiū in poteſtate. Dicas, ꝙ licet Iudæus cōtrahat cum Iudæa verū matrimoniū & indiſſolubile: vtī c. de infidelibus. de conſan. & affi. & eſt gl. in.c. quāto. de diuor. tamē nō dicitur habere filios in poteſtate: nec in filios habere poteſtatem aliquā: quia Iudeus dicitur eſſe ſeruus Principis chriſtiani: & princeps Chriſtianus pōt à Iudæo auferre aliquos paruulos ad baptizandum: dummodo nō auferat cauſa cogendi patrem ad baptiſmū, ſecundū Arch. in.c. qui ſincera. xlv. diſ. cuius tamen contrariū tenuit Car. in cle. j. de Iud. per gl. in c. Iudæorū. xxv. iij. q.j. & habetur per Alexan. poſt Bal. in.l.ij. ff. de liis q ſunt ſui vel alie. iur. & habetur p Ro. in.l. multū. de ver. ob. vbi etiam per Alex. & per Alexā. poſt Bart. in.l. apud Iulianū. in. §. j. ff. de lega. j. vbi dicūt, ꝙ imò Iudæi habent filios in poteſtate: quia matrimoniū inter ſe legitimè contrahunt: vt in d.c. de infidelibus.

c ¶ Vide de hoc opt. gl. in.c. cū haberet. j. de eo, qui duxit in mat. &c.

d ¶ Vide Saly. in.l. alimenta. C. de nego. geſt.

ſi. De quo dic, vt plenè no. in.l. cum oportet. & in auſ. excipitur. & auſ. idemq;. C. de bo. quę lib. & inſt. per quas perſo. no. acqui. per totū.

¶ No. ꝙ licet matrimoniū denominet à matre, tamē filius ſequitur familiā patris. vnde debet denominari à patre, & nō à matre, & ſequiť ciuitatē ex perſona patris, & non matris.

3 I. j. &. l. aſſumptio. ff. ad muni. ¶ Itē no. quòd

b etiā Iudæus habet filiū in poteſtate[b]. Et eſt ratio, quia Iudæi contrahunt iuſtas nuptias ſ. de diuor. c. gaudemus. & ſunt ſub romano imperio: & ſic gaudent legibus imperialibus. Pro hoc. l. Iudæi. & quod ibi not. C. de Iudæ. Nam ille eſt in poteſtate patris, quem ex iuſtis nuptijs ꝓcreamus: ſecus dic in filio[b] nō legitimo. Nā ille nō eſt in poteſtate patris, inſti. de nup.

4 in fi. ¶ Itē not. ꝙ puer, ſeu infans poſt trien-

c nium[c] debet ali apud patrē: vſq; ad triēnium mater tenetur lactare filiū. C. de pa. po. l. nec filiā. Hoc intelligo, niſi mater ſit talis, quā non deceat lactare filiū: vt not. Azo in ſumma. de pa. po. ſequitur Bar. in tract. de alimē. & hoc caſu debet lactari expenſis patris. Sed ſi pater eſt indigens, & mater locuples, tenetur mater alere filios etiam maiores. l. j. §. mulier. ff. de li.

5 agno. & in authenti. ſi pater. C. de diuor. ¶ Et

d ſcias[d], ꝙ intantū alimenta ſunt filio debita à patre, quòd pater poteſt cōpelli per iudicē ad

e alimentandū filios. [e] d. l. nec filiū. & dicit ibi gl. no. ꝙ ſi pater denegat filio iniuſtè alimēta, per dit patriā poteſtatē. quod bene no. vnde alibi dicit lex, ꝙ necare, eſt filijs alimēta denegare. l. necare. ff. de lib. agno. Et dicit ibi no. gl. quòd ſi filius moreretur propter defectum alimentorum, poteſt puniri pater, ac ſi filiū proprijs manibus neceſſet. quod no. Et intellige, ꝙ pater tenetur alere filium, & ecōtrà filius patrē:

f niſi filius[f] poſſet ſibi quærere victum ex induſtria. & hoc verū, quādo ſit talis perſona, quā non dedeceret operari: aliās non tenetur laborare cū dedecore ſuo. l. ſi quis à liberis. & qd' ibi no. ff. de lib. agno. & vide glo. in.c. cū haberet. de eo, qui dux. in matr. ¶ In gl. j. ibi: *ob nequitiam patris.* nota iſtum caſum: & dic, ꝙ ob hanc cauſam poteſt filius cōpellere patrē, vt eum emancipet. de quo dic, vt latius habetur in l. ſi. ff. ſi à pa. quis fue. ma. & no. inſt. qui, modis iuſpa. po. ſol. in fi. ¶ In ea. gloſ. ibi, *de iure quiritum.* dic quiritum i. Romanorum: quia dicuntur quirites à quiris, quod eſt haſta. Nam haſtati incedebant, qui inuenerunt patriā poteſtatem. Et dicuntur quo ad iſtum effectum Romani omnes, qui ſunt ſub romano imperio. alij verò non recognoſcentes Romanum imperium, nō habent filios in poteſtate. vnde dubitatur de Veneris & quibuſdā alijs. de quo

7 vide per gl. inſt. de pa. po. ¶ In ea. gl. ibi: *condi tionem patris, vel matris.* No. gl. ꝙ nō eſt ſpeciale in patre, quod dicitur in tex. ſed idem eſt in matre conuerſa ad fidem. & idem probat tex. no. in.c. Iudæi. xxviij. q.j. habes ergo caſum ſingu. in quo mater poteſt ꝓpetere cōem ſobolē: & inuito patre pōt ꝓducere ad baptiſmū. Dic ꝙ ꝓ baptiſmū ſoluit ius patriæ poteſtatis: vt eſt tex. iuncta glo. no. in.c. Iudæorū. ea. cā & q. & ratio poteſt eſſe: quia nō eſt conueniens, ꝙ Iudæus habeat filiū Chriſtianum in ſua poteſtate: cum etiā ſeruum Chriſtianū habere nō

8 poſsitj. de Iudæ. c. fi. † Et ob prędicta dicit hîc

EE ij

ZACHARIAS.

c ¶ Ad alimentādū filios. Amplio hoc dictū cē verū ēt ſi pater nō habet vñ cōmodè viuat: vt p Bal. in.l. vbi. qō. x. ver. iſta. q. C. de iu. do. quod ē verū, ēt ſi ſeorſum à patre, defectu tñ nouercæ habitēt: vt no. An. in auſ. vt liceat ma. & auiæ. §. illud. ver. ſi verò per cauſas. col. viij.
Ant. Franc.
¶ An pater teneatur alere filiū ſeorſum habitātemab eo? Dicas, ꝙ pater alit filiū, ēt ſi ſit illegitimus. vt .c. cū haberet. de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adulte. & nō ſolū teneť eam alere, ſed etiā vxorē & filios eius: ġ. quis pater nō hēat vñ cōmodè poſſet viuere, etiam ſi ſeorſum ab eo habitet: vt voluit ēt Bal. i. l. vbi adhuc. in.x.co.C. de iur. do. Et iſtud, ꝓcedit etiā ſi filius legitimā ſibi datam à patre forſan cōſumpſiſſet, abſque dolo tñ & culpa ſua. Ita Bal. in auſ. cōtrarogatus. C. ad Treb. & in.l. ij. in. §. j. ff. ſol. ma. & in auſ. ſi capti. C. de epiſc. & cle. Prędictatū intelligę vera, niſi filius eſſet artifex., vel haberet aliū modū ſe alimentandi ſaluo honore; qa tūc pater nō tenetur eum alere, ſi poſſet ſe alere ex ſuo artificio, vel lucro, vt per Bar. in.l. ſi gs à liberis. §. ꝙ ſi filius. ff. de liag. & per eundē Bar. in auſ. res ġ. C. cōia de leg. vt p Bal. poſt gl. in.l. ſi cū dotē. in. §. j. ff. ſol. ma.

SEB. SAPIA.

f ¶ Niſi filius. Vide Alex. in conſi. xlviij. in. iij. volu. Baldū nouellum in tracta. de dote. char. xiiij. in. vj. p. te. in nouo priulle gio.

a ¶ Plurima canonistis incognita in materia votorũ, ad intellectũ huius rub. vide sanctũ Tho. in. iiij. dist. xxxviij. q. j. art. j. ij. ij. & iiij. Quid autẽ sit votũ? dic, quòd alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Ita diffinit Ray. in summa voti transgressi. circa prin. Sed Archid. xvij. q. j. in summa. variis modis diffinit. Nam dicit, quòd votum est a licuius boni cum deliberatione facta promissio. vel sic: votum est cõceptio boni alibi positi cũ deliberatione cõfirmata, qua qs ad aliqd faciendũ, vel nõ faciendũ se Deo obligat. Vel aliter dicit: q votũ est testificatio quedam promissionis spõtaneæ, q̃ Deo, & de his q̃ sunt Dei, fieri debet. Et hãc vltimã dicit tenere magistrũ sent. lib. iiij. dist. xxij. & dicit, q̃ de hoc ponit etiã Innoc. in. c. ad nostrã. de regu. Sed tu dic, q̃ primæ duæ diffinitiones relatæ per Archid. vbi. s. non fuerunt suæ: sed Ray. quem Archi. non refert in sua summa. in tit. de impe. vo. circa prin. §. votum. sic describitur. Sed de hac diffinitione omnino vide per Do. post Archi. & Io. An. in. c. ij. de voto. in. vj. Et quid sit votũ rationabile, & quid irrationabile, vide Tho. ij. ij. q. lxxxviij. arti. ij. vbi etiã ponit de quibusdã votis bestialibus: vt si quis voueat se mori turũ, vel se volaturũ: de quibus etiam ponit Archidia. in. c. qui bona. xxvij. q. j. cuius dicta refuli post do. Anto. in. c. literaturã. j. eo. Et dicit magister sententiarũ. xxxviij. dist. iiij. lib. sententiarũ. vt refert Tho. in. iij. ij. q. lxxxv. ij. arti. j. quòd votum est testificatio quedã promissionis spõtaneæ, quæ docet de his, quæ sunt Dei fieri debere. quamuis testificatio posit ad inferiorem testificationem propriè referri. Item vtrum omne votum obligens vide omnino Tho. secunda secundæ quæstionis octuagesimaoctaue. articulo tertio. & in eadem. q. articulo tertio. ponit de vtilitate vouendi. videlicet, an expediat vouere. & in eadem quæstione. articulo quinto. ponit cuius virtutis sit actus vouendi. & quid sit votũ. & vide etiã omnino Hostiẽ. in summa de voto. §. j. per totum illum. §. per Tho. in. iiij. dist. xxxviij. quæstio. j. arti. j. vbi plurima alia bona ad mate. ponit. Et adde, q votũ nõ fit sanctis: nisi secũdũ q̃ suffragia sunt & mediatores inter nos & Deũ: sicut & oratio ad sanctos fit. Ita dicit ad literã S. Tho. in. iiij. sentẽ. & dist. xxxviij. q. j. arti. iij. circa med. vbi etiã dicit: q̃ turpe votũ nõ est seruandũ: quia votũ non se extendit ad illicita, nec minus bona. nec refert vtrũ fuerit tũc illicitũ, quãdo votum emissum est vel postmodũ illicitũ fiat. Adde huc: q̃ ille cui assignata sunt cõfinia, & promisit non exire de confinibus: si exit, vt vadat ad complendũ votũ, non incurrit illam pœnam. ad hoc alle. tex & gl. fing. & vnicã in. l. illud. ff. de offic. præsi. Et ideò dicit Bal. in. l. j. in. ij. col. C. de ædi. ac. q̃ mulier exiens de carceribus, vt vadat ad aliquã ecclesiam, causa adimplendi votũ, non dicitur fugisse de carceribus. dicit tamẽ ibi Bal. q̃ custos carceris nõ debet pmittere ipsam exire, nisi consuetudo publica hoc permitteret.

nisi ille inferior habeat iura episcopalia.
Dispensatio non potest fieri ab aliquo prælato citra Episcopum, nisi in casibus à iure expressis.
8 *Papa potest ex aliqua magna causa dispẽsare, quòd moniales possit contrahere matrimonium.*
Papa potest ex causa dispensare contra votum continentiæ: & alius citra Papam non potest dispensare. 9.

CAP. I.

b ¶ An autẽ, & q̃n liceat voueti committere votũ propria authoritate: vide latè per do. Anto. in. c. peruenit. ij. de iureiurã. & quod no. in ru. de ob. ie. Itẽ oĩo adde huc Tho. in iiij. dist. xxxviij. q. j. artic. iiij. vbi disputãdo cõcludit regulariter vouẽtem, nõ posse cõmutare votũ authoritate propria eriã si, cõmutaret in aliud votũ temporale, diuturnius quã primũ. Seddicit q̃ dispensatio & cõmutatio votorũ pertinet ad prælatum suum: quia in quolibet voto subditi subintelligitur conditio, nisi displiceat prælato. Et dicit, q̃ licet Papa hẽat plenitudinẽ potestatis in dispensationibus: tamẽ ad eũ regulariter nõ recurritur pro dispẽsatione votorum: nisi sit votũ religionis: vel sint vota perpetua. In alijs autem votis, sicut peregrinationis & ieiuniorum possunt Episcopi dispẽsare: nisi Papa aliquod votũ sibi reseruauerit: sicut dispensatio in voto terræ sanctæ. Et ibi etiam dicit, quòd minus importat commutatio voti, quàm dispensatio: quia quando fit commutatio absoluitur ab vno voto, & ligatur ad aliud: sed quando fit dispensatio, absoluitur à voto, absque eo, quòd ligetur ad aliud. & ideò dicit, q̃ cum ex causa rationabili in voto dispensari possit, potest etiam commutari.

Antonius Franciscus. ¶ An votum possit commutari propria authoritate etiam in melius, sicut in diuturnius & longius tempus. Dicas absque dubio quòd non: imò, qui à voto discederet, illud rumperet propria authoritate, dignus est diuino supplicio: in in capitu. Ananias. xvij. q. prima. imò nec superior sine causa potest illud commutare. & in capitu. non est de voto: vt ibi per glossũ quæ dicit, quòd dispensatio votorum sine causa facta dicitur esse dissipatio.

quod

De uoto[a], & uoti redemptione Rub.

¶ Visum est. s. de quodam voto in specie, quod. s. emittitur per ingressum religionis, vel per susceptionẽ fidei. nunc subijcitur de voto in genere & ipsius voti redemptione. De materia habetur. xxvj. q. j. per totum. & xxxij. q̃ j. c. fi. reperitur. in vj. & de fi. inst. c. quod super. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Votum potest commutari in aliud votum: cum authoritate tamen superioris, & iusta causa instante considerandis à superiore.*
3 *Votum, an & quo casu debeat commutari in melius. 5.*
4 *Votum an cogatur quis obseruare, quando superuenit aliquod impedimentũ: quòd si ab initio fuisset, sine dubio quis non vouisset.*
5 *Votum numquid possit redimi, vel commutari sine causa.*
Ieiunia inducta ab ecclesia non possunt mutari. nec redimi sine causa existente: ieiunia verò inducta per pœnitentiam, possunt arbitrio imponentis cõmutari: sine arbitrio eius. secus.
6 *Pœnitentia potest commutari ab illo, qui pœnitentiã iniunxit: vel à superiore.*
Pœna statutaria potest ex causa per iudicem mutari, vel diminui.
7 *Votum non potest commutari ab inferiore episcopo:*

quod leg. & notẽ. c. j. de re. per. & sic vltra alios limitarẽ istum tex.

4 ¶ †Itẽ reperio dictum no. b. Tho. quod recitat Arch. in. c. qui bona agũt. xvij. q. j. vbi dicit, quòd omne impedimẽtũ superueniens quod habuisset à principio impedire votũ, si oritur post factũ, habet auferre obligationẽ voti. quod est dictum satis sing. Sed multũ ob. c. quod super his. ẽ. vbi impedimentum superueniẽs facit mutationẽ in aliã causam. & licet illud sit magis tutum, tamen de subtilitate credo primum dictũ satis posse procedere: dummodo nulla culpa inueniatur in vouẽte. Nã si per me non remanet, quominus votum perficiã, subsistẽte bona voluntate, debeo reputari ac si votum perfecissem. Pro hoc. c. dixit. de pœn. distin. j. & quod no. in. c. j. de eo, qui mit. in pos. facit in fini, qd̃ no. in. l. quod te. ff. si cer. pet. in. l. si non sortẽ. §. libertus. ff. de condi. inde. & in. l. si vsus fructus mihi. de vsufru. leg. Et ad. c. super his potest rñderi, q̃ pro cedit quãdo impedimentũ nõ est omnino voti impeditiuum, sed difficultatiuum. Aliud enim est quod factum reddit impossibile: aliud quod difficile. facit. l. continuus. ff. de verb. obli. Cõmuniter tñ obseruaẽ. c. quod sup his. alle. Et facit iste tex. dũ dicit: an ex infirmitate. ¶ †Sed pro declaratione prædictorũ & materiæ, quæritẽ:

5 a nunquid[a] sine causa possit votum redimi, vel cõmutari? Sol. dic, q̃ ista vota quæ à principio fuerunt voluntaria, possunt redimi & cõmutari causa existente in vouẽte: dummodo cõmutẽtur, vel pro redemptione detur aliquid magis vtile, & Deo magis acceptum. hoc no. voluit Inn. super rub. de obser. ieiu. Itẽ sequit Arch. in. c. presbyter. lxxxij. di. Ego probo per. c. de multa. prope fiñ. e. dũ tex. alternatiuè loquit, dicens: si necessitas exigat, vel vtilitas persuadeat. sufficit ergo alterum illorum. Et ex illo text. infero ad limitationẽ, quã. s. dedi ad istũ tex. vt tunc commutatio debeat esse vtilior, quãdo necessitas nõ suggerit commutationẽ voti. Nã patet ex illo tex. q̃ sufficit necessitas, vel vtilitas: ergo in casu necessitatis non requiritur melior vtilitas. quod no. Et vnde surgit hæc commutatio voti: cùm sit de iure diuino? dic, vt colligitur ex cap. magnæ. j. eo. Hæc procedunt in votis voluntarijs. ieiunia autemne cessaria, quæ sunt inducta ab ecclesia non possunt commutari: nec redimi sine causa existente in ipso obligato: vt not. Inn. in rubr. in loco prælegato. De ieiunijs verò indictis per sacerdotẽ in pœnitẽtia, dic q̃ ipsius arbitrio possunt cõmutari: sed sine arbitrio ipsius, secus. Sic intellige glo. no. in. d. c. presbyter. lxxxij. dist. ¶ †In

6 gl. j. ibi: *commutatio pœnæ*. Aduerte, nam iura alleg. in gl. loquuntur de commutatione pœnitentiæ & non pœnæ. & pœnitentiã commutare potest ille, qui pœnitentiã iniunxit, vel superior: vt legitur & notatur in. d. c. presbyter. Et de commutatione pœnæ dic, vt no. per Inn. & alios in. c. j. de constit. & est bo. tex. cum glos. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. vbi Bar. ponit no ta. dictũ: q̃ ex causa etiã pœnã statuti potest iudex commutare, vel

7 diminuere: vt. ij. q. iij. * c. fi. quẽ pœnitueriterit. §. accusatorũ. ver. pœnæ verò. in gl. in ver. voluntati*. ¶ †In ea. gl. ibi: *& est argu. quòd Episcopi &c.* Signa glo. & ideò gl. dicit arg. quia in tex. non fit mẽtio de Episcopo, sed de præsidente. Inn. dicit, q̃ Episcopi & supiores possunt dispensare in voto: non autẽ prælati inferiores. Probat iste tex. iuncta suprascriptione. & no. sing. hoc dictũ, pro quo facit quod ipsemet no. in. c. ij. de eo, qui fur. ordi. rec. vbi ponit vnã sing. regu. [b] dicẽs nullũ prælatum citra Episcopum posse dispẽsare in aliquo casu: nisi in casibus in iure expressis. quã regu. sequũtur doc. in. c. fi. de postu. præla. Et ego adduco tex. in cle. ij. de prius. vbi no. probatur, q̃ prælatus citra Epm̃ no potest absoluere à sentẽtia excõicationis à canone promulgata: nisi, vt dixi in casibus à iure expressis. Host. dicit hîc, q̃ iste tex. nõ probat dictũ Inn. sed potius contrà: quia licet loquatur de Episcopo, nõ dicit hoc pendere ab arbitrio suo: sed ab eius, qui præsidet & c. fatetẽ tamẽ, quòd dictũ in se est verũ, & seruatur de consuetudine. & minimè sunt mutãda. &c. l. minimè. ff. de leg. Et põt dici, q̃ vbicunq̃ inferior p̃ latus haberet de iure speciali ius epale in p̃sonis: q̃ tunc possit dispẽsare in voto, sicut Episcopus: quia talis potest exercere iura episcopalia. p̃ hoc gl. no. in cle. j. de re. eccl. nõ ali. & per Inn. in. c. statuimus. de maio. & obe. Dico latius in. c. significasti. de fo. cõpe. & tũc ista litera stabit ꝑ priè: vt quilibet præsidens. s. habens iurisditionẽ episcopalẽ possit dispẽsare in voto. Nã vt ex fine literæ colligitur, in hac commutatione requiritur dispensatio: sed prælatus inferior non dispẽsat. Per hoc dico sacerdotẽ vota non posse commutare: nisi modo prædicto. s. cum ipse iniunxit ieiuniũ &c. ¶ †In gl. a fi. ibi, sed in voto conscientiæ secus. Not. gl. nã loquitur nõ solũm in religioso, sed in quolibet vouẽte continentiã. Host. hîc & cõiter canonistæ tenent oppositũ dicentes, q̃ ex magna causa potest Papa dispẽsare circa votum c continẽtiæ etiã cũ religioso. Ponit exẽplũ, si b Rex infidelis vult redire ad fidẽ cum toto suo regno, si potest habere in vxorẽ monialem filiã alterius Regis. Nã istud magis. Deo acceptum, quàm continẽtia vnius hominis: maximè, quia matrimoniũ est de iure diuino: & cũ vxore est castitas. xxxj. di. c. Nicena. & in. c. de voto. li. vj. & idẽ tenẽt doc. in. c. cũ ad monasterium. de sta. regu. b. Tho. fuit in opi. gl. licet prius tenuisset contra. Io. an. nouissimè dispputauit. sequẽdo opi. Canonistarum contra opi. Theologorũ: & plenè prosequitur super reg. semel Deo dicatum. de reg. iur. li. vj. in merc. Et inquãtum gl. dicit, q̃ castitas est sola &c. nõ intelligas, q̃ aliæ virtutes hoc nõ possint facere. vnde debet intelligi, q̃ castitas sola potens est Deo animas præsentare. s. fine alijs virtutibus. Nõ tñ intelligas, q̃ alię virtutes absint: sed nõ exigit, vt cõcurrãt æquè principaliter: sed saltẽ debet habere accessoriè: quia nõ pót quis habere vnã virtutẽ sine alijs: licet possit habere opus virtutis: vt no. gl. in. c. nisi cũ pri-

9 dẽ. in ver. virtutũ. §. de renun. ¶ †Et ex prædictis habes vnum casum, in quo solus Papa dispensat: & licet doc. teneant, tamẽ de iure aperte hoc non probatur. Sed ego adduco. c. maiores. de baptis. vbi dicit, q̃ maiores causæ sunt referendæ ad Papam. alius est casus in voto vl d tramarino[d] emisso pro subsidio terræ sanctæ. tex. est no. iuncta gl. in. c. ex multa. j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Votum factum in puerili ætate potest Papa commutare, etiam si sit votum vltramarinum.*
2 *Votum factum à maiore septennio, obligat vouentem. 3.*
Puer dicitur quis post septem annos.
4 *Papa non potest tollere obligationem alteri quæsitã.*
Laicus non tenetur obedire Papæ in temporalibus.
Absoluitur quis à iuramento cum causa: aliàs secus. d

CAP. II.

1 VEniens. ¶ †Cõmutat Papa votum vltramarinum, in his maximè, qui in puerili ætate vouerũt. & duo facit. Primò ponit formã voti. Secundò eius absolutionẽ & mutationẽ: ibi: *nos*. ¶ Casus literalis. R. clericus dum esset in puerili ætate constitutus, & doli capax: dispposuit proficisci Hierosolymã. & cuidã qui illuc accedere volebat, fidem dedit, & suam ab eo accepit, q̃ in via fideles socij existerent: tandẽ factus discretus & adultus accessit ad Papã petens eius consiliũ. Papa illũ absoluit à voto, quòd in ætate puerili fecerat: ex facilitate potius, quàm arbitrio discretionis: ita tñ, q̃ votũ redimat eleemosynis & toto tpe vitæ suæ, si poterit vni pauperi debeat

2 prouidere. Ber. ¶ †No. j. ex tex. iuncta glo. q̃.

SEB. SAPIA. ¶ Nunquid. Quãliceat commutare vota, vide Fely. in c. iij. in princi. §. de iureiur. post Abbi. col. j. versi. sed quando.

b ¶ In quibus casibus possunt dispẽsare prælati inferiores à Pa. vide. b. Tho. in. ij. ij. q. lxxxviij. art. vl. in fi.

¶ De hoc vide latius p Pet. de anc. in rep. c. canonũ. de const. in. ij. op. & vide quod not. j. desta. mo. c. cùm ad monasteriũ. & in fi. q. Io. An. Andr. in regu. actus, in mercu. & Imo. post Gul. in cle. j. in vlt. col. de cõsan. & affi. & vide hîc per do. Anto. in vlti. col. & idẽ q̃d Pau. hîc. post do. Ant. dicit ad literã Host. in sum. de voto. §. qualiter & cuius authoritate. in. ij. col. versic. sed & de votis voluntarijs.

SEB. SAPIA. c ¶ Magna. In cõtrarium tñ faciunt no. per Fel. in. c. q̃ in ecclesiarum. col. iij. §. de cõstit. vbi tenet q̃ Papa non possit dispẽsare, si Rex habet vxorẽ sterilẽ, vt possit ducere aliã vxorẽ. & subdit q̃ Pa. nõ põt dispensare super præceptis decalogi: vt ibi latè per eum.

¶ Vide latè per Hostiẽ. in sum. de voto. §. qualiter, & cuius authoritate. per totum illum. §.

a ¶ De iſtis tribus requiſitis in voto vide per eundem Tho. in. iiij. diſt. xxxviij. q.j. arti. j. circa medi. In hac mate. vt habes opi. Io. an. & aliquo rũ aliorũ glo. vide gl. xxvij. qõ. vj. in ſum. & in. c. neq; viduas. & vide. d. Ant. in. c. ex parte. ver. per hãc dece. j. de cen. & ad hoc in fi. Fac. tex. in. c. ſed penſandũ. vj. diſ. & vide omnino Arch. in c. qui bona. xxxij. q.j. & in. c. pcluus. circa fi. xx. q. iij. vbi dicit, q ex hoc, q quis exprimit votum, ſemp cogitur in foro eccleſiæ illud perficere, quia creditur ex deliberatione procedere. & ita dicit tenere Hoſt. & Imol. in hoc. c. Itẽ vide Tho. in iiij. di. xxxviij. q.j arti. j. poſt me. vbi dicit, q quædam vota, quæ faciunt mulieres de non pectinando tali die caput, pro nõ votis habẽda ſunt & peccant taliter vouẽtes. & de hoc vltimo vide. ſ. in rubri.

5 *Archiepiscopus, vel Episcopus, an possint visitare hospitalia qualiacunque sint.*
Hospitalia præsumuntur religiosa in dubio, quando habent cãpanile cum campana, & ibi publicè celebratur quotidiè.

CAP. XIIII.

1 SOpitæ. ¶ † Archiepiscopus visitans prouinciam etiam à monasterijs prouinciæ procurari debet. Primò narrat factum. Secũdò diffinit. ibi: *inde*. ¶ Casus literalis. Inter Archiepiscopũ Rauennatẽ. & monasteria de Boñ. cõtrouersia vertebatur super procurationibus recipiendis causa visitationis. Abbas sancti Proculi & oĩm aliorũ monasteriorũ de Bononia procurator p monasterio suo propter cõtrouersiã istã ad apostolicã sedẽ accessit, & super causa ista diutius litigauit. Archiepiscopus asserebat procurationes ipsas in alijs monasterijs suæ prouinciæ sibi sine cõtradictiõe præstari: & probauit per testes procurationes exhibitas fuisse prædecessoribus suis in monasterijs Boñ. Papa videns intẽtionẽ Archiepiscopi iure cõi fundatam & antecessorũ cõsuetudine adiuuari, cõdẽnauit monasteria ad præstandũ p curationẽ dicto Archiepiscopo & successoribus suis se-
2 cundum facultates eorũ. Ber. ¶ † No. j. q; monasteria licet sint exẽpta à lege diœcesana: vt in. c. dilectus. & quod ibi no. de offi. ordi. tenetur nihilominus ad procurationẽ præstandã ratione visitatiõis. Ex quo infertur, q; illa theorica est falsa, quæ habet, q; ea, quæ cõstituit in dãdo, sunt de lege diœcesana. Nam p curatio cõstitit in dãdo: nec tñ ab ea monasteria sunt exẽpta. De quo vide, quod
3 dixi in. c. j. de sta. reg. ¶ † No. ij. q; Abbas põt esse procurator aliorũ monasteriorũ. An aũt posit hoc officium exercere pro alijs: videf q; nõ: argu. in. c. ij. §. de postula. præla. & in cle. religiosus. de p curа. Host. tñ simpliciter tenet, q; cũ habeat administrationẽ põt esse procurator. vnde nõ repellit sicut simplex religiosus. qd̃ verbũ not. & vide bo. gl. quę facit ad multa. xvj. q. j. de præsentium. Item in simplici religioso dicit Host. q; põt esse procurator Episcopi. alleg. xvj. q. j. c. si verè. Quod verbũ etiã not. quia per iura apertè nõ probat: secũdũ quod legitur & no. ij. q. vij. c. cum pastoris. ¶ Itẽ no. q; ius cõmune iuuatur ex cõmuni vsu patriæ: & sic cõsuetudo põt cõcurrere cũ iure cõi. & facit ad. q. tactã per gl. in. c. j. de cõstit.
4 in. vj. ¶ † Vltimò no. q; Archieps põt visitare nedũ suã diœcesim, sed etiã totã prouinciã: & nedũ ecclesias seculares, sed etiã religiosas & monasteria & ab eis exigere p curationẽ rõne visitatiõis. Et de modo visitandi per Archiepiscopũ: dic, vt hodiè habes bo. tex. in. c. j. eo. ti. li. vj.
5 ¶ † An aũt Archieps seu Episcopus possit visitare hoa spitalia [a] qualiacũq; sint, vide per Fede. cõsi. xlvj. & concludetres casus. Primus, quando certũ est hospitalia esse religiosa: vt puta authoritate Episcopi fundata. & hęc indubiè visitantur per Episcopũ & Archiepiscopũ, vt in. d. c. j. & ibi glo. super ver. pia loca. Secũdus casus, quando cõstat, q; sint fundata authoritate Episcopi: sed habẽt signa religionis, & publicitatis: vt quia habẽt cãpanile cũ cãpana, & ibi publicè celebratur quotidiè, quia præsumptio est, q; sint religiosi: vt no. Arch. de cõsec. di. j. nemo. dixi in. c. patentib⁹. de priuile. ¶ Tertius casus est magis dubitabilis, qñ cõstat, q; sint hospitalia priuata. & sentit Fede. q; poterit adhuc visitare, ex quo sunt deputata ad vsus pios: loquitur tamẽ de hospitali infectorũ, vel leprosorũ. & facit. c. ij j. de eccle. ædi. Sed ego in hoc casu distinguerem, quòd aut viuit ille, qui hospitale erexit, & non poterit Episcopus eo inuito illud visitare: queadmodũ & domũ propriã alicuius priuati. Aut ille decesit, & voluit hospitale remanere in suo statu. & tunc superior potest illud visitare. arg. opti. in aut. de ec. ti. §. fi. quis ædificationẽ. & facit quod dixi in. c. inter dilectos. de do.

SVMMARIVM.

1 *Patroni laici, siue ecclesiastici non possunt nouum censum imponere in ecclesia patronata, licet ab initio in fundatione posset. 2.*
3 *Iuramentum non ligat iurantem in præiudicium ecclesiæ.*
4 *Pœna est arbitraria, vbicunque non est à iure expressa.*

CAP. XV.

1 GRauis. ¶ † Patroni etiã clerici [b] nouũ censum ecclesiæ imponere non [a] possunt: nec veterẽ augere: & si super hoc iuramentũ, vel cautiones exegerũt, coguntur absoluere. Prima pars narrat factũ. Secũda prouidet ibi: *declarationi*. ¶ Casus literalis. Quidã ecclesiastici, seu religiosi habẽtes præsentationẽ in ecclesijs nolũt ad eas vacãtes aliquos præsentare, nisi aut nouũ cẽsum eis imponãt: aut veterẽ pẽsionẽ augmẽtent cõtra cõciliũ Lateranẽ. & ad solutionẽ ipsius instituendos presbyteros iuratoria, vel fideiussoria cautione cõpellant. Peruenit hoc ad notitiã domini Papæ, vnde mãdat quibusdã, quatenus quicquid cõstiterit cõtra cõstitutionẽ cõcilij sup huiusmodi à tẽpore Prælati cõsilij attẽtatũ in irritum debeant reuocare: sed presbyteros. qui super his iuramẽta præstiterũt, faciant absolui cõgrua satisfactione imposita, & qui cõtra formã canonũ decẽtero super his venire præsumpse
2 rint: canonicè puniant. Ber. ¶ † No. j. q; licet ad petitionẽ patroni posit tẽpore fundationis census, vel pensio cõstitui: vt in. c. prætereà. de iurepatro. & j. c. proxi. post tamẽ fundationẽ hoc fieri non posset: vt hîc. ¶ † Not. ij.
3 q; iuramẽtũ nõ ligat presbyterũ in præiudiciũ iuris ecclesiæ. ¶ Vltimò no. q; rector cõstituẽs ecclesiã cẽsualẽ propria authoritate, est canonicè puniendus. Quæ aũt dicat pœna in hoc canonica. dic, vt in gl. fi. ¶ In gl. in ver. absolui. ibi: *duo*. no. gl. pro intellectu illius. c. tua. §. de iureiur. & dic, vi ibi plenè dico. Et in fi. glo. vel dic, q; iste absolui tur quo ad vulgi opinionẽ. vel absoluitur à peccato: quia
4 temerè iurauit. ¶ † In glo. fi. ibi, *de elec. c. nihil*. & vide melior em glo. in. c. generali. de elec. lib. vj. & in fi. glo. Host. dicit, q; pœna in hoc casu erit arbitraria, ex quo certa nõ est in iure expressa. Nec ob. c. cũ clerici. §. eo. quia ibi per collusionẽ fuit cẽsus impositus, seu instítutus. Itẽ ibi interuenit simonia: hîc nõ. Nec ob. c. querelã. de iureiuran. quia ibi loquimur de transgressione liciti iuramẽti. istud aũt iuramentũ erat illicitũ. Io. and. dicit q; etiã in hoc. c. pactũ poterit esse simoniacũ. vult dicere, q; si iste promisisset cẽsum, & vt præsentaretur ad beneficiũ cõmisisset simoniã: & sic priuaretur ecclesia. secus die, vbi post institutionem ex sua simplicitate promisisset soluere censum. Si aũt hoc fecisset sciẽter, credo q; deberet priuari ecclesia: quia hæc est pœna alienatis indebitè bona ecclesiæ, vel obligatis ecclesiã pro alienis debitis. de quo in. c. quod sicut. in fi. §. de electio. & in. c. ij. de so. cũ similib.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in fundatione ecclesiæ potest facere, vt imponatur cẽsus persoluendus, vel sibi, vel alteri tertio.*
2 *Census, vel tributi solutio non probat necessariò subiectionem.*
3 *Testator potest grauare hæredem, vel legatarium ad exhibendum procurationem annuatim in aliquibus pijs locis.*
4 *Procurator obligatus ad procurandum dominium, tenetur procurare seruitores.*
5 *Obligatus ad seruiendum aliquibus sub nomine collectiuo, puta vni collegio, debet secundum quod numerus crescit, vel decrescit. 9.*
6 *Conductor minuit & auget pensionem, secundum quod*

[a] SEB. SAPIA. ¶ Quòd in censu, In cõtrarium tamen facit q; propter diuturnitatẽ temporis, præsumitur solennitas extrinseca, vt latè cõcludit Felyn. in c. sicut colũ. xvij. ver. fallit tertiò. de re iud. & Iaf. in. d. l. sciendũ. & in. l. j. col. vj. C. qui admitti.

ZACHARIAS. [b] ¶ Nõ cosequitur restitutionẽ. Adde istum in. c. venerabilis. nu. 3. & quod ibi posui in apost, ad ipsum. in ver, ante restitutionem. §. de offi. dele. & Phili. Frã. in regula, dolo facis. & quod ibi no. Celsus in apostil. ad ipsum. in ver. spoliatus. de reg. iur. lib. vj.

[a] SEB. SAPIA. ¶ Visitare hospitalia. Vide ad hoc quæ latè cõgerit Fely. in. c. de quarta. col. iij. §. de præscript. & ibi quomodo cognoscatur, q; hospitale sit religiosum, vel priuatum.

ZACHARIAS. ¶ Patroni etiam clerici. Adde Car. in cle. j. §. j. & ibi bo. tex. de excess. præla. & istum in. c. prohibemus. j. eo. & vtrum, si census augeatur, cũ reditus auctus est prædijs: si prędia non augeantur, vide eundem Cardi. vbi. §. in. iij. opp.

fructus minuuntur, vel augentur.
7 *Spoliari nemo debet propria autoritate.*
8 *Possessor non cogitur ostendere titulum suæ possessionis, nisi possessio sit contra ius.*
10 *Iudex non debet consulere vni cum graui præiudicio alterius.*
11 *Furnum, vel molendinum si quis dederit in emphyteosim cum conditione, vt gratis, vel dato aliquo precio possit ibi cum sua familia coquere, vel molere, an aucta fami. possit ista facere, vel gratis, vel pro eodem precio.*

CAP. XVI.

QVanto. ¶ Qui tenetur procurare fratres alicuius dom⁹, obligatur ad ꝓcurādū oēs. licet illorū numer⁹ nūc creuerit: sed si ex hoc grauaretur nimiū: p iudicis officiū sibi ꝓuidebit. h.d secundū magis cōmunē lec. Primò recitat factū. Secūdò indulget: & indulgentiam moderat. ibi: *indulgemus*. & ista est bo. tex. ¶ Casus literalis. Fundatores monasterij bellęuilæ ab ipsa fundatione ipsius monasterij cōstituerūt: vt fratres illic domino seruientes fratribus sancti Irenei vnā procurationē annis singulis exhiberēt: quāuis ab eis nihil teneant: sed ab initio ꝓpter paucitatē fratrū seruiētiū sancti Irenei, ꝓcuratio illa fratres monasterij bellæuillæ nō grauabat: post modū intantum creuit numerus eorundem, q ad ꝓcurationē vix sufficiūt quatuor marchæ, quę ꝓ vna fieri consueuit, quare monachi isti sup hoc sibi ꝓuideri postulauerūt Papa indulget eis, ne vltra primā mēsurā in ꝓcuratione sint vlterius prædictis fratribus obligati: sed expēsis, quæ cōsueuerunt fieri sint cōtēti: nisi facultates sui monasterij intātū excreuerint: q sine grauamine possint exhibere ꝓcurationē prędictā. Ber. ¶ No. j. q. ad volūtatem fundatoris eccleſiæ, nō solùm imponi pōt cēsus seu pēsio persoluenda ipsi patrono, sed etiā tertio, seu alteri eccleſiæ, quod idē est. ¶ † Et ex hoc & est tex. colligo, q cōtingere pōt vnā eccleſiā obligari ad soluēdum cēsum, vel pēsionē alteri eccleſiæ, licet illi nō sit subiecta. Et soleo allegare istū tex. ad probādū, q solutio census, seu pēsionis necessariò nō ꝓbat subiectionē, quia nō ꝓbat hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse, vt in c. ij. de trāsla. & in l. neq; natales. C. de probatio. & vide quod dixi in. c. ij. ſ. eo. ¶ † Secūdò no. ar. q licitè testator grauat hęredē, vel legatariū ad exhibēdū vnā procurationem singulis annis aliquibus fratribus. & hoc multū est in vſu. oritur ēm ex hoc obligatio, vt hic patet. ¶ † Itē no. ar. q obligatus ad procurādum dūm, teneť etiā procurare seruitores. Nam in impositione huius oneris nulla facta fuit mētio de seruitoribus: & tn expresè ex litera colligit, quòd etiā seruitores procurari debebāt. Pro & cōtra facit tex. not. in. c. licet. de priuile. li. vj. & vide Old. cōſ. xj. ¶ † Item no. q obligatio cōcepta sub noīe collectiuo, vel appellatiuo recipit argumētū, vel diminutionē secundū quod diminuitur, vel crescit cōprehēsum sub illo noīe collectiuo. vnde si teneor ꝓcurare fratres alicuius loci, obligor ad procurādum secundū eorū numerū, siue crescat, siue diminuaťur. ¶ † Itē not. ar. ex fine literæ, q vbi onus imponiť habito respectu ad reditus, diminuitur & augeť secundū facultates redituū. de quo dic: vt in. c. propter. ſ. de loca. & in. l. ſi merces. ſ. vis maior. j. eod. ¶ † In gl. ij. ibi: *seruanda est huiusmodi liberalitas*. vult dicere, q liberalitas habeť pro causa: quod clarius dicit Inn. & facit cap. j. ſ. de do. & hāc solutionē tene, licet Gof. dixerit, q ifti erāt in possessione procurationis istius: ideò non tenebantur allegare cām quæ solutio nō placet Hosti. Nā licet ꝓpria authoritate nō debeāt spoliari: tn nō apparēte cā, ex quo hæc solutio est cōtra ius, possunt soluētes repetere, qđ soluerūt: nisi ostēdatur cā legitima. † Nec ob. q possessor non cogit ostēdere titulū possessionis. ij. q. v. in prin. quia illud procedit, nisi possessio sit cōtra ius: vt probať in. c. cū ecclesia Sutrina. de cā pos. & proprie. vbi electores succubuerūt, cùm agerent de ꝓprietate iuris eligēdi, ex quo nihil ostēderunt vltra possessionē. & notabis bn hoc dictū. Sed in casu nostro erat causa, scilicet mera liberalitas patroni ad cuius instātiā Episcop⁹ imposuit hoc on⁹ tēpore fundatiōis. & adde ea, quæ dixi in. c. peruenit. ſ. e. ¶ † In glo. in ver. *indulgemus*. ibi: *quot cunq; essent*. no. glo. vult em, q ex quo obligatio fuit simpliciter cōcepta, sub noīe collectiuo, nō variat: licet crescat, vel diminuať numerus cōprehēsorū sub noīe collectiuo. vū Papa hīc ꝓuidit ex indulgentia & officio suo. Hoſt. tenet cōtrariū. Dicit em q de iure fuit ista restrictio, quia nō est verisimile, q quis velit se grauare in infinitum. Et idē Bar. Brixien. in. q. venerabili, sed Inn. & Io. and. & cōiter doc. sequētes tenēt primū intellectū. Pro quo multū facit text. in fi. Vbi dicit, q si augerētur facultates isti⁹ monasterij onerati, debēt oēs procurari secūdū numerū ampliatū: quod nō fieret, si prima obligatio intelligeretur restricta ad numerū tūc existētē. Inn. tn multū no. videtur restringere istā prouisionē, vt fieri nō debeat: quādo ex mera liberalitate processit obligatio: secus si aliquo dato, vel retento fuisset inducta. Nā subueniēdū est donatori, vt nō teneatur cū magno grauamine suo. vnde non pōt cōueniri vltra, quàm facere possit, deducto eo, ne egeat: vt in. l. inter oēs. ff. de re iudi. quæ rō cessat in obligatione causata ex facto nō lucrativo. Quod satis mihi placet: † quia nō debet iudex cōsulere vni cū graui præiudicio alterius: vt no. in. l. iiij. ſ. hoc aūt iudiciū. ff. de dā. infecto. ¶ † Faciunt † hæc ad qōnē quotidianā. Quidā dedit furnū seu molendinū in emphyteosim hoc adiecto, vt haberet & deberet recipiēs gratis coquere, vel molere pro isto donāte & familia sua. Demū excreuit multū familia istius vltra solitū, quæritur nūquid teneatur coquere, vel molere pro oībus, an secundū numerū antiquū? Federi. Pe. & Abb. dicunt de iure, quòd sic: sed ex officio iudicis poterit sibi prouideri prout hīc factum fuit. ¶ Sed aduerte, quia hoc vltimū est contra illam notabilem limitationem Inn. qui voluit hūc tex. solùm procedere respectu restrictionis, quando obligatio processit ex mera liberalitate, nō aūt quando aliquo dato, vel retento: vt in terminis nostris. Et pōt etiā adduci ad id, quod quotidie obseruatur. Nam paterfamiliās sæpe cōstituit certū precium: vt quis teneatur coquere pro tota familia sua: nun quid aucta familia teneatur pariter sicut prius? Exprędictis potes colligere solutionē. Nam ex quo recipiens potest se habere ad lucrum: scilicet de minorata familia: ita debet sentire damnum aucta familia, cùm contrariorū eadem sit disciplina. ¶ In glo. ſi. in fin. hoc non attingit propriè materiam nostram, quia vt. ſ. dixi, hęc moderatio processit ex indulgentia, sed de iure tenebatur procurare omnes fratres, quotcunq; essent, diminutis facultatibus, siue auctis. & de materia dic, vt plenè nota. in. c. propter. de loca. & in. c. cum. M. de constit. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Legati sedis Apostolicæ, & eorum nuntij, non solum stantes in loco destinato, sed etiam iranseuntes, licitè petunt procurationes ab omnibus ecclesijs & monasterijs. 2. non obstante aliqua præscriptione. 3.*
4 *Præscriptio & priuilegium non semper procedunt à pari.*
5 *Priuilegium quod Papa promisit non reuocare, nisi in reuocatione faceret mentionem de eo de verbo ad verbum, an censeatur sublatum, si Papa dixerit, non obstante alio priuilegio, etiam si de eo esset fienda mentio de verbo ad verbum: & aliter eius verba non expressit.*
6 *Papa non potest, quem eximere de potestate sua.*
7 *Pauperes non sunt obligati ad victualia.*

Cap.

3 ¶ De hac q. vide hīc per do. Anto. & in terminis per Imo. in cle. fin. in xviij. colum. de rescript. vbi in hac q. alleg. Ioan. and. hic. & Bart. in l. ſi. C. de sacr. ſan. eccl. Sed ad istam q. allego text. in cap. ſuggestū. de decim. Et ad istam q. vide duas alias similes quæstiones, quas ponit Bal. in l. non nudis. C. de seruit. in vlti. col.

¶ Vide Alexan. consilio. clxxviij. ij. libro. 2

SEB. SAPIA.

3 ¶ Furnum. Vide Iaſo. referentem Abb. hīc, in repe. l. quominus. col. xxx. verſi. tertio. optimè facit. ff. de fluminij. 3

CAP. XVII.

1 VM instantia. ¶ † Omnes eccleſiæ, nisi quæ ab hoc per priuilegiū Apostolicum sint exemptæ, procurare tenentur legatos sedis Apostolicæ, seu etiā eius nuntios: nec in hoc præscriptione iuuantur. hoc dicit vſq; ad. ſ. sanè. ab inde vſq; ad fi nē tractatur de modo procurationis ipsorū legatorū & nūtiorū. Duæ sunt partes principales. Secunda ibi: *sanè*. ¶ Casus literalis. Primicerius & clerus Mediolanenſis per quoſdā nūtios suos conquesti sunt dño Papæ, q cū ipsi legatos & nuntios Apostolicæ sedis deuotè recipiāt & procurēt: ordinarij maiores eccleſię Mediolanen. ipsos procurare renuūt: & ad faciēdas expēsas subsidiū denegāt impartiri. vnde in procurationibus exhibēdis plus debito aggrauantur, quare sibi sup hoc prouideri postulabāt. Papa sic eorū petitioni respōdet, q cū oēs eccleſiæ legatis & nūtijs eccleſiæ Romanæ procurationes impēdere teneātur: nullā haberi vult ab huiusmodi procurationibus excusatā, nisi fortè ꝓ speciale priuilegiū Apoſto. sedis sit exēpta: quod tn Papa nō credit, etiā si longissimo tēpore ꝓcurationē nō præstiterit: cū in talib⁹ locū nō habeat præscriptio. quia & Papa circa ꝓuisionē & solicitudinē oīm eccleſiarū, nō cessat. verūtamē in his exigēdis eū modū & ordinē vult obseruari: vt nullus Prælatus, vel eccleſia sup hoc rōnabiliter cōqueratur. Si verò de cōi collecta expēsas legatorū & nūtiorū Apoſtolicæ sedis facere voluerint, hoc eis Papa nō ꝓhibet: tn ꝓ hoc nullū vult præiudiciū generari nūtijs & legatis suis: quominus possint à quocunq; voluerint, ꝓcurationes debitas postulare: ita tn q si aliquis fuerit in hoc grauatus, sibi ab alijs restauretur, si nuntijs Apoſtolicę sedis in necessarijs exhibēdis pareat, quicunq; fuerit requisitus: ita: q in fraude nihil fiat: nec cōpellatur procuratio nes recipere per oēs ministros si noluerint: & qui cōtumaciter eis
2 restiterint, per cēsurā eccleſiasticā sunt cōpellēdi. Ber. ¶ † No. j. ex isto tex. q tam legati, quā nūtij sedis Apoſtolicæ licitè petunt ꝓcurationē: & procedit text. nedū in legatis & nūtijs destinatis ad certū locū, vbi ꝓcuratio ḡrī, sed etiā in trāseūtib⁹: vt in. c. ego
3 N. ſ. de iureiur. ¶ † Secūdò no. ibi: *si longissimo tempore*. q cōtra ꝓcurationē debitā nō currit præscriptio, etiā lōgissimi tēporis. Et multū facit iste tex. cōtra vnā opi. Io. de lig. in. c. accedētes. de præscrip. vbi dicit, q licet nō valeret præscriptio cōtra Epm, seu legatos: valet tn cōtra residuū clericorū, vt reliquus clerus subeat to-
a tū onus ꝓcuratiōis. a Nā illo casu nō ꝓscribitur ꝓcuratio, sed potius cōtra aliquos clericos: vt ipsi soli hoc onus explicēt, & est dictū satis notab. in se. Sed vt dixi, hęc litera multū facit in oppositū dū dicit, q nulla ꝑsona debet esse excusata ab onere ꝓcurationis.
4 & vide quod lati⁹ dixi in. d. c. accedētes. ¶ † Tertiò no. casum in quo aliquid est quæsibile p priuilegiū, & nō p ꝑscriptionē. & sic priuilegiū & ꝑscriptio nō semp ꝓcedūt à pari. vñ ꝑscriptio non reddit laicū capacē iuris in spūalib⁹, sed priuilegiū Apoſtolicū sic: de quo p Io. an. in. c. ij. de præb. li. vj. in nouella. ¶ Itē no. in. ſ. sanè. q legatus nō teneť recipere ꝓcurationē: p oēs ministros totius cleri. Sed pōt nūc ab vno ꝓlato, nūc ab alio ꝓcurationē exigere, granatus tn vltra facultates in vna ꝓcuratiōe, habet regressum cōtra alias: vt sic ab alijs restauretur. Itē no. vnā regulā in materia ꝓcuratiōis. debet em sic præstari, vt nulla eccleſia nullus q prælatus vltra facultates ꝓprias prægrauetur. & de hoc in gl. ¶ Vltimò, quia tex. hīc excipit casum, in quo cōceditur priuilegiū Apoſtolicum:
5 † Quæritur de qōne quotidiana. Papa cōcesit priuilegium cuidā monasterio monialiū: vt nō teneretur ad procurationē legatorū, etiā si in literis eorundem dicatur, vt tā nō exēpti, quā exēpti teneantur ad hoc onus: nisi de isto indulto cōcesso monasterio fiat mētio de verbo ad verbū. Demū Papa concesit legato, vt possit exigere procurationē à quibuscūq; ꝑsonis etiā exēptis: quāuis talia sint priuilegia, q de eis sit fiēda mētio de verbo ad verbū, qūæ voluit in illis literis haberi ꝓ expreſsis. Quæritur nunquid per has literas legatorum sit derogatū illi priuilegio. quæstio videtur satis dubia. vnde Fede. cōſi. ccxxv. tenuit primū priuilegiū non esse sublatū per secundas literas: quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc, vt illi derogeť: vt in. c. veniēs. de præscri. & plenè not. xxv. q. ij. in ſumma. & in. c. j. ſ. de rescrip. nec ſufficit mētio gn̄alis, sed requiritur ſpecifica: vt in. c. ij. de do. & cōtu. Itē si dicerem⁹ oppositū primū priuilegiū esset inutile: cū Papa ſmpet cōcedat plenissimas literas legatis & nuncijs. Sed posteà idē Fede. mutauit ſentētiā, vt patet cōſilio. xlvj. tenendo cōtrariū. Nā per verba generalia plenissima reuocātur oīa priuilegia, ſtatuta & cōſuetudines: vt est bo. tex. in clemen. dudū. prope finē. de ſepul. Itē si dicerem⁹ cōtrariū indirectè, diminueretur potestas Papæ. Nā cum priuilegia cōſiſtāt in facto, & Papa nō habeat oīm memoriā: impoſsibile foret q de oībus habētibus priuilegia faceret mētio
6 nē de verbo ad verbū. Nā satis est, q appareat de intentione ſua volente reuocare talia priui a legia. b Cōclude ergo, q tā in hac materia, quā in alia, debemus ſemper conſiderare clauſulas primi & ſecundi priuilegij & ſecundū eorum vim iudicādū. vel pro priuilegio, vel pro reuocatione. Et faciunt hæc ad materiā testamētorum: cū primò testator appoſuerit clauſulā certā in primo testamento: & in ſecundo fecit gn̄alē mētionē de prædicta clauſula. de quo vi b de quod no. Dyn. in regula, quod ſemel. de reiur. lib. vj. & per legiſtas in. l. ſi quis. in princ. ff. de le. iij. ¶ † In gl. ij. in fi. ita nec Imperator: vt in. l. comperit. C. de præſcrip. xxx. ann. Quinimo dicit Io. and. ſe nō credere, q Papa poſſet c aliquē priuilegiare: ne teneatur venire ad eū: vel, vt per eū non poſsit excōicari. Et ego hoc habeo pro indubitato. quia cū Papa teneat locum Dei in terris, vt in. c. ij. de trānſlat. prælatō debet poſſe aliquē eximere à ſua potestate: cū per hoc eximeretur à potestate Dei. vñ cōtra ſummā potestatē Papę nō valet præſcriptio: vt no. Inn. in. c. bonæ. ij. de poſt. prælato. ſed reſpectu Imperatoris dubitatur, de quo di cōdū, vt no. in. c. per venerabilē. j. qui fi. ſint legiti. ¶ Et no. ex hoc tex. dum litera dicit nō credimus. &c. q cōtra priuilegiū indultū ſup exceptione à procuratione eſt præſumptio de falſitate: vel q emanauerit inauertenter de curia Romana: vñ poſſet expectari ſecūda iuſsio.
7 facit qđ no. ſ. de teſti. c. cauſam. el. j. ¶ † In gl. in verbo: *indebitè*. ibi: *à paupere non debet exigere*. No. gl. q clerici pauperes nō debēt grauari in procuratiōe exhibenda. & idē no. gl. in. c. p cu ationes j. eo. ¶ In ea. gl. ibi: *non cogantur*. vbi
c dicitur, q delicatæ perſonæ nō cogūtur vti cibis groſsis: nec peccāt viuēdo delicatis. Et per hoc cōtrariū voluit gl. q legatis & nūtijs fiat ꝓcuratio ſecundū qualitatē ꝑſonarū. & hoc recedit ab eis: quæ ſunt ſupradicta in gl. ¶ In gl. ſi. in fi. dic, q hæc cōtraria nō vrgēt cōtra text. loquūtur em in falcidia detrahēda ex quolibet legato, vñ nō pōt peti, nisi quarta pars, cū illa sit tn̄ debita. ſed in caſibus huius. c. oēs tenētur ad procurationē, & quælibet eccleſia de per ſe. ideo à qualibet pōt ſeorſum exigere procurationē. & ſi in aliquo prægrauatur, debet ab alijs reſtaurari, vt in litera. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Vouens dare aliquid eccleſiæ, debet & potest per eccleſiam compelli ad ſoluēdum, licet tempore voti facti nullus reciperet pro eccleſia. 2.*
2 *Vouens intrare aliquam religionem, potest compelli illam intrare.*
3 *Vota interpretantur ſecundum communem vſum loquendi in patria.*
4 *Calix ſi fuerit legatus, intelligitur de argēteo: ſecus forte. ſi debet fieri ab illo, qui vouit.*

SEB. SAPIA.

¶ Onus procurationis. Vide Abba. hæc declarantē in cōſi. xciij. inci. vi detur primò. in. j. vol. & latè p Fely. in. c. accedētes. colum. v. ver. cæterū limitauit. ſ. de præſcrip.

b ¶ Priuilegia. Ad. de eūdē Abbatē cōſi. xxvj. & vide Rom. conſi. cccc xcvij.

c ¶ Econtrà ergo familia ruſtica & perſonæ non deli catæ nō debēt vti pullis, & alijs cibarijs delicatis: ſed caſeo, cæpis & fabis. dixit gl. iij. in l. ſeruis vrbanis. ſt. leg. iij.
Anto. Franciſ.

¶ Circa hoc, an ruſticus & vilis perſona vtatur cibis delicatis: dicas, q glo. hīc alleg. in l. ſeruis vrbanis. eſt in verbo ex libellis. Et ex hoc dicebat. d. Card. in c. de multa. pe prę ben. q perſonis delicatis & nobilibus, qui nō poterāt vti cibis groſsis & debilibus perſonis debebāt dari maiora beneficia, & q erat legitima cauſa cum eis diſpenſandi ſuper pluralitate beneficiorū potius, quàm cum perſonis, quę viuere poterant ex cibis groſsis.

a ¶ Et an ex simplici pollicitatitione oriatur actio, de iure canonico, vide. d. Abb. in. c. cum inter vniuersas. de elec. & vide bea. Tho. in. ij. ij. q. clxxxix. iij. articu. vbi disputat, an ille qui vouit intrare religionem, teneatur ingredi, & concludit: q̃ sic.
Anto. Franc. ¶ Adistud, an ex simplici pollicitatione oriatur actio de iure canonico, vide q̃ habentur & not. in. c. j. de pac. & vi de gl. Barto. in. l. si vnus. in. §. pactus. ff. de pact. in. vj. colum. vbi dicit: quòd pollicitatio non parit naturalẽ obligationem. & adde quòd ex simplici pollicitatione etiam in piam causam, non transfertur dominium. l. si quis rem. in. §. j. de polli. Et vide etiam, q̃ pollicitatio facta in instrumento, importat pactum sufficiẽs ad agẽdum, vt no. Bal. in. l. j. C. de do. promi. & quid sit pollicitatio, & qd differat à pacto, habetur per gl. & doct. in. l. j. in ver. duorũ. ff. de pact. & per Spe. in tit. de sala. in. §. ij. in prin. & in. §. seq. tur. in ver. is quoq;. & in titu. de instru. edi. in versic. quando q; verò.

Vouens præsumitur se minus grauare, quàm posit.
Obligatio, promissio, stipulatio incerta valet de æquitate canonica, & erit taxãda arbitrio boni viri.
Verba dubia recipiunt interpretationem secundum intellectum maioris partis ciuitatis, etiam quòd minor pars aliter sentiat.
Consuetudo non inducitur ex facto minoris partis ciuitatis.

CAP. XVIII.

EX parte. ¶ Si ad vnicã mẽsurã solui solet, quod debetur ex voto ad illã imposterũ solui debebit: si verò ad diuersas, liberabitur soluens etiã ad minorem. Et vt intelligas, incipias sic casum. Quidam voluerunt dare ecclesijs certos sextarios frumenti, in illo loco reperiuntur plures sextarij minores, & maiores. dubitatur, an secũdũ minorem, vel maiorem vota essent exoluenda: & respondi: vt in litera. ¶ No. j. q. votũ efficaciter obligat vouentẽ: licet ab aliquo votum nõ fuerit receptũ. & est ratio, quia votũ fit Deo, qui vbiq; præsens est, & semper intelligitur recipere votũ. ¶ † Et ex hoc habes, q̃ ex simplici[a] pollicitatiõe[a] facta ecclesiæ, quis põt compelli ad executionẽ. Pro hoc vide bo. tex. cũ glo. xij. q. j. c. scimus. Ex quo infero, q̃ vouentes dare cereum, vel imaginẽ, vel certum quid ecclesię. possent cõpelli ad præstationẽ ecclesiæ, licet ecclesia, vel clerici ecclesiæ nõ fuerint præsentes tempore voti: quod no. & hoc satis probat litera ibi: cogendi. &c. & ibi: exigẽda. Nã exigere est ab inuito extorquere. vt in. l. fideicõmissa §. si rẽ. ff. de le. iij. ¶ † Ex hoc etiã notabiliter infert Inn. q̃ qui vouit intrare certã [b] religionẽ, põt cõpelli per clericos illius ecclesiæ ad intrãdũ: & sic vouit in genere intrare religione, põt cõpelli vt intret vnã de approbatis. Nam licet vota à principio sint gratuita, ex post facto tñ sunt necessaria. vt in. c. licet. §. de voto. Idẽ not. in. c. porrectũ. §. de regu. ¶ No. q̃ vbi cõstat de substãtia obligatiõis, incertitudo respectu quãtitatis nõ vitiat. facit. l. numis. ff. de leg. iij. & in l. si seruus pluriũ. de leg. j. ¶ † Tertiò no. q̃ verba dubia etiã prolata in voto, recipiũt interpretationem à cõi vsu patriæ. cõcor. quod legitur in. c. ex literis. de spõsa. & d. l. si seru[9] pluriũ. ¶ † Vltimò no. casum mirabilẽ. in quo interpretatio fit voto, vt minus obliget vouentẽ. vnde cõtra hoc videt tex. in. l. Titia. §. Sẽpronio. & se. ff. de auro & argẽ. leg. vbi tex. no. dicit, q̃ legatũ factũ ecclesię, recipit latissimã interpretationẽ. vnde si quis legauit ecclesiæ calicẽ nõ debet intelligi de æreo, sed potius de argenteo. & est ille tex. no. ergo vouẽdo dare ecclesiæ certas mensuras, debet intelligi de maioribus mensuris: nõ de minoribus: vt sic faueatur religioni. Sol. cõtrariũ videtur difficile & non tactum hîc per doc. Sed põt dici, q̃ cõtrarium procedit in legato, vbi interpretatio fit potius cõtra hæredẽ, quàm cõtra ipsum donatorẽ. Nã præsumptio est q̃ testator intellexit de meliori fauore piæ causæ, sed hîc loquif de interpretatione fienda cõtra ipsum vouentem: qui negabat se intellexisse de maiori. Itẽ interpretatio fit ita strictè propter rationẽ. de qua in fine literæ, ne clerici videant exactores improbi, & inhiare rebus temporalibus. Et p hãc rõnẽ dubitarẽ, si ex voto deberetur calix, vt alia res deputata ad cultum diuinũ. Nam isto casu cessaret ista ratio literæ: super quo esset cogitandũ. ¶ † Secũdò oppo. fortiter cõtra tex. de. l. triticũ. & de. l. q insulã. ff. de verb. obli. vbi dicif, q̃ si promitto tibi triticum, nulla oritur obligatio, ex quo non apparet de certo genere tritici, vel certa quantitate. Nã dando modicũ, essem liberatus, quẽadmodũ dicitur in legatis, q̃ nõ valet legatũ, si legaf animal in gñe: quia dãdo muscã, quis liberaretur, vt no. in. l. legato generaliter. ff. de leg. j. ergo idẽ dicẽdũ in casu huius cap. Solu. dicit Gof. q̃ in casu nostro fuit itellectũ de certa mẽsura. Nã isti vouerũt dare, puta vnũ sextariũ frumenti: sed non apparebat de quo sextario fuisset intellectũ. vnde dando modicũ, nõ cõtigisset liberatio, quia saltem valebat obligatio secundũ sextariũ minorẽ. Et ex hoc sentit Goff. q̃ incertitudo non vitiat obligationẽ in istis spũalibus & ecclesiasticis. sicut in prophanis. Sed vide Archi. j. q. j. in. c. sunt nõnulli. vbi dicit no. q̃ ex æquitate canonica nõ vitiaf talis obligatio: sed debet fieri reductio ad arbitriũ boni viri. Nã si fauor dotis hoc inducit, vt non vitiet obligatio ex nimia generalitate: vt nota. probaf in. l. cũ post. §. genera. ff. de iure do. Vbi dicif, q̃ si dotẽ promisi in genere, non vitiaf obligatio: sed determinabitur secundũ facultates & dignitates personarũ. ita æquitas canonica debet inducere, vt obligatio nõ corruat ex incertitudine, ex quo constat de aío volẽtis se obligare: vnde per arbitriũ superioris cõsyderatis circũstantijs fiet certa declaratio & determinatio. Et hãc opi. sequitur do. Anto. & facit de ea magnũ festũ. & certè dictũ est satis no. & æquũ & semper mẽti cõmendandũ, vt dicamus, q̃ de benignitate canonica ex quo constat de aío volẽtis obligari, incertitudo seu nimia generalitas nõ vitiet obligationẽ, sed fiet determinatio arbitrio boni viri cõsyderatis circũstãtijs personarũ & materiæ subiectæ. quod semp notabis. Nec erit speciale illud in voto, sed semp habebit locũ in foro canonico. arg. c. dilecti. §. de iudic. ¶ † In gl. in ver fi. primo casu. ibi: quod maior pars facit. &c. No. gl. sentit enim, q̃ verba dubia recipiunt interpretationẽ secundũ intellectũ maioris partis ciuitatis. Nõ ob. q̃ minor pars aliter sentiat. & facit hoc dictũ ad multa, maximè ad materiã. l. Labeo. ff. de supel. lega. sed gl. sequẽs videt prima fronte recedere ab isto dicto in eo, quòd dicit nõ curãdũ, siue plures,, siue pauciores soluerint ad certã mensurã. Satis est enim, q̃ non apparet de certa mẽsura anteceſſorũ. Hosti. exigit cõsuetudinẽ duplo maioris partis. ar. c. scriptum. de elec. sed ille tex. cõtinet casum specialẽ secundũ Io. an. & bn. vnde videf ipse inhærere primæ opi. vt stetur cõsuetudini maioris partis, quod satis placet. arg. c. j. de his, quæ fiunt à maiori parte. & saltem gl. à cõtrarietate posset dici, q̃ prima opi. gl. procedit, quãdo apparet de cõsuetudine maioris partis totius ciuitatis. Secũda opinio procedat, qñ plures soluerunt tàm ad vnã mensurã, quàm ad aliã: sed si nõ cõstituunt maiorẽ partẽ totius ciuitatis. Tunc em nõ est curandũ, an sint plures, an pauciores: sed seruãdũ est, quod dicitur in tex. in secundo mẽbro. Et hoc iudicio meo voluit text. ibi: an varias & diuersas. ¶ † Nã nõ põt induci cõsuetudo ex facto minoris partis ciuitatis, vt no. in. l. ij. C. quæ sit lõ. cõsuetu. Abb.

SVMMARIVM.
1 *Ecclesia debet respondere Episcopo in cuius diœcesi est, de procurationibus quartarum decimarum, & alijs episcopalibus. 3.*
2 *Ecclesia, quòd sit in diœcesi, incumbit onus probandi Episcopo.*
4 *Quarta portio decimarum, quæ soluuntur ecclesiæ parochiali, debetur Episcopo loci. 15.*
5 *Factum prælati nocet ecclesiæ in iudicio. 13.*
6 *Impugnans instrumentum perdit commodum, quod potest habere ex eo.*
7 *Producens instrumentum censetur se fateri omnia contẽta in eo, & pars aduersa potest ex ipso se tueri, si vult.*
8 *Concedens aliquod ius in re, censetur domuus illius rei, maximè ad suũ incommodum.*

Probatio

9 *Probatio, quæ fit per instrumentum, dicitur patens & notoria.*
Notorium illud censetur, quod constat ex instrumento.
10 *Probatio instrumentalis dicitur expressa & patens, non solùm in illis, quæ directè continentur in instrumento, sed etiam in illis, quæ indirectè probantur ex instrumento.*
Instrumenta quarentigiata, stante statuto de eorum executione mandatur executioni, nõ solùm circa ea, quæ directè cõtinentur, sed quæ indirectè.
11 *Instrumentum vel scientia si producitur ab vno: an productus teneatur cõtra se recipere.*
12 *Factum prælati, an noceat ecclesiæ.*
14 *Consinia probantur, per verba enuntiatiua etiam propter aliud prolata.*

CAP. XIX.

1 VM olim. ¶ † Ecclesiæ tenentur Epo, in cuius diœcesi sunt, rñdere de Procurationibus quartarũ, decimarũ, & alijs episcopalibus. h. d. quo ad titulũ. diuiditur. Primò diffinit. secũdo soluit vnũ obstaculũ ibi: *licet*. Tertiò aliud ibi: *absonum*. Et quia tex. est aliquãtulũ intricatus propter nimiã discussionẽ facti, sic pono casum. Epus augustanẽsis impetebat quẽdam Abbatẽ ratione duarum ecclesiarũ possessarum ab eodẽ Abbate, petẽdo illarũ rõne procurationẽ: & alia iura epalia. Abbas verò & cõuent[9] opponebãt illas ecclesias nõ esse in diœcesi illius epi. Itẽ producebat quoddã instrumẽtũ, in quo cõtinebat, q̃ Epus illas ecclesias, vel fortè aliqua iura in eis cõcesserat Abba. Et cõtra q̃dã instrumẽta cõpositionũ, quãcta per Epm obijciebat ille Abbas, q̃ p metũ Regiũ illę cõpositiones emanauerãt: vel fortè dicebat instrumẽta esse falsa. Pa. verò diffiniuit, vt habef in litera. & est. c. satis difficile. ¶ † No. j. q̃ si cõtra Epm petẽtẽ epalia in aliqua ecclesia, negaf ecclesiã illã esse in dioc-
2 cesi sua: iþi Episco. incũbit cn[9] þbãdi, q̃ sit in diœcesi sua. ¶ † Secũdò not. q̃ ex quo ecclesia respondet Epo. de episc. prima fronte videtur q̃ sit in sua diœcesi. arguit hęc litera fundãdo sup instris cõpositionũ. Et no. bñ istũ modũ þbãdi ecclesiẽ esse i diœ. & facit bñ
3 c. j. de religi. dom. & ista videtur cõuertibilia: Eccle. est in diœcesi, ergo tenef de epalib[9]. & ecõuersò. ¶ † Tertiò no. q̃ decima integra nõ est de iure Episc. sed quarta decimarũ. vñ decima ptinet ad
4 eccl. parochialẽ: vt in. c. cõtingat. de decimis. sed eccl. parochialis debet soluere quartã decimæ epo: vt hîc. & in. c. de quarta. de pscr. & in. c. cõquerẽte. de of. or. ¶ Itẽ no. q̃ cũ eccl. possident: vt þprietas ab aliq̃ þlatura nõ cõueniant, ipse eccle. sup epal. sed þlat[9] superior q eas possidet. nã vt hîc vides Ab. fuit cõuẽt[9] & cõdemnat[9] noie ec-
5 clesiarũ inferiorũ: & nõ ipsæ eccle. de quo dic, vt legi. & no. in. c. auditis de pscrip. & in. c. inter quatuor. de maio. & ob. ¶ † Itẽ not. q̃ factũ prelati nocet eccl. in iudicio. & in hoc est iste tex. multũ not.
6 ¶ Itẽ no. q̃ impugnãs instrm̃ pdit ẽt priuilegiũ & cõmodũ ipsius
7 instrumenti. & in hoc tene mẽti istũ tex. & j. videbis lati[9]. ¶ † No. in verbo, *absonũ*. q̃ þducẽs instrm̃ videt cõiteri oĩa cõtẽta i instrumẽto: vñ si qua sunt cõtra eũ, põt alia þs in fauorẽ suũ adducere.
8 ¶ † Itẽ no. in fi. q̃ cõcedens ius, in aliqua re, præsumit esse dñs illi[9] rei, saltẽ cõtra ipsum, cui fit cõcessio. Sic arguit hîc Pa. contra Abbatẽ. Nã ex quo Epus cõcesit istas ecclesias Abb. ergo psumẽdũ est
9 q̃ erãt subiectæ ipsi Epo. ¶ † Vlt. no. ibi: *petebat expresse*. q̃ þbatio
a q̃ fit p instrm̃, dicif patẽs. [a] vñ Inn. in. c. ex insinuatiõe. de appe. & in
b c. ij. de cõfir. vti. dicit esse notoriũ [b] id, qd̃ cõstat p instrm̃, qd̃ facit
10 ad multa. ¶ † Itẽ aliud notabile, þbat ista litera ex eisdẽ verbis. s. q̃ instrumẽtũ dicif clarè & expresse þbare nõ solũ id, qd̃ directè cõtinef in instrumẽto: sed ẽt id, qd̃ indirectè. Nã Pa. hîc dicit, q̃ þ in strumẽta cõcessionis eccl. ius epale petebat expresse: & tñ instrumẽtanõ fuerũt directè cõfecta sup iure episc. sed indirectè colligebatur ex concessiõe ius episco. & facit hoc secũdũ do. Ant. [c] multum
c notabiliter þ instrumẽtis guarẽtigiæ: vt mãdenf executiõi nõ solũ in his, sup qb̃ us fuit directũ cõfectũ: sed ẽt in his, q̃ indirectè þbãtur in instro. ¶ † Oppo. cõtra tex. & cõtra þdicta. Nã ex quo Epis-
11 d copus approbauit instra cõpositionũ þ se: ergo debuit recipere cõtra se: [d] vt in fi. litęr. ne vna & eadẽ res diuerso iure cẽseaf: cõtra. c. cum in tua. §. de deci. & xij. q. ij. in. c. cognoscim[9]. Sol. Inn. in hoc multum subtiliter instat. Et ex dictis suis possunt elici duæ opi. Prima, q̃ si
e instrm̃ [e] cõtinet vnũ articulũ, licet qualificatũ, si þducẽs recipit þ se: tenetur recipere, ẽt quatenus cõtinet fauorẽ eius: qui impugna-

a ¶ Pro hoc est alius bo. tex. in. c. tenor. §. dę re iu. Itẽ adde quod no. do. Ant. in. c. cũ cõtingat. de rescri. in. j. col.
a ~ SEB. SAPIA. ¶ Patẽs. Vide Bar. in. l. j. col. iij. ff. de no. ope. nun. vbi Moder. & dicit Bal. in. l. ij. col. ij. C. qũ fiscus, vel priuat[e]. q̃ þbatio instrumẽti est þbatio þbata, ad quod multa cumulat Ias. in repe. l. admonẽdi. col. lvj.

uit instrm̃: ex quo ille non obtinuit impugnationẽ. Pone exẽplũ: producis instrumentũ, in quo cõtinef, q̃ ego promisi tibi soluere mille Venetijs hinc ad annum. Ego dixi instrm̃ esse falsum: þsueraui vsq; ad diffinitiuã sniam: sed nõ þbaui. certè nõ fiet cõdẽnatio purè: sed cũ
b illis qualitatibus, q̃ sunt in instrumẽto. s. vt soluatur Venet. hinc ad annũ: qa vnicũ est factũ. vñ fauor impugnãtis, non est diuisibilis à fauore þducentis. & þ hoc facit. l. etiã. ff. de mino.
d & . l. petẽdæ. C. de tẽpo. in integ. resti. & hoc casu non habet locũ iste tex. Aut instrm̃ continet plura capitula: q̃dã. s. in fauorẽ þducẽtis: & aliqua in fauorẽ impugnãtis. & tunc iudicabit tñ pro producẽte: & nõ quatenus facit pro impugnãte: qa impugnãs videtur renũtiasse bñficio suo ibidẽ cõtento. & hoc casu þcedit iste tex. Finge cñ, q̃ secunda cõpositio facta inter Epm & Abba. habebat, vt iura episcopalia in tegrè soluerenf episc. sed postmodũ ex illis iuribus debebant fieri aliquę deductiones: fortè debebat detrahi tertia pars assignanda Abbati vñ fauor abbatis erat separabilis à capitulo faciente þ Episco. vnde Abbas nõ consequitur aliquod cõmodũ ex quo impugnauit instrumẽtũ: sed solũ iudicabitur pro epis. vt hîc factum fuit. Dicit tñ Inn. se putare, q̃ in foro conscitiæ Epi. debet assignare abbati qcquid assignatũ erat secũdũ formã cõpositiõis: ex quo ipse verè scit instrumẽtũ esse legitimũ. Sed ego dubito, vtrũ hæc restrictio þcedat: qa tex. hic ex cludit Abbatẽ ex tacita renuntiatione: & maximè hoc procederet in priuata þsona, q̃ põt suo iuri liberè renunciare: vt in. l. postquã liti. C. de pac. & in. c. dudũ. ij. in fi. de ele. non ergo tenetur producens facere sibi cõscientiã. Et in
12 þcedẽti opi. perseuerat Inn. hîc: licet ponat aliã q̃ habet, q̃ siue instrumẽtũ contineat vnũ capitulũ siue plura, semp iudicabitur, etiã þ impugnante: si þducens approbat þ se, & nõ iuuef alia þbatiõe: secus si iuuaretur alia þbatione: & sic intelligunt qdã tex. istũ. sed nõ procedit hęc secunda opi. qa ẽt Epis. fundauit se sup instrã cõpositione: vt patet in litera, & þsuerũt ipsi Episc. & nõ abbati impugnãti. ¶ † Sed cõtra hoc & cõtra tex. fortiter opp. factũ plãti nõ debet nocere eccl. vt in. c. cũ venerabilis. de exce. cũ si. Ergo impugnatio solius abbatis nõ debet obesse monasterio. Dicit do. Ant. q̃ Abbas erat in iudicio cũ consensu capituli. vñ sicut confessio prælati & capituli nocet eccle. vt in. c. ij. iuncta gl. de testibus. lib. vj. ita & hęc tacita confessio, quæ insurgit ex impugnatiõe instrumenti. & licet hoc dictũ videatur subtile: non tñ procedit. Primò, quia non apparet,

b ¶ Notorium dicitur id, qd̃ cõstat p instrumẽti. idem in. c. cùm dilectus. de dona.
c ¶ In. ij. co. versi. or habetis. & idẽ claritus dicit Bal. in. l. ad probationẽ. C. de proba.
d ¶ Quia hîc Panor. dicit, q̃ qs tenetur recipere contra se qd̃ recipit pro se & gl. hîc ad hoc. al Ie. multas concordãs. adde tu, q̃ hoc nõ est verũ, vbi re scriptum, vel priuilegiũ est motu þprio cõcessum. Ita tenet gl. & bal. in. §. fed qd̃ prin. institu. de iure na. & gl. in ver. volueritin cle. fæpe. de ver. sig. & glo. sin. in fin. in. ij. de mu. pe. Et adde: q̃ idẽ dicit gl. i aur. quas actio. C. de fac. fan. eccle. & idẽ tenet do. Ant. in. c. cæterũ in. ij. col. de iura. calũ. vbi dicit, q̃ rescriptũ princi-
pis cõcessum vni pti, vt nõ teneatur iurare de calũnia, extẽditur ad aliã: nisi esset concessum motu þprio Principis. Pro quo est opt. & clarus tex. quitũ cõi ter nõ allega. in. l. iij. in princ. ff. qd̃ q̃ q; iuri. vide do. Ant. in. c. ex conquestione. in. iiij. col. de restitu. ſpolia. vbi dicit, q̃ facilius vtif rescripto. meo aduersarius meus, si videtur esse concessum motu proprio, quàm ad mei instantiã & postulationẽ. qd̃ etiam vide contra suprà dicta. Sed eius verba non mihi placẽt. sed qd̃ prædixi. §. Inno. in cle. j. in ver. mei. de testi. & glo. in regula: qd̃ ob gratiã. lib. vj. & in. l. qd̃ ra uore. C. de legi. Et adde, qd̃ dixi de motu þprio, procedit, qñ est cõcessum priuilegium secundũ. d. Bar. in. d. l. fi. secus si circa ordinaria: secundũ Bar. in l. fi. C. de fru. & lt. expẽ. Et adde, q̃ spãle est in ecl. vt nõ teneaf recipere. l.
f cõtra se. Ita dicit. d. An, & alij do. ĩ. c. ex pte. de ca. sup gl. i ver. dicebãt. de resc.
c ~ SEB. SAPIA. ¶ Quod instrumentũ. An autẽ valeat protestatio producẽtis instrumẽtũ qd̃ intendit, þducere instrumẽtũ in partibus, þ se faciẽtibus, & nõ in alijs: tãgit do. Ant. hîc quẽ refert, & alle. d. Fel. in. c. imputari. col. fi. ver. vtrum valeat protestatio. §. de fi. instru.

a ¶ De verbis enuntiatiuis prolatis ꝓpter aliud: an & qñ probẽt, & dicit do. Ant. hîc in j. col. q vbi ſufficit fama ad ꝓbandũ, ibi ſufficiũ verba enuntiatiua. Et idẽ opinãtur, qd fama. Sed tu vide eundẽ do. Ant. in c. qm̃ cõtra. in. xxij. col. de ꝓba. vbi videt reſtringere. hoc verũ in facto antiquo.
Anto. Fran.
¶ De verbis enũtiatiuis an & qñ ꝓbent, vide q habẽtur. in. l. ex his verbis. C. de teſt. mi. & il. Titia. la. j. in prin. & ibi p Bar. de. l. ij. & latè per Ioan. Ber. de fir. in ſuo repertorio in litera. V. in. verſi. verba enũtiatiua. Et adde, quòd verba enuntiatiua, prolata inteſtamẽtis in piã cãm, diſponũt, vt ẽ caſus ſingul. ſecũdũ do. Car. in. c. iudiciãte. de teſt. & habeẽ ꝓ Bar. in. l. j. in. ij. qõ. vj. q. prin. C. de ſa. fanc. eccle.
b ¶ Vide hîc ꝓ do. Ant. in. v. col. in re pe. c. cũ. M. ferrarienſis. de conſtit. in. xij. col. vbi dicit, q cliẽtulo non poteſt nocere niſi præſenti.

ꝟ SER. SAPIA.

c ¶ Quòd debitũ. Vide latè per do. Franci. cur. in tra. de monet poſito in. l. cũ qd. ff. ſi certum petatur.
d ¶ Tenemẽti. Ad de videndũ Rom. conſi. conſi. cxxij. vbi de veritate eorũ, quæ dixit Oldra. in loco hîc allega.

de cõſenſu cõuẽt⁹. Itẽ litera hîc ſe nõ fundat ſup cõfeſſiõe tacita: ſed ſup tacita renũtia. † Aliã lectu. reperio ſenſiſſe gl. not. in regul. delictũ. de reg. iur. libro. vj. vbi dicit, q in iudicialibus delictum ſolius Prælati nocet eccle. ad hoc alle gat iſtũ tex. quẽ ſemper tenebis menti: ſed ego dubito an ſit illud dictũ verũ: quia non probatur per iſtũ tex. cũ hîc Papa non ſe fundet ſup delicto: ſed ſuper tacita renuntiatione. Itẽ delictũ procuratoris non nocet dño, etiã in iudicio: vt plenè no. in. c. j. vt li. nõ conteſt. fortius nec delictũ prælati debet nocere eccle. vñ poſſet dici, q iſta impugnatio nõ cedit in delictũ: cũ iuſtè crederet promoueri iura eccle. ſed accedit mãdato ipſius ꝓcuratoris: vnde cũ prælatus habeat poteſtatẽ promouẽdi iura eccle. factũ ipſius in coniunctis mãdato eccleſiæ nocet. Alia nõ proſequor nũc: ſed iſta ſufficiant.
¶ † In. gl. ij. ſigna gl. iſtã ad fi. & eſt valde no. ex qua habes, q per verba enunciatiua ꝓlata pro a pter aliud, ⁹poſſunt ꝓbari confines. & intellige glo. in caſu, in quo loquitur. Nã cõfines ꝓbantur ex leui ꝓbatione: vt in. c. cũ cãm. de ꝓba. ideo ſufficit hîc leuis ꝓbatio: quæ reſultat, per verba enuntiatiua. & idẽ qd gl. tenet etiã Inn. hîc. & vide quod no. gl. ij. in. c. ſeries. de teſti. & in. l. optimã. C. de contrahen. & cõmittẽ. ſtipu. ſed vbi agitur de magno præiudicio, talia verba enuntiatiua prolata ad aliũ finẽ plenè nõ probant: vt in. c. fi Papa. de priuileg. li. vj. di xi plenè in. c. de ſucceſ. ab inteſta. ¶ † In glo. in ver. quarta. in fi. de hac materia vide quod dixi in. c. requiſiſti. de teſti. & dic, q iura allegata in gl. loquũtur de media, vel tertia oĩm reditũ eccleſiæ inferioris, quã habebat Epiſ. propter tenuitatẽ epiſcopat⁹: ſed iſte text. loqſ de quarta decimarũ, quæ etiam hodie de iure cõi debẽtur Epiſ. ab eccleſijs inferioribꝰ. & idẽ in quarta funeraliũ: vt habeẽ in. c. conquerente. de off. ordi. niſi obſtet præſcriptio: vt in. c. de quarta. de præſcrip. & no. gl. in. c. j. de ſtatu reg. Abb.

ꝟ SVMMARIVM.

Cenſus & tributa debent ſolui ex moneta antiqua: quæ vigebat tempore impoſitionis. 4.
Confeſſio aduocati nocet parti, ſi eam non reuocauerit.
Libellus procedit, ſi dicatur: peto talem compelli ad ſolutionem. licet non petatur primò ipſum condemnari.
Moneta debet ſolui illius valoris, cuius erat tempore, quo fuit promiſſa.
Iudex poteſt condẽnare ad intereſſe, vel æſtimationem, licet non fuerit petitum à parte in obligationibus rem dari, vel tradi.
Præſcriptio. xl. annorum, tantum currit contra iura epiſcopalia.

CAP. XX.

2 notat locum eſſe conſecratum. ¶ † Et in ipſo foramine apponuntur reliquiæ. Itẽ nomẽ Epiſcopi conſecrãtis. Itẽ nomẽ ſancti in cuius honorem cõſecratur. vnde dubitatur, vtrũ deficientibus reliquijs, poſſet apponi corpus Chriſti. & Io. in placuit. de cõſecra. di. j. tenuit ꝙ ſic. Hug. dicit nõ eſſe de ſubſtantia conſecrationis, vt reliquiæ ponantur, ea. diſti. nullus. Hoſt. in ſumma. §. iij. refert ſe cõſuluiſſe Inn. Papã ſup illo dicto Io. an. ꝙ licitè põt apponi corpus Chriſti pro reliquijs, ſeu loco reliquiarũ. Et dicit Inn. rñdiſſe de aſſiſtentiũ conſilio, ꝙ nõ: ſed nõ reddit rõnem. Sed Io. an. dicit, quòd põt eſſe, qa corpus Chriſti eſt cibus animæ. de conſecra. di. ij. panis. Nec debet conſeruari, niſi cã infirmorũ, vel alia de cã neceſſaria: vt in. c. vnico. de cu. Eucha. & vti debemus rebus ad vſum deſtinatum: vt in. c. iij. de ap. & hæc opi. multũ mihi placet. Fertur tamẽ ꝙ Leo Papa deficientibus reliquijs, dedit partem corporalis Euchariſtiæ in conſecratione cuiuſdam eccleſiæ. ¶ † In gl. j. ibi: *de loco ad locum mouetur*. Aduerte, quia hæc gl. videtur ſibi cõtraria prima fronte. Nam hîc dicit, quòd tabula cõſecrata põt moueri de loco ad locũ ſine execratiõe. Cõtrariũ ſentit infrà, dũ dicit, quòd ſi mẽſa altaris fuit mota, vel aliquis de lapidibus tangẽs menſam ipſam: execratũ eſt altare & debet iterũ cõſecrari. d. Ant. videtur intelligere, quòd quãdo cõſecratio cõſiſtit inter mẽſam ſuperiorẽ & ipſam cõſecrationẽ altaris inferioris: ita, ꝙ cõſecratio claudit totam mẽſam altaris, tũc procedit ſecundũ dictũ gl. quia ſi mouetur menſa, violatur cõſecratio: q̃ erat ſub mẽſa. vbi verò cõſecratio conſiſtit in foramine facto ſuper mẽſa altaris: tũc ex quo nõ mouetur illud ſignũ, licet moueatur tota menſa, non eſt altare execratũ, quia remanet cõſecratio inuiolata. & ſic procedit prima pars gl. ¶ Sed aduerte, quia Inno. ſentit cõtrariũ ſuper rub. Nã vult, ꝙ etiã ſi cõſecratio cõſiſtat in dextro latere altaris, nihilominus ſi mouetur mẽſa altaris, execratũ eſt ipſum altare. Et credo, ꝙ hoc dictũ eſt
3 veri⁹, intelligo de altari ſtabili, ſed in altari portabili, ſeu viatico poſſet ꝓcedere dictũ. d. Ant. ¶ Vñ ſcias, ꝙ quoddam eſt altare portabile, quod portatur de loco ad locũ: & eſt paruus lapis cõtinẽs in ſe foramẽ cũ conſecratione & ſigno ſuperpoſito. Et iſtud non execratur, niſi moueatur, illud ſigillũ continẽs cõſecrationẽ. Altare verò ſtabile eſt, quod eſt firmum in loco: & illud execratur multis modis. Primò, vbicũq; violatur locus conſecrationis: puta, quia cecidit aliquis de lapidibus tangentibus ipſam cõſecrationẽ. vel motũ eſt ſigillũ ipſum: vel ſi tota menſa eſt mota: licet ibi nõ ſit foramẽ cõſecratiõis. Ratio, quia quando altare eſt firmũ, nõ conſecratur ſolũ tabula, ſed totum altare. vnde ſi patitur enormẽ læſionẽ, amittit formã ſuã & dicitur execratũ: ideò debet de nouo cõſecrari. Et in fi. gl. nõ intelligas, ſi lapis de nouo additur alteri qd⁹ efficiatur ſacer: quia. c. quod in dubijs ſ. j. eo procedit in liquoribus, & in his, quæ cõmiſtiõe cõfundũtur; vt ibi clarius dicã: ſecus in alijs rebus. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ poſſunt conſecrari tã diebus feſtiuis, quã non feſtiuis.*
2 *Epiſcopi non debent conſecrare eccleſiã extra ſuam diœceſim ſine licentia proprij Epiſcopi: & ſi conſecrauerint, conſecratio tenet: ſed ipſi veniunt puniendi.*
3 *Monialis, quæ ante aſſumptionem habitus fuit corrupta, nõ conſecratur: electus verò in Epiſcopũ conſecratur. licet ante habuerit vxorẽ. de ratione differentiæ vide remiſſiuè.*

CAP. II.

1 VA. ¶ † Diebus etiã nõ feſtiuis põt eccleſiæ cõſecrari. ¶ Caſus literalis. Quia cõſecrationes clericorũ certis tẽporibus debent fieri: quæſiuit Epiſcopus Tornacẽ. qui-

bus diebus conſecratio eccleſiarũ fieri debeat? Rñdet Papa, ꝙ tã in dieb⁹ dñicis, quã priuatis põt eccleſiæ cõſecrari. Ber. ¶ † No. primò ibi: *diœceſi tua*. ꝙ extra diœce. nõ licet Epõ cõſecrare eccleſiã ſicut nec iudicare alienos ſubditos: & ſi de facto pſumperit ſine licẽtia proprij Epi, licet teneat conſecratio: ipſe tñ Eps veniet puniẽdus. vij. q. j. c. ſi Epi. ¶ Secundò no, ꝙ ad cõſecrationẽ eccleſiæ non eſt præfixa certa dies. Et ratio dubitãdi fuit vt dicitur in gl. quia aliæ cõſecrationes, vt Epõrũ, virginũ, & clerico-
2 rũ fiunt certis diebus feſtiuis: ſed rõ decidẽdi ſecũdũ do. fuit: qa debet eſſe differẽtia inter cõſecrationẽ inanimatę rei, & animatæ. Nã altera dignior: itẽ firmior. Nã illa nõ iteratur: vt dixi in c. ꝓcedẽti. ſicut iſta, quæ fit in re inani
3 mata: iõ nõ eſt opus ſeruare tãtã ſolẽnitatẽ. ¶ † Et ſcias inciditer, ꝙ fit qõ, quare monialis nõ cõſecratur, ſi fuerit ſemel corrupta. & tñ electus in Epm cõſecratur: licet habuerit vxorẽ, vel cõcubinã vltra vxorẽ. de quo vide bo. glo. in. c. acutius. xxvj. di. & in. c. viduæ. xxvij. qõ. j. & dic, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Oleum non conſecratum ſi miſceatur cum oleo conſecrato, totum fit conſecratum. 2.*
3 *Vinum ſimplex ſi commiſceatur cum vino conſecrato, nõ efficitur ſacrum.*
4 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale: licet & minus dignũ.*

CAP. III.

1 QVod in dubiis. ¶ Habet duo dicta. & primò idẽ dicit. qd⁹. c. j. ſ. eo. Secundũ dictũ ibi: *nec negamus*. & illud breue & põt ſic ſumma ri ad mentẽ. ¶ † Oleũ nõ conſecratũ põt cõmiſceri oleo conſecrato: & totũ fit cõſecratũ. ¶ Caſus literalis. primò dicitur hîc, ꝙ ſi altare motũ fuerit vel tabula ſuperior, cui conſecratõis benedictio adhibeẽ enormiter facta, totũ debet iterũ cõſecrari. Itẽ oleũ nõ cõſecratũ põt cõmiſceri oleo cõſecrato. & dicetur totũ cõſecratũ. & ita quę religioſis adhærent, religioſa cenſeñ. B. ¶ Not. j. ꝙ totũ altare execratur, ſi tabula ſuperior mota fuit. & not. ꝙ loquit indiſtinctè. Nõ cũ refert ſe ad caſum, qñ cõſecratio cõſiſtit ſub tabula: ſed indiſtinctè loq⁹. Ideo facit ꝓ his q̃ dixi in. c. j. ſ. eo. quia ex quo altare amittit formã ſuã: licet locus cõſecrationis remaneat inuiolatus, totũ altare execrabitur. & pro hoc, qd⁹ ſequit in litera: dũ dicit, idẽ eſſe
2 ſi enormiter ſit fracta mẽſa altaris. ¶ † Not. ij. in fi. ꝙ cõpoſitũ ex diuerſis aſſumit naturã ſimplicis dignioris. & hoc tene mẽti. Nã quotidie iſta litera allegatur ꝙ magis
a dignũ trahit ad ſe minũ. ad idẽ. c. vnicũ. e. ti. lib. vj. ¶ † In
3 gl. fi. ibi: *ſecus ſi vinum apponatur ſanguini*. Nã ſi poſt tranſubſtantiationẽ factã per ſacerdotẽ in altari apponeret vinũ in calice, remanet vinũ: nec aſſumit naturã ſanguinis Chriſti. vt in. c. cũ Marthæ. j. ti. proxi. ſed gl. nõ ſoluit cõtrariũ. Do. ſoluũt tripliciter. Primò, ꝙ oleũ cõſecratũ nõ deſinit eſſe oleũ: ſtat ergò in ſua natura. ideo cõmiſtũ cũ alio oleo fit confuſio: ſed vinũ poſt cõſecrationem de finit eſſe vinũ: & efficit ſanguis chriſti. ideo cũ fuerit vinũ alterius naturæ nõ fit cõmiſtio. Et credo, ꝙ poſſit dari alia rõ fortior. nã poſt conſecrationẽ non eſt ibi purus ſanguis Chriſti qa nõ eſt ſanguis ſine copore: vt no. in. d. c. cũ Marthæ. vnde quẽadmodũ in hoſtia eſt verũ corp⁹ Chriſti cũ ſanguine: ita in calice eſt verũ corp⁹ chriſti cũ ſanguine. Et ibi videbis q̃re ſunt iſta duo ſacramẽta & nõ vnũ tñ: meritò vinũ poſteà impoſitũ, vel ali⁹ liquor, nõ tranſit in ſanguinem: quia nõ eſt ibi purus liquor ſanguinis. & hæc ratio iudicio meo fortius ſtringit, quàm ratio doct. Secunda ratio, quia ſicut ſanguis eſt incõmutabilis: ita eſt in cõmiſtibilis. Tertia, ꝙ hoc ꝓcedit virtute ſacra
4 mẽti: ſed alia præcedẽs videtur mihi verior. ¶ † In ea. gl. ibi: mi

a ibi: *minus dignum*. dic, ꝙ vniuerſitas[a] rerum ſecularium, quę venit principaliter, eſt dignior iurepatronat⁹: quod venit acceſſoriè. Nã id, quod venit acceſſoriè licet in ſe ſimpliciter ſit dignius: ratione tñ acceſſionis eſt minus dignũ, & tranſit cũ principali: vt probat infti. de re. diui. §. ſi quis. & vide quod dicã in. c. ex literis. de iurepat. Nã procedunt iſta, qn vnũ poteſt venire acceſſoriè ad reliquũ. ſed eccleſia quæ eſt merè ſpiritualis nõ tranſiret cũ vniuerſitate ſeculari: vt no. Inn. in. c. ex literis. Et in fi. gl. non intelligas, ꝙ ſolũ nõ ſacrum efficitur ſacrũ: quia vt dixi in. c. j. ſ. eo. iſte text. procedit in liquoribus & in his, quæ miſtione cõfunduntur: ſed in alijs, quæ miſtione nõ confunduntur, vinũ non trãſit in naturam alterius. & ſic argumentum glo. non colligitur ex tex.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, in qua ſunt commiſſa homicidia, & vulnera, non reconſecratur iterum: ſed reconciliatur potius ob terrorem, quam ob neceſſitatem. §.*
2 *Eccleſia polluitur per homicidium ſine ſanguine perpetratum: puta per ſuſpenſionem, & huiuſmodi.*
Eccleſia, an polluatur per homicidium ad defenſam factum, vel per homicidium ſancti hominis. vide rem iſſuè.
3 *Sanguinis appellatione venit modicum ſanguinis, niſi dicatur effuſio ſanguinis.*
4 *Eccleſia non polluitur propter rixam in ea factam ſine ſanguine & homicidio.*
6 *Eccleſia quando præſumatur conſecrata, vel non.*
Scriptura in loco marmoreo facta facit fidem: vbi non agitur de præiudicio alterius.
Teſtis vnicus facit fidem: vbi nõ agitur de præiudicio alterius.
7 *Eccleſia reconſecratur, quando ſuperficies parietum eſt combuſta: quia in tali ſuperficie conſecratur eccleſia. Idem ſi parietes corruant. 8.*
8 *Eccleſia, quæ ſecundum quod ruit reficitur, non dicitur eadem eccleſia: & ideo opus eſt, quòd iterum reconſecretur.*
9 *Altare vel eccleſia, quibus modis reconſecretur, vel reconciliatur.*
10 *Eccleſia polluta, vel execrata: an altare ſit pollutum, vel execratum.*
11 *Epiſcopus quãdo venit ad eccleſiam reconciliandam, cuius expenſis debet venire.*

CAP. IIII.

1 PROpoſuiſti. ¶ † Reconciliatur eccleſia, quę propter homicidia & vulnera hominũ ibidẽ perpetrata eſt polluta. Primò conſultatio. Secundò reſponſio. ibi: *fraternitatis*. ¶ Caſus literalis. Peregrini de diuerſis mũdi partibus veiunt ad eccleſiam ſancti Iacobi: inter quos rixas & cõtentiones propter cuſtodiã alteris fieri cõtingit. vnde vulnera & homicidia inferuntur ibidem. Quæritur vtrum propter hoc eccleſia iterum debeat reconſecrari. Reſpondet Papa, quòd non debet reconſecrari: ſed debet rõciliari per aquam cũ vino &
2 cinere benedictã. ¶ † No. j. ꝙ homicidium cõmiſſum in eccleſia ipſam eccleſiã pdluit, adeo vt ante recõciliationẽ non poſſint ibidẽ diuina celebrari. Ad idẽ. c. fi. ſ. eo. & cũ iſte tex. ſimpliciter faiat mẽtionẽ de homicidio: nec in hoc requirit ſanguini effuſionẽ: ſufficit homicidiũ, etiã ſine effuſione ſanguinis. puta, quia fuit ibidẽ laqueo ſuſpẽſus, vel ſtrangulatus: vel quid ſimile. qd clarius tenet gl. e. tit. c. vnico. li. vj. Et imita hunc tex. per ibi no. Nam debet intelligi de homicidio violento, ſeu iniurioſo: ſecus in caſuali. & quid i eo, qui ſe defendẽdo alium occidit: vt in eccleſia: vel ſi ꝙ interficiat aliqs ſanctus homo.
3 hæc & ſimilia vide penoñ gl. in. d. c. vnico. ¶ † Secũdò no. quòd propter vulera citra homicidiũ, eccleſia polluit. & idẽ in cœmiterꝰ: vt in. d. c. vnico. Et aduert e, qa vulnera non fiunt ſine ſanguinis effuſione. vñ alia iura faciunt mentionẽ de effſione ſanguinis. in. c. finaj. eod. &

in. d. c. vnico. Ex quo infero ad duo notãda. Primò, propter extractionẽ modici[b] ſanguinis, non polluit eccleſia. quod denotat hoc verbũ effuſio. Nã illud verbũ abũdãtiam ſignificat. pro hoc vide bonũ tex. cũ glo. ibi: in. c. cũ illorũ. in §. quòd ſi clauſtrales. in ver. illij. de ſent. excom. & vide glo. ibi no. in ver. ſanguinis effuſione. Et hæc notabis ad ſtatuta, q̃ qñ q; regrũt ſanginis effuſionẽ. ¶ † Secundò infero ꝙ ex alia iniuria corporali citra ſanguinis
4 effuſionem non polluit eccleſia: vt neceſſariò indigeat re a conciliatione: licet in aliquibus locis ſit cõſuetudo non improbanda: vt fiat reconciliatio ſaltẽ ad terrorem alio rũ. pro hoc qd notat Io. An. in. c. aquaj. eo. ¶ Vltimò no. quòd eccleſia qñq; polluit: & tunc nõ indiget recõſecratiõe, ſed recõciliatiõe. qñq; execraſ: & indiget recõſecratione: nec ſufficit recõciliatio. Et qui ſunt iſti caſus, vide- b bis j. cum gloſ. & dicunt doct. quòd per aquã deſignatur populus. per vinum aquæ miſtũ, deſignatur vnio deitatis & humanitatis: per cinerem memoria paſſionis. Ideò cũ iſtis tribus fit recõciliatio ſecundũ formã contentã in põtificali. ¶ † Sed contra prædicta oppo. de. c. veſtra. de cohabi. clerico. & mulierũ. Nã eccleſia cũ ſit ſancta, non debet poſſe pollui: cũm peccare nõ poſſit. So. cõtrarium eſt verũ, quòd eccleſia in ſe nõ polluit ex delicto hominũ: ſed ad terrorẽ fit illa reconciliatio: vt homines videntes, quòd ex facto atroci ſancta quaſi polluanf: ita, vt indigeant reconciliatione, inducanf ad cogitandũ quantũ ſit elaborandũ pro expiatiõe proprij peccati. Ex hoc infertur, quòd vbi iſta fierent occultè, nõ eſt opus recõciliatione: quia ceſſat cauſa inductiua. quod bene notabis, & vide no. glo. in. d. c. vnico. ¶ In glo. in fi. Et ex hac gloſ. collige tres caſus: in quibus eccleſia recõſecraf. & tres in quibus altare: & duos in quibus eccleſia reconciliatur.
6 ¶ † Primus caſus, qñ dubitaf, an eccleſia fuerat cõſecrata. ſed eſt dubiũ, qñ dicif dubitari. Inn. ſ. e. ſuper rubrica, quã ſequuntur doct. cõiter hîc dicit, quòd dicitur dubitari, ſi nõ apparet ſcriptura in libro eccleſiæ, vel colũna, vel tabula marmorea in quibus ſolet ſcribi tempus cõſecrationis, vel non apparet teſtis ſaltẽ vnus deponẽs de viſu, vel ſecũdũ quoſdam de auditu. Nam hoc caſu cũ non tractatur de prciudicio alterius: ſufficiũt tales ꝓbatiões. c quod bñ notabis. Nã põt facere regulã, quòd ſcriptura[c] iu loco marmoreo facta, vel vnicus teſtis faciat fidẽ: vbi non agitur de ꝓiudicio alterius. & ad hoc ſemp allegatur dictũ Inn. & facit de cõſe. diſt. iiij. c. paruulos. xxiij. q. ſi.
7 ſanè. & xxij. q. v. hic videt. ¶ Secũdus † caſus eſt, ſi parietes eccleſiæ: ſunt cõbuſti. & eſt rõ: qa cõſecratio eccleſiæ c cõſiſtit in exteriori parte. Fit eñ delinitio, ſeu vnctio cũ crucibus in ipſis parietibus eccleſiæ ab interiori parte in ſuperficie muri: vnde violatur ipſa cõſecratio ex combuſtione parietũ: licet parietes non corruãt. de conſe. diſt. j.
8 eccleſijs. ¶ † Tertius caſus, ſi parietes corruerunt ita, ꝙ oportet de nouo ipſos reficere: & hoc per rõnem prædictã. Sed gl. hoc limitat, qñ ſimul & ſemel parietes corruerũt & reficiunf: ſecus dicit ipſe. ſi hodiè corruerit vna certa pars & reficiaf cras alia pars, & etiã reficif: & ſic ſucceſſiuè. Nã eadẽ vr eccleſia: ſicut dicimus in naui. nã ſi ſucceſſinè reficiaf, etiã tota eadẽ nauis dr: vt in. l. quod in re. ff. de leg. j. & idẽ dicit populus: licet aliq morianf, & aliqui naſcanf: vt. l. ꝓponebat. ff. de iud. & de hoc vide gl. q̃ hoc diſputat in. c. de fabric. de cõſecra. di. j. Et iſtã opi. videnf ſequi doc. hîc, maximè Hoſt. Inn. ſentit ſuper rub. ſed ibi refert cõtrariũ teneri à qbuſdã: vt indigeat recõſecratione. Et hãc partẽ puto veriorẽ. nã in iſtis ſpiritualibus cõfideramus veritatẽ, & nõ fictionẽ: vt no. Archi. in. c. j. de voto. li. vj. ſed in veritate nõ eſt illa eccleſia: ex quo ex toto de nouo, licet ſucceſſiuè eſt refecta. Nã negari nõ põt quin cõſecratio, q̃ cõſiſtebat in antiqs parietibus, ſit ſublata, & iura cõtraria loquunf de fictioe. Nec oſt. ſi dicaf, quòd ex quo fuit refecta prius minor pars: traxit maior pars minorem partem ad naturam ſuam. argumentum

SEB. SAPIA.

a ¶ Vniuerſitas. Vide Abb. in. c. extirpandæ. §. quia verò. col. j. in repe. ſ. de præben. Deci. in rub. de jud. col. ij. in. j. lectura.

¶ Modici. confirmo per tex. valde no. & ſin. in. l. j. §. ſed ſciendũ. ff. de ẽdi. edi. per quem tex. no. ibi Alber. de Rot. & Ange. quòd ſtatutum loquẽs in vulnuſcu. lo: & ſic in paruo vulnere. facit. c. ligneis. j. eo.

Antoni. Franciſ.

¶ An appellatione vulneris veniat ſimplex percuſſio ſuper cute, vel paruũ vulnus: vide Old. in cõſi. lv. & vide ꝓ Ang. Aret. in tract. malefi. & ibi per Ang. Arimi. in addi. in verbo percuſſit. tñ dicit text. in. l. ſi ſeruus. in. §. rupiſſe. & ibi per Flor. ff. ad le. A qui. ꝙ ſcifio cutis, vel percuſſio cũ tumefactione dicitur eſſe vulnus. De quo etiam habetur in l. vulneris. ff. de iniurijs.

SEB. SAPIA.

c ¶ Scriptura. An ſcriptura in marmore faciat fidem: vide Car. zaba. in c. ad audientiã, in iij. no. de ſpon. Iaſo. in. l. j. colũ. v. in v. not. verſic. & de ſcripturis antiqs. ff. ſi cer. pet.

in.c.proximo.in fi.& ſic de alijs partibus. Nã dico, ꝙ hoc non procedit in iſtis, quę miſtione cõfunduntur: vt dixi
9 in.c.j.ſ.eo.† Primus caſus, in quibus altare recõſecratur eſt cũ dubitatur: an fuerit cõſecratũ. & declara prout dixi in eccleſia. ¶ Secũdus caſus, qñ menſa altaris eſt mota. ¶ Tertius, qñ enormiter fracta. ad hoc j.e.c. ligneis. & declara vt dixi in.l.j.ſ.eo. Primus caſus, in quo eccleſia polluitur, & indiget recõciliatione, eſt per ſanguinis effuſionem. Secũdus, per effuſionẽ ſeminis. Põt addi tertius ſecundũ præcedentẽ opi.gl.qñ ſucceſsiuè eccleſia fuit reparata. Nã debet recõciliari ſecundũ opi.gl. licet non ſit polluta. Sed adde duos caſus, quos habes in.c. cõſuluiſti.
10 J.eod. ¶ † Sed dubitaſ, nunquid execrata eccleſia debeat etiã reconſecrari altare, & quid in pollutiõe? Concludũt doct. hîc, ꝙ poſsibile eſt, ꝙ eccleſia indigeat reconſecratione, & nõ altare. Et idẽ ecõtra: ſecus eſt in pollutione. Ratio diuerſitatis: nã conſecratio eccleſię, quę cõſiſtit in parietibus: eſt ſeparata à cõſecratione altariũ: vnde põt violari conſecratio eccleſiæ: puta, quia parietes ſunt combuſti: vel corruerũt cõſecratione altariũ remanente intacta. & ita ecõtrà. Nã altaria poſſunt deſtrui parietibus eccleſiæ remanentibus illeſis: ſed pollutio cõcernit totũ corpus eccleſiæ. Nã ex homicidio cõmiſſo in eccleſia totũ corpus, cũ ſit vnitũ & indiuiduũ, polluit. ideò etiã in altaribus non põt celebrari ante recõciliationẽ: cũ ſint in corpore eccleſię. ¶ † Et tractaſ hîc quæſtio⁹ quotidiana cuius expẽſis debeat venire Eps ad eccleſiã reconciliandam? Vincẽ. in.c. cõquerẽte. de offi. ordi. dicit ꝙ Epiſcopus debet hoc facere expẽſis ſuis: qa propter hæc & ſimilia habet reditus. Nec obſtat. c. cũ ſit Romana j.de ſimo. quia loquitur in conſecratione. & placet iſta opin. arg. c.
j.de cen.lib.vj. Sed alij, vt refert hîc Ioã. an. diſtinxerunt: aut ſcitur, quis violauit, & eſt ſoluẽdo: & tunc expẽſis illius debet recõciliari. arg. in.c.fi. de iniur. & in.l.j.ff. de eo per quẽ factũ erit. Aut neſcit, vel non eſt ſoluẽdo: & tũc recurrendũ eſt ad conſuetudinẽ & ſtatutũ eccleſiæ. quibus deficiẽtibus Rector & parochiani debẽt procurare[b] Epiſcopũ. ar. in. d.c. cũ ſit. in defectum omniũ debet Epiſcopus facere expẽſis ſuis. ar. j.q.iij.c. cauẽdũ. & hæc opi. videſ placere Io. de lig. in clemen. j de cele. miſ. & illa eadem mihi ſatis placet. & hæc de iſto. c. ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Ordines plures ſacri non poſſunt vni eadem die conferri.*
2 *Epiſcopi non poſſunt conſecrari, niſi die dominico. & idem in Abbatibus benedicendis.*

CAP. V.

Cum ſis. ¶ Plura altaria ſimul in eadem eccleſia cõſecrari poſſunt. & idẽ in pluribus Epiſcopis. h.d. ¶ Caſus literalis. Cũ plures clericos poſsit epiſcopus ſimul ordinare: quæſitũ fuit à quodã Archiepiſcopo vtrũ plura altaria in vna eccleſia & plures epiſcopos poſſit epiſcopus ſimul cõſecrare. & Papa rñdet, ꝙ põt. Ber. ¶ † Et fuit ratio dubitãdi. Nã vni perſonæ, nõ poſſunt plures ſacri ordines eadem die conferri: vt in.c. litera. de tẽpo. ord. Itẽ vnica miſſa in die per Epiſcopũ dici põt: vt in.c. cõſuluiſtij. tj. proxi. & iſtæ cõſecrationes nõ fiũt ſine miſſa: de quo tñ dic, vt habes glo. not. in.c. quod ſicut. de elect. vbi diſputatur, an celebratio miſſæ ſit de ſubſtãtia cõſecrationis. Vnde videbatur, ꝙ plura altaria in eadẽ eccleſia ſimul cõſecrari nõ poſſent. & idẽ in Epiſcopis, Sed contrariũ hîc deciditur. Nam nihil obſtat, quominus in eadem miſſa, & in eodem loco non poſsint ſplures Epiſcopi conſecrari, vel plura altaria. ¶ † Et not. tex. ibi: *in vna eccleſia.* Ex hoc enim verbo potes inferre, ꝙ ſi altaria ſint in diuerſis eccleſijs, non poſſunt ſimul cõſecrari: quia requiritur hîc certa forma, quæ nõ põt ſaluari in altaribus nõ præſentibus. & licet hîc cõſecratio Epiſcoporum & altariũ parificentur: tñ differunt in die conſecrationis: quia altaria poſſunt conſecrari quolibet die: ſicut eccleſia: vt in.c.ij.ſ.e. ſed Epiſcopi nõ niſi die dominico. vt in.c.j. & c. quod die. lxxv. di. Quid aũt de benedictionibus Abbatũ: vide bonã gl. in cle. attendẽtes. de ſtatu rc gu. in ver. benedici. & per Hoſt. in.c.cũ cõtingat. de æta. & qualita. & nõ eſt hoc iure expreſſum: ſed per argumẽta cõiter tenemus, quòd in diebus dñicis: ſicut obſeruaſ in cõſecratione Epiſcoporũ. Nã ſi minores ordines non poſſunt cõferri quolibet die propter reuerentiã: vt in.c.
c j. de tẽporibus ordi. fortius benedictio Abbatis [c], quæ dat poteſtatẽ ipſi Abbati cõferendi minores ordines: & ſic minores ordines dependẽt ab iſta benedictione: ergo debet impendi cũ maiori ſolennitate &c. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non reconſecratur, ſi fuerit tectum, parietibus ſaluis, & integris remanentibus.*
2 *Altare viaticum, quod ſit ex ligno, in quo eſt ille paruus lapis, an execretur, ſi lapis ille remoueatur à ligno.*

CAP. VI.

Ligneis. ¶ † Corruente tecto, parietibus illæſis: & menſa altaris nõ enormiter fracta: nec altare, eccleſia cõſecratur. h.d. Secũda ibi: *inquiſitioni.* ¶ Caſus literalis. Ligna eccleſię cõſumpta ſunt vetuſtate, vel alia cauſa tectũ eccleſię deſtructũ & conſumptũ eſt: ſed parietes integri remanſerũt, ac menſa principalis altaris modicã paſſa eſt fracturã: reparatum eſt tectũ. Quęritur vtrũ eccleſia, vel altare debeant conſecrari? Reſpondet Papa, ꝙ ſi parietes in ſua integritate permãſerit: nec eccleſia, nec altare propter cauſam præd: ctã debet denuò, cõſecrari. Ber. ¶ No. j. ex tex. iũcta gl. ꝙ cõſecratio eccleſiæ cõſiſtit nõ in tecto, ſed in parietibus: ideò corruente tecto remanentibus parietibus, non fiet reconſecratio. Not. ij. ꝙ altare non execratur: ſi patitur modicam fracturam: ſecus ſi enormem. Et aduerte, quia text. non diſtinguit, vtrum fractura ſit in loco conſecrationis. & ideò intelligo indiſtinctè: ꝙ vbicunq; contingit enormis fractura menſæ altaris, execratum eſt altare: & hoc quia videtur perdere formam ſuam. & facit ad ea, quæ dixi in.c.j.ſ.eod. ¶ † Et per iſtum tex. infert Abbas ad quæſtionem quotidianã: nũquid altare viaticum ſit execratũ, ſi lapis remoueatur à ligno. Nam ſæpe altare viaticum ſit ex lapide paruo inſerto ligno: & concludit, qnõ. Et credo, ꝙ vult arguere à ſimili. Nam ſicut corruẽte tecto eccleſiæ remanẽtibus parietibus, nõ fit recõſecratio: ita ſublata illa tabula ſeu ligno, cui inhærebat lapis, nõ debet fieri recõſecratio. Io. an. hoc fatetur, ſi ſepulchrum eſt in ipſo lapide: ſecus autem ſi in ligno eſſet ſepulchri, ſiue foramen: & ibi eſſet conſecratio, & lapis eſſet loco figilli, & hoc eſt indubitatum. Nã tũc violatur cõſecratio. Sed ego dubito etiã in priori caſu ponendo, ꝙ altare recipiat formam ſuã ex ligno & lapide: puta, quia lapis eſt ita paruus, ꝙ per ſe non ſufficeret ad formam altaris viatici. Nã licet cõſecratio ſit in ipſo lapide, tñ ſublato ligno verũ eſt dicere, ꝙ ipm altare patitur enormem fracturã: & ſic perdit formam ſuã. Ad hoc adduco iſtũ tex. in ſecunda parte. Nã hoc caſu, qñ lignum, vel tabula eſt de forma altaris, cõſecratio fuit facta in toto altari: licet bramen ſit in certa parte fractũ. & hoc credo verius. In lo. in fi. hanc gl. declara, prout dixi. in.c. propoſuiſti. ſ.o.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluitur, ſi in ea ſepeliat⁹ excommunicatus.4.*
2 *Cœmiterium ſi eſt pollutum, an ſit pluta eccleſia.*
3 *Excommunicationem an incurrat ie, qui participat cum excommunicato mortuo: puta ipſum ſepeliendo.*
5 *Eccleſia debet iterum conſecrari, quando fuit conſecrata per notori è excommunicatum.*
6 *Excommunicatus ſacerdos rectè concit Euchariſtiam veram, quæ non indiget alia reconſecratione.*

Cap.

SEE. SAPIA.
a ¶ Hæc qõ. Vide de hac. q. Fel. in.c. accedẽtes. col. penul. ver. quarta cõcluſio. ſ. de præſcriptio. vbi idẽ concludit quod dom, Abba. hîc.
b ¶ Procurare. Aduerte tamẽ ꝙ licet Epiſcopus pro reconciliatione eccleſię debeat procurare, tñ reconciliatio nõ eſt fiẽda pro ptio: niſi hoc habeat conſuetudo. Ad hoc eſt gl. 11
ſin. in.c. nullꝰ Epi a
ſcopus. in ver. reſtituit. j.q.j.q hoc dicit per tex. in.c. nemo. de ſimo.

ZACHARIAS.
c ¶ Fortius benedictio Abbatis. Ad de iſtumin.c.cum inter. nume. 4. & quod ibi poſui in apo. ad ipſum. in ver. benedicit. ſ. de b
elect. & Feli. in.c. cùm inter monaſterium. col. j. verſic. de iſta benedictiõe. ſ. de re iudi. Antoni. Franciſ. ¶ An pro reconciliatiõe eccleſiæ, ſeu illius cõſecratione, vel pro benedictione Abbatiſſę poſita b Epiſcopo aliquid accipi contra procurationem abſq; periculo ſimoniæ: vide quæ habentur & plenè traditur in.c.j. de ſimo. & 1
qualiter fiat, & qñ debeat fieri eccleſiæ reconciliatio: vide quæ habẽtur in.c. propoſuiſti. de conſe. eccle. vel alta.

CAP. VII.

a Onſuluiſti. [a] ¶ Breue eſt, vel põt ſic
1 ſummari. Polluit eccleſia vel cœmiteriũ, ſi excõmunicatus in ea ſepeliſ. ¶ Caſus liter. Corpora excõicatorũ in cœmiterio eccleſię ſepulta ſunt: quęrit vtrũ cœmiteriũ debet denuo cõſecrari. Rñ. Papa, ꝙ cœmiteria illa recõciliãda erũt per aſperſionẽ aquæ ſolenniter bñdictæ: ſicut in re cõciliationibus eccleſiarũ fieri cõſueuit eiectis prius corporibus excõicatorũ, ſi à corporibus fideliũ diſcerni po
2 terũt. B. ¶ † No. ꝙ cœmiteriũ eccleſię polluit quẽadmodũ & ipſa eccleſia. Et & cœmiterio polluto, polluaſ eccle
3 ſia vide tex. in.c. vno. eo. ti. li. vj. ¶ † Scdò no. ꝙ excõicat⁹ nõ eſt in cœmiterio ſepeliẽdus. Et nunqd ſepelientes eũ incurrãt ſententiã excõicatiõis: vide tex. in cle. eos. de ſepul. & vide bo. gl. in.c. ad hoc j. de priuil. quæ tractat, nũquid cõicans excõicato mortuo, incurrat excõicationẽ minorẽ: ſicut incurriſſet cõicãdo viuo? & tenet ibi gl. no tabiliter, ꝙ ſic: licet Hoſt. teneat ibi cõtrariũ. ſed dic plenè vt ibi dixi. † Sed quęro, qd ſi excõicatus ſepeliret in ec
4 cleſia? Sol. ſentit hic Io. an. ꝙ eccleſia debet recõciliari, & parietes ẽt ſunt radẽdi & corpora excõicatorũ ſunt reij ciẽda. de cõſecra. di. j. eccleſia. Et idẽ ſi pagani ſepelirenſ. Sed hoc dictũ non placet quatenus dicit, ꝙ parietes ſunt radẽdi. Nã per hoc violaret cõſecratio eccleſiæ: & ſic eſſet recõſecrãda. Nec ob. c. eccleſia. allegatũ per Io. an. qa loqtur in eccleſia nõdũ cõſecrata. Tũc enim eſt verũ, qđ prædixi: ſecus aũt ſi eccleſia eſt cõſecrata róne prædicta. Et habes ex tex. vnũ caſum addẽdũ ad no. in.c. ꝓpoſuiſti.
5 ſ. eo. vbi eccleſia, ſeu cœmiteriũ recõciliaſ. † Aliũ caſum ponit hîc Io. an. ſ. qñ eccleſia ſeu cœmiteriũ fuiſſet cõſecratum, per notorię excommunicatum. nam ſi ſepultura corporis excommunicati non polluit iſtum locum, fortius quando ipſa conſecratur ſepulturatio fit per manus notorij excõicati. & videtur hîc facere regulã, quòd oĩa, quæ cõſiſtũt in exterioribus & bñdictionibus & cõſecratiõibus, nõ dñt exercitari ꝑ fideles: ſi geſta ſunt per
6 notorium excõicatũ ante recõciliationẽ. † ſecus dicit in corpore Chriſti & in alijs ſacramẽtis. Nã illa ſunt veriſſima in ſe: nec indigẽt recõciliatiõe: licet excõmunicatus cõtrà fecerit. facit. j.q.j. in.c. multi. & adde iſtum alium caſum ad no. in.d.c. propoſuiſti. vide quod no. in. d.c. ij. de ſacra. non ite. Item vide etiam tex. cum gloſ. xiij.qõ. ij. c. cum gratia. & c. nullus. vbi habes quare corpora fidelium ſepeliuntur in ſacro, & habes ibi bonum cõſilium, vbi debet eligi ſepultura.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi fuerit contemplatione alicuius conſecrata, debet per eundem dotari: & eodem modo debet dotari per illum, qui fundauit. 2. 3. & debet dotari ita congruè: vt collegiati poſſint commodè viuere. 5.*
3 *Fundantes capellas, vel eccleſias cogi poſſunt per iudicem eccleſiaſticum ipſas dotare. & iſta obligatio tranſit in hæredem: nec debet agi contra tales fundantes multum ſeuerè: quia talis obligatio venit ex mera liberalitate. 4.*
4 *Epiſcopus, ſi conſecrauerit eccleſiam indotatam, poteſt cogi de reditibus ſuæ eccleſiæ, vel patrimonij ſui illam dotare.*

CAP. VIII.

1 Vm ſicut. ¶ † Qui fecerit eccleſiã cõſecrari, tenetur eã dotare. & tene mẽti hunc caſum. In primafacti narratio. In ſecunda exhortatio. ibi: *cum ſit.* ¶ Caſus literalis. Regina Vngariæ quandã eccleſiam nõ dotauit: & eã fecit conſecrari: & in ea fuerũt clerici inſtituti, ſed eccleſia non dotauit. Clerici illius eccleſiæ ſigni ficauerũt hoc. d. Pa. vnde ipſe ſcribit Reginæ dicẽs: cum eccleſia nõ ſit conſecrãda: niſi de dote ſit ei prouiſum, tã tò libentius ad dotandũ eccleſiã prædictã liberalitatis, ſeu prouiſionis manus aperire debet: quãtò ex debito iã
2 tenetur. † No. j. ex tex. iuncta gl. ꝙ fundans eccleſiã [b], vel
b faciens eã cõſecrari, obligatur ad doté cõpetentẽ illi dan dam: quẽadmodũ pater carnalis obligaſ ad dotem cõpetentẽ filiæ dandã. l. fi. de do. promiſ. ita & qui fecit eccleſiam cõſtrui, vel cõſecrari: quia quodãmodo cẽſetur pater: cũ deduxerit eccleſiã de nõ eſſe ad eſſe. ¶ Secũdò no. ꝙ in hoc caſu eccleſiaſticus iudex habet iuriſditionem in
3 laicum. ¶ † In gl. ibi: *vel ſi hoc omiſſum fuit in fundatione*, dic ergo, ꝙ ante fundationẽ debet dos conſtitui: vt in.c. nemo. de conſe. di. j. Et ſi fuit omiſſum in fundatione, nõ a
debet conſecrari, niſi dos aſsigneſ: vt hîc. & ſi fuit omiſſum, poteſt cõpelli fundator, ſeu faciens. eã cõſecrari ex quaſi contractu. & licet gl. hîc in fi. dicat, ꝙ prius ſit conueniẽdus cõſecrator: nõ bene dicit. Nã vt probatur, hæc actio eſt prius dirigẽda cõtra facientẽ cõſecrari. Nec obſtat motiuũ gl. imò facit potius pro: qa ſi Eps ordinat ad præſentationẽ alicuius, prius cõpellit ꝓſentator quã ordinator: vt in.c.cũ ſecundũ. de præbẽ. ſed in defectu fundatoris, ſeu faciẽtis cõſecrari, agendũ eſt cõtra epiſcopũ cõſecratorẽ, qui dotabit, vel ex bonis eccleſiæ ſuę, ſi ſine enormi læſione hoc fieri poterit. argumentũ in.c. Apoſtolicæ. ſ. de dona. vel de patrimonio ſuo, ſicut in ſimili not. in.c. de multa. ſ. de præben. Et not. ꝙ hæc obligatio tranſit in hæredẽ: vt in gl. & in iuribus allegatis in ea. Et no. quia ſæpe accidit, maximè in cõſtructionibus capel-
4 larũ. ¶ † In ea. gl. ibi: *recipere hoſpites. &c.* Dicit Hoſt. ꝙ ſi tanta deberet eſſe dos, pauci reperirẽtur, qui vellẽt eccleſiam cõſtruere. vnde ſufficit ſecundũ eũ, ꝙ aſsignetur vnus manſus pro dote. Et quid ſit mãſus: vide bonũ tex. in.c.j. ſ. de cenſibus. & ibi in gl. Et dicit, ꝙ cũ iſta obliga- b
tio peruenerit ex mera liberalitate: nõ debet multũ ſeuerè agi contra ipſum ædificatorẽ. Nec eſt opus ꝙ dos detur à principio pro hoſpitalitate tenẽda: vel pro iuribus epiſcopalibus ſoluendis. Nã eccleſia impotens non tenẽt ad iſta. imò nec tenẽt procurare Epiſcopũ viſitantẽ. xvj. q.iij. in.c. cauẽdũ. ſed ſi eccleſia peruenerit ad pinguiorẽ fortunã: tunc poterit exercere hoſpitalitatẽ & alia facere, de quibus in gl. Et no. bene hoc dictum Hoſt. & adde
c opi. Vincen. qui dicit in aſsignatione dotis [c] attendẽdũ, vtrũ eccleſia ſit parochialis. Nã tunc habẽda eſt ratio decimarum & oblationũ, & aliarum ỏbuentionũ ſpirituaſ
5 lium. † Poteſt enim ex omnibus prędictis inferri, ꝙ dos debet eſſe tãta, vt presbyter viuere poſsit ſaltem cũ vno miniſtro habito reſpectu ad obuentiones ſpirituales. & ſi eccleſia eſt collegiata, debet dotari ſecundũ quantitatem & numerum collegiatorum & qualitatem collegij. & vide quod notatur. xxj. q.j.c.j. & vide bo. gl. ad prædicta in. d.c. nemo. de conſecra. diſt. j.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluta non poteſt per ſimplicem ſacerdotem reconciliari, niſi ex commiſſione Papæ. 8.*
2 *Epiſcopus nõ poteſt delegare ea, quæ ſunt ordinis illius, qui non eſt Epiſcopus: & non habet ſimilem ordinem. 58.*
3 *Epiſcopus poteſt committere poteſtatem excommunicãdi alijs: licet non ſint epiſcopi.*
Epiſcopus poteſt delegare quicquid habet, quod ſit meri imperij.
4 *Papa non poteſt dare poteſtatem non ſacerdoti conficiendi corpus Chriſti. 8.*
6 *Epiſcopatus eſt ordo, & non dignitas.*
7 *Geſta ratione conſuetudinis, quæ reputatur irrationabilis, ſunt toleranda ſaltem ex miſericordia.*
Conſtitutio iuris antiqui declaratoria extenditur ad præterita.

CAP. IX.

1 Aqua. ¶ † Eccleſia polluta per ſacerdotem ſimplicem reconciliari non poteſt, etiam ſi aqua fuerit per epiſcopũ benedicta. Tria facit. Ponit dictũ: damnat conſuetudinem, cauſam reddẽs: & ſubdit præteriti tolerantiam. Secunda. ibi: *non obſtante.* Tertia ibi: *quod autem.*

¶ Cõſuluiſti. Et pro gl. hîc, quę dicit, quod idẽ iudicamus de cœmiterio, quod de eccleſia: habes vltra allegata in ea bonũ tex. in.c.cũ eccleſia. j. de immu. eccle. & meliorem qui non cõſueuit ad hoc allegari. in c. ſi ciuitas. ij. reſpon. de ſent. exc. lib. vj. & idem dicunt do cto. ibi. de quo dicit hîc do. Bart. de bellenzinis ſe fuiſſe pridie interrogatum: & ꝙ neſciebat illum text.

SEE. SAPIA,
b ¶ Fundans eccleſiam. Aduerte tñ, ꝙ fundans capellam in eccleſia nõ tenetur eã dotare: vt cõſuluit Io. de Ana. in cõſi. xxij. incip. j. videſ. quẽ refert & ſequitur do. Felin. in.c. ex parte. ſ. col. j. poſt medium. ſ. de reſcriptis.

SEE. SAPIA,
c ¶ Aſsignatiõe dotis. Quid autem ſi fundãs eccleſiam aliqua donauerit eccleſiæ an præſumatur, ꝙ illud fecerit pro aſsignatione dotis, vide Pet. de Peru. tenẽtẽ, ꝙ ſic in tractatu canonicæ epiſcopalis. in. vij. c. quem refert & ſequitur Bal. de bartolinis de peru. in tract. de dote in. j. parte. vbi vultho procedere, etiã ſi fundus eccleſię ſit talis, qui nõ tenetur dotare, qñ eccleſia erat pauper & indotata: vt ibi per eum.

¶ Casus literalis. In prouincia Braccharensi, qñ ecclesia vel per sanguinis effusionem, vel alio modo fuerat violata, recõciliabatur per simplices sacerdotes: peruenit hoc ad notitiã Papæ: vnde super hoc scribit Episcopo Astoricen. dicẽs, quòd per aliũ Episcopũ, quã per proprium ecclesia potest reconciliari aqua per Episcopum benedicta: & ꝙ non per simplices sacerdotes decætero ecclesiæ reconcilientur, non obstante consuetudine prouinciæ Braccharensis. quæ dicenda est potius corruptela: quia licet Episcopus committere possit, quæ iurisditionis sunt inferioribus clericis: tamen ea, quæ sunt episcopalis ordinis non potest eisdẽ clericis inferioribus demandare. Quod aũt super reconciliatione huiusmodi hactenus factũ est, de mãdato Episcoporũ duxit de misericor- 1
dia tolerandũ. Ber. ¶ †No. j. bonam regulam in materia 2
delegationis, ꝙ ea quæ sunt ordinis episcopalis, nõ possunt cõmitti nõ Episcopo. Multa enim sunt, quæ nõ possunt fieri, nisi p̃ episcopos, tanquã dependentia ab ordine episcopali: vt consecratio virginũ: ordinatio clericorum: consecratio ecclesiarum: & similia. de quibus vide tex. lxviij. dist. c. quãuis. Ea verò, quæ sunt iurisdictionis 3
demãdari possunt etiã nõ Episcopis. ¶ †Ex quo infert, ꝙ potestas excõmunicandi potest cõmitti etiã non Episcopis. Et idẽ de omnibus, quæ episcopus consequitur in sola confirmatione: de quibus in c. trãsmissam. de elect. & ad prædicta vide gl. sing. quã tenebis menti in. c. peruenit. xcv. dist. quæ dicit, ꝙ nihil habet episcopus, quod sit meri imperij: quod non sit delegabile. Sed distingue, prout habetur hîc in tex. Nam ea, quæ sunt ordinis, non 3
debent cõmitti, nisi habenti illum ordinẽ. ¶ †Ex quo in fert ibi gl. no. ꝙ etiã Papa non posset dare potestatẽ non sacerdoti conficiendi corpus Christi: quia in dispositione diuina illud est distributũ ordini sacerdotali: vt in. c. j. §. vna. de sum. tri. ¶ †Et ex hoc posses facere aliam regulam, quòd ea quę sunt alicuius ordinis nõ possunt delegari alicui nõ habenti illũ ordinem. & sic nõ est speciale in episcopo. ¶ †Et ex hoc & ex tex. notabis, ꝙ episcopatus est ordo[a], & non simplex dignitas: licet Theologi 4
teneãt cõtrariũ: de quo vide bonã gl. in procemio Sexti. ¶ †Vltimò no. & tene mẽti, ꝙ constitutio iuris antiqui 7
declaratoria extenditur ad præterita: licet reperiat consuetudinẽ in oppositũ, ex quo declarat irrationabilitatẽ consuetudinis: & sic gesta prætextu consuetudinis irrationabilis, non tenent: vnde Papa hîc ex misericordia to lerauit actus præcedentes. & de hoc vide quod dixi in. c. fi. de consti. & vide tex. cũ gl. in cle. ij. de rebus eccle. non alienan. sed vide bonam gl. in. c. cũ venerabilis. §. de consuetu. quæ videtur velle, ꝙ gesta prætextu cõsuetudinis, quæ reputabatur irrationabilis, sunt toleranda: saltem ex misericordia: vt hîc. & hoc tene menti. ¶ In gl. prima ibi: *contra iuris naturam*. Potest dupliciter gl. intelligi. Primò, ꝙ consuetudo irrationabilis est cõtra iuris naturã. Nam de iuris natura est, ꝙ quis exerceat ordinem, quem recepit. Nam potestas ministrandi seu exercendi ea, quæ sunt ordinis, non dependet ex nuda volũtate superioris: sed consistit in certa forma tradita per ecclesiam. & ista est ratio decidendi in tex. Nam ea, quæ sunt iurisditiõis, 6
consistunt in nudo exercitio, seu volũtate: ideò possunt
8 delegari cuicunq; : secus in his, quæ sunt ordinis. ¶ †In gloss. fi. in fi. & ex hoc & ex tex. collige Papam posse committere simplici sacerdoti potestatem reconciliandi ecclesiam. & vide quod plenè no. in. c. quanto. de consuetudi. Et idem dicerem de omnibus, quæ sunt iuris episcopalis ex dispositione humana: quia in illis Papa habet plenitudinem potestatis: in. c. proposuit. de concessio. præben. sed ea, quæ in dispositione diuina sunt tributa certo ordini, non possunt committi illum ordinem nõ habenti, etiam per Papam: vt vult glos. sing. in. d. c. peruenit. & no. istam regulam &c. Abbas.

ZACHARIAS.
a ¶ Episcopatus est ordo. Adde Ge. mi. in proœ. vj. nume. 12. Et ibi in apo. Cel. in versi. põt appellari ordo. & Feli. in. c. sicut pro certo. in princi. j. de simo.
ZACHARIAS.
b ¶ Super Rubric. a Adde quod ibi dixi. nu. 4. in ver. basilica. & Bar. post gl. in l. pediculis. §. idem quærit. ff. de au. & argẽ. leg.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia etiam non consecrata, si polluatur, adhuc est reconciliandæ: sed non requirit aliam solennitatem, quã si esset consecrata. 6.*
2 *Ecclesiæ appellatione venit in materia fauorabili basilica: quæ est ecclesia non consecrata.*
3 *Missa non potest, nec debet dici in loco non consecrato: nisi cum altari viatico.*
4 *Ecclesia polluitur per immissionem seminis.*
5 *Ecclesia occultè polluta non requiritur, quòd vlterius reconcilietur.*

CAP. X.

SI ecclesia. ¶ †Ecclesia etiã nõ consecrata, si polluitur, recõciliãda est. h. d. habet duo dicta. secundũ ibi: *est tamen*. ¶ Casus literal. Aliqua ecclesia nõ cõsecrata sanguinis effusione, aut alio modo polluta est: quæritur qualiter sit reconciliandæ? respõdet Papa, ꝙ lauetur aqua exorcizata: ne diuinæ laudis organa suspendantur in ea: & quã citò poterit fieri, debet cõsecrari. B. 2
¶ †No. ꝙ basilica largo modò potest vocari ecclesia: vt b
hîc. & vide quod dixi. §. super rubr. [b]Et ex hoc & ex text. infero, quòd in materia fauorabili & priuilegiata appellatione ecclesiæ, venit basilica, seu ecclesia non consecrata. Nam ex quo est deputata ad diuinum cultum, & protinus est consecranda, habetur pro consecrata in fauorem ipsius: sicut in simili dicitur, ꝙ de proximo militandus, habetur pro milite. l. penulti. ff. de testa. mili. ¶ †Se- 3
cundò not. ibi: *suspendantur*. & tene menti, ꝙ in ecclesia nondum consecrata licitè celebrantur diuina. Nam hîc mandatur, vt protinus reconcilietur: ne officiũ diuinum in ea suspendat. Dict̃, ꝙ in ea debet celebrari cũ altari viatico: quia in locis non cõsecratis celebrari non põt. de consecra. dist. j. missarum. dixi super rubri. Et aduerte, ꝙ hîc non fit mentio de licẽtia episcopi. videtur ergo, ꝙ ex quo locus à primordio est deputatus ad diuinas laudes, nõ exigat alia licẽtia. ¶ †Itẽ no. ꝙ post pollutionẽ eccle- 4
siæ cõtingentẽ ex sanguinis, vel seminis effusiõe organa clericorũ in ea suspẽduntur. Ex quo infero, ꝙ nedũ missa, sed nullũ officiũ debet ibi celebrari ante recõciliationem. An aũt de facto ibi celebrantes incurrant irregularitatẽ? Host. sentiebat, quòd sic: quia ecclesia videtur interdicta. argumentũ hîc. Sed cõtrariũ est hodiè determinatũ, & habet in. c. is, qui. de sent. excõ. lib. vj. nõ est ergo ecclesia interdicta, si organa clericorũ sunt suspẽsa. † Vl- 5
timò hîc quæritur, nũquid pollutio nocturna cõtingẽs in ipsa ecclesia polluat eã: vt indigeat recõciliatione? Io. and. dicit, ꝙ cõsuetudo satis rõnabilis habet, quòd nõ: licet pollutio qñq; cõtingat cũ peccato. Et an & qñ proueniat hoc sine peccato: vide tex. cũ gl. no. vj. di. c. testamentũ. Sed ego dico, ꝙ alio respectu ecclesia isto casu nõ est reconcilianda: quia talis pollutio cõtingit occultè. & ea, quæ occultè fiũt, non indigent recõciliatione, & per ea, quæ dixi in. c. proposuisti. §. eo. & declara hũc tex. per ea, quæ dixi in. d. c. proposuisti: vt est gl. not. in. c. vno j. e. lib. vj. ¶ †In gl. j. ibi. in fi. not. finẽ gl. & per iura in ea al- 6
legata. Clemẽs Papa mãdauit denũtiari excõicatos effractores cuiusdã ecclesiæ nõdũ cõsecratę: vbi tn̄ celebrant diuina. & no. ꝙ propriè sacrilegiũ non cõmittitur ibi: qa nõ ledit̃ res sacra, sed propter deputationẽ gaudet eo priuilegio, quo sacra. In glo. ij. in fi. Hosti. videt̃ sequi primã opi. sed Io. an. & cõiter doct. trãseunt cũ opi. gl. & illa videt̃ verior per rõnes gl. Itẽ si exigeret̃ p̃sentia Epi, posset immediatè cõsecrari. & tn̄ tex. dicit, quã citius fieri põt. Itẽ in expectãdo Epm̃, possunt diu diuina subsidia suspẽdi cõtra mentẽ tex. & in. c. pe. de immu. eccl. qa licet iste locus non cõsecratus gaudeat eodẽ priuilegio cum cõsecrato: non tn̄ sequitur, ꝙ in reconciliationis actu debeat seruari

seruari eadem forma. Nã cũ magis delinquatur in loco cõsecrato, expedit, vt maior fiat demonstratio in actu reconciliationis. ar. in c. cum illorum. de sent. excom. & in. c. cum bonæ. de æta. & quali.

a *De celebratione missarum,[a] & sacramento Eucharistiæ & diuinis officijs Rubrica.*

Suprà visum est de consecra. ecclesiæ vel altaris: sed quia in ecclesia consecrata missæ celebrantur, & alia diuina officia dicuntur: ideò subiungitur hæc Rubrica. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini & hospites licitè sumunt sacramenta in parochia, ad quam confluunt.*
2 *Peregrini, si eligunt sepulturam extra parochiam, in qua moriuntur: cui debebitur quarta portio relictorum, ecclesiæ cathedrali, an parochiali.*
3 *Papa non potest facere, quin clerici dicant officium: sed bene potest dare facultatem mutandi officium.*
4 *Clericus beneficiatus, vel in sacris constitutus: licet non sint beneficiati, sunt obligati ad dicendum officium.*
5 *Clerici in minoribus cõstituti beneficiati, absentes ex probabili causa, & per alium seruientes, sunt obligati dicere officium domini.*
Absens ex causa studij: dicitur ex causa probabili abesse.
6 *Clerici tenentur ex præcepto dicere officium beatæ virginis.*
In præceptis multa reperiũtur ex institutis sanctorum patrum, quæ tamen non reperiuntur scripta.
7 *Clerici in minoribus non beneficiati: tenentur dicere officium: licet consuetudo contrarium obseruet: quæ non dicentes excusat.*
8 *Clericus non dicens officium sine causa rationabili, tenetur ad restitutionem fructuum beneficij in foro animæ.*
Clericus non residens in beneficio suo: si illo priuatur, an teneatur ad restitutionem fructuum.
9 *Clericus, qui non dixit officium per plura tempora: potest compelli ad pœnitentiam per sacerdotem: non solum ad redicendæ officia prætermissa: sed etiam ad interesse.*
10 *Clericus infirmus excusatur ab officio dicendo, nisi esset leuiter infirmus.*

CAP. I.

PResbyter. ¶ Communiter nõ summat propter multitudinẽ dictorum: sed secundũ vnũ intellectũ potest sic summari. ¶ Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas. permittitur tamẽ sibi ex causa dicere eas vsq; ad vesperas inclusiuè. h. d. ¶ Primò præcipit officiũ dici horis debitis: & ex causa permittit anticipationem. Secũdò specificat casum, quare permittitur sibi anticipare. ibi: *deinde*. Tertiò cõcludit. ibi: *ergo*. ¶ Casus literalis. In concilio Agathen. quærebatur de horis conuenientibus circa officiũ dicendum. Et respõdet, ꝙ presbyter mane matutinali officio expleto pensum seruitutis suæ. s. primam, tertiã, sextã, nonã, vesperam̃ꝙ persoluat: ita tamẽ vt in horis cõpetentibus iuxtaposibilitatem, aut à se, aut à scholaribus pulchrè cõpleant. Deinde pactis horis & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale, & alia faciat, quæ in tex. sequunt. B. ¶ Not. j. ibi: *mane*. iũcto versi. ibi: *expleto*. ꝙ matutinũ debet esse expletũ mane: & sic ante ortũ solis. vn de dicit Host. ꝙ licet mane expleri debeat, tn̄ debet media nocte inchoari. pro hoc ꝙ sequit in tex. media nocte &c. Ex quo infero, ꝙ matutinũ est de vigilijs nocturnis nõ diuinis. & sic illa authoritas septies in die procedit in die naturali cõtinente. xxiiij. horas. Et quod posteà tex. dicit de nocturnis vigilijs &c. voluit specialiter diuidere ipsas horas inter diẽ artificialem & noctẽ. nõ aũt voluit denotare, ꝙ essent vigiliæ nocturnæ præter septẽ horas numeratas in tex. & sic intelligo istũ tex. Et quòd sic voluerit, patet ꝙ matutinũ hîc connumerat̃ in septenario numero, qui persolui debet quolibet die: & tn̄ matutinũ dicit̃ de nocte: licet expleat̃ de mane. Sed de vno dubito, si matutinũ incipiat̃ media nocte, nõ videt̃ ꝙ expleatur mane: quia nõ ponit̃ tn̄ tẽpus ad dicendũ matutinũ: nisi seruaret̃ cõsuetudo quorũdã religiosorũ, q̃ media nocte incipiũt matutinũ: & dicũt vsq; ad laudes, & posteà incipiũt laudes modicũ an̄ diluculũ, & explẽt de mane: ita vt tũc sit hora primæ. & tũc optimè seruat̃ quod dicit̃ in tex. sed tũc nõ septies, sed octies p̃soluunt laudes. Et facit quod no. Archi. in. c. presbyter. xj. di. vbi tacitè innuit, ꝙ octo sunt horæ canonicæ separãdo illã authoritatem media nocte &c. à septẽ horis alijs, de quibus in illa authoritate septies in die &c. hîc tamen iudicio meo apertè iure nõ probat̃: vt. §. dixi. Cõtra hoc tn̄ facit: quia matutinũ est in prima hora diei naturalis: & hæc cõputatur sub illo numero septenario, qui explet̃ in die naturali. Ex quo necessariò infert̃, ꝙ illa authoritas media &c. cõprehendit̃ in illa, septies in die: sed vt dixi hîc distinguit inter diẽ artificialẽ & noctem.

¶ No. ibi: *pensum seruitutis*. ꝙ sicut vasallus tenet̃ dño soluere tributũ & seruitiũ: sic clericus tenet̃ soluere hãc seruitutẽ Deo. s. indicẽdis horis canonicis. & expone pẽsum. s. quãtitatẽ, vel debitũ. & idẽ verbũ ponit̃. iiij. di. deniq;. Tertiò no. ꝙ officiũ diuinũ appellatur hora & etiã vigilia. & dr̃ hora ab oro oras: appellanf vigilię: qa in eis dicẽdis debẽt clerici vigilare, & nõ dormire. Quartò no. ibi: *infirmis visitatis*. ꝙ sacerdos parochialis nõ debet exire ciuitate, quin prius visitet oẽs parochianos infirmos: ne quis sine cõfessiõe, seu Eucharistia decedat. facit de officio Archipresby. in. c. iij. ¶ No. ibi: *opus rurale*. ꝙ hoc opus nõ est clericis etiã presbyteris interdictũ. ¶ Itẽ no. ibi: *ieiunus*. ꝙ presbyter parochialis tenetur seruare ieiuniũ vsq; ad horã tertiã, in qua põt missa celebrari, secũdũ qualitatẽ diei. Et ex hoc verbo infero, ꝙ sacerdos parochialis nõ debet cã celebrationis recipere vi nũ purificatũ, nisi habeat aliũ sacerdotẽ, qui sit paratus dicere missam supueniẽte necessitate. Nã iste tex. loquit̃ de sacerdote, q̃ prius celebrauerat: vt denotat illa dictio: vt iterũ necessitatibus. &c. & tn̄ dr̃ ꝙ debet esse ieiunus vsq; ad horã statutam: & iterũ ex necessitate celebrare posset. Ille aũt q̃ recipit vinũ purificatũ, nõ dicit̃ ieiunus: nec põt ex necessitate iterũ celebrare: vt innuit iste tex. & clarius legi. & not. in. c. ex parte. &. c. cõsuluisti j. eo. tit. ¶ †No. ibi: *peregrinorum & hospitum*. pulchrũ dictũ, ꝙ sacerdos parochialis licitè ministrat sacramẽta peregrinis & hospitibus cõfluentibus ad parochiã suã. Ergo infert̃ põt, ꝙ pegrini & hospites nõ tenẽtur ire ad ecclesiã cathedralẽ: sed necessitate superueniẽte videnf esse de illa parochia, ad quã se cõtulerũt. ¶ †Et facit hoc ad qõnẽ quotidianã, q̃ tractat̃ in. c. j. de sepulturis. Moritur peregrinus in parochia alicui[2], vtrũ debeat ibi sepeliri: vel in ecclesia cathedrali, si nõ elegit se pulturã: vel si eligit extra parochiã, vtrũ debeat tur quarta ecclesiæ cathedrali: an parochiali. Iste tex. facit pro ecclesia parochiali: latius examinat̃ hæc qõ in. d. c. j. ¶ Not. ibi: *septies in die. &c.* ꝙ de iure diuino clericus tenetur ad septẽ horas canonicas: sed nõ sunt de iure diuino istę horę determinatę. vn̄ officiũ seu determinatio & distinctio officij est de iure positiuo: sed septies in die laudare, est de iure diuino. ¶ †Ex 3
quo infero, ꝙ Papa[b] licitè põt dispensare circa b
mutationẽ officij: sed nõ credo, ꝙ posit dispẽsare, vt cleric[9] nõ teneat dicere aliq̃ officiũ: licet Laur. & Io. de lig. aliter senserint. in cle. ij. e. ti. vbi arguũt, ꝙ sicut Papa ibi dat ptãtẽ certo casu mutãdi offm̃: ita posit dispẽsare, vt nõ teneat qs dicere officiũ. arguẽdo de parte ad totũ. Sed illud dictũ mihi nõ placet: qa alia rõ est in toto, alia in parte: qa de iure diuino est ipm̃ offm̃ generaliter sumptũ cõtra quod Papa, fine rõne nõ dispẽsat: sec[9] in distinctiõe & mutatione officij: qa illud, vt dixi est de iure humano,

a ¶ De celebratiõe missarũ. Pro intellectu huius rubri. vide omnino sanct. Tho. in. iiij. sentẽ. di. xij. qõ. j. arti. ij. circa medium: vbi dicit, ꝙ quotidiè in ecclesia missa cãtatur multiplici ratione. primò: qa oportet semper esse paratã medicinam contra peccata quotidiana. Secundò vt lignum vitæ sit in medio paradisi. Tertiò, vt Christus quotidiè nobis vniatur sacramentaliter. quartò, vt sit apud nos magnæ memorię. Quintò, vt vero agno quotidiè vtamur.

SEBASTIA.
b ¶ Quòd Papa. Hãc opi. sequitur Felin. in. c. quæ in ecclesiarũ. col. vj. versi. secunda conclusio. ibi, in dispẽsando. §. de consti. tutio.

Si quis. ¶ †[a] Breue eſt. vel ſic. Licet puer ſit ter immerſus in aqua, in nomĩe patris & filij & ſpirituſſanctiſi nõ ſit dictum: Ego te baptizo in nomine patris. &c. non eſt baptizatus. ¶ † No. j. iũcta glo. fi. ꝙ vbi aliqua verba ſunt de ſubſtantia, vel forma ſubſtantiali alicuius actus, omiſsio alicuius verbi vitiat totum actum, ſicut patet hîc in omiſsione illorum verborum: Ego te baptizo. &c. Secus eſt vbi omitteretur aliqua verba: quæ non ſunt de ſubſtantia, ſed de ſolẽnitate. vt puta, ſi presbyter omitteret cathecizmum, vel ſalis impoſitionem, vel vnctionem: quam facit in pectore & in fronte. Ex quo eñ in aqua eum baptizauit, baptizatus eſt puer: ſicut videmus, quòd faciunt aliquando mulieres quando infans eſt in periculo mortis. Nam eum baptizant ſimpliciter. &omittunt illa verba, quæ ſunt de ſolennitate baptiſmi. Pro hoc de conſe. di. iiij. in. c. mulieres. nec debet reiterari baptiſmus. dic tamen, q ſi poſteà infans ſuperuixerit, debent ſuppleri per ſacerdotem ea quæ fuerunt omiſſa, vt catheciſmus & vnctiones & ſimilia. Et pro hoc quod not. hîc glo. Et ſic expreſsius hîc Abb. ¶ † Et ex his tangẽdo quodlibet verbum huius capituli: infero ad quæſtionem: quis poſsit baptizare. Nam text. hîc dicit, ſi quis, quod verbum eſt generis maſculini. Dic tu, q propriè hoc officium pertinet ad ſacerdotẽ, vnde neceſsitate etiam inſtãte Diaconus baptizare nõ debet. de conſe. diſ. iiij. c. cõſtat: cũ duob⁹ ſeq. Tũ ſi de facto aliqs nõ presbyter baptizat, tenet baptiſmus, ſiue baptizans ſit laic⁹, ſiue maſcul⁹, ſiue fœmina, vt in. c. j. in fi. de ſum. trini. & in. d. c. mulieres. tamen grauiter peccãt, nõ ſacerdotes, vt dixi: vſurpantes ſibi hoc officiũ ceſſante neceſsitate. Pro hoc. j. q. j. in. c. q quidã. nec debet vt̃ dixi reiterari baptiſmꝰ: ex quo illa forma ſubſtãtialis de qua hîc fuit obſeruata, ſed potuerunt ſuppleri ſolẽnitates omiſſę, vt p̃dixi. Ex his dic q iſtud verbũ, ſi quis, cõprehẽdit etiã fœmini nũ. Nam & maſculinũ cõcipit fœmininum. l. ſi ita. ff. de leg. ij. & xvij. q. iiij. c. ſi quis ſuadẽte. iuncto. c. mulieres. de ſen. excõ. ¶ Secũdò q̃ro ibi: *puerũ*. qd in puella dic q ide. Nã baptiſmꝰ eſt gñalis: & cõpetit iã fœminis, quã maſculis: 4 tã adultis, quã pueris: vt j. e. c. maiores. ¶ † Tertiò q̃ro ibi: *ter merſerit*. nũquid ſit de neceſsitate, vt baptizãdꝰ terᵇ immergaꝫ in aqua? Inn. hîc dicit notabiliter, q licet in verbis ſit redacta certa & ſubſtantialis forma vt hîc: nõ tñ in facto. Sola eñ intinctio eſt de ſubſtãtia, vñ ſufficit, q baptizans fuerunt aquã ſuper baptizãdo quãtũcũq; modicã. Nã q̃ꝫ poſſet cõtingere propter debilitatẽ baptizãtis & grauitatem baptizandi, q non poſsit illũ ſuſtentare manibus & immergere ter in aqua. dicit tamẽ Hoſti. tutum eſſe, vt in verbis vel in factis obſer- b bibere ſacramentum baptiſmi. vide gl. in. c. detrahe. j. qõ. j. & facit quod not. glo. in. c. qui bona. de conſecra. diſtin. ij. Et adde quòd creatura irrationabilis non eſt capax baptiſmi: nec per ſe, nec per alium. Ita determinat Thom. in iiij. ſenten. diſtin. ix. q. j. art. ij. vltra med. Item adde, q Papa nõ poteſt diſpenſare, q aliquis ſine baptiſmo ſaluetur. ita dicit idem Tho. in. iiij. ſen. diſtin. xvij. iij. q. arti. j. circa finem.

Anto. Franciſcus. ¶ Circa hoc, quod hîc dicit de trina immerſione, adde q baptiſmus etiam in ſolo capite fieri poteſt abſq; eo, quòd totum corpus immergatur. arg. l. ſi ex diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fu. & tenent Ioan. and. & Inno. in. c. debitum. de bap. & vide quod habeſ in. c. vulgaris. de pœ. diſt. j. & vide glo. in verbo trium. in. c. præcipuè. de conſe. diſtin. iiij. quæ dixit, q ſi vna tantùm gutta aquæ cadat ſuper eo, qui baptizatur, q ſufficit: tutius tamen eſt ſecundum Inno. in dicto cap. debitum. q aqua fundatur ſuper maiori parte corporis. & ad hoc vide Hoſtien. in ſumma. de bapti. in. §. quę ſit for. vbi dixit non eſſe baptizatum eum, cuius pes, vel manus tantùm baptizatur, reſiduo corporis manente in vtero, quia tunc non dicitur natus. & ꝓpterea non debet ſepeliri in eccleſia: cùm anima non baptizati, ſit damnata, vt in. c. nulla. de conſe. diſt. iiij. & in. c. firmiſsimè. de cõſe. ea. diſt. Et adde q baptizari poteſt paruulus, pro quo alius reſpondeat: vt in. c. paruuli. de conſecra. diſt. iij. & vide do. Cardi. in cle. j. in. §. ad hoc. de ſum. trini. & fide catholi. vbi dicit, q furioſus etiam poteſt baptizari alio reſpondente. de quo habetur. in. c. maiores. de baptiſ. & per Cardi. in clemen. j. in. vij. qõ. de homici. vbi dicit ſe credere hoc verum, ſi furioſus tempore, quo non erat in furore, declarauit mentem ſuam, quòd volebat baptizari: ſed ſuperueniente furore, non fuit baptizatus. Et adde, q ſi quis proijceretur in puteo, vel in flumine, & ſi dicerentur verba ſubſtanti. lia baptiſmi, non eſſet baptizatus propter periculum mortis inſtantis. de quo vide Cardi. in cle. j. in fin. de baptiſmo.

b ¶ De quo vide etiam hîc per domi. Anton. in. iij. columna. verſiculo. in his, quæ facit. & eius opinio. in terminis etiam firmat ſanctus Thomas. iiij. ſententia. diſtinctione. iij. quæſtione. j. articulo. iiij. Et dicit, quòd licet trina immerſio non ſit de neceſsitate baptiſmi: tamen congruentiſsimè fit ad expri mendum in factis fidem trinitatis. & dicit quòd ſi trina immerſio omittatur contra conſuetudinem eccleſiæ, grauiter peccat ſemel tantùm immergens. Et dicit, q ſi facerdos non intendebat: niſi ſemel immergere, prima ſola immerſio complet baptiſmum: terminans intent ionem baptizantis.

e ¶ Qualiter aqua sit necessaria in baptismo, & quare ipse potius ad hoc sumat, quàm ali⁹ liquor; prout est vinū, vel sanguis. a ponit elegantissimè Thom. in. iiij. san. di. iij. q. j. arti. iij. & vide. gl. Ant. in c. proxi. ś. eod.

SEB. SAPIA.

b ¶ In nominibus patris. Quid aūt si diceretur: In nomine patris & filij & spiritus sancti, & diaboli: an valeat baptismus & valeat hmōi cōsuetudo, vide Hostiē. in sum. huius ti. cōcludētē. qnō in. ś. quæ sit eius forma. col. ij. Car. Alex. in. c. consuetudinē. xj. dist. Petrū Rauenatē in conclusionib⁹ cō suetudinis. columna. xiiij.

c ¶ Adde hīc, q. si sacerdos baptizaret aliquem nobilem nō vitiat baptismus, si ob reuerētiā dicat: Ego baptizo vos. vbi debeat dici, Ego baptizote, secūdū quod docet ista decreta. ita determinātdo. i. c. cū ab vno. de reiu. in. vj,

SEB. SAPIA.

d ¶ Quid si dicatur. vide Fely. in. c, cū dilecta. col. xviij, ver. similiter dixit ś. de rescrip. & ibi ponit, an pfectio ordinis in baptismo vitiet baptismū. col. vj. ver. adde etiā ad istā regulā. vide etiā Fely. in. c. quæ in ecclesiarū. co. vj. ver. secūda cōclusio. ś. de cōsti. & ibi an Papa possit mutare formā verborū.

¶ Adde hūc, qd not. Bart. in. l, j. C. ne fa. bap. rei. vbi vbi dicit de iure hoc posse fieri, cū qs in periculo fuit baptizatus ite rū baptizari pōt in ecclesia cū hac d cōditione, si non es baptizatus. &c. Et de ista baptizatione: qua pœna puniant facientes eam, est tex. cum glo. & ibi domi, Abb. in. c, ex lite-

netur consuetudo loci. & vide tu bonum tex. in. c. de trina. de consc. dist. iiij. vbi dicitur: q̄ loci consuetudo obseruari potest licitè, siue fiat immersio trina, siue vnica, & libi videas significatum. ¶ †Quartò quæro ibi: *in aqua.*[a] quid si fieret in alio elemento, vt in vino, vel alio liquore? dic, q̄ non esset baptismus; quia elementum aquæ est substantia baptismi: vt in c. nō vt apponeres j̄. e. ibi: saliuæ aspersione liniuit. Nam Christus mandauit in aqua baptizari. & ita fuit ipse baptizatus & fortè ad hoc de signandum exiuit aqua de ipsius latere in passione eius, vt in. c. in quadam. j̄. titu. proximo. ¶ Quintò quæro ibi: *in nomine.* quid si diceret, in nominibus patris. &c, vel: in virtute patris, &c. dic, q̄ non esset baptismus, secundum Inn. quia plus importat in singulari, quàm in plurali. Nam denotat vnitatem essentiæ. Itē non licet variare formam per ecclesiam traditam.

¶ Sextò quæro ibi: *ego.* nunquid illud pronomen ego, sit de substantia baptismi: an sufficiat dicere baptizo. &c. glo. ij. hoc tangit, & communis opi. est, q̄ non sit de substantia: quia intelligitur sub alijs verbis. Dicit tamen gl. in. c. multi. de consc. dis. iiij. q̄ non debet omitti. si tamen omittitur, tenet baptismus. & hæc opinio bona: & quia aliqui tenent hoc esse de substantia præcauendum est à principio: vt istud pronomen ego, exprimatur. ¶ †Septimò quæro ibi: *baptizote.* quid si dicitur, baptizo te in nomine Christi & patris & filij. &c. quidam, vt refert Inno, dicunt, q̄ nō est baptismus propter omissionem formæ substantialis, nisi forte in vna prouincia consuetudo aliud haberet. Et no, bene hoc dictum, vult em̄, q̄ vna prouincia potest vti alia forma, quàm sit hīc expressa, dūmodo in substantia sit isti æquipollēs. Ponit exemplum in Calabria. & dicit, quòd Papa intantum approbauit illorum consuetudinē, quòd eis cōcessit: vt in futurum possint ita facere: secus dicit, vbi in vna ciuitate, vel in pluribus. quia non est ita iustus error in vna ciuitate, sicut in vna prouincia. Item non eminet tā tum scandalum, secundum Hostien. & conclu dunt Inno. & Host. q̄ ecclesia Romana debet quantum potest sine tamē violatione fidei tolerare ritus & consuetudines aliarum prouinciarum: vt Græcorum & aliorum Christianorum, vt facilius redeant ad fidem integram. Et his rationibus Papa sustinet Græcos sacerdotes in matrimonio, vt in. c. cum olim. de cleri, coniu. & in. c. Nicena. xxxj. di. Item Iudæos & Paganos contrahentes in secundo gradu, vt in c. gaudemus. de diuor. ¶ †Et sic bene & singulariter no. q̄ constitutio Papæ non extenditur ad alios habentes consuetudinem contrariā. pro hoc vide bonam glos. xxj. di. in. c. j. in fin. ¶ Octauò quæro ibi: *te.* quid si omittatur illud pronomen te? communiter tenetur, quòd ille nō est baptizatus: quia non apparet, quid iste baptizet. ¶ Vltimò quæro ibi: *in nomine patris.* quid si dicatur[d] in nomine trinitatis, vel in nomine Christi? Hanc quæstionem ponit gl. pe. & dicit, quòd tenet baptismus; quia olim sic baptizabantur homines: vt in. c. quodam. de consc. di. iiij. doc. hīc communiter tenēt oppositum, quia hodiè fuit immutata illa forma: vt patet in hoc tex. & hoc tene menti. Quædā tangit hīc Inno. ad materiam faciētia. vidē per

te. & per prædicta expeditæ sunt glo.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus reiteratur, si dubitatur de eius omissione. 2.*
3 *Baptismus, quibus casibus reiteretur.*

CAP. II.

1 DE quibus. ¶ †Breue est, & hoc intendit. Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari forma hīc expressa. ¶ †No. q̄ vbi dubitatur, an solennitas debita interuenerit, debet in dubio reiterari. ad hoc de consc. dis. j. c. solennitates. & quòd hīc dicitur de baptismo: procedit etiā de cōfirmatione, seu chrismatione secundū docto. Item dicerem in omnibus alijs sacramentis non iterabilibus eadem rōne.

2 ¶ Item no. casum, in quo sacramentum cōfertur sub conditione: hīc tamen non est propriè conditio, cùm sit de præterito. Non enim suspendit actum: quia certū est naturæ, vtrum fuerit baptizatus: vt no. in. l. cum ad tempus. ff. si certum peta. ¶ †Vltimò quæro, in quo dubio procedit iste tex. doct. instant: sed finalis & vera conclusio est, quòd procedit tam in dubio facti, quā iuris. Et primò ponit exēplū cùm reperitur infans expositus sine signo baptismi. Nam dubium consistit in facto. De secūdo possunt poni multa exēpla, & notabis. s̄. c. proxi. puta si fuit dictum: baptizo te in nomine Christi. Nam in iure dubitatur, an iste sit baptizatus. ideò potest baptizari sub ista forma. de qua hīc. ¶ In glo. fi. in fi. dic, q̄ ista quæstio nō procedit ad textum relata, quia ex quo præmittit protestationem, q̄ non intendit baptizare: si erat baptizatus nō potest dici, q̄ imprimatur nouus character. Itē sine illa protestatione tene, q̄ non imprimitur nouus character, si iterum quis baptizetur. sed tātū fit reiteratio in facto. ar. in. c. in Genesi. de ele. Nam dominium alicuius rei non potest haberi amplius: quàm semel. & bis haberi non potest, vt inter dilectos. de fi. instru. multò fortius hoc est dicendum in charactere. &c.

SVMMARIVM.

1 *Causæ magnæ importātiæ sunt per solam sedē Apostolicam decidendæ. 3.*
Sententia super depositione Episcopi per solum Papam fieri potest.
2 *Papa solus sine concilio, non potest statuere contra vniuersalem statum ecclesiæ.*
4 *Communis vsus loquendi attenditur etiam in interpretatione diuinæ scripturæ.*

CAP. III.

MAiores. ¶ Hoc dicit vsq̄ ad ś. verum. Sacramentū baptismi vtiliter confert paruulis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur peccatum originale. Et diuiditur tota decreta. in duas partes. Primò ponit exordium probans magnas quæstiones maximè fidem tangentes referendas esse ad Papam. Secunda ibi: *in quibusdam.* ponit epistolā, quæ quatuor habet partes: sicut quatuor sunt quæstiones. Secūda ibi: *verum.* Tertia ibi: *sed adhuc.* Quarta ibi: *item quæritur.* Prima subdiuidi tur. primò ponit hæreticorū obiectio duab⁹ authoritatibus

rarū. de apost. Itē vide tex. in. c. nō licet. & ca. ne baptizare. cū. iij. seq. de cōsc. di. iiij. Et ista practica protestā di est, quā no. idē domi. Abb. in. c. j. in fin. de cler. per sal. promo.

¶ De hoc genere causarum: scilicet, quæ sunt maiores quæ mediæ: vide per Ioā. and. post Host. in cap. fi. de crimi. fal. & per glo. remissiuè. in versi. grauiora. & Imo. in. ix. col. in cle. non potest. de procur. facit quod legitur in text. & gl. in. c. frater. vel iter. xvj. q. j. & p gl. in. c. literas. de iura. calū. Et quæ dicatur minima causa, vide per gl. in ca. de appellationibus. de app. & per gl. in. c. fi. de re iudi. lib. vj. Et fa cit, quod not. do. Ant. in. c. cæteru. de donati. ponit, quid dicatur esse minimum, & circa hoc quæ dican tur causæ maiores &c. vide do. Ant. in cap. vt debitus. in vlti. col. de app. post gl. fi. ibi quæ dicit, q̄ causæ maiores sunt: de quibus. in. c. quodtrāsla. de offi. leg. Et adde quòd cuiuscunq̄ valoris sit causa, non dicitur esse magna causa, si agatur solùm de possessione, nō de ꝓprietate. Ita no. dicit Bart. in. l. admonendi. in. x. col. ff. de iureiurā. Item, quæ dicatur grauis vel ardua causa, vide domi. Ant. de procu. in. c. querelā. in. vj. colum. Nam causa electionis dicitur magna causa: vt not. gl. in. c. bonæ. el. j. in ver. securum. de elect. maximè si sit de electione Episcopi: vt est tex. in. c. fi ipsius. de electi. lib. vj. vel de electione coadiutoris Episcopi, vt est tex. in. c. j de cle. egr. lib. vj. & vide domi. Anto. in. c. edoceri. in

authoritatibus munita. Secūda ibi, *ad id.* ipsius solutio. Tertia ibi: *cæterum.* authoritatibus respondet. ¶ Casus literalis. Quidam hæretici fecerūt quasdā quæstiones catholicas. Archiepiscopus Aretalē. postulauit dūm Papā illis quæstiōibus rndere. Ad quod respōdet Papa declarando singulos articulos vniuscuiusq̄ quæstionis, vt clarè ex illa litera capere possis. Ber. ¶ †No. j. q̄ magnarū causarū[a] decisio seruāda est soli Apostolicæ sedi. pro hoc capi. vt debitus. s̄. de appel. & c. quāuis. de electio. libro. vj. Hinc est, q̄ nemo citra Papā. potest facere sentētiā super depositionē Episcopi. iij. q. vj. accusatus. & c. quāuis. & c. ij. de trāsla. Præla. & præsertim si talis causa attingit articulos fidei, vel sacramenta ecclesiæ. Hīc enim agebatur de sacramentis ecclesiæ. Et ex hoc & ex tex. infero solū Papā posse cognoscere & decidere causas fidei, & sacramentorū ecclesiæ. ¶ †In cōtrariū tamē facit glo. in. c. Anastasius. xix. di. quæ videtur velle, q̄ Papa in causa fidei, debet cōgregare cōcilium. & in tali causa conciliū est supra Papā: & sic aliqui ruditer intelligentes illā glo. apertè veniūt cōtra istū tex. vnde dic q̄ regulariter solus Papa pōt decidere causam cōcernētē fidē & sacramentum ecclesiæ, vt probat hīc. & in. c. hæc est fides. xxiij. q. j. ad. c. Anastasius. dic, q̄ ibi Papa voluit decidere cōtra aliquod institutū per ecclesiā: quod nō poterit sine concilio, quia vbi in causa fidei con stat de iudicio totius ecclesiæ: Papa non potest aliquid decernere cōtra statutū ecclesiæ. quia posset Papa esse hæreticus, & sic errare in fide. xl. di. si Papa. sed tota ecclesia errare nō pōt: vt in. c. à recta. & ibi bo. glo. xxiij. q. j. ¶ Secūdò no. q̄ Christus orauit ꝓ Petro, vt nō deficeret eius fides. Ex quo infertur, q̄ fides Christiana deficere nō pōt: quia non est præsumendū, q̄ Christus fuit frustratus labijs suis. ¶ Sed contra hoc op. Christus orauit pro Petro. ergo sequitur, q̄ successores Petri non possent errare. quod tamē est falsum. Nam Papa pōt peccare, vt in. c. aliorū. ix. q. iij. & pōt esse hæreticus: vt in. d. c. si Papa. Item potest esse ignarus[b] adeò, quòd propter insufficientiam potest resignare papatum: vt in. c. j. de renun. lib. vj. ergo ratio literæ nō concludit, vt propter orationē Christi factā in pſona Petri, sit recurrendū ad Papā in causis arduis. Sol. dicūt hīc doc. q̄ Christus orauit pro Petro & successoribus suis, vt nō deficerent tā in fide, quā in moribus. Nā successores in fide & moribus erūt salui, nec errabunt in fide. Ad id quod dicitur de hæresi respondēt, q̄ orauit pro Petro & ecclesia. Ego aliter dicerem, q̄ quēadmodū potestas tradita Petro, fuit sibi tradita in pſona ecclesiæ, sed sibi tanquā capiti: vt notabiliter probat in. c. quodcūq̄, xxiiij. qō. j. & in. c. ita dns. xix. di. Ita Christus orauit pro Petro, id est pro tota ecclesia in persona Petri, sed pro Petro principaliter, tanquā pro capite, vt nō deficeret fides Petri. Fides autem Petri est fides vniuersalis ecclesiæ. & ideò directè cōcluditur, q̄ ecclesia tota errare nō pōt: quin saltem remaneat in vno. Et ita probat per August. & est tex. cū gl. notabilis in. d. c. à recta. xxiiij. q. j. † Sed quia Papa est caput huius ecclesiæ, & præsumitur oībus sanctior & doctior. xl. di. c. j. ideò ad ipsum est recurrēdū in causis maximè arduis, quia de facili non potest totā ecclesiā cōgregare dubio maximo existente. & vide gl. no. in. c. quāuis. xxj. dist. quæ dicit, q̄ vbi sunt boni Christiani, est romana ecclesia. vnde post mortē Christi fides remāsit solū apud beatā virginē. Sic pōt cōtingere (quod absit) q̄ apud vnū solū dūtaxat fidelem, licet fœminā posset consistere recta fides. ¶ No. iij. in ś. quibusdā. q̄ lex Mosayca nō est seruanda cū Euangelio, nec circūcisio cū baptismo. vnde baptismus successit circūcisioni, nō aūt cōcurrit cū circūcisione. ¶ Itē no. q̄ baptismus cōpetit cuiq̄ sine distinctione sexus, vel ętatis. ¶ Itē no. hīc tex. apertū, q̄ in lege diuina etiā masculinū cōcipit fœmininū. ita apertè arguit hīc tex. Nam Christus dixit, nisi quis renatus fuerit. &c. & dicitur, q̄ per hoc includere voluit masculios & fœminas. non solū ergo in lege humana masculinū concipit fœmininū. l. si ita. ff. de le. iꝛ. & in. l. j. ff. de ver. sig. & xvij. q. iiij. si quis suadente. iuncto capi. mulieres. de sen. ex. sed etiā in. l. diuina, vt hīc, quod tene menti. ¶ Itē no. duos effectus circūcisionis antiquæ. Nā tollebatur peccatū, & euitabat dānationis periculū. Sed per hoc nō poterāt peruenire ad regnū cæleste. Baptismus verò habet tres principales effectus. Primus inducit remissionē peccatorū. Secundus tollit damnationis periculū. Tertius aperit regnum cæleste. & dic quartū, q̄ infunduntur gratiæ & virtutes in ipso baptismo: vt ꝛ in

ver. illud. & in cle. j. de sum. tri. in fi. Dic etiam clarius, quòd per baptismum dimittitur nedum peccatū, sed etiam omnis pœna peccati, ita q̄ si infidelis adultus hodiè baptizaretur: & illico decederet, non sentiret etiam pœnam purgatorij: vt est text. Aug. notabilis. de pœ. dist. vij. c. nullus. vbi ponit exēplū in latrone: cui credenti, & tūc baptizato baptismo flaminis, fuit dictū: Amē dico tibi: qa hodiè mecum eris in paradiso, vt in. d. c. fi. ¶ Item no. q̄ dispositio habens plures orationes debet vniformiter intelligi. vnde cauda nō est separāda à capite: vt ad aliud referat principium, & ad aliud finis. & ad hoc notabis istum tex. in ver. fi. iuncta glo. in ver. authoritas. ¶ †No. ibi: *secundum communem vsum loquendi.* tex. satis notabilē, q̄ etiā verba[c] scripturæ diuinæ intelliguntur secundū communē vsum loquēdi. c. ex litteris j̄. de spon. & l. Labeo. de supel. le. ¶ †Item no. q̄ verba apta referri ad habitum & actū, referuntur ad habitum solū, quādo subiecta materia hoc expostulat. & fic non potest quis redargui de ineptitudine loquendi. Exemplum. si dico: Titius comedit: licet actualiter nō comedat, tamē verū est dicere, quòd comedit: referendo sermonē ad aptitudinē, & nō ad actū, aptus est enim comedere. Et idem dicendum est in statutis & alijs dispositionibus. ¶ Vltimò nota in hoc principio: q̄ etiam paruulis[d] virtutes infunduntur in baptismo, & hæc opinio hodie est approbata in cle. j. in fi. de sum. trini.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à simili procedit, etiam in concernentibus animam: dummodò detur omnimoda similitudo.*
2 *Peccatum originale quod est.*

VErum. ¶ Originale peccatū, quod sine cōsensu cōtrahitur, remittitur in baptizato, etiam nō cōsentiente, vt paruulis: secus de actuali, quia sicut nō cōmittitur sine cōsensu, ita nō relaxatur. h. d. vsq̄ ad ś. adhuc. ¶ †No. j. quòd etiam in concernentibus animā in lege diuina, licitum est arguere, à simili: dummodò detur omnimoda similitudo in eo, in quo fit comparatio: aliās ar. à simili corruit: vt hīc. de quo vide quod no. Io. an. in. c. nō pōt. de prębe. li. vj. & quod no. in. c. translato. de cōsti. ¶ No. duplex esse peccatū. s. originale & actuale. & q̄ actuale nō cōmittit sine consensu. Nā peccatū adeo est volūtariū, vt nullo modo sit peccatū: nisi detur voluntas peccandi. Nam peccatum est voluntas cōsequendi, quod iustitia vetat. de quo dic, vt plenius habetur. xv. q. j. in prin. & dicitur actuale, quia primo actu & facto cōmittitur. Nam impossibile est quē peccare sine facto suo. Originale verò dicitur, qd cōtrahitur ab origine. s. cū anima infunditur in corpore. vnde satis post Innoc. hīc: quòd in anima[c] pueri reperiuntur tria. s. pronitas ad peccendum. & contrahitur ex carnis corruptione. Nam per peccatum primorum parentum caro humana fuit corrupta. vnde dicit canon: quòd omnis ætas ab adolescentia prona est ad malum. xij. quæstio. j. omnis ætas. Secundū,[d] est quædā macula, seu sordes quā cōtrahit aia

iij. col. de rescrip. vbi dicit, quòd ista tur arbitrio iudicis, quæ dicatur ar dua causa. Idē do. Anto. in. d. c. edoceri. in vlti. col. dicit quòd cōstitue re vniuersalē syndicū, vel œconomum in ecclesia, dicitur arduum negotium. Item, quæ dicantur leues causæ, vide omnino Bar. i. l. leuia. in fine. ff. de ac cusa. Quæ autē dicantur leuia, grauia vel grauissima. vide Bar. in. l. non solū. ś. si mandato. ver. cir. secūdum. ff. de iniur. Et de multiplici genere causarū, vide glos. xj. q. j. in sum. & Lap. alle. lxx. Itē quæ dicā tur grauia delicta, videl do. Anto. in c. at si clerici. in. ś. de adul. in pe. col. de iudi.

Anto. Fran.

¶ Quæ. dicantur causæ graues, & quæ modicæ, & quæ minimæ: dicas hoc relinquēdum arbitrio iudicis, qui cōsyderata qualitate pſonarū & quātitate causę arbitrabit illā esse magnā, vel paruā iuxta glo. in. l. illicitas. ff. de offic. præsi. quæ dicit, q̄ causa vniuspor celli i rustico erit grauis: quia porcellus rustici est oculus rustici. & vide Ro. in. l. si cō stāte. in prin. ff. soluma. & quæ notāt doc. in. l. admonēdi. ff. de iureiu. & in. l. imperiū. ff. de iuri. om. iud.

SEB. SAPIA.

b ¶ Ignarus. vide Feli. in. c. si qñ. co. pe. in fi. ś. de rescr. vbi dicit, q̄ ꝓpter defectū literaturę Papa non potest deponi, sed per solam hæresim.

SEB. SAPIA.

c ¶ Quòd etiā verba. Multa de cōi vsu accumulat Fely. in gl. j. pœnij huiꝰ libri. co. ij. cū se. & Mod. in ru. ff. de ope. no. nū.

d ¶ Et circa baptismum paruulorū

& eius effectum, vide tex. in c. j. §. verum. ſ. de ſum. tri. & omnino. ſ. Thom. iij. ſen. diſt. iiij. q. iij. ar. j. vide etiam ad materiam huius. c. quod ipſe Tho. no. ea. diſt. q. iij. articu. ij.

SEB. SAPIA. ¶ Per baptiſmum. Nunquid autem baptiſmus de-
a leat crimina perpetrata ante baptiſmum adeò, quòd qui perpetrauit nõ poſ
ſit amplius accuſa
ri. vide Fely. in. c.
de his. col. ij. verſi.
ſecunda concluſio. j. de accu. poſt
Abba. ibi.

ZACHARIAS.

b ¶ Non dimittere 2 in infuſione ad corpus per immiſtionem carnis corruptæ. Tertium eſt reatus, ſeu debitũ
tur peccatũ origi- pœnæ eternæ, quod quidẽ ſequitur ex ſecũdo.
nale. Tu dic, q̃ nõ Nã propter illam maculã cõtractam primi pa
tollitur per baptiſ rentis cum poſteritate ſua fuerunt deputati
mum quo ad ſui huic pœnæ eternæ. ¶ † Sed dubitaſ: q̃ ex iſtis
eſſentiã, ſed miti- tribus dicaſ peccatũ originale. magiſter ſenten
gatur, ne quis da- tiarum plenè proſequitur. ij. ſen. di. xxx. & ibi
mnetur: vt no. gl. a cõcludit, q̃ illa pronitas ad peccandũ ſit pecca
in. c. ſi concupiſcẽ tũ originale. quod nõ placuit Inno. quia ſequi
tia. cxl. q. j. & in. c. tur, q̃ per baptiſmũ, nõ dimitteret peccatum
ij. de conſe. di. iiij. originale, a cũ pòſt baptiſmũ remaneat ipſa p̃
Antonius Franc. nitas ad peccandũ, vt in. d. c. omnis ætas. & . c.
¶ Circa hoc quod ſepties in die. de pœni. diſt. iij. Dicit ergo ipſe
hic dicitur, de pec teneri cõmuniter, q̃ illa macula, ſeu ſordes ſit
cato originali, di- peccatum originale: cui eſt annexa illa proni
cas q̃ illud proceſ tas ad peccandũ. vñ licet tollaſ illa macula, re-
ſit ab inobedien- manet tamẽ pronitas propter corruptionem
tia & concupiſcen carnis, & ſic intelligitur illa authoritas Augu.
tia primorũ paren dũ dicit, q̃ per baptiſmum tollitur peccatum
tum. & ideo, quã originale reatu & non actu: ideſt, tollit ille rea
uis nõ tenetur de tus, qui priuabat hoiem viſione Dei: ſed rema
illo confiteri in net impropriè tamẽ in actu, quia remanet illa
xta ea, quæ haben pronitas ad peccandum. Dicit etiã Aug. q̃ iſti
tur per glo. in §. qui carẽt viſione Dei decedẽtes ſine baptiſmo
fina. de pœni. diſ. mallẽt ſic eſſe, quã nõ eſſe. Et hoc facit ad ſolu-
iiij. & quia illud tionem vnius cõtrarij. Nã videt iniuſtum, vt
deletur per baptiſ paruulus, qui nullũ peccatũ cõmiſit decedẽs ſi
mũ, vt in. c. maio- ne baptiſmo puniat. So. carentia viſionis Dei
res. de bapti. & de nõ eſt propriè pœna, ſed propter inobediẽtiã
hoc originali pec primorũ parẽtũ Deus nõ vult eis cõicare bea-
cato habetur per titudinẽ ſuã: nõ aũt imponit eis pœnã actualẽ.
beatum Tho. in & iſto reſpectu pœna iſtorũ paruulorũ dicit
prima parte ſum- mitiſſima, vt in ca. regenerante. de cõſe. diſtin.
mæ. q. viij. ar. iiij. iiij. quinimo Deus facit eis gratiam eos crean-
&. ij. & lin. q. dema do, quia ſecũdũ illã authoritatẽ Aug. iſti volũt
lo. q. iiij. & in ſum magis ſic eſſe, quã nõ eſſe. & idẽ no. gl. in. d. c.
ma cõtra gentiles. regenerãte. Cõclude ergo, q̃ per baptiſmũ tol
li. iij. q. xlj. cũ dua litur illa macula, ſeu ſordes animæ: & per con-
bus ſeq. q. Et ad- ſequens tollitur ille reatus. Itẽ illa pronitas ad
de, quòd originale peccandũ debilitatur maximè poſt ſacramẽtũ
peccatũ eſt æqualiter in omnibus, vt confirmationis. Nã per chriſmationẽ, ſeu cõ-
per bea. Thom. in firmationẽ Chriſtianus confirmatur in fide, &
prin. ij. q. lxxxij. efficitur fortior ad reſiſtendũ Diabolo & cõ-
ar. iiij. & in q̃. de cupiſcẽtijs carnalibus: vt in. c. j. de conſecr. diſ.
malo. q. iiij. ar. v. Et an originali peccato debeat pœna ſenſibilis, vide eũdem Tho. in præl. q. xxxiij. ar. iiij. & in. d. q. de malo. q. ij. arti. ij. & an pœna peccati originalis in aliquo remaneat poſt baptiſmũ: vide eundẽ in . iiij. parte ſum. q. lx. viij. ar. iij. & quæ ſit pœna peccati originalis, dicas q̃ eſt pœna carẽtiæ diuinæ viſionis, vt per eundem Tho. in. q. de malo. q. ar. ij. &. iij. & vide quæ habẽtur in. c. per baptiſmum. de conſe. di. iiij. vbi habetur, q̃ multiplex eſt pœna peccati originalis. de quo ibi vide per Archi. & ſcribentes.

c SEB. SAPIA. ¶ Quòd quis. An præſumatur quis in eadem volun
tate perdurare, vide Bal. & alios in. l. in ipſius. vbi bo. tex. C. fami. erciſcund. Aretinus in capitulo primo. in ſecunda columna. ſuprà de iudi. Alexander in conſilio ſeptuageſimo octauo, incipiente, in cauſa & lite vertente, in ſecundo volumine.

3 *Intellectus implicantes contrarietatem, vel repugnantiam, non ſunt ad mittendi.*

Sed adhuc. ¶ Licet in baptiſmo dimitta
tur originale peccatum par-
uulis, qui tũ cõſentire nõ poſſunt: in adultis tamẽ amẽtibus, vel dormientibus, qui nõ cõſentiunt ba
1 ptiſmo, nõ dimittitur actuale. Itẽ etiã nec origina
le. Secũda pars ibi: *ad hoc.* ¶ † No. j. q̃ nũq; quis liberaſ ab vno pec
cato, quin liberetur ab omnib⁹. quia Deus nõ nouit opus imperfe
ctionis. Ex hoc infero, q̃ cõfitens aliqua ex ſuis peccatis, vel etiã o-
mnia, ſi diſpoſitus eſt in aliquo peccato iacere, à nullo in veritate
abſoluitur rectè. quia peccata ex parte non dimittuntur per ratio
nẽ literæ. & vide quod leg. & no. in. c. qđ quidam. de pœ. & remiſ.
2 ¶ † Secundò no. q̃ pœna originalis peccati nõ eſt niſi carẽtia vi-
ſionis Dei. Ex quo infertur ad id, quod dixi in præcedẽti. §. quod
paruuli decedẽtes ſine baptiſmo, nõ patiuntur aliã pœnam: niſi q̃
carent viſione Dei: illa tamẽ pœna maxima eſt: vt in. c. firmiſsimè.
de conſe. diſt. iiij. licet reſpectu pœnæ actualis dicatur mitiſsima.
& ſic cõcordat tex. in. c. regenerãte. ea. diſt. Et ob hoc dixit Augu.
q̃ dãnati ad perpetuos cruciatus mallẽt eſſe cũ illis cruciatibus, &
videre Deum: quàm extra cruciatus, & carere viſione Dei. quaſi
innuat, quòd carẽtia viſionis Dei eſt in ſe maior pœna, quàm ſit
cruciatus ille, quẽ damnatus ſuſtinet in inferno. Imò iſta carentia
dicitur grauiſsima pœna. dãnatus tamen in inferno habet vtranq;
pœnam, quia caret viſione Dei: & tamẽ patitur alios cruciatus.
3 ¶ † Itẽ no. q̃ abijciendus eſt intellectus, ex quo ſequitur quædam
contrarietas, ſeu quædam repugnantia. Et no. modum arguẽdi. fa
cit. c. ſolicitudinem. de app. & l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. cũ ſi.

SVMMARIVM.

1 *Dormientes & furioſi non poſſunt baptizari, niſi antè dormitionem & furorem velint baptizari. 6. 7.*
2 *Infideles non poſſunt cogi ad fidem ſuſcipiendam.*
Baptizari nemo poteſt per vim.
4 *Matrimonium factum ex voluntate coacta, non tenet.*
5 *Præſumitur quis durare in eodem conſenſu, & allegans voluntatem mutatam habet probare.*
7 *Maritus non poteſt ordinari in præiudicium vxoris etiam, quòd vxor adhuc non ſit cognita.*

Item quæritur. ¶ † Hoc dicit vſq; ad
fi. Amentes: vel dor-
mientes baptizati: ſi ante dementiam, vel dormi-
tionẽ baptizari volebant, characterem ſuſcipiunt,
aliàs ſecus. coacti verò cauſatiuè ſuſcipiunt. h. d.
vſq; ad fi. Primò ponitur quæſtio. In ſecunda. ibi: *ſunt autem.* quo-
rundam opi. In tertia ibi: *ſed opponitur.* illi quæſtioni opponit. In
quarta ibi: *propter quod.* opinionis veritatẽ exprimit. In quinta ibi:
2 *dormientibus.* principalem quæſtionem ſoluit. ¶ † No. j. alienum fo
re à religione Chriſtiana: vt infideles compellantur ad fidem ſu-
3 ſcipiendã. concor. c. ad finem. xxiij. q. v. ¶ † No. differentiam inter
vim præciſam & conditionalem. Nam vis præciſa impedit impreſ
ſionem characteris. ſecus in conditionali. ratio eſt: quia primo caſu potius dicitur quis pati quàm agere. c. ſacris. quod met. cau. Exẽ
plum: ſi quis ligatis manibus & pedibus inuitus baptizaretur. Sed
in vi conditionali eſt voluntas, licet coacta. Et ex hoc & ex tex. no.
4 q̃ coacta voluntas, voluntas eſt: licet nõ ſit abſoluta. ¶ † Ex hoc in
fertur, q̃ in actu, in quo requiritur abſoluta voluntas, vt in matri
monio, vbi requiritur omnimoda libertas: vt in. c. cum locum. de
ſpon. coacta voluntas non ſufficit. quia non eſt abſoluta voluntas.
5 & vide quod dixi in. d. c. cum locum. & tene menti. ¶ † Itẽ not. q̃
c quis præſumitur perdurare in eodem conſenſu. allegans ergo vo
6 luntatem mutatam, habet probare. ff. de proba. l. eum qui. ¶ † Itẽ
no. caſum, in quo demens, vel dormiens poteſt baptizari, quando
ſcilicet ante dementiam: vel ſomnum erat in propoſito baptizan
7 di. ¶ † In gl. in verbo, *conditionaliter.* ibi Ioan. And. dicit: quòd non
cogeretur & hoc tenuit. hîc & in capitu. vbi iſta. lxxiiij. diſt. ſed do
cto. videntur communiter tenere contrarium. Pro hoc facit iſte
tex. Nam quemadmodum ſuſcipiens baptiſmum per vini cõditio
nalem compellitur ad obſeruantiam fidei & ipſius ſequelã, vt hîc & in

& in. c. de Iudæis. xlv. diſt. ita & ordinẽ ſuſcipiens debet cõpelli ad
obſeruãtiam ordinis & ſequelã ipſius. & erit hîc caſus in quo me-
tum paſſo non ſuccurritur per actionẽ, quod me. cau. Ratio, quia
cõtra impreſſionẽ characteris, cũ ſit indelebilis, reſtitutio fieri nõ
debet: nec pòt: maximè cũ iſte poſſet dici inuitatus ad meliora,
vt notatur in ſimili in. c. cùm dilectus. quod met. cau. & vide per
Goff. in ſum. de æta. & qualita. §. circa hanc. & duobus. §. §. ſequẽti-
bus. ſi tamẽ iſte habuiſſet vxorẽ poterit matrimonio licitè vti, q̃a
non potuit ordinari in præiudicium vxoris, etiã ſi vxor nõdũ fuiſ
ſet cognita. arg. eo rũ, quæ not. gl. de voto. lib. vj. c. j. ¶ In gl. in ver.
perdurare. no. bñ iſtam gloſſ. & . q. quã ponit, quia quotidiana eſt.

SVMMARIVM.

1 *Baptizare nemo poteſt ſeipſum, etiam inſtante neceſſitatis articulo, tamen ſi ſtatim mortuus fuiſſet, ſaluus fuiſſet propter fidem, quam habuit.*
2 *Forma ſubſtantialis debet ſeruari, aliàs actus eſt nullus, etiam quòd ex neceſſitate non poſſit ſeruari.*
3 *Baptizans debet eſſe maior baptizato. xviij. annis.*
4 *Iudæus ante, quàm recipiatur ad baptiſmum, debet omnia reſtituere, quæ extorſit per vſurariam prauitatem: illa verò quæ licitè quæſiuit, non.*
5 *Baptizari nemo poteſt ex ſua immerſione in fontem, licet alius dicat, ego baptizo te. ſed requiritur, quòd ab alio immergatur.*

CAP. IIII.

1 Debitum. ¶ † Nemo pòt ſeipſum baptizare,
etiã inſtãte neceſſitatis articulo. Cõ
munis diuiſio. Secunda. ibi: *reſpondemus.* ¶ Caſus lite-
ralis. Quidã Iudæus in mortis articulo conſtitutus,
cũ inter Iudæos exiſteret: nec aliquem Chriſtianum habere poſſet
ſeipſum in aquã immerſit, dicẽdo: Ego baptizo me in noĩe patris
& filij, & ſpiritus ſancti. amen. Quærit, an iſte ſacramẽtũ baptiſ-
mi receperit. Reſpondet Papa, q̃ cũ inter baptizãtem & baptiza-
tum debeat eſſe diſcretio, ſecũdũ quod ex verbis dñi colligitur, q̃
dixit Apoſtolis: Baptizate oẽs gẽtes in noĩe patris & filij & ſpiri-
tus ſancti, prædictus Iudæus eſt ab alio baptizandus: vt oſtẽdat, q̃
alius eſt, qui baptizat: & alius qui baptizaſ. vnde dñs nõ à ſeipſo,
ſed à Ioanne voluit baptizari, tamẽ ſi Iudæus ſtatim deceſsiſſet, ad
patriã cõuolaſſet, nõ propter ſacramẽtũ baptiſmi: ſed propter fi-
dẽ, quã habuit ſacramenti. In baptiſmo illa ſpiritualis generatio ce
lebratur, de qua dixit dñs: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiri
tu ſancto, nõ intrabit in regnũ Dei &c. Sicut eñ in carnali gnãtio
ne alius eſt qui generat, & alius qui gnãtur: ſic & in ſpirituali ali?
debet eſſe, qui ſpiritualiter generat, & alius qui ſpiritualiter gene
ratur. Sanè cũ corpus exterius, ſiue cor interius baptizaſ, oportet,
vtrobiq; paternitas & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans &
2 baptizatus adinuicẽ referãtur. Ber. ¶ † No. j. q̃ vbi aliqua requi-
runtur ad ſubſtantiã actus: niſi illa interueniãt, nõ tenet actus etiã
ſi ex neceſsitate ſolennitas ſeruari nõ poſsit. Ex quo infertur, q̃ ne-
ceſsitas facit deficere ſolẽnitatẽ ſubſtãtialẽ. quod no. ¶ No. ij. q̃ in
baptiſmo quis dicit renaſci: quia primò fuit natus carnaliter: nũc
verò renaſcit ſpiritualiter. Et ex hoc infertur & ex tex. q̃ iſta gene
ratio ſpiritualis debet imitari naturã, ſeu naturalẽ generationẽ in
quantum poteſt. vnde ſicut in generatiõe naturali quis nõ poteſt
ſeipſum generare: ſed requiritur alius, qui generet: ita & in iſta ſpi
3 rituali regeneratione. ¶ † Ex hoc ego crederem, q̃ nemo pòt aliũ
baptizare: vel ipſum de ſacro fonte leuare, quin poſſet eſſe pater
ſuus carnalis. & ſic, q̃ præcedat baptizandũ in plena pubertate: id
eſt, q̃ ſit maior. xviij. annis. Sicut in ſimili dicimus in adoptione le
gali: quia oportet, q̃ adoptans excedat adoptatũ in plena puberta
te: & q̃ ſit maior. xviij. annis eò, quẽ vult adoptare: vt ſit certiſsi-
mum, q̃ poſſet eſſe pater carnalis: vt patet inſti. de adop. §. minorẽ.
licet Pet. de Auch. hîc dicat ſufficere, q̃ excedat in. xiiij. annis, quia
tunc poſſunt generare. Sed nõ placet: quia, vt dixi, lex in ſimili re-
quirit plenam pubertatẽ: vt in. d. §. minorẽ. Nam multi reperiũtur,
qui non ſunt puberes in. xiiij. an. vt no. in c. puberes, de deſpõ. impu. Et ex hoc no. quaſi nouũ, q̃ nõ debet quis admitti ad leuandũ
aliquem de ſacro fonte: vt ſit pater eius ſpiritualis, niſi præcedat,
ſeu ſit maior baptizãdo in. xviij. an. Nam abſo
num videtur eũ fieri patrem ſpiritualem, qui a
non poteſt eſſe carnalis. §. minorem. ¶ Item
colligo vltra alios arg. optimũ, & quaſi in tex.
expreſſum, quòd ad ſubſtantiam baptiſmi, nõ
requiritur leuans de fonte, ſeu ſuſcipiens de ſa
cro fonte, ſed ſufficit ipſe baptizatus. hoc aper
tè probatur in eo, q̃ Papa arguit de carnali ge
neratione ad ſpiritualẽ: & in ſpirituali in patrẽ
requirit duntaxat ipſum baptizantem: leuans
ergo potius interuenit ad ſolẽnitatẽ actus, quã
de neceſsitate: & fuit hoc, vt arbitror introdu
ctum propter paruulos: qui nequeunt reſpon
dere in cathechiſmo. Ad. c. paruuli. de confec.
diſt. iiij. ſed cathechiſmus non eſt de ſubſtãtia
baptiſmi: vt in. c. j. §. eo. pro hoc facit tex. in. c.
proxi. à contrario. ¶ Vltimò not. q̃ in baptiſ-
mo nõ ſolùm baptizatur: ideſt intingitur cor-
pus exterius. ſed etiã corpus interius: & illa ab
lutio, quæ fit exterius notat ablutionem inte-
riorem. & interior fit per ſpiritũſanctum. Nã
aqua & verba nil prodeſſent, niſi ſpiritũſan-
ctus baptizaret interius, in. c. per aquã. de con-
ſe. diſt. iiij. Vnde reperitur duplex paternitas
& filiatio in baptiſmo. vna exterius: in aqua ba
ptizans eſt pater: alia interius in aqua ſpiritu-
ſanctus eſt pater: & ideò omnes Chriſtiani vo
cantur filij Dei. & inter ſe ſunt fratres ſpiritua
les: quia habẽt vnum & eundẽ patrẽ ſpiritualẽ
in iſta ſecunda natiuitate. Facit quod not. in. c.
adl̃menſam. xj. q. iij. & per hoc intelliges iſtum
4 tex. in fin. ¶ † Hîc quæritur, nunquid Iudæus
debeat indiſtinctè admitti ad baptiſmũ: dic, q̃
non. nã primò debet reſtituere ea, quæ extor-
ſit per vſurariam prauitatẽ & illicitè: vt in. c.
Iudæi. & ibi glo. de conſe. di. iiij. non autẽ tene
tur relinquere alia licitè quæſita: ſicut multi
ſimplices credunt. pro hoc. c. ſicut Iudeij. de Iu
dæis. Item non debet baptizari illico: ſed debet
aliquo tẽpore differri, vt appareat, an habeat
rectã intentionẽ. & olim fuit ſtatutum, vt ſta-
ret cathecuminus per. viij. menſes: vt in. d. ca.
Iudæi. ſed poſteà fuit ſtatutum, q̃ per. xl. dies
tantũ: vt in. c. ne quod abſit. ea. diſtin. Multi ta
men non bene, hoc non obſeruant, ſed illico
baptizant. vnde poſtmodum quieſcẽte illo ca-
lore ſæpe tales redeunt ad vomitũ erroris eo-
5 rum. ¶ † Vltimò quæro, quid ſi aliquis im-
mergat ſeipſum alio dicente: Ego te baptizo.
nunquid ſufficiat? dic, q̃ non, quia niſi, immer-
gat, iſte non poteſt dicere: Ego te baptizo. Di-
cit etiam Innocen. quòd de neceſsitate non re
quiritur immerſio: ſed ſatis eſt, quòd bapti-
zans effundat aquam ſuper corpore baptizan-
di, lauando totum corpus, vel maiorem par-
a tem, vel ſaltem caput. a Dicit etiam ſufficere,
quòd ſcintilla aquæ proiectæ à baptizante tã-
gat corpus baptizandi, quod not. Licet tutius
ſit, vt ſeruetur, quod præmiſſum eſt. Sed hoc
vltimũ valet pro iſtis infantibus, qui ſunt mul
tum debiles: vt nõ immergantur in aqua: neq̃
lauetur totum corpus, ne incurrant pericu-
lum mortis.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus conſiſtit in verbo & in elemento aquæ, non in alio liquore, & vnum ſine alio non ſufficit. 2. 4.*

a ¶ Et de iſta quæ-
ſtione: an ſufficiat
tangere aqua ca-
put, vel aliam par
tem corporis. vi-
de glo. in. l. iij. in
prin. in verb. quã-
libet. ff. de acquir.
poſ. & ibi per mo
der. & tenet Tho.
in. iiij. ſenten. diſ.
iij. q. j. ar. iiij. vltra
me. q̃ ſufficit ca-
put tãtùm immer
gi. Et adde quod
no. Archi. in. c. no
uiſsimè. de cõſec.
di. v. vbi q̃ de ſub-
ſtantia confirma-
tionis. i. chriſmatis
eſt, q̃ fiat in fron-
te aliàs non dice-
retur quis confir
matus.
Anto. Fran.
¶ Ad iſtud de
chriſmate, ſiue cõ
firmatiõe primò,
an tale ſacramen-
tum ſit de neceſsi
tate ſalutis, vide
gl. in. c. reſponſo.
de ſen. excõ. quæ
dicit, q̃ cõtemnẽs
chriſmari, nõ eſt
plene Chriſtian⁹.
ad quod etiã vide
glo. in. c. veniẽs. de
trãſa. & aliã gl. in
c. j. de cõſe. di. v. &
vide bea. Tho. in
iij. diſ. vij. & eũd.
eadẽ di. vbi ponũ
tur effectus, quos
operatur in nob.
talis chriſmatio. &
illa debet fieri in
fronte, vt habetur
per glo. in. d. c. re-
ſponſo. de ſenten.
excõ. & tale ſacra-
mentũ Chriſma-
tionis eſt deuotè
cõferẽdũ ab Epi-
ſcopis tantũ, vt in
c. j. de reli. do. & ĩ
c. licet. in reg. xvj.
q. iij. & qb⁹ ſit il-
lud conferendũ,
vide Arch. in. c. ij.
de cõſe. diſ. v. quẽ
etiã vide i. c. nouiſ
ſimè. ea. di. q. dicit,
q̃ chriſmat⁹ ob
reuerẽtiã ſacramẽ
ti, debet ligari pã-
noi fröte. Et adde
q̃ nemo põt chriſ
mari, niſi à ꝓprio
Epõ: vt p Inn. i. c.
j. de reli. do. & vi-
de Io. and. in. c. j.

de cogna. ſpi. lib. vj. vbi etiam dicit: ꝙ ex tali ſacramento contrahitur cognatio ſpiritualis. de quo etiam vide per Archi. in. c. ſpiritus. de conſe. dis. v. vbi etiam habetur, an in chriſmatione adulti, debeat de neceſsitate interuenire leuans, ſicut in baptiſmo.

a ¶ Adde hîc gl. in. c. baptiſmi vicem, de conſe. di. iiij. Sed tu vide de hoc eleganter in terminis per Thom. in. iiij. ſen. d. iij. q. j. ar. iij. vbi cõcludit, ꝙ ſi aqua tranſit in aliã ſpeciẽ per alterationem, ſicut per putrefactionem: vel tranſit in vinũ vt quia per additionem tantũ alterius liquoris, ſoluat ſpecies aquæ, vt ſi parum aquæ admiſceatur multo vino: tunc ex illa aqua fit baptiſmus. & ponit ibi ſigna cognoſcendi, quomodo trãſierit in aliã ſpeciẽ: vel quãdo recedit in termino raritatis, vel diuerſitatis aquæ, vel in actu vel in potẽtia. Et adde hîc do. Ant. in. c. precedenti. in fi. j. col. vbi dicit, ꝙ cõfertur baptiſmus, licet aqua ſit lutoſa: ſecus ſi ſit lutum, ex quo tamen aqua excutetur. & vide ad hoc Thom. in. iiij. ſen. diſt. in. vij. q. j. art. iij. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi aqua paludis eſſet tantum groſſa, ꝙ recederet à vera ratione aquæ, nõ eſſet baptiſmus, ſicut ſi eſſet lutum. aliãs eſſet baptiſmus: ga adhuc ſpẽs aquæ manet: vide eundẽ ſanct. Tho. in. iiij. ſen. di. v. q. ij. circa medi. vbi dicit: ꝙ oportet aquã, in qua fit baptiſmus eſſe mũdã ob reuerentiã ſacramẽti. tamen ſi ſit immunda, nihilominus fit in ea bapt. Item eundẽ Tho. in. iiij. ſent. diſ. xj. q. ij. ante mediũ, vbi dicit, ꝙ nõ refert in quacunq; aqua baptiſmus fiat. & ꝙ baptiſmꝰ poſsit fieri de omni aqua mari.

3 *Subſtantia actus, ſi conſiſtitin pluribus, requiruntur omnia illa plura: & non ſufficit, ſi vnum interueniat, aliàs actus vuit.*

4 *Baptizari nemo poteſt in aqua roſata, quia non eſt elementum, ſed in aqua transformata ſic, puta in lixiuio, vel aqua lutoſa, vel ſulphurea.*

Baptiſmus quare debet conſiſtere in aqua.

CAP. V.

NOn, vt apponeres. ¶ †Vbi deeſt verbũ, vel elementũ aquæ, non eſt baptiſmi ſacramẽtũ. ¶ Communis diuiſio. Secunda ibi: *reſpondemus.* ¶ Caſus literalis. Ecce aliquis ſimplicitate ductus liniuit puerũ in caput & pectꝰ & inter ſcapulas ſaliuæ aſperſione loco baptiſmi. quæritur, an talis eſſet baptizatus. Reſpõ. Pa. ꝙ cũ in baptiſmo duo ſint neceſſaria: ſcilicet verbum & elementum, & dominus dicat: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: non intrabit in regnum cælorum. dubiũ nõ eſt, ꝙ ille non eſt baptizatus, in quo defuit nõ ſolũ alterũ, ſed vtrunq; Ber. ¶ †No. j. duo quæ requiruntur ad ſubſtantiam. baptiſmi. ſ. verba ad hoc inſtituta: de quibus hîc. & in. c. j. §. e. Item elementum aquæ. nõ poteſt ergo quis baptizari in alio liquore. ¶ †Et ex hoc & ex text. no. ꝙ vbi plura requiruntur ad ſubſtantiã actus, defectus vnius facit totũ deficere. Concor. l. ſi vnus. C. de teſti. ¶ †Sed quæro, nunquid in aqua roſata poſsit quis baptizari, maximè inſtãte neceſsitate. doc. hîc cõcludũt, quòd non. Et idem tenuit beatus Tho. Ratio: quia Chriſtus fuit baptizatus in aqua Iordanis: & ſic in elemento, & ideo nõ ſufficit alius liquor. Nã Chriſtus ſanctificauit nobis aquam in baptiſmo ſuo: vt in. c. nunquã. de conſe. di. iiij. & fuit hoc ſacramentũ inſtitutum in aqua, quia eſt igni cõtraria: peccatũ ergo cõparatur igni. vnde ſicut ignis extinguitur per aquã: ita peccatum per baptiſmum, vt. §. ca. proxi. Sed in aqua etiam tranſmutata[a] baptizari põt, dũmodo non mutetꝫ ſpecies aquæ. & ideò in lixiuio poteſt etiã quis baptizari. Item in aqua Balnei ſulphurei. quia aqua eſt: licet aliquantulũ tranſmutata. Idẽ dicũt doc. in aqua lutoſa. ſecus aũt in luto. ¶ Vltimò quæritur de vna. q. quæ fuit de facto, quidam deferens puerũ ad baptizandum ad eccleſiam valde remotã: videns in puero ſignum mortis, nec habens ſecũ aquam proiecit puerum in vno puteo, dicẽdo verba inſtituta, nũquid iſte puer ſit baptizatus, & ſic poſſit ſepeliri in cœmiterio eccleſiaſtico? Quidã Doctor. Theologię de ordine fratrum prædicatorum in Montepeſſulano dixit, ꝙ non. ſed vt hîc refert Abbas multi Canoniſtæ illud fuerunt deteſtati. quia non defuit hoc caſu verbũ nec elementum. ſed poſtmodum ipſe Abbas conſuluit magiſtrum ſuum, qui reſpondit, ꝙ non erat baptizatus, & ſic concordauit cũ iudicio illius Theologi. motus: quia in baptiſmo requiritur non ſolùm ſubmerſio: ſed etiam ele

1 2 3 4

uatio ab aquis in ſignũ reſurrectionis. de conſe. diſ. iiij. c. de trina. & c. propriè. Sed hæc ratio apud me non concludit: quia vt dixi in. c. præcedenti, de neceſsitate non requiritur immerſio, & per conſequens, nec leuatio. vnde crederem, ꝙ ſi poſſet cõſtare, ꝙ puer vixit quã diu baptiſmus fuit completus, ꝙ ſatis dicatur baptizatus. ſed quia potuit præcedere in via ante, quàm baptizaretur, poſſet ſuſtentari illa opi. glo. quaſi nihil habens. ergo per vos expediatis.

1 2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Mores & ritus differunt inter ſe.*

2 *Infideles nouiter redeuntes ad fidem, ſunt tolerandi in moribus & ritibus eorum, dũmodo nõ ſint tales, quòd offendatur Deus.*

3 *Papa habet poteſtatem in ommes gentes, licet de facto aliquæ non obediant.*

4 *Baptizans, ſi peccat in latinitate, non vitiat baptiſmum.*

Latinitas falſa non vitiat baptiſmum.

5 *Baptiſmus verus conferturꝫ etiam quòd baptizans & baptizatus credant baptiſmum eſſe truffam, vel prodeſſe corpori, & non animæ.*

CAP. VI.

LIcet Græcos. ¶ Baptizatos à latinis Græci rebaptizare non debent. Præmittit exordium, & duplicẽ narrat græcorum exceſſum. Secundò lid fieri prohibet. Tertiò pœnam imponit. Secunda ibi: *volentes.* Tertia. ibi: *ſi quis.* ¶ Caſus literalis. Poſtquàm Græci ſubtraxerunt ſe ab obedientia eccleſiæ Roman. intantũ cœperãt abominari latinos: ꝙ inter alia, quæ contra Chriſtianos committebant, ſi quando ſacerdotes latini in eorum ſacrificarent altaribus: non prius ſacrificabãt in ipſis, quàm ea tanquã p hæc polluta lauiſſent: & baptizatos à latinis præſumebant auſu temerario rebaptizare. Præcepit Papa: vt talia decætero nõ præſumant cõformantes ſe tanquàm filij obediẽtię ſacroſanctæ Roman. eccle. vt ſit vnũ ouile & vnus paſtor. Si quis autem tale quid præſumpſerit, excõicationis ſententia percuſſus ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur. Ber. ¶ †No. j. ꝙ inter mores & ritus eſt differentia. hîc enim ponuntur iſta, vt diuerſa. & dic, ꝙ mores referuntur ad illa, quæ ſunt extra ſacraméta: & ritus ad ea, quæ ſunt de ſacramentis. ¶ †No. ij. & tene mẽti, ꝙ eccleſia Rom. poteſt & debet de honeſtate venientes nouiter redeuntes ad fidem tolerare in moribus & ritibus eorum antiquis. Hinc eſt, ꝙ multum Græci in calabria & quibuſdam alijs regionibus tolerantur in forma baptizandi & celebrandi & multis alijs, in quibus nobiſcum non conueniunt. Vnde per iſtam tolerantiam non minus ſunt vera eorum ſacramenta: dummodò in tantum nõ differant, quòd Deum in illis offendant. vnde nõ ſunt

1 2

mēdicāt, q nō pnt
simul habere, qd'
eis ad victū su ffi-
cit, à ieiuuijs ec-
clesiæ excusari vi
dētur. Dicit etiam
in ea. q. e. ar. q ma
gis cōuenit, q cū
imperfectis & no
uitijs & iuuenib⁹
dispēsetur, quàm
cū antiquioribus
& pfectis. Itē ad-
de quod no. doct.
in. c. nerui. circa fi
nē. xiij. di. vbi di-
cit, q adeo exte-
nuās corpus suū
ieiunijs & vigilijs
q ex hoc veros-

bus & in alijs artificibus, qui ex diuturno & longo
tempore debilitantur: ita quòd commodè ieiunium
tolerare non possunt. Licitè enim fit in istis commu-
tatio. arg. lxxxij. di. c. presbyter. in fin. Nec intelligas,
q propria authoritate quis possit sibi hoc ieiunium
commutare. arguin. c. ij. in fi. j. e. & c. j. de voto. Vn-
de gl. in. d. c. presbyter. debet restringi ad casum illius
c. nā ibi redemptio ieiunij permittitur authoritate il-
lius canonis: vnde non debet detrahi ad alia ieiunia. &
multos decipit illa gl. & de hoc etiā ibi per Arch. qui
tenet, qd' s. dixi. In ieiunijs verò ad quæ qs se obliga
uit de voto, potest Episcopus dispensare, etiam sine
causa existente in vouente, dummodò id in quo fit
commutatio, sit melius & Deo acceptius: vt in. c. j. de
voto. vbi satis bene hoc probatur: & vide quod ibi di
xi. Et ex his habes dictum prima fronte mirabile: vt
magis stringat ieiunium indictum per ecclesiā, quàm
ieiunium ad quod aliquis se obligauit ex voto. Ra-
tio potest esse: quia primum fuit à principio necessā-
tium: nec est obuiandum præcepto superioris sine
causa. Secūdum verò à principio fuit volūtarium: &
apparet satis de volūtate Dei, cui acquisita est obliga
tio: q vult commutationem fieri in melius. arg. c. ma-
gnæ. & quod ibi no. de voto. ¶ †Sextò quæritur, nū
quid ieiuniū saltē possit die in diē transferri? dicit
Inn. q sic existente causa. Nam videmus, q si festum
sit in feria secunda, nō ieiunatur in die dominico: sed
transfertur ieiuniū in die sabbati præcedētis: vt in. c. j.
j. eo. Ita dicendum pari ratione, q si vigilia contingit
in aliquo festo solenni, q tunc vigilia propter vene-
rationem festi, possit quo ad ieiunium explicari die
præcedenti. & pōnunt exemplum doc. in multis lo-
cis Frāciæ: vbi colitur festū sancti Quintini: qd' acci-
dit in vigilia oīm sanctorum. Non enim tunc homi-
nes ibi ieiunant propter festū solēne: sed transferunt
ieiuniū in alium diem. & idem posset fieri qñ accidit
ieiunium in festo principali alicuius ciuitatis, vel lo-
ci vt ieiunium transferatur in diem præcedētem. qd'
bene. no. & placeret mihi: vt ista translatio fieret per
Episcopum. arg. in. c. ij. in fi. j. eo. ¶ †Vltimò hic quæ
ro, nunquid trāsgrediens ieiunium solēne, obligetur
ad peccatum mortale? gl. xxv. di. in. c. vnum orarium
§. aliās ea demū. videtur sentire, q sic. Sed. d. Car. j. eo.
c. ij. dicit hoc procedere, quādo ieiunium omittitur
ex contemptu, vel inobedientia: vt quia non vult se
subijcere præcepto superioris: secus si sine contem-
ptu: quia tunc trāsgressio solū obligat ad veniale. &
dicit hoc tenere Archi. in. d. §. aliās ea demū. Sed Ar-
chi. ibi solùm refert opi. Io. de fontana, & transit. Sed
aliter reperi eum sentire in. c. vtinam. l xxvj. dist. vbi
dicit, q si quis ex aliqua causa trāsgreditur ieiunium
non peccat mortaliter. Quod potest intelligi quādo
fortè erat debilis: nec curauit ire ad superiorem pro li
centia. & sic secus sentit, quādo nulla subest licita cā.
¶ †Sed pro primo dicto facit notabile dictum Calde. in. c. j. de constitu. vbi dicit, q transgressio canonis
obligat ad mortale, quando fit ex contemptu, seu in
obedētia. Et contemptus proprie est, quando ex so
la voluntate non vult se subijcere statuto superioris.
vnde dicit, q iste contemptus declarè apparere nō po-
test: nisi post monitiōem. Sed si quis trāsgreditur ex
cōcupiscentia, vel negligentia: tunc solùm obligat ad
veniale. quod dictum prima fronte videtur mirabile:
& hoc dictum putarem verum: vbi superior aliquid
iniungeret per verbum commune: puta per verbum
statuimus: vel ordinamus: vel simile. Secus credo, vbi
procederet per verba præceptiua, vel æquipollentia
Nā transgressio præcepti superioris obligat ad mor
tale, licet fiat sine contemptu. xiiij. q. j. ca. quod præ-
cepi. & in. c. ij. de maio. & obe. Facit quod dicam in
c. nam concupiscentiam. de consti. vbi omnino vide
in quo generaliter tractabo, an & quando transgres-
sio statuti, vel regulæ obliget ad mortale. Et fuit il-
lud dictum beati Thom. q vbi statutum fit per ver-
ba communia transgressio regulariter nō obliget ad
mortale. quod intellige, quando fit sine contemptu.
Nam sicut omnis transgressio legis obligat ad mor-
tem temporalem: ita nec ad mortem æternam, qtiæ
prouenit ex peccato mortali. xxv. dist. c. vnum ora-

rium. Et ideò ad propositum ponderanda sunt verba
statuti, seu canonis, quibus indicitur ieiuniū: an sint
verba præceptiua, an æquipollentia, seu communia
&c. Et collige ex prædictis & ex his, quę dicam in. d.
c. nā concupiscentiam. & prædicta no. bene: quia ma
teria est peregrina: & ideò seriosè insisti super. rub.

SVMMARIVM.

1 *Non valens ieiunare vno die: an & quo casu pos
sit & teneatur alio die ieiunare.*
2 *Clericus non valens dicere officium propter infirm
tatem, non tenetur illud reassumere.*

CAP. I.

EX parte. ¶ Vigiliaoc currēsi n do
minica, ieiunari debet in sab
bato: & ieiunāda est vigilia
Mathiæ. Cōmunis diuisio.
Secūda ibi: *ad quod.* ¶ Casus
literalis. Quęsitum fuit à domino Papa: vtrum si
natiuitas domini, vel assumptio. b. Marię vir-
ginis, vel festiuitas alicuius Apostolorum in se
cunda feria venerit in die sabbati præcedenti,
vigilia debet ieiunari. & vtum in vigilia beati
Mathiæ Apostoli sit ieiuniū iniungēdum. Ad
quod breuiter respōdit Papa, q die sabbati fe
stiuitates prælibatas secūdæ feriæ præcedētis
& beati Mathiæ Apostoli debet vigilia ieiuna
ri. B. ¶ No. j. ex tex. q in vigilia natiuitatis Do
mini & assumptionis beatæ Mariæ virgi. &
omnium Apostolorum est necessariò ieiunā
dum. & pondera quòd solū dicit de vigilia as-
sumptionis bea. Mariæ virgi. Ex quo infertur
quòd alia festa beatæ Mariæ non habent quo
ad præceptum ieiunij vigiliam: quod dixi. s. in
rub. ¶ †Secundò no. q ex causa legitima pōt
mutari ieiuniū de die in diem. Et facit prima
fronte iste tex. q valens ieiuuare in die statuta
tenetur alia die quasi sit obligatus ad duo. sci-
licet ad ieiunandum, & illa die. vnde si impedi
tur in illa die, remanet obligatio ieiunij in alia
die. arg. opti. hīc. & in. c. cum dilecti. de do. &
contuma. & in. l. Celsus. ff. de arbi. de quo du-
bito per. c. ij. j. e. vbi nō valenti ieiunare in qua
dragesima, nō iniungitur, vt ieiunet alio tēpo
re. ¶ †Ad idē quod no. Inn. in. c. j. de cele. mis.
vbi dicit, q nō valēs dicere officium propter
infirmitatē: non tenetur illud reassumere alio
tēpore quasi officium sit seruitus cuiusq diei
& variatur ex tēpore: ita videtur dicēdum in
ieiunio. Nā si teneor præstaræ operas certo tē
pore, & impediar: non sum obligatus in alio
tēpore: quia non sunt eædē operę: sed variatur
ex tēpore: vt est tex. no. in. l. si nō sortē. §. li-
bertus. ff. de cōdi. inde. Et si relinquitur mihi
vsusfructus biēnij futuri: & impediar, nō pos
sum petere vsumfructū alterius biennij: quia
nō est idē vsusfructus: vt. l. si vsusfructus mihi
in biennium. ff. de vsuf. leg. & istā partē crede-
rem veriorē. Ad istum tex. responderem, q lo
quitur in translatione fienda ex causa, quæ nō
est in ipso debēte ieiunare: licet propter festū
fit in alium diem. ¶ Vltimò no. q vigilia beati
Mathiæ est in præcepto. Ratio dubitandi fuit
quia Mathias non fuit de numero. xij. à prin-
cipio: sed successit post mortem Christi in lo
cum Iudæ: dum Apīci posuerunt sortem su-
per eum & Barnabam. Et ratio decidendi est,
quia sur-

militer sequatur
mors, peccat mor
taliter. & alle. c. nō
mediocriter . de
consc. di. v.

Anto. Franci.

¶ Ad hoc, qua
ætate sit ieiunan-
dū: vel nō: qua ęta
te excusetur quis
ieiunio indicto p
ecclesiam: vide gl.
in. c. ij. in fi. de ob-
ser. ieiu. & ibi per
Ioā. And. & vide
Inn. in ea. rub. &
san. Tho. ij. ij. qō.
cxlvij. ar. iiij. & se.
& illa videtur esse
conclusio, q non
posit dari certa do
trina: sed hoc
p totum habet cō
sideratē superior,
q cōsiderabit cās,
ppter quas fuit in
dictū ieiuniū &
cōsyderabit quali
tatē psonarū: quia
quādoque q erit
in decrepita ætate attēta natura &
cōplexiōe sua e-
rit fortior & ma-
gis sufficiēs ad ie-
iunādū, quā iuue
nis & ecōtrà debi
lis: & minus robu
stus erit minus a-
ptus ad ieiunādū.
& secūdū istas cō
syderatiōes habe-
bit superior hoc
declarare. & eodē
mō consyderabit
pauperē & diuitē
Et adde, q come
dēs magnos & de
licatos pisces tpe
ieiunij posset dici
violare ieiunium:
maximè quando
illud faceret ex de
lectatiōe: vt plenè
per Inn. & scribē.
in rubri. de obser.
ieiu.

SEB. SAPIA.

a ¶ Necessitatē fa-
mis. Idem voluit
Archid. in. c. deni-
que. iiij. dist. vbi
dicit, quòd si quis
esset in castro re-
clusus, liceret ei
carnes comedere,
quando aliud non
haberet. sequitur
dominus & præce
ptor meus. d. Ro-
chus Curtius in. d.
repe. c. fi. in. iij. no
ta. de consuetu.

b ¶ In alijs. Et adde
quòd si Carthusiē
sis infirmus iudi-
cio medicorū ali-
ter euadere non
potest nisi come-
dat carnes: licet ei
carnes comede-
re: non obstante

Arc. in. c. de ieiunio. lxvj. di. vbi dicit, q si cōcurrant eodem die vigilia Mat-
thęi Apostoli & vigilia quatuor tēporum, q celebratur omne ieiuniū vnico
die. & pro hoc facit tex. in. c. magnæ. in prin. de vo. & dicit, q ita tenet Hug.
dicens, q nusquā reperitur in iure propter hoc transmutationem fieri debe
re. Adidē vide Io. an. in. c. cū in cunctis. §. fi. de elec. qui dicit, q si plura ieiu-
nia concurrāt ea-
dem die: vt puta
sit tēpus quadra-
gesimale. & sit vi-
gilia vnius sancti,
& sit tēpus qua-
tuor tēporum, q
sufficit vna die ie
iunare.

Anto. Franci.

¶ Quando plura
ieiunia cōcurrunt
in eadem die, vtrū
possint in eadem
fieri: an verò debe
ant commutari &
transferri ad aliam
diem: dicas, q vna
die fieri pōt: vt hīc
p istū. & ple. tra-
tatē in ru. de ob.
ieiu. vbi p Inn. &
Host. vbi etiā po
nūt: an tpe ieiunij
liceat facere collā-
tionē de sero. &
vide beat. Tho. in
iiij. sen. di. xv. & in
ij. ij. q. lxxxviij. ar.
tij. vbi enumerat
aliquos casus in q
bus nō est lauda-
bile. Et an pręgu
stantes cibos ma
gnorū dominorū
sint iuxta vulgare
facientes sibi credē
tiam: vel mulieres
pręgnantes, q ex-
tranea appetūt vel
infirmi ob defe-
ctionē appetit', si
forsan in die ieiu-
nij comedant car-
nes, & alia, phibi-
ta: nō dicūtur frā-
gere ieiunium: vt
Inno. in. d. rub. de
obser. ieiu.

SEB. SAPIA.

a ¶ Omittitur. Idē
dicit Car. in cle. ad
nostrā. ver. ij. in fi.
de hæreti. cū alle.
per Fel. in. c. quā-
quā cōtra falsam.
in vlt. no. de, pba.

SEB. SAPIA.

b ¶ Iste contēptus.
Vide Fel. in. c. ij.
col. ij. cū seq. §. de
ma. & obe. & in. c.
j. col. vj. ver. alius
casus. §. de cōstit.

c ¶ Et facit. Item fa
cit, q si cōcurrant
eodem die plura
ieiunia, q debeat
fieri trāsmutatio
ieiunij: sed in cō-
trariū determinat

quia surrogatum debet sapere naturā eius, in
cuius locum surrogatur: vt in. c. maiores. de
bapt. & in. c. ecclesia. vt lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Romanæ ecclesiæ non est de necessita
te obseruanda in aliis regionibus.*
2 *In quadragesima possunt licitè comedi carnes pro-
pter necessitatem famis.*
3 *Carnes possunt de iure comedi in die sabbati: licet de
honestate & consuetudine aliud sit: die verò
verò secus. infrà proxi. c. in primo no.*
4 *Dispensatio imminente necessitate est debita.*
5 *Consuetudo ieiuniorum relaxatiua, an valeat?*
6 *Aduenæ debent obseruare consuetudinem loci, vbi
reperiuntur.*

CAP. II.

CONsilium. ¶ Non capit
cogruā sum-
mationem. & tex. in se satis clarus
est: & multa sunt dicta, quæ patēt
per. §. ¶ Casus literalis. Quæsitum fuit vtrum
omnes vigilię Apostolorum debeāt ieiunari?
Respondetur, quòd sic: præter vigilias Apo-
stolorum Philippi & Iacobi & beati Ioan-
nis Euangelistæ: quia festiuitas illorum in-
fra solēnitatē paschalem celebratur: festiuitas
beati Ioannis infra natale Domini: ieiuniū eti
am apud nos in aduentu Domini agitur. Vigi
liæ sanctorū, quorum festiuitates secunda fe-
ria celebrantur in præcedēti sabbato ieiunan-
dæ sunt. De celebratiōe beati Bartolomei du
bitatur apud quosdam. Rndet Papa, q cōsue-
tudo regionis seruetur. Item quidam in qua-
dragesima propter necessitatem famis coacti
sunt comedere carnes: quæritur quæ pœniten
tia sit illis iniungēda. Rndet Papa, q in tali ar-
ticulo nō peccant: preces tamen dno p illis, &
cū illis sunt effundēdæ. Itē quidā ppter debili
tatē comedunt carnes die sabbati cōtra loci cō
suetudinē: vnde alij habent molestum. Rndet
Papa, q consuetudo loci seruetur: ita tamē, q
debilibus & infirmis propter hoc periculum
nō immineat. Item quidā infirmabatur in qua
dragesima & alijs ieiunijs, & petijt esum carni
um sibi concedi. Respondetur, q desyderium
infirmorum admittendum est: cum vrgēs ne-
cessitas hoc requirit: cùm legi nō subiaceat ne
cessitas. ¶ Not. primò ex principio, q vigiliæ
omniū Apostolorū præter exceptuatas, de
quibus in tex. debēt ieiunari. & intellige de. xij.
apostolis, quos enumerat glo. in. c. j. de reli. &
venera. san. libro. vj. ¶ Nota. ij. quòd propter
magnam solennitatem loci cōtingentē in die
ieiunij pōt omitti seu transmutari ieiunium.
hīc tamen in vigilia istorum Apostolorum
exceptuatorum, non fit commutatio, sicut in
præcedenti. & credo hoc contigisse: quia acci-
dunt istæ vigiliæ inter festa diuturna: vnde nō
debet fieri commutatio in diem ita longiorē:
sed quando solùm vna dies intermedia est im
pediměto, tunc fit commutatio: vt in. c. præce

statuto cōtrario. Ita no. dicit. d. Abb. in. c. fi verò. de iureiur. & omnino ibi vi
de Moder. Item rationem, quare in ieiuniis magis interdicatur vsus carnium
quàm vini: plenè ponit Tho. ij. ij. quæstione. cxlvij. Et vide do. Antoni. in
c. ex parte. in gl. mag. §. decele. mis. vbi refert, quòd doc. dicūt experti, q ho-
mo plus viueret ex sola aqua, quàm ex solo vino. Et vide do. Anto. hīc in fi.

dēti. Nam propter breuitatem tēporum, vigi
lia non videtur differre à festo. ¶ No. in. §. ieiu
nium. & tene mēti ar. opti. & quasi expressum
q aduentus domini de necessitate nō est ieiu-
nandus: sed inspicienda est consuetudo cuiusli
bet loci. vnde hīc Papa cautè locutus est dicē-
do, q apud nos ieiunatur &c. q. d. secūdū Ho-
sti. habemus hoc de cōsuetudine: sed statutum
non facimus: nec aliquem adstringi volumus:
nec reperitur alibi cautum, q sit in præcepto.
† Consuetudo verò Romanæ ecclesiæ, nō est
necessariò obseruanda in alijs regionibus: vt
no. gl. in. c. j. de sum. tri. li. vj. & de conse. di. iiij.
c. de trina. ¶ No. in. §. de festiuitate. q in colen
da festiuitate beati Bartolomei attēdēda ē re-
giōis cōsuetudo. Et rō dubitādi fuit: qa beat⁹
Bart. fuit excoriatus vna die, in qua vixit: alia
die decessit: vnde aliqui colunt diem excoria-
tionis, alij diem mortis. Ideò seruanda est loci
consuetudo. Sic dubitabatur de festo beatæ
Marg. nam variè in diuersis locis colitur pro-
pter diuersa martyria, & diem mortis. Sed di-
cit Io. and. se vidisse in libro authentico, q de
bet coli. xx. Iulij. ¶ †Nota in §. cum autem. q
propter necessitatem famis, [a] licitè quis vtitur
carnibus in quadragesima. ¶ Item no. q signū
bonæ & timoratæ mentis est timere culpam,
vbi culpa nō est. & fic in dubio debet quis po-
tius se æstimare culpabilem in foro animæ: qa
illa via est tutior. ¶ †No. in. §. item. optimum
arg. quòd esus carnium non est prohibitus in
die sabbati de iure. vnde cessante loci consue-
tudine posset quis comedere sine peccato: illa
die tamen de honestate & consilio abstinendū
est. de quo vide text. cū glo. in. c. de esu carniū.
& c. sabbato. de consecr. di. iij. ¶ Not. in. §. præ
tereà. quòd in quadragesima est licitū infirmis
[b] comedere carnes. & idē in alijs [b] ieiunijs solēni
bus. ¶ †Et not. ibi, *potes & debes*. quòd epi-
scopus nedum potest: sed etiam debet indulge
re postulantibus tali tempore esum carnium.
Et sic habes argu. quòd dispensatio quandoq;
est debita. vide quod no. & legitur. l. dist. vt cō
stituetur. & c. domino sancto. & not. in. c. at
si clerici. in. §. de adulterijs. s. de iudicijs. ¶ Vlti
mò not. quòd etiam existente causa, non de-
bet quis vti carnibus in ieiunijs solēnibus sine
licentia Episcopi: & requiritur hæc licentia:
vt Episcopus sciat distinguere inter infirmita
tem & infirmitatem. vbi autem causa esset vr-
gens, non putarem illum delinquere, qui sine
licentia hoc fecit: per tex. §. cum autem. s. e. Et
idem dicēdum est, cùm ex causa quis abstinet
à ieiunio. ¶ In gloss. j. in fin. & istos versus be-
ne seruāt Francigenæ: & dicunt doct. & bene,
quòd non apparet ratio diuersitatis inter istos
& alios Apostolos. Ex quo enim fuerunt pa-
res merito, debent pari obseruatione venera-
ri. pro hoc. c. j. de relig. & vene. sancto. libr. vj.
Quidam tamen dixerunt, quòd vigiliæ con-
tentorum in his versibus, sunt de necessitate
[5] ieiunandæ. ¶ †In alijs verò est seruanda con-
suetudo loci. Et hanc opin. secutus est Hostiē.
in sum. sed hoc reprobat dicens, quòd in istis

[a] Necessitatem famis. Idem voluit Archid. in. c. denique. iiij. dist. vbi dicit, quòd si quis esset in castro reclusus, liceret ei carnes comedere, quando aliud non haberet. sequitur dominus & præceptor meus. d. Rochus Curtius in. d. repe. c. fi. in. iij. nota. de consuetu.

[b] In alijs. Et adde quòd si Carthusiensis infirmus iudicio medicorū aliter euadere non potest nisi comedat carnes: licet ei carnes comedere: non obstante

j. colū. vbi dicit, q
vitæ hominis est
magis necessariū
vinū, q̄m carnes. p
quo allego no. in
c. fortè. de consec.
dist. ij.

Anton. Francis.

¶ An Chartusien
sis, qui ex statuto
regulæ nō potest
carnes comedere,
si infirmetur & iu
dicio medicorum
nō possit euadere
nisi carnes come-
dat: an possit sine
peccato cōedere
carnes? placet de-
termiuatio hic fac-
ta: qa infirmitas
habet eū excusare
Nā ex cā infirmi-
taris licet mona-
chis sancti Bēdi-
cti, vel alijs come-
dere carnes: vt in
c. carnē. de conse-
di. v. & no. in. c. cū
ad monasteriū. de
sta. mon. Et de ta-
li infirmitate stan
dū est iudicio me
dicorū: vt per Bar.
in. l. quæstitū. ff. de
re. iu. per. l. semel.
C. de re mil. lib. x.
Dicas tū q hoc fa
cere debet, nō so-
lū si medicus con
sulat, sed regrere
licētiam supioris.
f. Episcopi, vel ei⁹
vicarij, aut Abba.
vel sacerdotis pa-
rochialis si est lai-
cus. q sacerdos pā
rochialis non pos
set etiā dare talem
licētiā: nisi vbi su-
best magna ne-
cessitas: vt p Host.
in. c. ij. de obser. ie
iu. & hoc puto es
se multum notan
dū: quia plerique
in hoc videtur er-
rare: putantes hoc
sibi licere: vel ex li
centia solius medi
ci, seu eius cōsilio
vel ex licētia paro
chialis sacerdotis,
qui taliter licentiā
cōcedere non pōt
nisi in magna ne-
cessitate: vt dixi
aliās talis licētia ē
ēt petēda ab Epi-
scopo, vel eius vi
cario per, prædi-
cta.

ſolẽnibus ieiunijs nihil facit cõſuetudo. Quod bene not. quaſi non habeat rationabilitatem in ſe: quod puto verũ, niſi Papa ſciret & tolera ret. ar. eius, quod dixi poſt glj. de ſecun. nup. in c. vir aũt. ſed no. gl. propter iſtius authoritatẽ quod cõſuetudo valet quæ eſt ieiuniorum relaxatiua. & eam tene menti. ¶ In gloſ. ij. in fin. dic vt dixi ſuper rub. ¶ In glo. in ver. in ſabbato. ibi: *comedi non debent.* dic ꝙ potius colligitur hîc cõtrarium in hoc ꝙ attẽditur cõſuetudo regionis. & ad. c. in ſabbato. dic quòd loqui tur de cõſilio ſicut cauetur de die mercurij. &
6 vide glo. in. d. c. de eſu. ¶ †No. tamẽ ex hoc. & ex tex. ꝙ peregrini debẽt in ieiunijs & in abſti nentia cibariorum ſe cõformare conſuetudini loci: & ad hoc poſſunt compelli per Epiſco pum: vt hîc, ne ſit alicui ſcandalum. Pro hoc bo. tex. in. c. illa. xij. diſt. vbi dicitur, ꝙ ad quan cunq; eccleſiã acceſſeris, eius conſuetudinẽ ſer ua: ſi non vis eſſe cuiquam ſcandalo, nec quen quam tibi. Ideò peccant[a] Cathalani, qui come dũt in iſtis partib⁹ carnes in die ſabbati: licet in eorũ partib⁹ ſit tantum. & facit quod no. gl. ſeq.

a ¶ Peccant. Ad fa cit ad. q. quam po nit. d. Chr. por. in §. ſed quod Prin cipi. in fi. inſti. de iure natu. gen. & ciuili. vbi querit: pone ꝙ ſcholaris Mediolanenſis re periat ſe in ſtudio tẽpore, quo Me diolanẽſes ex pri 3 uilegio ſancti am 4 broſij veſcuntur carnibus⁹: an ipſe quoq; poterit co medere carnes, vi 1 de ibi per eum,

a ¶ Peccant. Idem dicit Card. in cle. dignũ. de cele. mi. col. v. quid autem de Mediolanenſi bus, an poſint co medere carnes tẽ pore carniſpriuij mediolanenſis: in alijs locis, vide Chriſto. por. in §. ſed quod princi. in fin. inſt. de iure natu. gen. & ciui. & ad hæc vide oĩ no dominum me um in. d. c. fin. de cõſue, col. cxxix.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Carnes non eſt licitum comedere in feſto natiuitatis occurrente ſexta feria, profeſsis, & vouenti bus: alijs verò ſic.* 2.
Conſuetudo relaxatiua ieiuniorum, quo caſu valeat.
Statutum, vel conſtitutio diſponens id, quod ius commune: an tollatur ſublato iure communi.

CAP. III.

EXplicari. ¶ †Si feſtũ natiuitatis occurrit ſexta feria, licitũ eſt carnes comedere: exceptis profeſsis & vouenti bus. Communis diuiſio. Secunda ibi: *reſponde mus.* ¶ Caſus literalis. Epiſcopus Pragẽſis po ſtulabat à domino Papa, an licitũ eſſet vti car nibus: cùm feſtum natiuitatis peragetur in ſexta feria: hoc eſt in die veneris. Reſpõdet Pa pa, ꝙ illi, qui nec voto, nec regulari obſeruan tia ſunt adſtricti, in ſexta feria, ſi feſtũ natiuita tis Dominicæ die ipſo euenire cõtigerit, car nibus propter feſti excellẽtiam veſci poſſunt, ſecundum cõſuetudinem eccleſiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi ſunt, qui ob de uotionem voluerint abſtinere. B. ¶ Not. primò, ꝙ regulariter in die veneris non eſt licitũ vti carnibus, & illa dies duntaxat per totam ſe ptimanã eſt in præcepto: vt in. c. devſu carniũ. & quod ibi no. de conſecra. di. iij. nunquid autem tunc ſit ieiunandum? fuerunt opi. ſed cõmuniter tenetur, ꝙ non ex præcepto: ſed ex cõ ſilio tantùm ſexta feria eſt ieiunanda: vt not. per Inn. §. eo. ſuper rub. ¶ No. ſecundò, ꝙ quis poteſt ſe voto adſtringere: vt nõ comedat car nes, etiam in diebus aliâs prohibitis: ſicut hîc patet in ſexta feria. ¶ Not. tertiò ibi, voto nec regulari. ꝙ regularis non tenetur ex voto abſtinere à carnibus: ſed ex regula. Ex quo colligitur arg. opti. religioſum non obligari ex vo to ad omnia, quæ continentur in regulari obſeruantia: ſed votum duntaxat verſatur circa tria ſubſtantialia regulæ. De quibus in. c. cum ad monaſterium. in fi. de ſta. reg. Et in hac opi. fuit etiam beatus Tho. & Archi. poſt eum. xx vij. q. j. in. c. j. dicam in. c. nam cõcupiſcentiam.

2 §. de conſt. ¶ †Item no. ꝙ propter excellẽtiam dici detrahitur abſtinentiæ & macerationi carnis. Et ſic videtur, ꝙ in die feſto, non ſolũ ſpiritualiter homines gaudere debent: ſed etiam cum honeſta te poſſunt in cibis aliquam delectationem accipere. Et in hoc tene menti iſtum tex. facit etiam, vt ceſſante iactantia, poſſint tunc ho mines licitè vti veſtib⁹ magis preciofis in veneratiõe feſtiuitatis.
3 ¶ †No. ibi ſecũdum cõſuetudinem eccleſiæ generalis tex. ſemper menti tenẽdum: ꝙ conſuetudo valet in relaxatiõe ieiunij & obſer uantiæ indictæ per eccleſiam. & facit optimè iſte text. pro gl. in. c. præcedenti. & contra dictum Hoſt. ibi: *quod etiam recitaui ſuper ru bri.* Sed pro concordia dico, ꝙ aut cõſuetudo poteſt in ſe habere cauſam rationabilem & honeſtam: & valet. & ſic intellige iſtum tex. Nam propter veneratiõem tantæ feſtiuitatis cõſuetudo fuit hîc fulcita ratione. ſecus aũt vbi cõſuetudo nõ habet in ſe ratiõem vt quia cõſuetudo fuit inducta, vt homines intẽderẽt ventri. & ꝓpter feſta & gaudia temporalia. & hoc caſu ſalua dictum Hoſtiẽ. Nam cõſuetudo nõ valet contra ius: maximè in cõcernentibus ſalutẽ animæ, niſi ſit rationabilis: vt in. c. fi. de conſue. & in. l. ij. C. eo. ti. ¶ Vltimò no. contra opi. vulgariũ, qui credũt homines pecca re abſtinẽtes à carnibus feria ſexta in die natiuitatis. Nã merentur ex abſtinentia. omni enim die ieiunando homo magis meretur. vn de dicit Hierony. vtinam omni die ieiunare poſſem. Nam legitur Apoſtolos ieiunaſſe in die Pẽtecoſtes: vt habetur in. c. vtinam. lxx vj. diſtin. dummodò non fiat ex ſuperſtitiõe. ¶ In gl. j. in fi. hæc gl. nõ exemplificat clarè tex. ſed intelligit devoto generaliter emiſſo. quod poteſt dupliciter intelligi. Primò, quando quis vouit nũquã comedere carnes. & tunc ſecũdum omnes indubiè nõ poteſt talis comedere in feſto natiuitatis, etiam ſi non veniret in feria ſexta: quia ex quo nullum diem excepit, generaliter, indiſtinctè intelligi debet: vt hîc. & in ca. fi. xxxij. q. vlti. ¶ Secundò poteſt intelligi de eo, qui vouit non comedere carnes feria ſexta. fortè enim prius de facto comedit, & poſtmodum facti pœnitens, emiſit votũ: & tunc etiam tenetur abſtinere in die natiuitatis per rationem gl. quia ex quo vouit generaliter, tenetur abſtinere in qualibet ſexta feria. Et hunc intellectum videtur approbare Ioã. and. ſuper tex. ſed ſuper gl. iſta ipſum reprobat: dicens tale votum referẽdum ad eſum illi citum: niſi habuiſſet animum hunc diem includẽdi. arg. c. petitio. de iureiur. & c. ad noſtram. el. iij. eo. tit. & l. adigere §. vl. ff. de iure pa. ſed præcedẽs opin. verior. & in eam videtur inclinare moder niores. Nam ſi intelligeretur votum de eſu illicito, iſte vouiſſet Deo de vetito. vnde vt videatur Deo aliquid offerre debet intelligi, quòd abſtinebit feria ſexta, etiam ſi aliâs licitè poſſent carnes comedi. & hoc videtur velle iſte text. Pro hoc etiam adde aliam ra tionem. nam diſpoſitio debet ſemper intelligi, vt non ſit inutilis: ſed vt aliquid operetur: in. c. Abbatẽ. j. de ver. ſigni. & in. l. quoties. de verb. obli. ſed ſi votum prædictum refertur ad eſum illicitum, de nihilo ſeruiret Deo illud votum. ar. in. l. qui his. ff. de ver. obli. ergo debet generaliter intelligi: vt comprehendat etiam eſum lici
4 tum. ¶ †Et ex hoc infero ad no. dictum, ꝙ vbi conſtitutio diſponit id, quod ius commune: vt aliquid vltra ſublato iure communi non tollitur cõſtitutio: ſicut hîc non tollitur votum concurrens cum iure communi & diſponens aliquid vltra. & ſic limita. c. j. de conſti. li. vj.

De purificatione poſt partum, Rubrica.

¶ Suprà viſum de ieiunijs indictis ob reuerentiam ſanctorum: ſequitur me ritò videre de purificatione poſt partum, quæ fuit indicta ob reuerentiam eccleſiarum,

CAP. I.

VEniens. ¶ Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi eccleſiam: nec te netur abſtinere per aliquot dies, ſecundum le gem Moſaicam. Primò ponitur deciſa conſul tatio. Secundò dubij fortificatio. ibi: *licet.* Ter tiò ſolutio: *quia.* Quartò permiſsio ibi: *ſi ta men.* ¶ Caſus literalis. Quæſitum fuit à Papa per quantũ tempus debeat

debeat mulier poſt partũ ab ingreſſu eccleſiæ abſtinere ſecũdũ legẽ Moſaicã certi dies determinati erãt, quibus mulier ab ingreſſu eccleſiæ poſt partũ abſtinebat. ſed qa per Ieſum chriſtum veritas facta eſt &c. R. ndet Papa, ꝙ poſtquã vmbra euanuit, & veritas illu xit Euãgelij: ſi mulieres poſt partũ voluerint eccleſiã intrare actu ræ gratias Deo, nullũ eſt peccatũ: nec aditus eccleſiæ illis eſt dene gandus: ne pœna illius videatur in culpã conuerti: tamẽ ſi aliquã diu voluerint abſtinere, nõ eſt improbãdum. B. ¶ Not. primò, ꝙ præcepta veteris teſtamẽti, nõ ſunt hodiè obſeruãda. qđ intellige de præceptis figuratiuis, ſeu cõtinẽtibus cerimonias. Secus in præ ceptis cõcernẽtibus mores: vt eſt illud: Honora patrẽ & matrem.
Nõ mœchaberis. &ſim. de his vide tex. cũ gl. vj. di. *c. nõ eſt pecca. §. his itaq. dicã latius in. c. fi. de cõſue. ¶ No. ij. ꝙ mulier in partu nullũ peccatũ cõmittit: licet in cõceptione poſsit peccatũ cõmitti. iuxta illud pſalmiſtę: Et in peccatis cõcepit me mater mea. quę ver ba intellige, vt legi. & no. in. c. vir cũ propria. xxxiij. q. iiij. In partu tamẽ nullũ peccatũ incurrit. intellige rõne partus, ſed potius patiẽ dolorẽ. ¶ Itẽ no. ar. ꝙ criminoſus nõ debet ingredi eccleſiã. ita vi dẽſ prima fronte innuere litera à cõtrario. ſed cõtrarium eſt verũ vt no. in. d. c. vir cũ ꝓpria. vbi bon. gl. & facit. c. Epiſcopus nullum de conſe. diſt. j. Nã & Chriſtus non remouit à ſe Iudam. ſed excõi cati debẽt bñ ab eccleſia expelli. xxj. di. in. c. cleros. & no. in. d. c. vir cũ propria: qđ limita, vt habeẽ in. c. reſponſoj. de ſent. excõ. ¶ Itẽ no. ꝙ arbitrans, vel habẽs conſcientiam grauatã põt licitè ob deuo tionẽ abſtinere ab ingreſſu tẽpli, donec bene purgeẽ. Nunquid au tẽ tẽpore purificationis, vel menſtrui, teneatur mulier reddere de bitũ viro: vel econuerſo. vide tex. cum glo. v. diſt. in. c. ad eius. ¶ In gl. j. ibi: *ſed pro fœmina.* & rationẽ inter fœminam & maſculũ, vide per gl. v. diſt. in. c. j. ad fi. & vide gl. in cle. j. de ſumma trinitate.

De eccleſiis ædificandis, uel reparandis. Rubrica.

¶ Suprà viſum de eccleſiarum conſecratione: ſed quia eccleſiæ conſecratæ quandoque ruunt: & ſic reparatione indigent. Quandoq; verò ex neceſsita te de nouo ædificari debent: meritò ſubijcitur rubrica de eccleſijs ædifican dis, vel reparandis. Vel cõtinua magis ad proxima ſic. ¶ Suprà viſum eſt in rubricis præcedentibus de veneratione eccleſiarum & ſanctorum: ſed quia ad decus eccleſiæ pertinet reparare eam, vel nouiter ædificare, ideo ſubijci tur hæc rubrica.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Beneficiatus debet contribuere in reparationem eccleſiæ pro rata beneficij: deductis ex reditibus neceſsarijs ad eius victum.* 2.
3 *Eccleſia diruta cuius expenſis debeat refici?*
4 *Parochiani tenentur in ſubſidium ad refectionem eccleſiæ: vbi diuina per cipiunt: nec poſſunt renuntiare vſui eccleſiæ.*
5 *Vicini, qui tenentur ad refectionẽ alicuius putei: an poſsint renuntiare vſui dicti putei, ad hoc, vt non teneantur: vide remiſsiuè.*
6 *Epiſcopus cum capitulo, an poſsit deputare fructus beneficiorum vacan tium pro fabrica eccleſiæ.*

CAP. I.

1 QVicunque. ¶ †Breue eſt: & per alia verba ſic poteſt ſummari. Habentes beneficium in eccleſia, tenentur cõtri
2 buere ad ipſius reparationẽ. ¶ †No. j. ꝙ nedum rector parochialis eccleſiæ tenetur ad fabricam ipſius eccleſiæ: vt in. c. de his §. eo. & xvj. qõ. j. c. ſi monachus. ſed etiã minores beneficiati in ipſa eccleſia. & hoc in nuit iſta litera in ver. eccleſiaſticũ beneficiũ. & in ver. adiuuent. Et hoc probo clarius per. c. fi. §. de his, quæ fi. à ma. par. ca. vbi canoni ci vltra Epiſcopũ cõpellũtur ad fabricam eccleſiæ. Et intellige hoc ꝙ illi tenentur pro rata beneficij: arg. eorum, quę no. Bar. in. l. iiij. ff. de re iud. qđ intellige videlicet, ꝙ ſolùm tenẽtur dare de ſuper fluis. ideſt de reditibus, qui ſuperſunt deductis reditibus pro ne ceſſarijs eorũ: quia nõ tenetur clericus ad fabricam vltra, quã face re põt deducto eo, ne egeat. tex. eſt noj. eo. de his, quæ tenebis mẽ ti. ¶ In gl. j. ibi: *nam & ipſe fructuarius.* no. gl. itẽ eo, ꝙ comparat be neficiatum vſufructuario. de quo vide gl. latiorẽ in. c. præſenti. de offi. or. li. vj. alibi æquiparauit eũ vſuario: vt not. in. c. fi. de pigno.
3 & ibi dixi in. c. fin. de pecu. cle. ¶ †Et in fi. glo. vult ergo glo. vt primò recurratur ad quartã deputatã fabricæ eccleſiæ. dic latius colligen do dicta doc. & multa ad dẽdo, ꝙ primò recur rendũ eſt ad cõſuetudinẽ. Si enim conſuetudo transfert onus fabricæ in populũ, illa ſeruãda eſt. ar. c. ad apoſtolicã. de ſimo. Idẽ dico, niſi ali ter diſpoſitio ſpiritualiter prouideret. Nã videmus hodie, ꝙ cõmuniter eccleſiæ percipuè cathedrales habẽt reditus diſtinctos pro fabri ca. Tunc enim prælatus nõ tenetur dare quar tã partẽ ſuorum reditũ: quia in hoc valet cõ ſuetudo: ex quo eccleſia nõ patitur defectũ in fabrica. Nam videmus hodie, ꝙ nõ fiunt qua tuor partes de reditibus eccleſiæ, vt antiqua iura diſponebãt. xij. q. ij. c. quatuor &. c. cognouim⁹. &. c. de reditibus. Et ꝙ valeat cõſuetudo tenet Inn. in. c. fi. de his, quæ fi. à ma. par. ca. in telligo tamẽ, ꝙ Epiſcopus nõ poſsit ſe excuſa re quominus pauperibus ꝓuideat: licet redit⁹ ſint in confuſo: quia talis cõſuetudo eſſet irra tionabilis. xvij. q. j. c. fi. Et idem dico, quo ad ca ſum noſtrũ, ꝙ ſi nulla eſt conſuetudo de qua ta parte fabricę, nõ valeret quominus prælat⁹ teneatur ad quartã. per text. apertũ in. d. c. co gnouimus. tenet Hoſt. in ſum. e. ti. §. ad ſi. Si ve rò quarta pars non ſufficit, nec cõſuetudo ali ter diſponit, recurendũ eſt ad clericos eccleſiæ vt hîc. & j. eo. de his. & intellige ſi reditus eis ſu
4 perſint. † Si aũt reditus nõ ſuperſunt, cõpellũ a tur vltimo loco parochiani eccleſiæ. Nam ex quo percipiũt ibi diuina, tenentur ad refectio nẽ eccleſiæ. ar. in. c. ſi Epiſcopus. de offi. ord. li. vj. nec poſſet parochianus volẽdo euitare onꝰ cedere vſui eccleſiæ: quia hoc non dependet à facultate ſua: vt in. c. omnis. de pœni. & regu.
5 ¶ † Quid aũt de vicinia habente puteũ a, vel a porticũ, ſeu clibanũ communẽ, nunquid poſ ſit aliquis de vicinia renuntiare vſui, & euitare onus refectionis? vide Spec. in tit. de cenſi. §. ij. ver. itẽ pone. adde etiã ad prædicta quod not.
6 Inn. in. d. c. fi. ¶ † Nunquid aũt poſſet Epiſco pus cũ capitulo deputare ad fabricam neceſſa riã eccleſię cathedralis fructus beneficiorũ va cãtium. dic, vt plenè no. Io. And. in. c. ſi ꝓpter. de reſcri. li. vj. & concluſio eſt, ꝙ ſic: ſi Epiſco pus & canonici non ſufficiunt. ar. in. c. j. de re. eccle. non alienan. lib. vj. Eodem modo dic de reditibus capellarum deputandis ad fabricam plebis. de quo dic, quod per Fede. conſi. ccvij. aliàs. ccxvij.

ZACHARIAS.
a ¶ Puteum. Adde Spe. in tit. de cenſi. §. ij. verſi. pone quædam vicinia. Bar. in. l. j. impera tor. §. ſi centũ. & ibi Dy. ff. de leg. j. Bal. & Moder. in l. iiij. §. actor. de re iudi. & in. q. hu ius in. l. penul. in fi. de condi. inſer. Alex. omnino in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcẽ. & Cardi. in cle. j. in prin. x. no. de ex. ceſ. preła.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Leproſi debent habere propriam eccleſiam & pre sbyterum: nec ſe cum alijs communicare: nec de bent ſoluere decimas de eorum hortis ad vſum ſu um deſtinatis: aliàs ſecus.*
2 *Leproſi non debent ſepeliri cum alijs Chriſtianis.*
3 *Priuilegium tangens præiudicium tertij etiam con ceſſum ex cauſa pietatis, eſt ſtrictè intelligen dum.*
4 *Pauperes tenentur ad ſolutionem decimarum.*
5 *Fratres minores nõ ſoluunt decimas hortorum, quos habent ad ipſorum vſus: ſecus de illis, ex quibus exponunt fructus venales.*
6 *Leproſi non dicuntur facere collegium religioſum.*
7 *Hoſpitali, vel collegio leproſo, an poſsit præfici re ligioſus.*

CAP. II.

CVm dicat. ¶ Hoc intendit:leproſis permitti debet ſine præiudicio antiquarũ parochiarũ habere eccleſiã ꝓpriã & presbyterum:nec teneñ ſoluere decimas de hortis,vel nutrimentis animaliũ. Duæ ſunt partes. Secũda ibi: *ſtatuimus*. Prima ſubdiuidit. Secunda ibi: *caueant*. ¶ Caſus literalis. Quia leproſi cũ ſanis habitare nõ debẽt:ne vna oũis morbida inficiat ſanas oues:Leproſi ipſi volebãt conſtruere eccleſias in locis,in quibus morãtur: impediebãtur à rectoribus parochialiũ eccleſiarũ. Statuit cõciliũ lateranẽ. vt vbicũq; tot ſimul leproſi fuerint cõgregati ſub cõmuni vita, ꝙ eccleſiã cũ cœmiterio poſsint cõſtruere, & propriũ presbyterum habere,ſine cõtradictiõe alicuius hoc faciant. caueãt tñ, ꝙ de iure parochiali veteribus eccleſijs iniurioſi nequaquã exiſtãt: quia qđ ex ꝓprietate conceditur,ad aliorũ iniuriã redundare nõ debet. de hortis tamẽ & nutrimẽtis animaliũ ſuorũ decimas ſoluere nõ cogãtur. B. ¶ No. primò, † ꝙ regulariter nõ permittitur ædificatio nouæ eccleſiæ intra parochiã alterius. Hoc enim ꝓbatur hîc per locũ à ſpeciali. ſi enim ex cã permittiꝰ hoc leproſis: cæteris videtur interdictũ. & hocj̃.c.prox. ¶ † No. ſecũdò arg. pro & cõtra: nũqd leproſi deberent ſepeliri in cœmiterijs vnà cũ alijs Chriſtianis. Ex quo enim pmittitur eis cœmiteriũ, videtur, ꝙ cũ alijs ſepeliri nõ debeãt: qa aliàs iſta cõceſsio nõ haberet cauſam rationabilẽ. In cõtrariũ facit, qa ex quo nõ præcipitur, vt habeãt cœmiteriũ ſpecale, ſed permittitꝰ: videtur, ꝙ eis liceat vti iure cõi. & vide, quod dixi in c. ſacris. de ſepul. ¶ † No. tertiò, ꝙ priuilegiũ eſt ſtrictè intelligendũ, quatenus tãgit præiudiciũ tertij: licet ſit conceſſum ex cã pietatis. & ſic eſt hîc text. ꝓ dicto Inn. in c. cum dilecti. de dona. de quo per Bar. in l. beneficiũ. ff. de cõſt. princ. ¶ † Itẽ no. ar. ꝙ paupes res tenẽtur ad ſolutionẽ decimarũ. vides enim, ꝙ leproſi tenẽtur, q̃ cõiter ſunt pauperes & ſolũ ex priuilegio eximuntur in duobus caſibus. de quo vide bo. gl. xij. q. j. c. quia tua. & c. xvj. q. j. c. quicũq;. & vide quod dixi in c. cũ homines. ſ. de decimis. ¶ † Quæro nunquid de omnibus hortis teneãtur ſoluere decimas? dicunt doct. ꝙ nõ: & tex. eſt intelligendus de hortis deputatis ad vſum eorũ: aliàs poſſent facere fraudes deducẽdo omnes poſſeſsiones ad hortos. & ſic priuilegiũ eſſet valde noxium cõtra. c. ſuggeſtũ. de deci. quod no. Nã ita debemus intelligere exẽptionẽ, quã habẽt fratres minores: vt de proprijs hortis nõ teneãtur ad decimã: ſcilicet de deputatis ad vſum ꝓpriũ. ſecus aũt ſi vellẽt olera exponere ad vẽdendũ. de quo in cle. exiui. de verb. ſig. ¶ Secũdò quærit, qd intẽdat iſta litera in ſecũdo caſu: dũ dicit de nutrimẽtis animaliũ. dic. i. de animalibus, quæ nutriũt ꝓprijs expẽſis. de quo vide tex. cũ gl. in cle. j. de deci. ¶ † Vltimò quærit, nũquid iſti leproſi faciãt collegiũ licitũ & religioſum? Inn. dicit, ꝙ ſic. & hãc dicit fuiſſe cauſam cõcedẽdi hoc priuilegiũ. Hoſt. & Io. an. ſentiũt cõtrariũ. Nã iſti nõ poſſunt dici religioſi, licet cõiter viuãt: qa nõ profitẽtur tria ſubſtãtialia regulæ. & in hoc optimè loquunt: qa illi dicũtur ſtrictè religioſi, qui tria ꝓfitẽtur. de q̃bus in c. cũ ad monaſteriũ. de ſtatu re. Ad hoc vide gl. in cle. j. de rel. domi. & in cle. pe. de ſen. exc. dixi ſup rub. de re. Vel plus dicũt Io. an. & Hoſt. ſcilicet nullibi ꝓbari, ꝙ leproſi faciunt collegiũ licitũ. Nullus enim tex. ſuper hoc diſponit. Iſte enim tex. nõ dat eis iura collegij: ſed ex pietate cõcedit aliqua priuilegia. Puto poſſe ſuſtineri, quòd faciũt collegiũ licitũ & approbatũ. nã ex quo habẽt materiã licitè cõueniẽdi in vnum: vt hîc. ergo faciũt collegiũ: vt no. Inn & in. c. cũ ab eccleſiarũ. de off. or. facit tex. in. l. j. ff. de colle. illici. Vbi plus probat ille tex. ꝙ pauperes faciũt collegiũ licitũ, & poſſunt ſimul cõuenire ꝓ ſuſtentatione vitæ eorũ: tamen nõ poſſunt cõueniri, niſi ſingulis menſibus: vt ibi. & clarius tenet Bar. in l. ſi ff. eo. fortius ergo dicendũ in iſtis leproſis, qui habẽt materiã licitam cõueniendi ſimul quaſi continuè. Pro hoc facit tex. ibi: *fuerint congregati*. Approbat ergo ius eorum congregationem: ergo poſſunt facere collegium, & habere iura collegij. ¶ † An religioſus poſsit præfici iſtorũ hoſpitali, ſeu collegio, fuit aliàs obtentum, ꝙ ſic: vt recitat Io. an. ſed tu melius diſtingue, put habet glo. no. in cle. quia contingit de reli. do. ¶ In glo. prima ibi: *vel etiam pauciores*. Etiam vnus ſufficeret ſecundũ Vin. & Tancre. ſed hoc non conſonat literæ. ſed litera habuit reſpectum: quia cõmuniter vnus leproſus non ſufficit ad conſtructionem, vel dotationem eccleſiæ. ſi enim reperiretur ſufficiẽs, permittendus eſſet. Et intellige, ꝙ cũ licentia Epiſcopi debeat eccleſia ædificari. de cõſe. diſ. j. nemo. facit. c. paſtoralis j̃. de priui. & ſi Epiſcopus nõ vellet cõſentire, debet recurri ad ſuperiorẽ. ar. in. c. nullus. de iurepatro.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia poteſt ædificari intra parochiam ex cã puta quando aliqui ſunt nimis diſtantes ab eccleſia parochiali.*
2 *Eccleſia parochialis non debet conſtrui intra parochiam alterius eccleſiæ ſine cauſa. De qua nu. 3.*
4 *Patroni plures poſſunt eſſe in eadem eccleſia.*
Ius patronatus requiritur in eccleſia per dotationem factam: licet vnus minus dederit in dotem, quàm alius.
Ius patronatus non quæritur ex non ſufficienti dotis conſtitutione: ad quã integram poteſt patronus compelli, ſi vult ius patronatus exercere.
5 *Fundans eccleſiam poteſt præcisè compelli ad eam dotandem.*
6 *Ius patronatus poteſt habere vna eccleſia in aliam. Intellige, vt infrà, nume. 10. 11.*
7 *Eccleſia poteſt ex magna neceſsitate, de qua hîc conſtrui ſine dote.*
8 *Eccleſia etiam ſita intra parochiam alterius, non præſumitur ſubiecta: niſi eccleſiæ cathedrali, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*
9 *Statutum dubium recipit interpretationem à communibus regulis ſuis.*
10 *Dotans eccleſiam ex reditibus beneficij ſui, acquirit ius patronatus illi beneficio, & non conſanguineis ſuis.*
11 *Patronus non põt reſeruare in fundatione eccleſiæ, vt ius inſtituendi præſentatum pertineat ad inferiorem epiſcopo.*
14 *Decimæ an debeantur eccleſiæ Plebis: an capellis poſitis intra Plebanatũ. Oblationes, iſtud verbum comprehendit omnes reditus cuiuſcunque qualitatis. 15.*
16 *Epiſcopatus, an & quo caſu poſsint diuidi per Papam, vel eccleſia parochialis: videlicet parochia per Epiſcopum.*

CAP. III.

1 AD audientiam. ¶ † Propter nimiã diſtãtiã eccleſiæ põt noua eccleſia in ipſi[9] parochia ædificari, & certa portio in antiqua ſibi deputari. Primò ponit facti narrationẽ. Secũdò prouiſionẽ, ibi: *quia igitur*. quæ primò prouidet, qñ rector cõſentit. Secũdò, qñ diſſentit, ibi: *ſi verò*. ¶ Caſus literalis. Quedã villa tãtũ diſtabat à parochiali eccleſia, ꝙ tempore hyemali cũ pluuiæ inundãt ſine magna difficultate ipſam eccleſiã adire nõ poterant, & diuinis officijs intereſſe: vnde dñs illius villæ petijt à dño Papa: vt ibi poſsit eccleſiã cõſtruere, quã dotare volebat. & maior eccleſia intãtũ abũdabat, ꝙ nullũ vel modicũ præiudiciũ per hoc fieret idẽ ſine obuẽtiõibus villæ. Vnde mãdat Papa dicẽ. Epiſcopo quatenus ſi eſt ita, eccleſiã ibi ædificet, & ſacerdotẽ ibi inſtituat ad præſentationẽ rectoris maioris eccleſiæ cũ cõſenſu patroni, pecpturũ obuẽtiões illius villæ: puideat tamẽ, vt cõpetẽs in ea honor ſecundũ facultates illius loci eccleſiæ matrici ſeruetur. quod quidẽ fieri poteſt: quia dominus eiuſdẽ villę. xx. agros terræ illi eccleſiæ aſsignare velit. Si autem Rector matricis eccleſiæ opus illud voluerit impedire, vel presbyterum idoneum diſtulerit præſentare, Archiepiſcopus nihilominus opus fieri faciat, & presbyterum inſtituat. Ber. ¶ † No. j. ꝙ regulariter eccleſia parochialis non debet conſtrui intra parochiam alterius. Nam ſi hoc permittitur hic ex cauſa: regula eſt in contrarium nulla cauſa ſubſiſtente. pro hoc. c. præſenti. § loca. de prẽben. lib. vj. Non enim debet ſine cauſa parochia eccleſiæ diuidi. ſic intellige gl. no. xcix. diſt. in. c. nulli. eſt enim iſta alienatio iurium eccleſiæ, quæ ſine cauſa fieri non debet: vt in c. j. de relẽs ec. non alie. li. vj. ¶ † Secũdò no. vnam cauſam licitam diuidendi parochiam antiquam & conſtruendi nouam eccleſiam quando. ſ. parochia antiquæ eccleſiæ, eſt adeò ampla, quòd tẽpore diſcriminoſo populus non poteſt debitis horis ad diuina confluere. ¶ † Tertiò no. ꝙ ex cõſtructione vnius eccleſiæ plures poſſunt effici patroni. Nam vt hîc vides, antiqua eccleſia efficitur patrona ipſius capellæ: quia ſibi donauit obuentiones ſpirituales illius villæ. Item dominus villæ efficitur patronus: quia poſuit fundum, & dedit reſiduum dotis. & pro hoc vide bo. gl. xvj. q. vij. c. piæ mentis per

ar. eorum quæ not. Barto. in. l. iij. C. de pig. & l. iuſtè poſsidet. ff. de acqui. poſſ. Non obſt. ſecũdũ eum. d. l. extat. vbi creditori habenti actionẽ perſonalẽ, ſeu hypothecariã, nõ licet propria authoritate capere poſſeſsionem: qa hypothecaria, licet ſit realis: tñ eſt neceſſaria perſonali actioni: & ſine eã non ſubſiſtit. addu. it. l. ſi tibi. §. de pig. ff. de pact. & quod ibi no. ſed nos loquimur in iure merè reali in re cõſtituta: vt in habitatione, vſufructu, itinere, & ſimilibus. q̃ iura dicit poſsidere isqui ea habet: in. d. c. examinata. & c. q̃relã. ſed nõ hypothecariã. Quare cõcludit ipſe, quòd nõ eſſet malũ dicere, quòd ſi ille, qui habet ius hoſpitãdi in domibus alicui⁹ vel vſufructũ: ſi reperit domũ clauſam, vel ſepẽ factã, vel aliud, quod impedit vſum rei: poſsit illud remouere propria authoritate, proteſtando q̃ per talẽ remotionem obſtaculi, vel ingreſſum nõ intẽdit p̃iudicare dño ſoli: vt no. in ſimili in. l. ſi quis in tãtã. C. vñ vi. in. ij. q. principali. Hãc eãdẽ cõcluſionẽ videt tenuiſſe. d. An. hîc, & vidi in quibuſdã ſuis recollectis: licet in lect. q̃ cõiter eſt in vſu, videaᵗ tranſire ſimpliciter recitãdo Inn. Sed nõ eſt curãdũ: qa illã lect. nõ perfectè expediuit: ſed poſt mortẽ ſuã exẽplata à quodã ex varijs ſcripturis repertis poſt mortẽ ſuã, & impugnabat ipſe in dictis reportationibus vtranq; rõnẽ Inn. ¶ Mouebaᵗ primò: qa hñs ius habitatiõis dicit habere naturalẽ poſſeſsionẽ rei, & ius in re: ſicut habet vſurarius. l. naturaliter. ff. de acqui. poſ. ff. ſi vſuſfru. petaſ. l. vti frui. §. j. cũ ſi. Itẽ impugnat aliã rõnẽ Inn. quatenus fundat ſe ſuper ſacrilegio. Dicit em̃ hãc rõnẽ nõ eſſe bonã: qa nõ reperit eccleſiæ, vel eius domib⁹ hoc priuilegiũ cõceſſum. Vnde ſtat regula, quòd cuiq; eſt licitũ defendere poſſeſsionẽ ſuã: vel incõtinẽti recuperare cũ moderamine inculpatæ tutelæ. d. c. olim. de reſt. ſpo. &. c. ſignificaſti. de homi. Mihi aũt plus placet hęc opi. iſtorũ modernorum, quã Inn. & aliorũ recitantium. & vltra prædicta, alle. in arg. tex. no. in. l. ſi quis fumo. ff. ad le. aquil. vbi dr̄, q̃ iuſto metuª inſtantis ignis poſſum interdicere & dirimere murũ vicini mei, ſi veriſimiliter timeã, ne ad me ignis perueniat. Si ergo cauſa iuris mei cõſeruãdi poſſum diruere domũ vicini mei, vt cohibeam ignẽ: ergo fortius mihi debet eſſe licitũ remouere obſtaculũ ſerioſè: & malo aĩo ad impediendũ ius meũ mihi præparatũ. Prætereà & ſecundò, ex quo p̃ſupponimus iſtũ eſſe in poſſeſsióe iuris illius: quare nõ eſt licitũ oĩa facere, per quæ poſsit in ſua poſſeſsiõe cõſeruari. Cui em̃ permittit principale, permittit etiã preparatoriũ ad illud vt. l. ad rẽ mobilẽ. &. l. ad legatũ. ff. de p̃cu. &. c. prudẽtiã. &. c. prætereà. de of. dele. videmus em̃ in ſimili, q̃ rõne iuris, quod habeo in re, poſſum vendicare totam rem, qñ non poſſum meo iure: vt niſi relaxeſ tota res: vt legi. & no. in. c. examinata. de iud. vbi dixi. & facit quod legitur & no. in. l. qui tabernas. ff. de cõtrahẽ. emp. ¶ Tertiò facit optimè, quod in ſimili leg. & no. in. c. Piſanis. de reſti. ſpo. vbi agitur poſſeſſorie pro libertate poſsidẽdi: & cõpelliturᵗ tertius relaxare rem, quæ nõ eſt agẽtis: ſed fit relaxatio, vt liberè agẽs poſſit rem ſuã poſsidero. Ecce ergo tex. valde no. q̃ licet agere poſſeſſorio pro re nõ noſtra: vt iurib⁹ noſtris, ſicut prius liberè vtamur ſicut ergo licet intẽtare interdictũ ad cõſeruationẽ poſſeſsiõis: ita põt reſiſti: & irrui cõtra oĩa obſtacula nobis facta: vt in. d. c. olim. ¶ Quartò qđ facit no. Bar. in. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; pri. vbi dicit, q̃ etiã in quaſi poſſeſsionibus iuris habet locũ id, qđ dicitur, vim vi repellere licet. vnde concludit, quòd ſi vniuerſitas, vel capitulũ coadunatũ eſſet ad faciendum aliquid, & ibi eſſet aliquis, qui non eſſet de corpore capituli, vel vniuerſitatis: & vellet oĩno intereſſe: põt licitè p̃ vniuerſitatẽ expelli: qa turbat vniuerſitatẽ, vel capitulũ in quaſi poſſeſsione iuris. & Quintò ex vltimò facit hęc cõſideratio. Quęlibet violẽtia corporalis, eſt maior qualibet reali. l. in ſeruorũ. & quod ibi no. ff. de pœnis. Si ergo pro cõſeruatione iuris noſtri licitũ eſt irruere in perſonã: vt ipſemet Inno. voluit, & probaᵗ in. c. dilecto. de ſent. excõ. lib. vj. ergo fortius debet eſſe licitũ irruere in loca in aĩata nobis in obſtaculũ præparata. Et ad. l. extat. ff. quod me. cau. Reſpõdeo magis ſpecificè & clarè. Dico enim, q̃ procedit, qñ quis non habet poſſeſsionẽ rei, licet habeat actionem hypothecariam, vel aliã ad illã conſequendam. Et hoc etiam quaſi loquitur. c. eum qui. de præben. libro. vj. & l. ſi quis in tantam. præallega. Ille enim non debet propria authoritate violentiam inferre: quia videretur ſibi ius dicere. contra. l.

b nullus. C. de Iudęis. ſed nos loquimur in eo, qui eſt in poſſeſsioneᵇ alicuius iuris in re aliena, qui remouendo obſtaculum, nõ vult conſequi aliquid propria authoritate: ſed ſolum ius ſuum & poſſeſsionem antiquam, vel perditã incontinenti recuperare: quod licet: vt in iuribus præallega.

SVMMARIVM.

1 *Ciues non excuſantur à cuſtodia murorum ciuitatis tempore, quo neceſsitas maxima vrgeat.*
2 *Filius potius tenetur patriæ, quàm patri: adeò, quòd licitè occidit patrem bannitum.*
3 *Clerici, an & quo caſu poſsint compelli ad cuſtodiã ciuitatis eorum tempore guerræ. 6.*
4 *Clerici tenentur ad tallias, collectas & angarias tempore alicuius magnæ guerræ. 8. 12. vbi non valet conſuetudo, vt clerici teneãtur ad prædicta: qui etiam conſtitutione imperiali non tenentur ad eas. 14.*
5 *Clerici non tenentur ad manualẽ pugnam aliquo modo, etiam pro recuperatione terræ ſanctæ. 4*
7 *Clerici non efficiuntur irregulares, ſi neceſsitate vrgente pugnant vnà cum alijs: dumtamen actualiter ipſi non occidant, licet vulnerent.*
9 *Immunitas conceſſa vni per ſuperiorem: an operabitur, vt totum onus immineat reliquis. 17. 18. 20.*
10 *Collectæ tributa, & exactiones regulariter de nouo imponi non debent: maximè locis pijs: & aſſeuenti, quòd poſsint exigi incumbit onus probãdi. 11. poſſunt tamen imponi per ſolum Imperatorem. 13.*
11 *Collectæ & tributa poſſunt imponi à dominis tẽporalibus citra Imperatorem ſuis ſubditis. 16.*
Immunitas conceſſa non valet, niſi concedatur motu proprio: vel niſi in priuilegio ponatur, non obſtante tali lege.
12 *Immunitas quo caſu poteſt concedi per ciuitatem, vel decuriones ciuitatis.*
22 *Collecta, an & quo caſu poteſt imponi per ipſam ciuitatem.*
23 *Immunitas in genere conceſſa non facta ſpeciali mẽtione à quibus muneribus, neminem excuſat: maximè ab oneribus ordinarijs.*
12 *Immunitas conceſſa aliquibus venientibus de nouo ad habitãdũ in aliquã ciuitatẽ: nõ põt amplius reuocari: quia tranſiuit in ſpeciem contractus.*
25 *Priuilegio an cenſeatur quis renuntiare, veniendo contra ipſum.*
Immunitas conceſſa alicui: an per ipſum cenſeatur reuocata, ſi fecit actum contrarium immunitati: puta ſoluendo?

CAP. II.

Peruenit. ¶ Hoc. c. multos habet intellectus: ideò per multos nõ ſumma tur. ſed ſecũdũ quod intelligo. h.

1 d. ¶ † Tẽpore magnæ neceſsitatis nõ debet aliquis excuſari à murorũ, ſeu ciuitatis cuſtodia. h. d. Primò ponit dictũ. Secũdò rationẽ ipſius ibi: *quatenus*. ¶ Caſus literalis. Statuit in cap. iſto, q̃ cũ neceſsitas imminet, nullusà cuſtodia ciuitatis, ſeu murorũ vigilijs debeat excuſari: ſed oẽs ad hoc gñaliter teneanᵗ: vt oĩbus vigilantibus ciuitas melius valeat cuſtodiri. Ber.

2 ¶ † Not. j. vigilandũ eſſe pro ciuitatis cuſtodia. Tenẽt em̃ quis defendere patriam ſuã. Ad qđ vide bo. tex. in. c. oĩ timore. &. c. ſi nulla neceſsitas vrget. xxiij. qõ. viij. adeò, quòd p̃pter ipſius defenſionẽ excuſãt pater occidẽs filiũ, ſe cũdũ Goſ. alle. bo. tex. in. l. minimè. ff. de reli. & ſum. funè. quod eſt no. & idẽ tenet Hoſt ĩ ſum.

a ¶ Iuſto metu. Facit tex. in. l. cũ creditor. cum ibi no. per Bar. ff. de fur. & multa adduxi in rep. l. creditores C. de pig. vbi latè examinaui, an intrans rẽ ſuã aĩo in ris ſtii cõſeruandi cadat in pœnã. d. l. ſi quis in tãtã. c. vnde vi. &. l. extat ff. quod metus cã.

b ¶ Itẽ ad prędicta faciũt no. per do. maximè do. Ale. Imo. & do. Franc. de Are. in. l. clã. in §. fi. in illo arti. an poſsidẽs ciuiliter poſsit propria authoritate recuperare ſuã naturaliter occupatã clã ab alio. & per eum dẽ. d. Frã. de Are. in cõſi. xxj. incip. ſi diligẽter & maturè conſideretur inſtrumentũ. &c. in pen. & vlti. dubio.

a ¶ Ego addo, quòd ciuis deſerẽs ciuitatem periclitantem, perdit priuilegiũ ciuitatis: & deſinit eẽ ciuis. Ita ſin. no. Bal. in l. ij. C. de infan. expo. vbi eſt tex. quòd ſi pater haberet filiũ, & poneret in hoſpitali: perderet ius, quod habet in ipſo. facit tex. in. l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in po. mi. vbi eſt tex. de eo, quod dicit Tullius in j. officiorum: ortus noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.

ZACHARIAS.

b ¶ Poterit occidi à filio. Dy. tamẽ in l. poſſideri. in. ij. in terpretatione. & Celſus ibi in apo. ad ipſum. ff. de ac qui. poſ. videntur cõtrarium tenere. & Fel. in. c. quę in eccleſiarũ. colũ. ij. ver. per iſtã cõclu ſionẽ. ş. de conſt. Anto. Fran.

¶ An ciuis deſerens ciuitatẽ periclitantẽ perdat ciuilitatẽ: & quid de patria ptãte: an & quibus modis per datur, dicas, quòd ciuis nõ ſuccurrẽs ciuitati, quando poteſt, perdit ciuilitatẽ, & omnia priuilegia ciuitatis: vt voluit Bald. Inn. in. l. vnuſquiſque. de infan. expo. & in. l. ij. in fi. C. de cap. & Alex. in. l. veluti. ff. de iuſti. & iur. & de patri. po. quib⁹ mo. ſol. & quib. mo. fini. vide inſt. q. mo. ius pa. po. ſol. per totũ & p Spec. in ti. de tu. in. §. iij. in ver. ſed quæritur. & latè Io. Bertha. de fir. in ſuo rep. in ver. pa. po. fini. cũ tribus ſequen. Et an patria ptãs ſemel amiſſa ex cauſa, ceſſante cã reintegretur: vide Spe. in ti. præalle. & in ti. de ſta. mo. in ver. xij. vbi loqtur de patre monacho, ſi exeat de monaſterio de licẽtia Papæ: an recuperet ptriã potẽs tatẽ. q cõcludit q ſic. & ibi etiam dicit Spe. in. §. ij. in ver. xij. q quẽ admodũ filius eſt in ptãte patris, ita ciuis eſt in poteſtate ciuitatis. de quo vide per Alexã. in. l. ſtipulatus. in. §. Chryſogonus. ff. de ver. obl. vbi poſt Ioã. de Imo. ponit, an per ſtipulationẽ ciuis acquirat ciuitati, ſicut pater filio: ſicut filius patri: & ſeruus dño. & concludit, q ſic: niſi ſtipuletur ſtipulans ſibi. de quo etiam ibi habetur per Bar. & per Raphaelem, qui videtur tenere contra Bart. & habetur per Dyn. & Cyn. qui tenent contra Bar.

c ☞SEB. SAPIA. ¶ A filio. Vide Fel. in. c. quæ in eccleſiarũ. col. ij. ver. ſecundus caſus. ş. de conſti.

☞SEB. SAPIA. ¶ Magna neceſſitas. Hoc etiã tenet Ia. in. l. ſi ex toto. in prin. col. fi. ver. tertiò moueor. ff. de leg. j. Faciunt cumulata per Fel. in. c. non nulli. co. xx. ver. fallit. vij. ş. de reſcrip.

d Vide de hoc. ş. eo. c. in primo not.

a eo. ti. §. à quibus. ver. materia. Tu verò adde⁹ notabile dictũ Bar. in. d. l. minimè. q per illũ tex. dicit, q exbannitus, qui põt impunè offendi, vel occidi ſecundũ formã ſtatuti, poterit occidi à filio, b vel à patre. & vide quod ipſe not. in l. amiſsione. ff. de cap. di. ¶ Opp. cõtra tex. de. c. reprehẽſibile. xxiij. q. viij. vbi tex. videtur velle, quòd clerici nõ teneãtur ad cuſtodiã ciuitatis, etiã contra pyratas maris: quia cũ ſint milites Chriſti, debent Chriſto in diuinis ſeruire. milites verò ſeculi debẽt huiuſmodi vacare. Ad idẽ. c. nõ minus j. eo. vbi generaliter videntur clerici & pſonæ eccleſiaſticę excuſari à grauaminibus publicis. Sol. propter contrariũ. c. iſtud legitur diuerſis modis. Quidam enim vt Ioan. Andr. & Hoſtien. ponunt duos intellectus. Prim⁹, vt hæc Decreta. habeat locum in ciuitatibus, quæ ſunt de temporali dominio eccleſiæ: ſicut eſt hæc ciuitas Terracenſis, cuius Epiſcopo ſcribitur hæc lect, non multum mihi placet: qa tex. loquiſ indiſtictẽ. Et rõ videtur cõis ad omne oppidum: nec de facili dicẽdum, q decretales ſint locales: per id, quod ſcribitur. ş. in prooe. & c. j. de cõſti. ¶ Secũdus intellectus eſt, q ponit ſpãle: cum ciuitas inuaditur à Saracenis: & ſic ab infidelibus. hæc eñ ciuitas Terracẽſis eſt iuxta mare: & ſæpius inuadebaꝫ à Saracenis. vnde ꝓpter cõe & impro uiſum periculũ noluit Papa aliquẽ à cuſtodia excuſare. & hunc intellectũ attribuit Io. an. In no. & Hoſti. pro quo alle. xxiij. q. viij. c. igiſ. & c. ſæpe. & c. ſeq. ſed certè iudicio meo ex fi. gl. ipſius Inn. poſſet colligi tertius intellectus magis generalis: vt iſtud. c. habeat locũ, vbicũq; timor eſt cõis ſubitus & improuiſus. & hũc intellectũ ſequiſ hic. d. Car. Sed. d. Anto. tranſit ſimpliciter cũ duobus primis intellectib⁹ do. Sed aduerte. quia iſte text. nõ loquiſ apertè de clericis. vnde quidã ſentiunt hoc. c. procedere in hominibus eccleſiæ: vt in mãcipijs ruſticis & ſimilibus, q regulariter nõ debẽt angariari. xij. qõ. ij. c. eccleſiarũ ſeruos. & in. l. j. & ibi per Bar. C. de epiſ. & cle. & ꝓfecto ita videtur intelligere Inn. & gl. videtur in. j. &. ij. gl. & clarius Hoſt. in ſum. eo. ti. §. à quibus. ver. materię vbi dicit, q inſtãte neceſsitate homines eccleſiæ nõ debent excuſari à cuſtodia ciuitatis, vt hîc: clerici autem non debent in hoc grauari, niſi magna eſſet neceſsitas: quo caſu poſſent p Epiſcopum, non per iudicem ſeculare diſtringi. de conſti. c. eccleſia ſanctæ mariæ. Et no. ſingulariter hoc dictũ Hoſ. quia nõ ſolet per alios doc. ad hoc allegari. & pondera, q non reſtringit ſe ad terras eccleſiæ: nec ad inuaſiones infideliũ. & placet mihi intellectus iſte. & dico, q originaliter fuit Inn. in. c. nõ minus. vbi clarius locutus fuit. Sentit etiã ibi alium intellectũ: vt procedat cauſa pietatis. ar. l. ad inſtructiõem. C. de ſa. ſan. eccleſ. & quòd iſte tex. ponat caſum ſpecialem, voluit Goſ. in præalle. c. non minus. Et plus puto, q directè põt iſte tex. intelligi generaliter tam in clericis, quàm in alijs hominibus eccleſiæ. & magis propriè iudicio meo intelligitur in clericis, quã in alijs hominibus eccleſiæ, per tex. ibi: *per noſtræ, vel eccleſiæ ſuæ nomen &c.* Nã eccleſia nõ dicitur eſſe hominũ ipſius: imò homines ſunt eccleſię. xij. q. ij. eccleſiarũ ſeruos. & l. j. C. de epiſco. & cle. ſed eccleſia ꝓpriè dicitur ipſius rectoris rõne iuriſditionis, quã habet in ipſa: vt probatur in. c. ſi tibi abſenti. de præben. li. vj. vnde prælatus, vel Rector põt dicere eccleſiã ſuã eſſe: vt ibi. Sẽſus ergo literę eſt, q ſiue ſint clerici eccleſię cathedralis: cuius Epiſcopo ſcribit: ſiue habeant alias eccleſias, ſeu ſint ibi beneficiati. & fortius ſi ſit eccleſia, & nõ clerici: nõ debẽt tẽpore neceſſitatis pręteXtu eccleſiæ à ciuitatis cuſtodia excuſari. Et ꝓ hoc intellectu adduco de iure ciuili text. notabilem in. l. nullus penitus. C. de curſu publico. li. xij. vbi dicitur, q tẽpore expeditiõis nullus cuiuſcunq; ordinis, vel dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia: vel domus regia ex cuſtodię angariarũ, ſeu perangariarũ habeat. † Et not. illum tex. ſingulariter, per quẽ no. ibi dicit Bar. q tẽpore, quo veniunt iſtæ ſocietates peſsimæ ad diſrobandũ comitatũ, poſſunt clerici cogi ad collectas, tallias, & exactiones & angarias. In cõtrarium facit ta mẽ tex. in cap. nõ minus j. eo. † Vnde pro cõcordãtia omnium dicſic: q aut quæriſ, an clerici debeant ire ad bellicãdũ: ita q volũtatalios impugnare: & dicẽdum eſt, q nõ, etiã ſi ageretur pro recuperatiõe terræ ſanctæ: quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnãdum, etiã cõtra Saracenos: vt probatur in. c. ex multa. §. fi. de voto.

¶ † Aut quæriſ nũquid teneãtur cuſtodire ciuitatẽ, ſeu oppidum vbi morãtur: & tunc ſi maxima neceſsitas non ſubeſt, excuſantur: quia non debent auocari ab officijs diuinis: vt. d. c. reprehenſibile. tex. no. facit. c. Cyprianus. xxj. q. iij. & l. j. C. de epiſ. & cle. & l. placet. C. de ſacroſan. eccleſi. Aut imminet magna neceſsitas: ſita ſine eis non poteſt commodè ciuitas ab oppreſsione & inuaſione cuſtodiri. & tunc eos puto teneri: vt hîc. & arg. in. d. l. nullus. quæ debet intelligi propter neceſsitatem inſtantem: ne alijs iuribus contradicat. d Et facit, quia quilibet tenetur patriam ſuam defendere, præſertim cùm ipſius defenſione protegantur orphani, viduæ & miſerabiles perſonæ: pro quibus Epiſcopi & alij clerici debent ſummopere laborare. lxxxvij. di. c. j. facit. c. j. & fi. de poſt. Quilibet enim tenetꝫ propulſare iniuriã inferendã ꝓximo. de ſentẽ. excõ. c. dilecto. li. vj. xxiij. q. iij. per totũ. fortius ergo debet ꝓpulſare iniuriã inferẽdã toti ciuitati. † Ad idẽ allego tex. ſing. in. c. pe. de homi. vbi ꝓbatur, q tẽpore inuaſiõis ciuitatis poſſunt clerici vnà cũ laicis etiã arma mouere & pugnare: nec efficiũtur irregulares ex occaſione aliorũ: niſi ipſi proprijs manibus occiderint quãtuncũq; vulnerauerint. de quo dicẽdũ, vt ibi plenè no. & vide quod gñaliter dixi in. c. clerici. de vi. & ho. cle. † Aut quæritur vtrũ eccleſiæ, vel pſonæ eccleſiaſticæ tenẽtur tẽpore neceſsitatis ad collectas & cõtributiones. & dic vt plenè dicã in. d. c. nõ minus. Et per hæc habes clarè intellectum huius. c. & multorũ iuriũ & maximè ad ca. eccleſiarũ ſeruos. alle. in gl. iij. ꝓ cõtrario. ¶ † Nunc extra materiã intrinſecã cap. ponã vnã. q. notabilẽ, quã poſuit Io. an. qui licet vnã quæſtionẽ principaliter formauerit: multa tamen dicta no. digna incidenter tetigit, quæ infrà in multis reformabo, aut hîc, aut remittendo. Format enim quæſtionẽ ſub his terminis. Pone, q Præſes prouinciæ: vel Dux, vel Marchio, Comes, cõitas: vel alius dñs prouinciæ temporalis alicui habitatori ciuitatis, caſtri, vel alteri⁹ loci ſibi ſubiecti, hanc immunitatem, vel libertatem dederit: ne aliqua tallia, vel collecta, vel exactione aliquo à quocunq;, vel à qua cunq; cauſa imponenda hominibus eiuſdem loci aliquid dare, vel contribuere teneatur: quæritur in effectu: an tale priuilegium iſti proſit, ſaltem in præiudicium vniuerſitatis: vt ſic totum onus immineat reliquis de vniuerſitate: an verò præſuppoſita validitate priuilegij ſolùm valeat in præiudicium priuilegiantis: vt ſic reliqui tantum minus teneantur ſoluere, quantum ad illud, quod iſte priuilegiatus ſoluiſſet, ſi non emanaſſet priuilegium. Et quia Ioã. an. multa

allegat, & aliquantulũ cõſusè, inſtabo capiẽdo dicta ſua,

01 per concluſiones. ¶ † Prima cõcluſio ſit iſta. oẽs talliæ & exactiones generaliter ſunt dãnatæ per noua iura: & maximè quãtũ ad eccleſias: vt in. l. Federici, hac edictali. §. illicitas. & dic, q illa lex eſt in libr. feu. ſub rub. de pace iur. fir. col. x. & illius. §. verba formalia ſunt hæc: Illicitas etiã exactiones, & maximè ab eccleſijs, quarum abuſus lõgo tpe inoleuit per ciuitates & caſtra, oĩmodè dãnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplũ reddãtur. Ad idẽ facit alia lex, quæ incipit: ad decus & decorẽ. ſub rub. de ſtatutis & conſuetudini. contra liber. ec. editis. col. ea. §. itẽ nulla cõmunitas. cuius verba ſunt hæc: Item nulla cõmunitas, poteſtas, vel perſona publica, vel priuata, collectas, ſiue exactiones, augarias eccleſijs, vel alijs pijs locis, vel eccleſiaſticis perſonis imponãt: aut inuadere eccleſia ſtica bona præſumãt: quod ſi fecerint & requiſiti ab imperio, vel eccleſia emẽdare contẽpſerint, in duplũ refundãt: nihilominus bãno imperiali ſubiaceant: quod nullatenus abſq; ſatisfactiõe debita remittaſ. Ad idẽ vide quod habeſ in auſ. de eccl. tit. §. ad hoc ſancimus. & auſ. vt nulli iud. liceat. §. nulli verò. col. ix. ¶ Not. hãc concluſionẽ & intellige eã regulariter. Nã in multis caſibus permittũ tur collectæ & exactiones. vtj. patebit. & no. bene pœnã collectantiũ eccleſias & perſonas eccleſiaſticas de iure ciuili. De iure verò canonico, vide quod noj. eo. nõ minus. & in cle. præſenti. de cenſi. Et quatenus dixit tex. præal. q debet collecta bãno imperiali ſubiacere: dic bannũ eſſe diffidationẽ quãdã. & eſt initiũ belli. De quo vide quod no. Bal. in auſ. itẽ nulla cõmunitas. C. de ſa. ſan. ecc. qnq;

11 c. ſtatuimus. xxvj. q. j. ¶ † Secũda cõcluſio, quicũq; dicit collectas, ſeu exactiões eſſe licitas, hoc probare tenetur: vt per leges, vel per ſenatuſconſultũ: vel percõſtituti onẽ principis. C. de vaca. mu. pu. l. vnica. lib. x. vel per cõceſsionẽ à Principe ex cã ſpecialiter impetrata. C. de ſuperindi. l. vnica. lib. x. & vide quod no. Archid. in. c. ſi quis Romipetas. xxiiij. q. iij. & quod le. & not. in. c. innouamus. de

a cenſi. Vel per conſuetudinẽ⁹ diuturnã non per violentiã: ſed ſponte cõiter ab oĩbus approbatã. C. de cano. larg. l. præcipit. de au. coronario. l. vna. lib. x. Et intellige hoc vltimũ, qñ cõſuetudo tẽdit in fauoré Principis: vt ſibi acquiratur collecta. Tũc enim valet contudo diuturna modo ꝓdicto. vñ dicebaſ in quadã lege Conrardi, quã hodiè nõ habemus: vt hîc refert Io. an. quod noſtri anteceſſores habuerũt, habere volumus: illud verò quod nõ habuerũt: nullo modo exigimus &c. Vñ aliud puto cũ quis citra Imperatorẽ velit ſibi vẽdicare ius imponẽdi tallias & collectas per cõſuetudinẽ. Nã tũc cũ velit ꝓſcribere iura reſeruata principi, requiriſ tẽpus de cuius initio nõ eſt memoria: vt in. c. ſup quibuſdã. de ver. ſigni. & vide qđ not. Bar. in. l. publicanus. §. in oĩbus vectigalibus. ff. de pu. Et no. bene, quod dixi de cõſuetudine inſpiciẽda in collectis iſtis.

b & per illã. l. j. C. de au. coro. Dixit ſingulariter ibi Bar. b q ſi cõſuetudo habet, q forenſes teneanꝫ ſubire onera perſonalia, poterunt vigore cõſuetudinis ad hoc cõpelli, quod perpetuò tene menti. & intellige prædictã concluſionẽ ſecundũ Io. an. & bene quo ad lai-

12 cos. ¶ † Eccleſia verò & perſonæ eccleſiaſticæ legibus etiã imperialibus in his adſtringi nequeũt: vt patet in eo, quod legi. & no. in c. eccleſia. &. c. quę in eccleſiarũ. de cõdi. & deſol. c. fi. de deci. c. tua. & j. eo. nõ minus. &. c. aduerſus. Nec valet cõſuetudo cõtraria, quę in hac parte cẽſenda eſt eccleſijs onoroſa: & iõ remittẽda. C. de cõ

13 ſue. c. j. ¶ † Quantũ verò ad laicos, põt Princeps Imperator ſuper his leges cõdere, & priuilegia cõcedere: vt patet. C. de vaca. mu. l. vnica. lib. x. &. ff. de iure immu. l. ſemper. § fi. &. C. de exc. mu. l. placet. li. x. cũ ſi. Ipſe eñ Imperator ſolus inter Principes ſeculares ſolutus eſt legibus. ff. de legi. l. Princeps. &. C. eo. l. digna vox. & ipſe ſolus mũdi dñs dicitur. ff. ad legẽ Rho. de iact. l. deprecatio. &. C. de quadri. præſcri. l. bene â zenone. Ipſe enim eſt vnus & ſolus inter ſeculares, per quẽ neceſſe eſt reipublicę conſuli: cui datũ eſt, vt quodcunq; cõſtitueret ratũ ſit. ff. de ori. iur. l. ij. §. nouiſſimè. in fi. Igitur hãc plenitudinẽ poteſtatis in tẽporalibus extẽdere non poſſumus ad aliquem aliũ Principem ſecularem: quãuis multi alij nõ ſolũ Reges: ſed etiã inferiores hãc ſibi appropriẽt vſurpãdo: ſed erant ſecundũ eũ: vt le. & not. in. c. per venerabilẽ. qui fi. ſint legi. & no. c. ſanè. de priui. ¶ Not. plura ex premiſſa cõcluſione. Primò, q ſolus Imperator poſsit ſuper his exactionibus nouam legem con-

dere, & ſuper his liberè diſponere. ſecus in alijs ☞SEB. SAPIA.

a Principibus inferioribus. Limita prout dicam in ſequẽti cõcluſione. Itẽ intellige, niſi talis ſit Princeps, qui non recognoſcit ſuperiorẽ de facto: vt Rex Fráciæ, vel hiſpaniæ: vel alius, qui præſcripſerit iura imperij: vt ꝓbaꝫ in. d. c. per venerabilẽ. & c. ſup quibuſdã. de ver. ſig. & per Inn. in. c. cũ. P. tabellio. de fi. inſtru. & per Bar. in. l. infamẽ. in fi. de publi. iudi. & l. hoſtes. ff. de capt. & l. ſi publicanus. § in oĩbus vectigalibus. ff. de publi. Et vide de ſuprema ptãte Imperatoris: & qualiter oĩs alia poteſtas ab eo tanquã â flumine depẽdet. in. c. j. quis dicatur Dux, Comes. &. c. &. in. c. vnico. quę ſint regalia. col. x. &

14 vtrobiq; per Bal. ¶ † Not. ij. q eccleſia nõ diſtinguiſ legibus imperialibus in iſtis oneribus ſubeũdis. Quod dic procedere etiã ſi ſint regalia. & hoc ideò: quia eccleſia ſacerdotes & eorũ bona ſunt ab eis exempta, etiã de iure diuino. Ad quod vide bo. tex. cũ gl. in. c. quãquã pedagiorum. de cenſi. lib. vj. & facit quod no. Bal. in auſ. item nulla communitas. C. de ſacr. ſan. eccl. ¶ Tertiò no. q nõ valet cõſuetudo in contrarium. & facit ad prędicta quod dicã j. eo. c. non

15 minus. ¶ † Tertia cõcluſio: Dñi tẽporales citra Imperatorẽ poſſunt ab hoĩbus ſuis ſi tallias exigere in caſibus licitis à iure, vel conſuetudine approbatis. quatenus dicit de conſuetudine, in telligo ſecũdũ quod prędixi in cõcluſione præ

16 ce. ¶ † Quarta cõcluſio. Non ſolũ Imperator, ſed etiã dñi inferiores poſſunt immunitatẽ tal liarũ & exactionũ concedere ſubditis ſuis. Dif ferunt tñ in hoc ſecundũ quod Ioã. an. ſentit ſi aliquis citra Principẽ conceſsit hãc immunitatem, nõ eſt occaſiõe huius priuilegij hoĩm vni

c uerſitas aggrauãda. c vnde ſecundũ eũ, ſi vnus locus cõſueuit dare cẽtũ libras, & dñs terræ ali cui de habitatoribus immunitatẽ præſtiterit: dicendũ quòd ſibi præiudicare potuit: ſed non d vniuerſitati. Debet ergo detrahi de ſumma cẽtum librarũ pars, quæ in hoc priuilegiatũ contingeret, ſi priuilegiũ non haberet. Quod autẽ reſtat, proportionabiliter ſingulis alijs imponatur: de quo remittit ad Spe. de cenſit. §. nũc dicendũ. Nam ſi diceremus cõtrariũ, ſequeretur iniuſtum, & abſurdũ: quia ſi ſinguli ſic priuile giarentur paucis exceptis: ſequeretur, q totũ onus illis paucis remaneret: quod eſt iniuſtũ: & quãdo q; foret impoſsibile. arg. ff. de condi. inſti. l. cõditiones. &. l. filius. Si autem talia privilegia ab Imperatoribus concedantur, omnino ſunt ſeruanda ſicut ſonant: dummodò motu proprio Principis ſint conceſſa: vt in iuribus ſuperius alleg. declarauimus. per ambitionem, vel importunitatem petentium ſunt obtenta. Et hoc caſu ſecundum eum, poſſunt iura intelligi, quæ videntur huiuſmodi priuilegia annullare: vt. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. fina. &. l. vacuatis. C. de decu. lib. x. &. l. ſi quis ſine. cum

17 l. ſeq. C. de vect. & commiſ. cum ſimi. ¶ † Dicit tamen Ioan. an. d q ſi ſi per priuilegiũ Prin

d cipis proprio motu cõceſſum, vniuerſitatem grauiter lædi contingeret, eſt ſuper hoc ipſius Principis remedium implorandũ: vt patet ex eo, quod legi. & no. ş. de deci. c. ſuggeſtum. debet tamen vniuerſitas æquaniniter ferre mo dicam læſionem: quia nec pro modico eſt reſtitutio facienda: vt in. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. &. c. penul. Per hoc tamen non derogatur

☞SEB. SAPIA.

a ¶ Per cõſuetudinem. An per conſuetudinẽ acquiri poſsit ius colle ctanti: vide Alex. in cõſil. lxviij. incip. viſo & dudũ diſcuſſo. col. iij. in ij. vol. Iaco. in. l. de quibus. col. xiiij. ff. de legi. A ret. in cõſil. cxxxij. incipit. in cauſa, quæ vertitur. & Alex. in cõſi. lij. incip. viſis his. in. v. volu.

b ¶ Et idẽ dicit ibi Bart. in ſcholaribus, q licet onera perſonalia cogi non poſsint. l. j. & ibi bar. C. qui profeſ. vel æta. ex. lib. x. tñ ſi de conſuetudine eis imponunt, ad ea poterũt cogi. & hoc ſequitur. d. Alex. in d. l. j. C. de profeſſ. in additi. ad Bart.

☞SEB. SAPIA.

c ¶ Aggrauanda. vide Alex. in conſi. clxxviij. incip. in occurrẽti caſu. colum. pe. in. ij. vol. & in cõſi. cj. incip. viſis inſtrumẽtis. j. col. in. j. vol. & in conſi, cxxvj. inci, in cauſa & lite. colum. vj. in. ij. volu.

d ¶ Adde hîc, quod determinat Io. de Imo. in. q. quã ponit, & dicit fuiſſe de facto, in. l. aboibus. in fi. princ. ff. de leg. j. q ſi Papa imponat collectam clero: & aliqui de clero ſint exẽpti, & non teneãtur ſoluere ali quod onus: vel ali quã collectã quacũq; ex cã in. poſitã, q alij clerici tenebunt ſoluere collectã integrã, etiã pro parte exẽptorũ. Et ſi dicerẽs, q clerici nimis grauantur ex eo præſertim, quòd ſoluunt pro partibus exemptorũ. Rñdet ipſe Imo. quod erit dare remediũ, q priuilegiũ exẽptionis re uocet: & Papa debet reuocare, ex quo tale priuilegiũ eſt alijs pernicioſum. alleg. tex. quẽ alleg. hic Ioã. an. & Panor. in. c.

ſuggeſtũ. de deci. & refert & ſimpli citer ſequit. d. Iaſ. de may. in. l. auus. ff. de pact.

a ¶ In. iij. col. & ad. de Ludo. Ro. in. l. iiij. in prin. ff. de re a iud. d. Alex. Imo. 19 in cõſi. cccxxix. incip. in occurrenti caſu. in pen. col. & Paul. de caſt. in. l. auus. ff. de pac. Tu in hoc diſtingue, vt per Io. de Imo. in. l. ab oibus. in prince. ff. de lega. j. Et ad prædicta, vi de Bar. in. l. ij. C. de apo. publ. li. x. vbi ponit, qñ vnus de vniuerſitate non põt ſoluere partẽ collectæ ſibi im- 20 poſitæ: an alij teneant̃ pro eo ſubire. dic vt ibi p eũ. & in. l. legatorũ. ff. deleg. ij. & in. l. iiij. & ctor. ff. de re iudi. Et ibidẽ per dom̃. meũ. d. Ambr. de Opiſonib°. Adde etiã ꝓdictis gl. no. & repu. ſingu. in. l. euacuatis. C. de decu. in glo. fi. libr. x. quæ not. ex illo tex. arg. cõtra ruſticos, q cõcedunt aliquando immunitatẽ alicui fabro, quã ipſi teneanẽ pro eis ſoluere. Ad quã glo. adde Ludo. Rom. cõſi. cclij. inci. pro deciſiõe ꝓpoſitæ cõſultatiõis. & d. Alex. Imo. in cõſil. cclxxviij. inci. 22 in cã & lite vertẽte inter Iac. in. vj. col. in fi. & ſecundum illã gl. limita prædicta, quando communitas cui fuit impoſita collecta eſt illa, q̃ facit aliquẽ exẽptũ: & tunc proculdubio ipſa tenetur ſoluere.

b ¶ Corruptè allega. hîc Panor. qa eſt in ti. de ann. & b tri. libr. x. & idem Bal. in ſuo trac. de carce. in. iiij. col. ꝓ gloſ. in. d. l. oẽs. C. de annonis. Adde Bart. in. l. interdũ. 23 §. ſi quis ꝓſeſſus. ff. de pu. & d. Alexã. Imo. in. l. filiuſ fa. in pri. ff. de do. Itẽ adde hîc, q ꝓ illã gl. in. d. l. oẽs. C. de annon. dixit Principi, & maximè Papę poteſtati: quæ quãta ſit, colligitur ex. d. c. per venerabilẽ. ¶ † No. plura ex hac concluſione. Primò, ꝙ conceſsio, ſeu priuilegiũ inferioris nõ præiudicat vniuerſitati, ſed concedenti. Vnde ſecus in priuilegio per Principem cõceſſo. hoc dictũ plenè examinaui in. c. accedentes. a de præſcrip. ideò dic, vt ibi dixi in lect. ¶ † Secũdò not. ꝙ priuilegium cõcedens immunitatẽ nõ valet. niſi ſit proprio motu conceſſum. Tu dic hoc verũ, niſi in reſcripto ſit appoſita clauſula, tali lege nõ obſtante: quia cũ ſit contra legẽ, nõ valet: niſi ſit in eo de ea facta mentio: vt no. Bar. in. l. euacuatis. C. de decu. lib. x. & in. l. fin. C. ſi contra ius, vel vti. pub. facit. c. ex parte. de capel. monaſte. & vide quod dixi in. c. nonnulli. de reſcrip. ¶ † Itẽ no. ꝙ inferior à Principe poteſt in ſuo priuilegio immunitatem à collectis concedere: ſed non in vniuerſitatis præiudicũ. Idem & fortius dic, qñ veniret priuilegium in præiudicium Imperatoris: vt in. d. l. euacuatis. & quod ibi nota. in gloſ. ¶ † Ex his infero ad quæſtionem, an ciuitas poſsit hoc priuilegiũ immunitatis alicui cõcedere. & quid in decurioribus ciuitatis? Solu. diſtingue poſt Bar. in. l. ij. ff. de iure immu. & l. euacuatis. præalle. Quòd aut quæritur de ipſis decurionibus: & dicendũ, vt habetur in. l. j. C. de decu. vbi concluditur, ꝙ doctoribus & medicis poteſt per eos concedi: alijs verò non: & dic, vt ibi legit. & not. Reſpectu verò ciuitatis diſtingue, ꝙ aut vult concedere in præiudiciũ domini ſuperioris: & non poteſt: vt no. in glo. in. d. l. euacuatis. facit quod in ſimili leg. & not. in. c. veniens. de iureiur. Aut vult concedere in ſui præiudicium: & tunc ſi vult concedere iam ſubditis: & nõ poteſt: vt. in. d. l. ij. ff. de iure immu. niſi fieret conceſsio aliquibus ex cauſa: puta doctoribus, & medicis: vt in. d. l. j. C. de decu. Aut vult cõcedere nõ ſubditis venientibus ad habitandũ de nouo in ciuitate: & poteſt: vt in d. l. ij. & l. pe. ff. de decre. ab ordi. fa. & quod ibi not. hoc intellige in ciuitate non habente iura Principis: vt prædixi. Nã illa poteſt ſicut Imperator, vt no. in. d. l. infamem. & in. c. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. ¶ † An autẽ poſsit ciuitas imponere collectas? dic, ꝙ nõ pro vtilitate publica: vt in. l. vna. C. de ſuperindi. libr. x. ſed pro neceſsitate ipſius ciuitatis, ſic. Et idẽ dic in prouincia: vt no. Bar. in. d. l. vna. & vide gl. no. in. l. j. ff. quod cuiuſq; vni. no. per eundẽ Barto. in. l. iiij. ꝟ. actor. ff. de re iudi. facit quod not. Inno. in c. grauem. de ſen. excom. Item quod dixi, ꝙ nullus citra Principem poteſt remittere collectã in præiudicium ipſius Principis. dic hoc verũ, niſi ob nimiam paupertatem. Tunc enim officialis ſuper exactione deputatus, poteſt remiſſionem facere: vt not. poſuit Bart. poſt gl. in. l. omnes. C. de decu. blib. x. ¶ Vltimò not. remedium contra priuilegiũ ipſius Principis, eſt vt imploretur remedium ipſius Principis. Ponderа ꝙ Io. an. non dicit, ꝙ ſubditi poſſunt reſiſtere: ſed ſupplicare Principi. & vide in hoc, quod dixi in. d. c. accedentes. de præſcri. ¶ † Quinta concluſio, eſt ꝙ immunitas ſub generalitate cõ ceſſa nulla ſpecificatione facta, neminẽ excuſat ab oneribus patrimonialibus ſupportandis. Et vide tu in hoc bo. text. in. l. qui immunitatem. C. de mu. pa. lib. x. Tu verò diſtingue: vt latius no. Bar. in. l. ij. ff. de iure immu. vbi dicit, ꝙ qui vult plenam im munitatem cõſequi, debet eam habere ſpecialiter & diſtinctè: vt fiat mẽtio de oneribus realibus & perſonalibus, ordinarijs, & extraordinarijs. Si enim alicui concederetur immunitas à muneribus ſimpliciter, non haberet immunitatẽ à patrimonialibus. d. l. qui immunitatem. Et vide de hac materia bo. gloſ. in l. his onerib. ff. de vaca. & excu. numerum. Nec intelligeretur de muneribus ordinarijs, ſed extraordinarijs: vt. l. hi qui. &. l. ſunt munera. ff. eo. tit. Item non porriguntur ad honores: vt. l. cui muneris. ff. de mune. & ho. Ideò ſit cautus, 24 qui hęc priuilegia impetrat. ¶ † Vltimò ponit hîc Io. And. an is, qui factus fuerit ciuis alterius ciuitatis eo pacto, vt collectas & munera non ſubiret, ſit in ſuo priuilegio manutenendus. & cõcludit poſt Goff. ꝙ ſic. l. j. C. de his, qui ſponmut. ſu. Et dic, ꝙ hoc priuilegium eſt irreuocabile: cùm tranſiuit in contractum, vel quaſi. de quo vide quod no. Bar. in. l. qui ſemel. ff. de decre. ab ord. faci. per Io. And. in addi. Spe. in tit. de cenſi. §. nunc dicendum. in. iij. & . iiij. col. vbi 25 de hoc, & ſimilibus quæſtionibus. ¶ † Tangit etiã incidenter Io. And. hîc, an habens immunitatem non ſoluendi, renũtiet illi ſoluẽdo? arg. poſt Tanc. ex multis legibus ꝙ ſic. Tu vide in duobus locis, an per actum contrariũ renũtiet quis priuilegio in totum: in. l. voluntariè. C. de excu. tut. vbi plenè per Cy. & in. c. cùm veniſſent, de inſtit. vbi plenè per doct. & aliquid per Inn. in. c. accedentibus. de priuili.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Emphiteota non poteſt renuntiare rei emphiteoticariæ domino contradicente.*

2 *Locare, an poſsit quis in perpetuum operas ſuas.*

CAP. III.

INdicatum. ¶ Hoc. c. cõmuniter nõ ſummatur: ſed generaliter poteſt ſic ſummari. Ruſticus adſtrictus ad culturam agrorum eccleſię: nõ poteſt illam deſerere. h. d. ¶ Caſus literalis. Quidam ruſtici eccleſiæ rura eius deſerentes, in priuatorũ poſſeſsionibus culturam exhibebant. Quod ſignificatum fuit domino Papæ. qui ſcribit Vitali defenſori Sardinen. vt experiẽtia ſua huiuſmodi fieri non permittat. Bernar. ¶ Nota primò, quòd etiam eccleſia poteſt habere ruſticos adſtrictos & neceſſarios. & nil mirũ. Nam & ſeruos habere poteſt: vt in. c. eccleſiarum ſeruos. & in. c. cum redemptor. cum ſi. xij. q. ſecunda. Et aduerte, quia textus iſte iudicio meo poteſt intelligi dupliciter. Primò in colonis noſtri temporis, qui aut pro certa mercede, aut pro certa quota fructuum ſe obligauerunt ad certum tempus, vel incertum ad agros colendos. His enim obligationibus durante tempore, non licet illorum agrorum culturam deſerere: quia contractus à principio ſunt volũtarij: ex poſtfacto verò ſunt neceſsitatis: vt. l. ſicut. 1 C. de act. & obligatio. † Vnde per hunc text. dicit Specu. in titul. de locato. §. nunc aliqua. verſiculo. cxxxviij. quòd ſi emphiteota c vult dimittere rem, quam habet in emphiteoſim domino contradicente non poteſt: vt. d. l. ſicut. Secundo modo poteſt intelligi de ruſticis adſcriptitijs, Bal. in aut. de ſun cto. C. ad Tertu. & in. l. etiã. in vlti. co. C. de execu. re iudic. ꝙ pauperes quorum induſtria ſit neceſſaria adeo rũ alimenta, & victũ, nõ debẽt concurrere ad onus impoſitę collectę. & vide quod ſcripſi in. c. quod non eſt licitũ. j. de reg. iur. Itẽ vide ad materiã ipſium Pañ. cũ cõcor. ibi additis in. c. ex rõne. in j. colũ. š. de appel. Antoni. Franciſ. ¶ An collecta impoſita, ſi ſit grauis adeò, quod nõ ex empti nõ poſsint illã ſoluere, debeat ſolui per exẽptos & priuilegiatos: vide Bal. in. l. pen. C. de teſta. mili. & in. l. placet. ī. ij. col. C. de ſa. ſan. ecc. & not. in. l. cura. in. §. fi. ff. de mu. & ho no. vbi dicit, ꝙ ad collectã grauẽ ſoluendã tenenẽ etiã milites, quamuis gaudeant priuilegio nõ ſoluendo. Et vide etiã Bart. in. l. maximarũ. C. de excu. mu. lib. x. qui dixit, qd etiã perſona priuilegiata prout ſunt ambaſiatores, licetnõ teneantur ſoluere collectas, nihilominus ſi ſunt miſſi data opera in legationẽ, tenentur ſoluere: vt ꝙ Bart. in. l. vniuerſi. C. de leg. eo. lib. Et adde, quòd collectã ſoluere nõ tenenẽ pauperes: vt in. l. inductiones. C. de anno. & trib. libr. x. & in. l. fi. & ibi per Bar. C. qui nu. liber. ſe excu. & ꝙ Bald. in ti. de pace cõſti. in. §. nos Romano. in. iij. col. in vſib. feu. & an col lectã teneaẽ ſolue re ciuis recedẽs de loco poſt collectã impoſitã: vide Spec. in. §. nũc dicendũ. in verſi. ſed quid erit. & per Bar. in. l. incola. in ij. q. ff. ad munici.

c ✣ SEB. SAPIA. ¶ Quòd ſi emphiteota. Ex hoc etiã ſequitur, quòd ab emphiteota perpetuò non poteſt res emphiteotica euelli, etiã ꝙ alius offerat meliorem conditionem. etiã quòd ille, qui conceſsit in emphiteoſim, ſit perſona priuilegiata: vt eccleſia. Ita dicit Alexan. in conſi. lxxix. incip. circa primum. col. viij. in. ij. volu.

ptitijs, qui ſunt in perpetuum adſcripti & obligati glebæ. i. terræ: qui nõ habent facultatem inde recedendi. & tales ſunt in veritate liberi. vnde non poſſunt vendi ſine terra: & poſſunt habere proprium & teſtari: in multis tamen æquiparantur ſeruis. & de differentijs inter iſtos & ſeruos: vide per glo. pe. in. l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & quod leg. & not. in. c. ij. de Iudæ. & in iſtis adſcriptitijs intellexit gl. noſtra iſtum tex. Ex quo inferꝛ, ꝙ eccleſia poteſt habere iſtos adſcriptitios: licet ſint in veritate liberi. Ex quo etiam infert, ꝙ eccleſia approbat nedum ſeruitutem, ſed etiam iſtã conditionem, quaſi ſeruitutem in hoĩbus liberis. Sed quoniam ipſi reperiũtur in multiplici ſpecie & ſæpe ignorant vocabula, proſequar hîc quędam, quæ tanguntur per Hoſti. in ſumma de natis ex libero ventre. §. ſic fecimus. aliàs incipit. §. & in quibus. ¶ Scias enim, ꝙ agricola eſt nomen generale, continens ſub ſe multas ſpecies: & dicitur agricola, quaſi agrũ colens. Agricolarum alij dicuntur adſcriptitij: alij cenſiti, & alij perpetui, & alij coloni cõditionales: alij inquilini: alij originarij: alij ſimplices coloni. Adſcriptitij dicũtur ſecundũ Hoſt. in loco præalle. hĩ, qui per ſcripturam ſolo ſiue terrę vel glebæ ſunt ſcripti. i. adſtricti ſunt. Fieri autẽ debet fides de hoc genere, ſeu obligatione ex duabus ſpeciebus obligationum: ſcilicet tãm ſcripturæ, quã confeſsionis, vel depoſitionis apud acta. Debet enim ſecundũ eum prius fieri ſcriptura, in qua promittunt dño terræ nunquã à ſolo recedere. & ex tali ſcriptura conſtituũtur adſcriptitij: tamen per hanc ſolã ſcripturam non probanẽ adſcriptitij: imò alia ſcriptura eſt neceſſaria, in qua cõſiteantur ſe eſſe adſcriptitios. Sic intelligiꝛ. l. cũ ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & hoc ne homines de facili detrahãtur ad deteriorem conditionẽ: vt dicit ibi tex. Simile in. l. ſi mulier. C. ad Velleia. vbi ſecũda cõfeſsio eſt ficaciam præſtat. Aduerte hęc fuit opi. gl. in. l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. vt ſola pactio non ſufficiat ad conſtituendũ, quem adſcriptitium. ſed Bar. in. d. l. cũ ſcimus. tenet oppoſitũ dicens, ꝙ per ſolẽnem ſtipulationẽ poteſt quis ſine alio cõſtituere ſe adſcriptitiũ. & hanc opi. dicit tenuiſſe Mart. de ſa. Ant. de But. Et ad illam. l. cũ ſcimus. reſpondet, ꝙ debet intelligi, ꝙ confeſsio emanauit enunciatiuè, quæ per ſe non probat: vt in. c, ſi Papa. de priuil. lib. vj. Ideò exiguntur alia adminicula, & ſecũda confeſsio, ſeu curſus. xxx. annorũ: vt ibi. Et ad. d. l. ne diutius. reſpondetur, ꝙ debet intelligi de pactione nõ ſoleniter facta. ſ. per ſtipulationẽ. Nam tunc exiguntur adminicula, de quibus in. d. l. cũ ſcimus. ¶ Mihi tamẽ plus placet opi. Hoſt. tum, quia magis congruit literæ illius. l. cũ ſcimus. Tum, quia cũ iſte adſcriptitius parum differat à ſeruo: iuxta no. in. l. ne diutius. & in. c. ij. de Iudæis. non videtur quòd per ſolam pactionem: licet ſolennem debeat trahi ad talem conditionem, ſicut non poteſt quis ſe vendere ad pretium participandũ, niſi vendatur ignorãti: vt no. inſtit. de iure perſo. in fi. Sed ſi perſeuerat in ſuo propoſito: vt quia vltra obligationem iterũ conſenſerit ſeu cõfeſſus fuit ſe eſſe adſcriptitium, prędicat ſibi, ex quo ex toto non efficitur ſeruus. Facit optimè, quod leg. & no. in. c. peruenit. de emp. & vẽdi. & in prædicta. l. ſi mulier.

2 ¶ † Et ex his nota argu. pro & contra. an in perpetuum poſsit quis locare operas ſuas: de quo vide, quod not. in l. antiquitas. C. de vſu. & habi. & in. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. ff. de verbo. oblig. & vtrobiq; per Barto. Cenſiti verò dicuntur hi, qui cenſibus perſoluendis ſunt adſcripti: vt. l. colonis. C. in quibus cauſis coloni. libr. vj. & hi eodem modo conſtituuntur ſecundũ Hoſti. quo adſcriptitij. Debent enim modo prædicto promittere ſe non receſſuros à ſolo: & ſoluere pro terra certum cenſum: & tamen inter iſtos eſt differentia ſecundũ aliquos: quia cenſitus eſt ille, qui eſt ex adſcriptio natus. Sed Azo dicit illum cenſitum eſſe, qui rei certæ annuatim præſtã dæ obligatus eſt: vt in. l. ij. C. in qui. cau. colo. cenſi. li. xj. Et hæc opinio videtur magis placere Hoſtiẽ. & in. d. l. ij. quæ tamen dicit, ꝙ quandoq; largè accipitur cẽſitus: vt comprehendat etiam adſcriptitium. & ibi vide de ſignificato horum verborũ. Sed prædicta ſufficiant. Adſcriptitius autem eſt ad rem incertã obligatus, puta tertiam vel quartam partem fructuum, vel mediam, prout dñs elegerit, ſecundũ Azo. & Hoſtien. & refert glo. in. d. l. ij. ¶ Perpetui dicuntur hi, quos proditor ſtudioſus & diligens ſuo colonatui perpetuò acquiſiuit. Erat enim ſecũdum Hoſt. antiquitus ſtatutum, ꝙ vilibus & miſeris perſonis reditus certi ex publico aſsignarẽtur tẽpore famis. & tunc, quia validi erant: ſimulantes corporis miſeriam, partẽ redituũ percipiebant. & ſic veris miſeris & debilibus partẽ, ſeu prębendã diminuebãt. Hos autẽ ribaldos, & ſimulatores, ſi quis diligens prodębat, & deferebat in publicũ: ſi liberi erant hi, qui talia faciebant, & fingebãt, in ſuo perpetuo habebat colonatu: ſi ſerui, primus domi nus eis carebat, & proditori, ſeu delatori aſsignabantur: vt. C. de mendicantibus vali. l. vna. lib. xj. ¶ No. tu mirabilem intellectum, quem ponit Hoſt. ex prædictis ad dictam. l. vnicã. & iudicio meo multũ illam legem reſtringit: ideò plus mihi placet ille intellectus, quem ponit ibi Bar. intelligẽdo illã. l. ſimpliciter, vt iacet: ſcilicet, ſi quis mendicat ſimulando ſe debilem & impotentem: ꝙ accuſans eũ, & probans ex aſpectu corporis, acquirit illum in perpetuum ſuo colonatui, ſi erat liber: quia melius eſt, vt ſtet in perpetuo colonatu: quã ꝙ debeat ita viliter mẽdicare. Si autẽ erat ſeruus, perdit dominus dominium: & acquiritur iſti, qui eum reducit in publicum. Quod not. contra iſtos ribaldos iniuſtè mendicãtes. ¶ Sed contra illam. l. oppo. de auf. de quæſt §. ſi verò, vbi dicitur, ꝙ ſerui ſuis dominis ſunt reddẽdi: liberi verò in opus publicum dandi. Sol. multiplex. Quidam enim dicunt, ꝙ illa lex hodiè ſit correcta. Hoſti. verò dicit, ꝙ lex antiqua loquitur de ſimulantibus: quia à diſpẽſatore ſæpe validi cũ inualidis admittunt̃ ad eleemoſynã. Et dicit Hoſti. ꝙ cũ hi ſimulatores tàm grauiter puniantur, quid putandũ eſt de occupantibus plura beneficia in præiudicium pauperum clericorum; vt. š. de præben. quia in tantũ. de reſcrip. ad aures. Sed tu contra iſtos vide. j. q. ij. c. clericos. & c. paſtoralis. xij. q. j. c. illi, qui. Sed circa præcedens dictum vide Bar. in. d. l. vnica. vbi dicit tex. d. auf. de hære. intelligi, quando tales ribaldi reperiuntur à perſona publica. ſed tex. in. l. vnica. loquitur quãdo deferuntur à priuato. quod ſatis placet. ¶ Coloni conditionales dicũtur qui conſtituuntur hoc ſolo, ꝙ per. xxx. annos in ſoloſine controuerſia fuerunt: vt in. l. cũ ſatis. C. de agri. & cenſi. & hæc conſuetudo eſt Bononiæ ſecundum Azon. Hoc tamen non placet Azon. vt ſolus curſus temporis faciat eos ita adſcriptos: quia non ſufficit vna ſola cauſa. d. l. cũ ſcimus. &. š. dixi. & ideò neceſſe eſt ſecundũ eum, quòd præcedat promiſsio in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. ſ. quòd perpetuò promittat ſe ſtare in fundo: & poſteà per. xxx. annos ibi permaneat. Hoſt. verò dicit, ꝙ prior ſententia videtur confirmari ī. de Iudæis. c. ij. & in. c. iſto. & profectò opinio Hoſti. eſt magis conſentanea tex. illius. l. cum ſatis. &. d. c. ij. quæ videtur tenere Bart. & gl. in. d. c. ij. & vide quod ibi not. intellige tamen ſufficere lapſum. xxx. annor. quando ſteterunt tanquã adſcripti & obligati ſolo. Nam tunc ex curſu tanti temporis præſumitur præcedens obligatio. arg. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſu. & ita loquitur tex. in. d. l. cum ſatis. ſecus dic, ſi ſteterũt per xxx. annos, tanquã coloni noſtri temporis: quia tunc nulla acquiritur obligatio. argu. in. l. fi. ff. quemadmodũ ſer. amit. Inquilini verò non differunt ſecundùm quoſdam à colonis. arg. pro eis in. l. diffinimus. C. de agri. & cenſi. Azo tamen tenet contrarium: quia propriè colonus cõditionalis, eſt qui cumſua familia in fundo inhabitat: nec

à fundo recedere poteſt. Inquilinus verò eſt, qui & ſi in fundo teneatur in ſuburbio, tamen moratur: & ineo minus eſt adſtrictus quaſi in alia parte ſuburbij domũ conducendo inhabitare poſsit. Hoc enim colono nõ licet ſecundũ Hoſt. Ego credo hoc procedere capiẽdo hoc verbum inquilinus ſtrictè, ſed largè capitur pro eo, qui domum noſtrã inhabitat ad certum tempus etiã ſoluendo pretiũ: vt probat in.c.propter-§.verũ.de loca. ¶ Originarius eſt, qui ex colono & cõditionali naſcitur: & ſecũdũ quoſdã in ipſo ſolo: aliàs nõ eſſet originarius. ſed Azo tenet contrariũ. Sufficit enim, ꝙ pater ſuus ſuſcepit fundum modo prædicto colendũ. & ad tex. d.l.cũ ſatis. dum dicit, ſi ibi fuerit natus ſupplet maximè: aliàs poteſt fieri fraus contra dominũ: quia mulier prægnans ſe aliò conferret: vt ibi pareret. & hoc placet & idem not. in.d.l.cũ ſcimus. & videtur tex. iudicio meo in.d.l.cũ ſatis.j. reſpõſo. C.eo. Et intelligo prædicta, qñ ſoboles eſt nata ex muliere colona: ſecus ſi eſt omnino libera. ſequit enim partus etiã in hoc conditionẽ ventris. De quo vide quod le. & not. in fi. C. eodem. ¶ Coloni verò ſimplices ſunt, qui ſub certa annua mercede in pecunia numerata prędia colenda accipiunt: aliàs enim ſine pecunia nõ eſſet locatio. l.ſi merces. ff. loca. Et horũ quidam ſunt partiarij: quidã ad nummum conducti. &c. vt in vſu quotidiano verſatur. Hæc autem ſufficiunt ad propoſitum noſtrum.

ZACHARIAS.

a ¶ Sunt excõmunicati. Adde Gul. decug. in.l. placet. nu. ij. & ibi in apoſtil. Celſi. ad eum in ver. eccleſiæ. C. C. de ſacr. ſan. ecc. Iac. reb. in.l.j. nu. xx. & ibi in apoſtil. eiuſdẽ Celſi. in verſi. de exact. tribu. C. de mulie. & in quo loco. libro. x.

ſEB. SAPIA.

b ¶ Noueris. Vide Feli. in.c. Rodulphus. col. xix. verſciat ſe excommunicatũ, &. col. xx. in verſic. aliôquin excommunicatũ eſſe cognouerit. ſ. de reſcrip.

ſ V M M A R I V M.

1 *Laici imponentes collectas clericis, vel ecclesijs, vel eorum iuriſdictionem vſurpantes: ſi non deſiſtunt, ſunt excommunicati cum eorum fautoribus. 7.*

2 *Peccatum grauius committunt habentes notitiam Legis Diuinæ, quàm ignorantes.*

3 *Clerici & eccleſiæ ſunt regulariter immunes ab omnibus collectis & impoſitionibus laicorum: niſi interuenientibus illis: de quibus. nu. 4.*

5 *Epiſcopus in tangentibus totũ clerum oportet, quòd habeat conſenſum totius cleri: & nõ ſufficit conſenſus capituli tantũ.*

6 *Bona eccleſiæ ſunt deputata vſibus clericorum & pauperum: proprietas autem eſt ipſius Dei.*

7 *Exigens pedagia à clericis ſunt ipſo facto excõmunicati: etiam nulla præcedenti monitione.*

8 *Turbantes iuriſdictionem Prælatorum: & moniti non deſiſtentes: ſunt ipſo facto excommunicati.*

9 *Excommunicatio ipſo facto incurritur per iſta verba: noueris te excommunicationi ſubiacere.*

10 *Angariæ ſunt obſequia, quæ conſiſtunt in operis tantùm: perangariæ verò conſiſtunt in operis perſonarum, & rerum impendia.*

11 *Eccleſia, an & ad quæ onera teneatur: vide in diſcurſu.*
Munera, quæ dicantur tàm realia, quàm perſonalia, vel miſta: & ſimilia. & qui teneantur ad ea.

12 *Munera perſonalia ſunt, quæ labore corporis explicantur ſine rerum detrimento.*

13 *Munera perſonalia iuriſdictionem non habentia, non poſſunt ſubire fœminæ: aliàs ſecus.*

14 *Clerici non poſſunt honores inter laicos habere: & non habent vocem in concilio laicorum.*

10 li. vj. †Do. Petr. de Anch. impugnat hoc dictū Io. an. quia pœnæ impoſitio in actu à iure prohibito, nō confirmat actum contra inhibitionem attentatum. vt no. Bar. in. l. prætor ait. ff. de no. ope. nunti. & notant quidam in. l. nō dubium. C. de legi. vnde melior ratio videtur ſecundum eum, pro dicto Io. an. quia annullatio inſtrumenti propter carentiā fidei, non concernit ipſum clericum, ſed partes, quibus prohibitio non eſt facta. Et per hoc fortè non eſſet malum diſtinguere ſecundum eum, ꝙ ſi publicè per edicta ſolenniter publicata ſit facta hæc interdictio clericis, ita, ꝙ potuit veriſimiliter tranſire in notitiā populi, non valebunt inſtrumenta: aliàs ſecus, ſicut obſeruatur in ꝓ digo, cui bonis eſt interdictū, vt. l. is cui bonis. ff. de ver. obli. ¶ Aduerte, conſydero hîc duos caſus principaliter. Primus, ante interdictum ſpecificè fiendum per ſuperiorem. Secundus, poſt interdictum & prohibitionem. Primò caſu, ꝙ clericus beneficiatus ſit interdictus quo ad ſe. Non enim debet tale officium exercere in quacunq; cauſa. Hoc probo per. d. c. vt officium. §. ad conſcribendas. vbi Papa quòd ad illum caſum dat clericis etiā ſecularibus poteſtatem illud officium liberè exequendi, non obſtante quocunq; ſtatuto cōtrario. & glo. alleg.

ISTUM tex. ergo regulariter non habēt poteſtatem exercendi, licet habeant officium in habitu. ¶ Secundò hoc probo per. c. j. ſ. e. vbi prohibetur clericis omne negotium & negotiatio ſecularis. tabel lionatus aūt eſt huiuſmodi, vt. ſ. dixi. ¶ Tertiò facit. d. l. vniuerſos C. de decur. lib. x. Si enim prohibentur decuriones ſeculi, fortius clerici: qui ſunt in maiori dignitate, maximè ſi ſint ſacerdotes: quia vt dixit tex. in. c. duo ſunt. xcvj. diſ. nulla dignitas ſecularis ſimilis eſt ſacerdotio. Et per hoc tollitur motiuū Io. an. dum dicit: ꝙ clericis ſolū prohibetur per beneficiorū ſubtractionem. Vt enim dixi, hoc fuit dictum in pœnam eorū. non enim eſt iſta noua prohibitio: ſed nouæ pœnæ comminatio. Si autem clericus fecit inſtrumē tum, credo ꝙ tenet: ex quo tolerabatur in officio ratione publici officij. argu. eius quod de notario excōmunicato no. gl. in. c. decernimus. de ſen. exc. in. vj. Et videtur probari per iſtum tex. Si enim inſtrumentum eſſet nullum non fieret interdictum. de quo hîc. & tenet Bar. in. d. l. vniuerſos. qui idem dicit in decurionibus & ad-

11 uocatis exercētib⁹ hoc officium contra iuris prohibitionē. ¶ †Si verò fuit clericus per ſuperiorem interdictum officiū, & tunc aut palam & publicè: & non valebit inſtrumentum, quia geſta ratiōe publicifficij poſt iuterdictum ſuperioris non tenent: vt in. c. veritatis. & in. c. fi. de dolo. & contu. no. Inn. in. c. Raynaldus. de teſ. nec poteſt allegari tolerātia, ex quo publicè emanauit prohibitio, vt in. c. Apoſtolicè. de cleri. excom. & in. c. ij. de conſti. lib. vj. &. xvj. di. c. quod dicitis. No. Inn. in. c. qualiter & quando. de accu. vbi dicit, ꝙ in depoſito non datur tolerātia. Nec obſtat ſi dicatur, quòd prohibitio eſt hodie facta omnibus hîc: quia dico, ꝙ tex. hoc non prohibet principaliter, ſed mandat prohiberi per ſuperiorem. Itē plus afficit interdictum iudicis. Item ante prohibitionem iudicis, videtur tolerari in officio. Aut interdictum non fuit publicè factum: & tunc tenet in præiudicium prohibiti, vt poſsit beneficio priuari: vt hîc. ſed geſta ratione publici officij tenebūt ſaltem quo

12 ad ignorantes: vt in iuribus præallegatis. & hoc no. ¶ † Vlterius quæro, nūquid tabellio conſtitutus à laico, poſsit ſuper eccleſiaſti

b cis[b] cōficere inſtrumenta. Sol. Io. an. refert primò quoſdā tenere, ꝙ ſic. & ita dicit de facto ſeruari: ſed poſteà referendo Hoſtienſ. videtur velle contrarium. Dicit enim Hoſtienſis, quòd de rigore & veritate iuris procedit contrarium. argumē. in. c. Maſſana. de ele. Item, quia duo operantur, vt credantur publico inſtrumento. ſcilicet præſtatio iuramenti. de præſcri. c. ad audientiā. in fi. & iudicialis authoritas à qua tabellio hanc poteſtatē accipit. in auſ. de tabellio. §. j. &. C. de tabel. l. iij. li. x. quorum ſecundū hîc deficit. Ad ducit aliud ſimile. Sicut enim dictum teſtis authoritate iudicis laici in cauſa eccleſiaſtica recepti fidem nō habet in cauſa eccleſiæ: licet in ſe forſan ſit verum. de iudic. at ſi clerici. ſic in inſtrumēto tabellionis authoritate ſuperioris ſecularis conſtituti. ſicut enim in teſte non poteſt ſpecialiter Imperator hoc demandare, ita nec generaliter, vt cōtingit in caſu noſtro. arg. de deci. c. tua. ſecus dicit in inſtrumento cōfecto à tabellione clerico etiam in temporalibus, licet tale officiū exercere non debeat: vt hîc. Adduco no. in. c. per venerabilē. qui fi. ſint legi. §. rationibus. d. Ant. videtur tranſire ſim pliciter cum hoc dicto. ¶ Et aduerte, quia ex his rationibus Hoſ. ſequitur, ꝙ notarius imperialis nō poſsit in terris eccleſiæ confice re inſtrumenta, etiam inter laicos cùm deficiat hæc authoritas iudicialis, cum in terris eccleſiæ Imperator cenſeatur priuata perſona. arg. l. iij. ff. de offi. præſi. Cōtrarium ſaūt in vtroq; caſu de facto

c ſeruatur, & fortè bene ſecundum do. Pet. de Anch. Cōficit enim inſtrumenta notarius de conſenſu partium. quo caſu iuriſditio voluntaria pōt de cōſenſu partiū prorogari etiam extra territorium vt in. l. ij. ff. de off. proconſul. & ita ſimpliciter tranſit idem Gaſpa.

13 de Cald. hîc. ¶ †Et ad ſimile de teſte, reſpōdet, ꝙ illud facit contra Hoſt. cùm teſtis receptus à iudice ſeculari in cauſa ſeculari, facit fidem coram eccleſiaſtico, vt in. c. ſeculares. de fo. comp. lib. vj. Hāc eandē opi. cōtrariam tenet hîc. d. Cardi. mouetur, quia conſti cere inſtrumenta nō eſt poteſtatis, ſeu iuriſditionis: ſed officij, ſeu facultatis & authoritatis: argu. de præſc. ad audientiam. de præſum. illud. Itē quatenus ſit iuriſditionis, eſt iuriſditionis voluntariæ, quæ poteſt exerceri etiam in non ſubditū conſentientem: vt in. d. c. per venerabilem. & hæc opi. contraria videtur mihi veriſ ſima. Et primò videtur hîc de mente Bar. in. l. ij. ff. de offi. proc. & in. l.

a ¶ Conſuetudo poteſt dare poteſtatē cōſicēdi inſtrumēta, aliās nō habenti. &c. quod etiā videtur tenuiſſe Ioā. An. & Pe. de Ancha. in. c. ſeculares. de fo. cōpe. lib. vj. vide etiā do. Ant. in proœ. Greg. in. vj. colū. verſi. ſed nunquid notarius.

SEB. SAPIA.

b ¶ Notarius. An, & quando notarius infamis non poſsit cōficere inſtrumenta, vide late per Feli. in. c. cū dilectus. col. pen. verſ. tertia declaratio. ſ. de fide inſtr.

c ¶ Excuſatur tñ propter multitudinem inſtrumētorū cōtractuum quos habet leuare: vt in auc. de tabel. circa med. iiij. col. Et ita determinat Bart. in. l. j. §. ſerui. circa princ. ff. fur. aduer. nau.

d ¶ Propter hoc dicebā, ꝙ ſi notari⁹ pandit alteri pæci 16 atteſtatiōes ante, quā ſint publicate, dicitur periur⁹. vide Bal. in. l. ſi. in vl. col. v verſi. extra quæritur de dictis C. de edendo. vbi dixit, quòd notarius taliter pandēs tenetur pœna falſi. per tex. in. l. ſi qs §. inſtrumenta. ff. de pe.

Anto. Franc.

¶ An notarius teneatur, ſi manifeſtat dicta teſtium ante, quā aperiant vide Bal. in. l. ſi. in x. colū. C. de eden. & vide Ia. de Bel. in conſi. quidā tabellio: ſiue iudex &c. vbi dicit: ꝙ tenetur de falſo, per l. j. §. qui inſtrumēta. ff. de fal. & per l. j. in. princi. & l. ſi quis aliquid. §. inſtrumentū. &. §. j. ff. de pœni. & per l. ſacculerij. §. ff. de extraor. crimi.

n. l. cūctos populos. C. de ſum. tri. vbi firmat iotariūcōſtitutū à Prīc. poſſe cōficere inſtrā nde conſenſu partiū, etiā in alieno territorio.

14 †Idē Bal. in. d. l. cūctos populos. vbi plus ſentit, ꝙ etiā nō cōſtitutus à principe, ſed per ſtatutū loci hoc poterit inter ſubditos in alieno territorio: quia officiū notarij nō habet iuriſditionē annexā: ſed eſt quoddā officiū. & tale officiū ſine iuriſditioe pōt exerceri. ſine diſtī. territorij. ar. l. q̄ro. ff. de ſol. Idē in notario creato ab Imperatore, vt poſsit conficere inſtrumentū in terris eccleſiæ: tenuit. d. Ant. in. d. c. per venerabilem. ¶ Ego vltra alios ſpecialiter in hac. q. adduco. c. quāquam. de vſur. li. vj. vbi in cauſa eccleſiaſtica ſeruus publicus, & ſic notarius laicus ſtipulatur. ¶ Secundò adduco. c.

15 cùm dilectus. de fi. inſtr. † vbi cōſuetudo[a] patriæ poteſt dare hāc poteſtatem cōficiēdi in a ſtrumenta, aliās nō habēti poteſtatē: cuius inſtrumēta faciunt fidem in vtroq; foro: vt ibi. ¶ Tertiò adduco rationē. Iſtud eſt officiū ſeculare, & nō clericale: vt in. d. c. j. ergo recurrē dum eſt ad ipſos laicos, ſicut ad ſeruos publicos. ar. optimū in. l. repetita. & quod ibi no. C. de epiſ. & cle. nec eſt verū, quòd in laico deficiat authoritas in ſpūalibus: qa officiū ſuū nō expeditur per viā authoritatis, ſeu iuriſdictionis: ſed poti⁹ ꝓ viā cuiuſdā facultatis & officij, qđ obtinet à principe habēte poteſtatē. nec of ficiū exercet cōtra nolētes, ſed ſolū volūtarios *Spec.* tī fuit ſecut⁹ opi. Hoſt. in ti. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. quid de conſtituto. ſed primū videtur verius. ¶ †Nā & infamis pōt conficere

17 inſtrumētū, ſirogatur à partibus volētibus, vt no. Bar. in. l. iij. ff. ad leg. Iul. repet. † Puto tñ ꝙ vbi notarius haberet etiā iuriſditionē à conſti tuēte: vt cōiter hodie cōtingit, ꝙ conſtituūtur iudices ordinarij, & faciūt p̄cepta partibus de adimplēdo promiſſa cōtenta in inſtrumēto, ꝙ talia præcepta non obtinent vim ſuā reſpectu clericorū: quia eis p̄cipere nō poſſunt. de iudi. at ſi clerici. qđ ſentit Bal. in. d. l. cunctos populos. & ſic ſtatutū, quo cauetur, vt inſtrumētū guarētigiatū habeat executionē paratā, nō habet locū contra clericū: vt voluit ibi Bald. ſed Bar. cōtrā. ¶ An aūt laic⁹ poſsit cōficere iſtru mētū in cā electionis, vel alia ſpiritualiē dic, ꝙ ſic: vt no. in. c. quia propter. de ele. & *Spe.* in. d. §. reſtat. verſi. quid ergo ſi tabellio. licet quidā contrā. ſed primū veri⁹: cū notari⁹ exerceat nu dū miniſteriū, quod laicis nō ꝓhibet etiam in ſpiritualibus: vt no. in. c. j. de proc. li. vj. Iteē no

18 tarius eſt quidā teſtis. l. Domitius labeo. ff. de teſt. ¶ † Sed quæro nunquid valeat conſuetudo cōtra diſpoſitionē iſtius cap. credo, ꝙ non: quia eſt cōtra honeſtatē eccleſiæ: ideò nō pōt induci cōſuetudo: vt in. c. cū ab omni. &. c. cū decorē. & de vi. & hone. cle. Et hoc inquit Ioā. an. tacitè dū notat iſtum tex. contra Venetos: vbi reſeruatur contrariū. Poſſent tñ excuſari, ſi hæc facerent propter inſufficientiā beneficiorū, prout dixi. ¶ †Vltimò ſcias, ꝙ Hoſtiē.

19 hîc ponit ſex, quæ dicit tabellionem in principio ſui officij iurare de conſuetudine. Primò, quòd de his, quæ videbit & audiet & requiſitus fuerit ſine diminutione veritatis & commiſtione falſitatis conficiet inſtrumentū. Ideò ſi requiſitus non conficit inſtrumentū eſt periurus, & ſic ſecundum eum, ſuis inſtrumentis poſteà non crederetur. argu. de teſt. c. teſtimoniū. Not. hoc, dictū: ſentit enim per hoc, ꝙ no

b tarius[b] periurus nō poſsit conficere inſtrumentum. quod nō puto verū: quia etiā infamis poteſt conficere inſtrumentū, ſi rogetur à partibus: vt no. Bar. in. d. l. iij. ad leg. Iul. repe. vbi vide, ꝙ ſemper requiſitus pōt, niſi deliquerit cōmittendo falſitatē in officio. Ita loquitur text. not. in. l. ſi aliquid. C. de ſuſce. & arcarijs. li. x. & vide ad materiā quod not. Inn. in. c. fraternitatis. de hær. Quòd aūt notarius teneatur ad re

c quiſitionem conficere inſtrumentū, facit[c]: qa dicitur ſeruus publicus: vt in iuribus. ſ. allegatis. ergo nō debent officium ſuū alicui denega re. ¶ Secūdò iurat, ꝙ ſecreta ſibi iniuncta cæla

d bit. [d]Intelligo, quādo ex iuſtacauſa iniungit ſilentiū: aliās aūt cùm ſit perſona publica, debet palam & nō latenter conficere inſtrumenta. ar

20 gu. in. c. j. & quod ibi no. vt eccl. bene. ¶ †Tertiò, ꝙ ſuper vſurario cōtractu, vel in fraudem

e vſurarum[e] initio nullū conficiet inſtrumentū. Dictu, ꝙ ſuper nullo illicito contractu, debet conficere inſtrumentū: aliās debet puniri & ab officio deponi, vel remoueri: vt in. l. iubemus. C. de ſac. ſan. ecc. & ibi no. Bar. ¶ Quartò, ꝙ de omnibus inſtrumentis, quæ reddet, tenebit penes ſe protocollum. Pro hoc poteſt allegari. c. quoniā contra. de proba. ¶ Quintò, ꝙ ſit fidelis illi, à quo fuit conſtitutus: & ſi ſciret; damnū ſuum tractari, illi releuabit per ſe, vel ꝑ nūtiū. ¶ Sextò, ꝙ officiū ſibi iniunctū exercebit cupi ditate, amore, odio, & timore remotis, ſecundū bonam conſcientiā: de quo vide in *Spec.* de inſti. edi. §. reſtat. ver. ſed quęro ſub qua forma.

21 vbi ponit formam creandi tabellionē. ¶ † Sed quæro, quid ſi is, qui exercebat publicè officiū tabellionatus, nō erat in veritate tabellio: nun quid valebunt inſtrumenta? vide per *Spec.* eo. tit. §. reſtat. ver. quid ſi is. vbi concludit, ꝙ non: ſi à nemine habuit poteſtatē: ſecus dicit, ſi habuit poteſtatē à ſuperiore: ſed propter defectū non poterat habere iſtud officium. & hoc caſu loquitur. l. Barbarius. ff. de offic. præſi. & vide tu Inn. in. c. nihil. de elec. & Bal. in repet. eo. d. l. Barbarius. Qualiter aūt probabo aliquē fuiſſe notarium ad effectū, vt inſtrumentis per eū confectis detur fides. vide Inn. in. c. veniens. de

22 verb. ſign. ¶ † Vltimò quæro, an notarius debeat ſcire iura. *Specu.* in. d. §. reſtat. ver. ſed nun quid tabellio. dicit, ꝙ ſic: ne cōmittat aliquē error em. & hæc fuit originaliter opi. gl. in. l. generali. C. de tabel. lib. x. Sed Bar. ibi dicit, ꝙ nō tenet eſſe doctor: ſed ſatis eſt, ꝙ ſciat ſummam notariæ, & alia quæ requirūtur ad peritiam illius artis. & vide Inn. in. c. cū in cunctis. de elec. vbi dicit & bene, ꝙ quilibet tenet ſcire ea, quæ requiruntur ad officium ſuum exercendum. aliās autem tenetur, ſi committit per ignorantiam aliquem errorem: vt in. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſid. & in regula, non eſt ſine culpa. de regu. iur. lib. vj.

e ¶ Vide hîc. d. Anto. qui dicit, ꝙ notarius cōficiens in ſtrumentū ſuper cōtractu vſurario eſt periur⁹. & idē in terminis dicit Arch. in. c. ſicut in ſuo. xvj. diſtin. & ibi do. in fi. q etiā addit, ꝙ talis decæ tero nō poterit teſtificari, cū ſit infamis: cui actus legitimi ſunt interdicti. & hoc totum dicit tenere Hoſ. in vſu. de vſuris. §. pe. ver. quid de notarijs. Et an tabellio cōficiens in ſtrumētū ſup vſuris teneaē ad reſtitutionē vſurarum vide per Laur. in tracta. de vſur. q̄. lviij. Et adde huc Bal. in. c. Imperialem. §. callidis. in fi. de prohib. feud. ali. ꝙ Fed. vbi dicit ꝙ notarius conficiēs inſtrumentū ſciēter ſuper contractu celebrato in fraudē vſurarū, debet remouere iab officio tabellionatus. Item adde hic Ang. in. l. ſi ſciēte. ff. de par. vbi poſt Ray. ſub dubio ſor tè, tenet ꝙ tenetur ad reſtitutionem vſurarū. Qua aūtē pœna teneaē notarius conficiens inſtrumentū ſup illicita alienatione rei eccleſiaſticę: vide de tex. in. c. nō licet Papæ. xij. q. ij. &. c. ſi quis pref byterorū. de reb. eccl. non alienan. Antonius Franc. ¶ De notario cōficiēte inſtrumentū falſum, vel vſurariū. Dicas, ꝙ eſt infamis: vt tenetur chi. in. c. ſicut. xlvj. diſt. & in. c. nō licet. x. diſt. & vide Bal. in. c. j. in. §. calidis. in fi. de prohibi. feu. alien. per Fed. in vſi. feu. vbi dixit, ꝙ nedū eſt infamis: ſed venit priuādus officio, etiā ſi celebret inſtrumentū in fraudem vſurarum. & vide Bartol. in. l.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non debet legere, nec dictare ſententiā continentem pœnam ſanguinis. 3. nec etiam interesſe poſſunt. 4. aliàs incurrunt irregularitatem. 11. etiam quòd ſententia non ſit mandata executioni. ſ.*

omnes.C.de peti. bo. subla. li. x. vbi dicit q̃ pro illicito instrumento notarius nõ tenetur pœna falsi: sed tenetur alia pœna criminali extraordinaria. ad quod ẽt vide Bal. in l. ij. C. de se. nup. & per Bal. in l. iubemus. in. §. j. C. de sa. san. eccles̃js.

a ¶ Adde omnino hic, quæ scribit abbas post glo. in c. ex literis. de excc. prela. etiam quod ibi latè not. Adde omnino hic, quæ scripsi post Imo. latissimè in c. fi. de excef. Prela. Item vide Tho. iiij. sen. distl. xlv. q. ij. art. v. post mediũ. vbi dicit, quòd iudex & omnes, qui participant in cã sanguinis sunt irregulares: propter hoc q̃ effusio sanguinis non decet ministros Dei. Itẽ vide gl. xxj. di. c. j, & gl. lj. di. in fum. & tex. cũ gl. in c. fi qs post acceptũ. lj. di. & omnino quod no. Bald. in præ. Greg. in v. co. vbi dicit, qui exercuit executiones corporales vel capitales, non potest eẽ Rector sc holariũ nec vicarius.

SEB. SAPIA.

b ¶ Vel consilium. An aũt clericus, q̃ dat cõsiliũ in dicilaico, super crimine: quo venit imponẽda pœna sanguinis sit irregularis vide bal. in aut. habita. in princ. C. ne filius p̃ patre. do. in. c. ex literis. j. de excef. præla. Fel. in. d. c. sicut dignum. col. iij. ver. fallittertiò. j. de homi.

1 Irregularitatem incurrunt testes, iudices, & officiales præstantes aliquam opem, vel admiculum sententiæ continentis sanguinem, adeò, quòd non possunt promoneri ad sacros ordines.

7 Clerici assosiantes illud, qui habet mori ad ipsum cõfortandum, non incurrunt irregularitatem.

8 Clerici assistantes sententiæ sanguinis, sunt irregulares, siue sint in sacris, siue non.

9 Officialis, excommunicatur volens constringere clericum, etiam in minoribus legere: vel dictare sententiam sanguinis: vel, vt sit minister iustitiæ.

10 Clericus puta prælatus habens iurisdictionẽ temporalem, non potest sententiã sanguinis dictare: sed debet alteri demandare.

12 Clericus, an efficiatur irregularis ex eo, quod scribit simpliciter, quòd aliquis capiatur, qui postèa sententiam sanguinis passus est.

13 Clericus scribens, vel recipiens dicta testium in causa criminali, an efficiatur irregularis?

14 Clericus incurrit irregularitatem legendo literas ex permissu Principis ad quem literæ fuerunt missæ vt capi faceret aliquem & mandaret mori, qui bus lectis captus & mortuus fuit.

15 Clericus aduocatus in causa criminali, incurrit irregularitatem.

16 Clericus non debet fieri capitaneus belli siue bellum sit iustum, sint non.

Clerici, an possint interesse bello iusto, & hortari ad bellandum sine metu irregularitatis. 18.

17 Clericus non incurrit irregularitatem vulnerando quem ad suam defensionem. c. vbi ponitur quid ad defensam rerum.

18 Clericus an efficiatur irregularis ex eo, quòd ministrauit & præparauit arma, & ob id in consequentiam secutum est homicidium.

20 Mandans aliquem verberari, vel vulnerari, si ille mandatarius occiderit, tenetur ipse mandans de homicidio.

Mandans famulo, vt non verentatur, nisi ipse sentiat aliquid de tali re: tenetur mandans de omni eo, quod fecit dictus famulus.

21 Chirurgia est prohibita clericis, propter periculum erroris, quod ei inest. 23. vbi ponitur: an incurrãt irregularitatem.

Medici, an efficiãtur irregulares ex eo, quòd aliqui infirmi in manibus eorum moriantur. & numero vicesimo octavo.

22 Clerici non possunt esse physici: nisi nõ sint in sacris vel non beneficiati.

CAP. IX.

Sententiam. ¶ † Habet multa dicta: ideo commodè summari non pót: sed generaliter pót sic summari. ¶ Clericis p̃hibentur oĩa illa, ex quibus sequitur, vel sequi pót vitæ amissio, vel sanguinis effusio. vel spãli⁹ sic. Clericus nec dictare nec p̃ferre sniam sanguinis debet nec qcq̃d aliud exercere, per qd̃ ad vindictã sanguinis tẽdatur: nec purgationi vulgari opem p̃stare debet. Et habet quatuor dicta principalia. Secundũ ibi: *nec quisquam*. Tertiũ ibi: *nullus*. Quartum ibi: *nec quisquam*. Et quia tex. in se est satis clarus, ita vt notabilia extrahi, nisi iuxta literã, nõ possint: psequar dicta doc. quæ veniũt ad declarationẽ literę per partes, & primò attingã

2 iuxta ordiné primã partẽ tex. ¶ † Quæro igit̃ quare p̃hibetur clericis dictare sniam sangui-

a nis? Sol. dic secũdum do. quòd per hunc actũ præstãt cõsiliũ, & auxiliũ ad mortẽ, seu sanguinis effusionẽ: qd̃ facere nõ dñt. Sicut eñ ista nõ dñt per se exercere: vt in c. in Archiepiscopatu. de rap. & de excef. præla. ex literis. & §. e. clericis. ita nec alijs hæc exercẽtibus dñt præ-

b stare auxiliũ, vel consilium b. l. di si quis viduã & in c. sicut dignũ. de homi. & per hoc infert Io. an. non referre, an dictet vt iudex, vel vt assessor, vel vt iurisperit⁹, vel aliter qualitercunque. Semper eñ per hunc actũ præstat cõsiliũ seu auxiliũ. Sed contra hoc facit. c. illud. xxiij. q. iiij. vbi dicit, q̃ dũ legũ authoritas in improbos exercetur erit dictator immunis: & sic nulla maculã debet ex dictanine sentẽtiæ iustæ cõtrahere. Sol. dicit Goff. illud p̃cedere in laico, qui immunis est à culpa, nõ tñ ab irregularitate. Et dic latiꝰ q̃ oẽs interficiẽtes aliquẽ, quãtũcũq̃ iustè, seu sniam dictantes, vel auxiliũ vel opẽ ferẽtes: cõtrahũt irregularitatẽ. vñ iudex, notarius, accusator, & testis nõ pñt p̃moueri ad ordines: ex quo ex facto eorum secuta est vindicta sanguinis. de quibus vide bo. tex. cum gl. in. c. j. lj. di. & ibidẽ etiã vide de aduocato: & dicã j. latius. In istis eñ contrahitur irregularitas sine pctõ. & fuit statutũ hoc ab ecclesia p̃pter horrorẽ, ne illi qui dederũt cãm effusiõis sanguinis efficiantur ministri vnitatis & mansuetudinis. hæc eñ irregularitas est de iure positiuo: vt not. Inn. c. ad audientiã. de homic. & dixi. §. e. c. clericis. & no. Io. Cal. in c. p̃e. de ho.

3 ¶ † Clerici aũt prædictis p̃stantes auxiliũ, vel opẽ, peccãt: quia rem eis p̃hibitã attẽtãt, & incurrũt irregularitatẽ. quod intellige, qñ sequitur ex tali facto mors, vel mẽbri detruncatio: vt in cle. si furiosus. de hom. & in. c. clericis. §. eo. vbi dixi: secus aũt, si sequitur alia vindicta sanguinis. Nã tũc fateor, q̃ peccãt, si sequitur magna sanguinis vindicta. Sic itelligo hũc tex. & in. c. in archiepiscopatu. de rapto. sed irregularitatẽ nõ incurrũt: nisi in prædictis duobus casibus. & sic intelligit dicta doc. hîc. Hæc aũt irregularitas contrahitur non solũ facto, cũm scilicet quis proprijs manibus aliquẽ occiderit vel mẽbrum detruncauerit: sed etiã in præce-

c pto, cõsilio, ᶜvel fraude, vel auxilio. in. c. si quis viduã. l. di. & vide bo. text. in. c. periculosè. de pœ. dist. j. & in. c. sicut dignum. de homi. quod

4 ibi no. ¶ † Secundò quæritur: hîc prohibetur clericis exercere vindictã sanguinis: itẽ interes

5 se, vbi sanguinis vindicta exercetur. ¶ † Quid si clericus interfuit latẽ sniẽ super vindicta sanguinis: & non quando de facto fuit facta execution? Sol. credo, q̃ peccauerit, quia satis exercef vindicta sanguinis per sniam super eo latã. ar. opt. in. d. c. periculosè. de pœ. di. j. Iudæi eñ dicunt crucifixisse Christum, verbis, seu lingua. hîc Psalmist, Et lingua eorum, gladius acutus. quare dico, q̃ tex. iste potest verificari tam tẽ-

6 pore sententię, quã executionis ipsius. ¶ † An autem per hanc interessentiam seu præsentiã corporalẽ, efficiantur isti clerici irregulares? Sol. gl. j. hîc dicit, q̃ nõ: nec debẽt etiã per hoc deponi: licet aliter puniri debeant: quia contra præceptum huius canonis venerunt: & bene loquitur. & idem dicit Inno. hîc dicit eñ, q̃ interesse non facit quem irregularem, nisi interesset

Anto. Francis.

c ¶ Cõsilio. quid irregularitas, vide p̃ Bal. in addi. Spec. in ti. de dispẽ. in. §. iiij. & habetur per Cardi. in cle. j. xv. q. de homicid. vbi dicit, q̃ irregularitas est repulsio, quæ ipso iure infertur à diuino officio. p̃ quo facit tex. in. c. fi. de tẽp. ordi. & ex quibus causis contrahatur irregularitas, vide Spe. in. d. §. iiij. & ibi per Bal. in add. & vide Inn. in. c. nisi cũ pridem. de renũ. Et adde, q̃ irregu. non contrahit si quis casualiter occidat aliũ, vt no. Bart. in. l. illicitas. in. §. sicut. ff. de of. præsi. vbi dicit q̃ nõ nocet, quin ad alios ordines possit accẽdere: per. c. nos tua. de homici. & vide ple. per Car. in cle. j. de homici. & xij. q. vbi dicit, q̃ talis irregularitas nõ contrahitur: ni si ex p̃posito. Et adde, q̃ irregularis non absoluitur, nili p̃ Papã. vt in. ca. j. in fi. de re iud. lib. vj. & in. c. j. de sen. ex cõ. e. li. quod sine dubio verũ est ab ipsa irregularitate sed à pctõ bñ pót absolui etiam ab inferiori. vt per. d. Cardi. j. cle. dudũ. in. §. deinde. q. vij. de sepul. & not. in c. iij. de clerico ex com. mini. & vide do. Card. in cle. j. in pe. q. de cõsan. & affin. vbi ponit an possit absolui ab Episcopo.

teresset authoritatem præstãs, vel auxilium. Idem secundum Host. si præstaret auxiliũ, consilium, vel fauorem, aut operam: vt patet ex not. in di. c. sicut dignũ. de homi. & de cle. pug. in du. c. ij. dicit enim Host. q̃ si ad clericum spectat iurisditio, nullomodo debet interesse vindictæ: ne videatur præstare authoritatem: vt in. c. ex literis. & quod ibi no. de excess. prela. & idẽ Guli. in Spec. de leg. §.

7 iuxta. ver. quid si Episcopus. † ¶ Ego limitarẽ istum tex. cum glo. & restringerẽ in clericis interessentibus ex sola libidine, seu voluntate. Non enim debent præstare præsentiam istis eis prohibitis: sicut nec alijs spectaculis, vel conuiuijs cõiugiorum: vt in. c. presbyteri. xxxiij. di. & in c. non oportet. de conse. di. v. secus autẽ puto in interessentibus ex iusta causa: puta, quia associant iustitiãdum, ne incidat in desperationem, & rememorantur sibi diuinam scripturam, & confortãt ad patientiam: sicut obser-

8 uatur in multis locis. ¶ † Tertiò quæro an istud præceptum habeat locum in omnibus locis? Sol. tex. innuit hîc apertè, q̃ sic: dum hîc loquitur per verbum vniuersale negatiuum: vt patet ibi: *nullus clericus*. Quod enim vniuersaliter loquitur, neminem excludit: vt in. c. solitè. de ma. & obe. & c. fi Romanorum. xix. di. & hoc apertè tenet Hostiensis. Dicit enim referre, an sit in sacris, nel ne: si ordinari desyderat. xlj. d. c. j. & §. e. clericis. Ego dico, q̃ etiam si non desyderat ordinari: ex quo enim est clericꝰ, non debet exercere illa, per quæ sequitur sanguinis vindicta: aliter autem debet deponi tanquã irregularis. Nã clericus etiam in minoribus deponẽdus est occasiõe delicti: vt in. c. cum non ab homine. de iudi. ¶ † Quartò q̃-

9 ro, quid intendat litera in ver. si quis autem, vbi dicitur, quòd si occasione huiusmodi statuti. &c. Sol. dicit Ioan. And. quòd forsan dicit potestas clerico: Tu non vis seruire mihi: nec tibi seruiatur à meis. & sic interdicit sibi commercium fuorũ subditorum: vel aliter eum grauat: & hoc satis potest admitti. Sed ego per text. istum dico: q̃ si potestas, vel alius officialis vellet clericũ etiam in minoribus constringere: vt sit minister iustitiæ: puta manigoldus: vel quòd debeat dictare sentẽtiã, seu interesse sententiæ: debet ad hoc cõpesci per cẽsuram ecclesiasticam.

10 ¶ † Quintò quæro, an principiũ istud habeat locũ siue clericus habeat iurisdictionẽ tẽporalẽ, siue non. dicq̃ sic. nũquã eñ debet ipse cognoscere, vel dictare sentẽtia per quã tendatur ad sanguinis vindictã. Debet enim alijs tales causas cõmittere: vt in. c. fi. j. eo. li. vj. dixi. §. eo. clericis. Potest tñ reum flagellis afficere: ita tñ quòd non videat tendere ad sanguinis vindictam: vt in. c. in archiepisco. de rap. facit. c. ad audientiam. de fal. & vide quod ibi nota. in glo. fi. & per hoc habes declaratam primam partem. &c.

11 ¶ † Venio nunc ad secundam partem, scilicet ad. §. nec quisquam clericus. Et. j. quæro nunquid clericus efficiatur irregularis, si scribat literas, vel dictet pro vindicta sanguinis? dic, quòd sic: si ex hoc sequatur mors, vel mẽbri detruncatio: quia dedit auxilium vel consilium: vt dixi in prędcẽti parte. vbi vide. Si autem non fuerint prędicta secuta, cessat irregularitas. Sola enim scriptura vt dicit Io. an. in nullo casu cõstituit irregularem scribentẽ, quanuis aliter puniri possit pro eo, quod exercuit rem illicitã sibi. Istę enim tex. indistinctè prohibet hanc scriptu-

12 ram per clericum fieri: imò disponit vt hoc officium nõ committatur clerico in curijs Principum. ¶ † Secundo quæro, quid si clericus scribit literas simpliciter: vt aliqs capiatur nihil autem fuit scriptum de sanguinis vindicta: tamen ex illa captura fuit secuta mors, vel mẽbri detrũcatio clerico ignorante ipsum factum & causam capturæ: an efficiatur irregularis ex hoc? Solutio dicit Hostiẽ. quòd hoc est ei periculosum: quia non consueuerunt homines capi pro nihilo. & lex promotionis non in voluntate, sed in facto consistit. xv. quæstione. j. c. fina. Debuit enim hoc cogitare euenire posse. & ideò hîc dicit quòd

a in curijs Principum hoc officium non debet committi clerico. Et videtur per hoc velle Hosti. quòd talis sit irregularis: licit apertè non loquatur: sed dicat hoc illi periculosum. Docto. tamen sequẽtes communiter intelligũt Host. in irregularitate. Sed. d. Petr. de Ancharano, dicit se credere, quòd ex qualitate personæ eius, qui capi mandauit, clericus dicitur in hoc culpabilis, vel non. Si enim iudex causarum ciuilium, vel alius, qui non consueuit homines capere pro delicto: sed pro debito hoc scribi mandauit: licet illa captura postmodum moriatur: quia fortè primò erat de crimine condemnatus, vel post illam capturam factam fuit conuictus de crimine capitali. non erit irregularis ille clericus. Secus dicit, si scripsisset literas captionis ad instantiam iudicis causarum criminaliũ: vel illius, qui habet cognitionem de ciuilibus, vel criminalibus: tunc enim procederet dictum Hostien. Mihi videtur, quòd sit inuestigandum, quòd clericus scriben do literas super captura fuerit in culpa. Nam si dederit operam rei illicitæ, omnia debent sibi imputari, quæ sequntur: licet sine culpa sua & per casum fortuitum: vt legitur & notatur in. c. tua &. c. sicut dignum. de homici. cum si. Vnde si scripsit in causa criminali indubitanter, videtur sibi imputandum: quia istud officiũ est sibi inter dictum, vt hîc, & vide text. optim. in. c. fina. de homicid. libro. vj. vbi mandatori imputatur mors sequens pręter voluntatem suam: quia mandando illorum per cuti fuit in culpa. Si autem scripsit simpliciter capturam, credo. quòd idem à quocunque sibi iniunctum, si fuit in culpa scribẽdo, puta, quia non spectabat ad officium suum: & fuit sibi mandatum ab eo: cui non tenebatur obedire. Debuit enim cogitare hoc euenire posse. Nam saltem poterat commẽdari in carcere pro aliquo delicto præce denti ad petitionem iudicis competentis. iuxta nota. per Bartolum in. l. si cui. ff. de accusationib. Secus autem. vbi scribendo non deprehenderetur in aliqua culpa, quo ca-

13 su posset procedere opinio domini Petri. ¶ † Tertiò quæro, quid si in causa sanguinis clericus recipiat, vel scri

a bat dicta testium, ᵃnunquid efficiatur irregularis? Solu. conclude breuiter post Innocenti. & alios, quòd si ex tali scriptura etiam non authenticè facta, vel alia, sequatur mors, vel membri incisio, efficitur clericus irregularis: qui dat auxilium & consiliũ &c. vt. §. dixi. & vide quod legitur & nota. in. c. j. l. dist. secus si mors, vel membri detruncatio non fuit secuta: tunc enim scriptura sola non facit quem irregularem: licet clericus possit aliter puni-

14 ri: quia rẽ sibi prohibitã attentauit: vt. §. dixi. ¶ † Quar-

b tò quæro, quid si literæ ᵇmittantur alicui Principi, vt talẽ homicidã, seu facinorosũ, qui in tali hospitio moratur capi facit, & suspẽdat. Princeps autẽ has literas tradit clerico suo legendas, qui literas legit: quibus lectis Princeps fecit capi homicidam & suspendi: nunquid clericus ex so la lectione literarum efficiatur irregularis? Ioann. andrę. & Hostien. quòd sic. Et dicunt quòd pro hac parte fuit responsum de domi. Clementem Papam quartum: quia ex lectura sua secutum fuit homicidium: & præstitit auxilium, seu opẽ ad mortem ipsius. nec prodest, si dicat se ignorasse tenorem: quia debuit literas sibi primò legere. quod & si non fecit inde, quàmcito peruenit ad captionem debuit subticere, & ad literas domino reddere, & dicere: quòd tales literas legere non erat officij sui. facit quod legitur & notatur in capitul. sicut dignum. de homicidia & suprà eodem. c. clericis. ¶ † Quintò quæro, quid si clericus non scripsit, nec dictauit: sed fuit aduocatus in causa sanguinis? Solutio. dicit Ioan. Andr. quòd sola aduocatio non facit ipsum irregularem: sed si ex officio aduocationis sequitur vindicta sanguinis, irregularis efficitur siue sit ax parte actoris, siue accusatoris, & con-

a ¶ Adde huc quod vbi venitur pœna sanguinis, non cogitur clericꝰ testificari, vide qd̃ no. Host. c. dilectorũ de testi. cogẽ. vbi etiam Io. And. voluit id esse verũ ẽt in laico aspirante ad clericatum. Anto. Francis.

¶ An clericus testificetur in cã sanguinis, & possit cõpelli ad testificandum in ea. Dicas, q̃ clericus nõ potest accusare laicũ de crimine coram iudice seculari, vt criminaliter procedatur, vt in c. laicos. & ibi per gl. ij. q. iij. & vide Inn. in. c. cũ P. mã conella. de accusa. Imò semper debet protestari, vt euitet irregularitatem: quòd non intendit contra talẽ accusatum pro ce di ad pœnam sanguinis, sed tantum modo ciuiliter: vt in. c. j. de hom. lib, vj. quia non debet impedire aliquo pacto de sanguine vt in hoc capitul. quod adeò verum est, etiam clericis non liceat vim vi repellere, ita vt aliquẽ occidat, vel percutiat: vt per glos. xxiij. q. j. in summa. & habetur in. c. olim causa. de resti. spo. & vide beatũ Tho. ij. q. lxij. arti. iij.

SEB. SAPIA.

b ¶ Quid si literæ. Quid autem, si clericus releuauit prodítorem, qui iura uit interficere Principem, an fiat irregularis, si mors sequatur: vide Abb. in. c. Petrus. in fin. Ange. de Aret. in tract. malefi. in verbo. chehai tradito a tua patria. vbi latè Augu. Arim.

tingat reũ occidi: de quo nemini dubiũ est, siue sit ex parte rei. & ex hoc cõtingat occidi accusatorẽ: q se ad pœnã talionis obligauerat: & ideò caueat clericus, ne in causa sanguinis sit aduocatus. de quo vide textum iuncta glo. bona. lj. distinctione. c. primo. & l. distin. c. si quis viduam. Quid am tamen tenuerunt contrarium, quando fuit ad uocatus ex parte rei: quia reum etiam ecclesia defendit. xxij. quæstione. v. c. reos sanguinis. Sed Ioan. Andræ. tenendo primum, dicit quòd hoc genus defensionis nó pertinet ad clericum. & contrarium præallega. loquitur de alia defensione: vt no. in. c. inter alia. de immuni. eccle. & c. nouimus j. de verbo. significatio. Et cum hoc dicto Io. And. transeunt communiter docto. hîc & examinat plenè glo. in. d. c. primo. lj. distinct. & concludit hanc opinionem tutiorẽ esse. & vide quod plenius no. ſ. c. j. de postu. In clerico enim cui non licet postulare in iure ciuili, hanc opini. puto indistictè veram: quia cùm dederit operam rei illicitę, imputantur omnia, quæ sequuntur: vt dicto c. tua. de homicid. & quod ibi nota. Sed in laico vel clerico in minoribus, non prohibito postulare est maius dubium: cùm sit ex parte rei, quia principaliter tendit ad defensionem: nõ autem vt actor puniatur de calumnia. Absit enim quod ea, quæ fecimus propter bonum si præter nostram intentionem quicquam mali alicui accidat, nobis imputetur: vt dicit tex. in dicto. c. de occidẽdis. xxiij. qõ. v. Facit in simili quod legitur & no. in. c. prælatis. de homic. li. vj. fateor, quòd prima opini. tutior est: sed ista fortè est verior de subtilitate iuris. ¶ Sextò & vlti. q̃ro in quibus clericis habeat locum. §. iste. Sol. credo, quòd in omnibus. Nam tex. iste loquitur generaliter: vt patet ibi: nec quisquam clericus &c. de maio. & obe. solitæ. & facit quod. ſ. dixi in præcedenti responso. ¶ Venio nunc ad tertiam partẽ. c. ad. §. nullus quoq. In quo primò quæro: dicit hîc, quòd clericus non debet præponi ruptarijs & balistarijs, aut huiusmodi viris sanguinis. &c. qui dicãtur ruptarij? Solu. dicit Gof. quòd hoc verbum fuit formatum ex vulgari loci. & dicit Abbas, quòd dicitur à rũpo rumpis: vnde dicit Io. And. q̃ hoc verbũ sumitur pro eis, qui præsunt machinis quæ tendunt ad rapturam: vnde clericus non debet deputari super illos ministros, cũ
16 tendãt ad destructionem & mortem aliorum. ¶ † Et ex hoc & ex tex. no. quòd clericus non debet deputari Princeps, seu Capitaneus belli. facit. c. clerici, ſ. eodem. cùm iste tex. loquatur indistinctè, puto hoc p̃cedere siue bellum sit iustum, siue iniustum. Licet enim clericus posit
a intereſſe bello iusto,[a] & hortari alios ad pugnam: iuxta no. in. c. sciscitaris. vij. quæstione prima. vbi gl. facit. xxiij. q. viij. c. omnium. c. vt pridem. &. c. penul. de ho. & quod ibi no. de sen. excom. dilecto. libr. vj. cum si. Non tamen debet constitui capitaneus, seu Dux belli acies ordinando, vel similia faciendo: quia hoc non conuenit mansuetudini clericorum. argum. c. conuenior. xxiij. quæstione viij. Sentit tamen Innocen. quòd præponi debet bello, quod non fit directè ad occidendum, sed ad sua defendẽda, vel recuperanda: iuxta nota. in capitul. olim. de resti. spolia. non tamen debet præponi his personis, quæ tamẽ directè sunt quasi viri sanguinum. Sed Hostien. dicit tutius esse: vt nulli præponatur acies ordinando: licet aliter pro iure suo posit esse in bello: vt in iuribus prælallega. & hoc vtimũ mihi placet: quia vt dixi nõ videt hoc officium conuenire clericis. An autem contraueniendo sint clerici irregulares? Credo, quòd si bellum erat iniustum, erunt irregulares, siue â sesiue ab alijs laicis aliqui occidãtur, vel membra mutilentur: quia præstando præsentiã præsertim authorizabilẽ, præstiterunt & auxilium operam ad mortem illorum. Ad hoc facit, quod legitur & notatur. in. c. sicut dignum. de homici. & capitul. ad audientiam. eodem titulo. Si autem bellum erat iustum, effi-

a ¶ Bello iusto. Vtrum liceat clericis pugnare, vel interesse bello iusto: vide no. per Mode. post ipsum Abb. in. c. petitio. de homici.

ciuntur irregulares ex facto proprio: non autem alieno, puta si proprijs manibus aliquem occiderũt, vel membra mutilauerũt. ad hoc tex. in. c. pe. de hom. & quod ibi
17 nota. Hoc verum, nisi propriam mortem aliter euirare non possent: vt in cle. si furiosus. de homi. de officio ta men quod clericus vsurpauit contra huius capituli prohibitionem, est aliter puniendus: vt ſ. dixi. in. c. in. §. præce
18 denti. ¶ † Secundò quæro, quid si quis in bello iusto nõ ad impugnationem alterius: sed ad sui defensionem bali stario dedit vel ministrare fecit sagittã seu balistã: balista rius autẽ postea aliquẽ occidit. nunquid clericus sit irregularis. vel pone: quòd ministrauerit alicui lanceam, seu ensem: vel aliud genus armorum, ex quo postea sit homicidium. vel membri detruncatio secuta. clericus tamẽ vt prædixi non ministrauit, vel ministrari fecit hoc ad mortem alicuius. sed ad sui defensionem. So. Innoc. multum super hoc instat. Nam primò videbatur, quòd nun quàm hoc casu clericus esset irregularis: cùm ista nõ ministrauerit ad mortem: sed ad defensionem sui & suorũ. quòd autem mors inde secuta fuerit, imputandum est duritiæ inuadentium. clericus enim non dedit consilium vel auxiliũ ad mortem: sed ad sui defensionem. Sed in cõtrariũ facit: quia nunquam licet clerico in bello quantun cunq; iusto ministerium, vel consilium ita immediatum ad mortem præbere: vt in. c. quod in dubijs. de pœ. & argumentum j. de pœni. & remiſ. &. c. secũdo quia non dat diligentiam quam potest, ne sequatur homicidium: imò potius sicut procurator ministrat & causam propinquam præbet. argument j. de homicidi. c. ad audientiam. sicut enim prohibet clericis esse istis balistarijs vt hîc: ita videt prohibitũ parare eis balistas vel sagittas. Et hãc partem sequitur Inno. in istis balistarijs & alijs, qui quasi directè tendunt ad mortem. Ensem autem vel lanceam aliquibus præparare ad sui defensionem, dicit non esse prohibitum quia ista non tendunt ita directè ad mortem: & totum fit defensionis causa. Et cum hoc dicto transeunt hîc Ioan. andr. & alij præter do. Anto. qui dicit se nõ facere differentiam inter lanceam & sagittam. sed in hoc articulo distinguit sic: quòd extra actum belli præparantur arma offendibilia: vt sunt balista, lancea, vel ensis: & præparans non est irregularis. Aut præparantur in actu belli: & tunc dicit clarius, quòd præparans efficitur irregularis: maximè si bellũ esset illicitũ. Dicit tñ hoc p̃cedę re quando quis sibi p̃parauit prædicta propter defensionem rerum: secus autem si propter defensionem propriam: quia aliter personã suã defendere non poterat: & ve
19 rosimiliter imminebat periculum mortis. nihil ad prædicta allegat. ¶ † Sed tu aduerte: nam vbicunq; clericus verosimiliter nõ valet aliter euitare mortem propriam, nisi alium occidat: tunc indubitanter euitat irregularitatem, & peccatum, non solùm si alij arma præparat: sed etiam si suis manibus occidat. tex. est apertus in. d. clemẽ. si furiosus. de homici. sed dubium est, quando poterat aliter euitare mortem: puta fugiendo. vel instabat pro suarum rerum defensione, seu patriæ: & tũc si suis manibus aliquem occidat, vel membrum mutilet, indubitanter efficitur irregularis: vt in clementina, si furiosus. & in. c. penultimo. de homici. si autem præparauit arma ex quibus mors est secuta: & tunc si ad hunc finem ministerium præbuit, indubitanter est irregularis: quia præstitit auxilium in mortem alicuius: vt hîc. in. j. & secũdo respõso. &. c. periculosè. de pœni. di. j. &. l. distt. si quis viduam. Nam clericatus reddit clericos inhabiles ad pugnandum etiam cõtra Sarracenos: vt dixi tex. in. c. ex multa. de voto. Aut præparauit arma non in mortem principaliter, sed ad sui defensionem. & iste est proprius casus Inn. qui satis est dubitabilis. Nam cùm liceat pro suarum rerum defensione & recuperatione mouere arma, etiã clericis:

vt in. c.

vt in. c. dilecto. de sen. excom. libro. vj. &. c. olim. de restitu. spoli. ergo fortius liceat arma alijs præparare ad sui defensionẽ: nec debet imputari mors sequens: cùm in mortem iste non consenserit. facit opti. c. ij. de homici. libro. vj. Sed in contrarium facit, quòd clericus non debẽt pro defensione suarum rerum ad sęua: puta ad occisionẽ, vel sanguinis effusionem procedere: vt in. c. suscipimus. de homicidi. & ibi bo. text. Item clericus nunquàm euitat irregularitatem ex occasione: nisi quando aliter mortem propriam euitare non poterat: vt in. d. clemẽ. si furiosus. ergo præparando arma pro defensione rerum incurrit irregularitatem, si mors inde sequatur: quia mandato & auxilio suo vi
20 detur secuta. ¶ † Nec obstat, si dicatur, quòd iste non intendebat ad hoc: quia debuit cogitare hoc euenire posse: cùm arma in conflictu de facili non possunt mensurari & regulari. Ad hoc alleg. tex. in capi. fin. de homi. lib. vj. vbi dicitur, quòd si quis mandauit alicui, vt aliquem verberaret & expreſsè prohibuit, ne occideret vel militaret: q̃ si mandatarius excedendo fines mandati illud occiderit, efficitur mandator irregularis: quia fuit in culpa mandando verberare. Item quia potuit cogitare hoc euenire posse. & hæc no. Et faciunt ad qõ
a nem, quam ponit Bart. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. de quodam nobili, qui recepit iniuriam à quodam. & rediens domum dixit famulo: fac, quòd non appareas in conspectu meo: nisi aliquid sentiam. Ille iuit & interfecit iniuriantem. quærebatur an domi nus debeat puniri, tanquam mandator? & fuit conclusum in quæstione facti, q̃ sic: quia satis tacitè mandauit. & idem dic in clerico similia
21 mandante. quod no. ¶ † Tertio circa artẽ chirurgię quæro, quare prohibetur clericis? So. dicunt doct. propter periculum erroris, quod ei ineſt. Item propter lubricum conſcientiæ. ar. ſ. de æta. & quali. ad aures. & propter dubiũ curationis euentum. Prætereà, dic, quod est officium seculare: non autem spirituale: meritò prohibetur clericis: vt. ſ. eodem. c. j. Clerici autem debent esse medici animarum, non autem corporum: vt in capitul. cùm sit ars artium. de æta. & qualita. militare Deo, non autem seculo. vt in. d. c. reprehensibile. xxiij. q. viij. & indignum est, & iniustum si promiſcuis rerum artibus turbentur officia: vt in. l. consulta diualia. C. de testa. ¶ Conclude ergo, quòd clericus non debet artem chirurgiæ exercere: vt hîc. Et aduerte, quia tex. loquiſ de sacerdote Diacono & Subdiacono. Io. and. intelligit de subdiacono facto vel fiendo. Sed ego miror, quare ſicimpropriet literam. vnde ego dicerem q̃ in sacris constitutus omnino potest ab hoc officio compeſci. & si attentauerit, poterit puniri quantuncunq; mors inde secuta non fuerit: quia officium sibi prohibitum exercuit: vt vt. ſ. dixi in præc. §. Et idẽ intelligerem in constituto in minoribus competenter beneficiato. argumento in ca. j. de postula. &. ſ. tetigi. &
b si mors inde sequatur vel membri detrũcatio, arcebitur à promotione fiẽda.[b] Et idem esset in laico, quãdo p̃uenit ex culpa sua, vel cõſciẽtia eum de hoc remordeat. ar. in. d. c. ad aures. Ex quo em illud officium non est sibi à iure p̃hibitum, nõ debet sibi imputari euentus mortalitatis sine culpa sua contingens: vt in. d. c. ad aures. & quod not. in. d. c. tua. de homicidio,
22 ¶ † Sed circa artem Phyſicę potest dubitari, an indiſtinctè clericis prohibeatur. dicerẽ sic: q̃ religioſis & dignitate constitutis ac sacerdotibus & alijs, qui prohibentur ſcientiam phyſicalem audire, hoc exercitium videtur prohibitum. de quibus in. c. non magno. ſ. eod. & j. eo. c. prox. Prohibetur enim eis ſtudere in hac ſcientia, propter exercitiũ. Vñ ex quo p̃hibeſ ſtudiũ, videt eis p̃hibitũ exercitiũ: ar. c. tuę. de p̃cu. &. l. oratio. ff. de ſpõ. & in reg. cũ quid. & quod ibi no. Io. An. in mercu. de regu. iur. li. vj. In alijs verò ſi ſunt in ſacris, vel beneficiati, dicerẽ idẽ, ſi habent cõpetẽter, vnde viuant: quia nemo militans Deo. &c. vt in. c. j. ſ. eo. di xi. Conſtituti verò in minoribus vel in ſacris non beneficiati: non crederem eis hoc officiũ interdictum. arg. j. de poſtu. Item, quia non reperitur eis hoc exercitium interdictum. & facit tex. in eo, quod prohibet eis iſtam artẽ chi-
c SEB. SAPIA. a rurgiæ, quæ aduſtionem, vel inciſionem induc it: ſed in phyſica iſtud ceſſat. vnde non ita cõtingit periculum mortis directè in phyſica, ſi-
